S. Benedict.

ANNOTATIONUM IN CAPUT DECIMUM TERTIUM SACROSANCTI IESU CHRISTI EVANGELII SECUNDUM IOANEM

PRIMA PARS

AUTORE P. FR. GREGORIO BAPTISTA Funchalensi monacho Benedictino, et in prouincia Brasiliensi in sacra Theologia magistro, et concionatore generali

AD ILLUSTRISSIMUM DOMINUM D. LUDOVICUM DE SOUSA PHILIPPI III. Hispaniarum Regis inuictissimi a consiliis, oppidi Beringel Donatarium, in Iulia pace maximum arcis Praefectum, et in tota Brasiliensi prouincia generalem Ducem Gubernatoremque selectissimum

CONIMBRICAE EX OFFICINA
Nicolai Carualho Academiae Typographi Anno 1621

ex Sousarum familia

ex Sousarum familia

S. Rodisyndus

S. Senorina.

CENSVRA RELIGIONIS PER REVERENdos admodum Patres, ac Theologiæ Doctores Fr. Maurum à Plagis, & Fr. Theodorum à Cruce.

PRæsens hoc opus á R. P. F. Gregorio Baptista in nostra Brasiliensi prouincia in sacra Theologia magistro compositũ: cui titulum fecit Annotationes in cap. 13. Sacrosancti Iesu Christi Euangelij secundum Ioannem, de mandato Reuerẽdissimi P. N. Fratris Mancij á Cruce, & totius Generalis Capituli attente perlegi, & impensè consideraui, in quo non solum nihil reperi á sacræ Scripturæ regulis, statutisque dissonum, aut Cõciliorum ordinationibus, sanctorumve Patrum dictis contrarium, bonisque moribus repugnãs, quinimo aureum totũ iudicaui: quippe quod assidua patrum lectione, ac sacræ Scripturæ diuite suppellectili ditatum sit. Quibus accessit auctoris ingenij subtilitas, & in dicẽdo elegantia: quæ omnia opus istud omnimode consũmarunt: ideoque dignissimum iudico, quod typis mandetur in nostrę sacræ Religionis gratiam, & totius Ecclesiæ emolumentum. In hoc nostro Portugalensi Monasterio, anno Incarnationis 1620. die vero Iulij. 24.

Frat. Maurus à Plagis in sacra Theologia Doctor, & Portuensis Abbas.

EX cõmissione Reuerendissimi P. N. F. Mancij à Cruce, totius nostræ Congregationis Abbatis Generalis, legi Annotationes in cap. 13. sacrosancti Ioannis Euangelij, á Reuerendo admodum, & Sapientis. P. F. Gregorio Baptista in nostra Brasiliensi, Benedictina prouincia sacræ Theologiæ magistro, & dignissimo professore conscriptas, in quibus nihil fidei, aut bonis mo tribus dissonũ, imó omnia valde pia, & ex sacra scriptura, & sãctis Patribus erudite collecta esse iudico, ac proinde merito dignum hoc opus, vt in communẽ omnium verbi Dei concionatorum, vtilitatem, prodire queat. Datũ in hoc nostro Monasterio S. Thirsi de riba Daue, 3. Kalend. Augusti. anno. 1620.

D. F. Theodorus à Cruce in sacra Theologia Doctor, Monasterij Sancti Thirsi Abbas.

FACVLTTAS REVERENDISSIMI Patris Generalis.

FR. Mancius á Cruce Abbas Generalis congregationis S. Benedicti, in regnis Portugaliæ, & in Brasilẽsi Prouincia his nostris præsentibus scriptis facultatẽ concedimus R.P. Fr. Gregorio Baptistæ S. Theologiæ in nostra Brasilensi Prouincia lectori, & Generali prædicatori, vt typis mandare possit librũ, quẽ cõposuit, & cui titulum indidit, *Annotationes in decimum tertium caput sacro. sancti Iesu Christi Euangelij secundum Ioannem*: eo quod iuxta æcumenici Conc. Trid. decretũ, à nostræ sacræ Religionis viris doctissimis examinatũ, & approbatũ fuit: dummodo tamen prius, á S. Inquisitionis, & á Regij Senatus tribunalibus, ac Ordinario licentiam obtineat. Datum in hoc Monasterio Sancti Martini Tibanensi, sub nostro signo, anno Incarnationis 1620. Kalend. Augusti.

Fr. Mancius da Cruz Generalis Abbas S. Benedicti.

De mandato Reuerendissimi Patris nostri Generalis.
Fr. Benedictus da Sperança.

AO Padre Bathazar Alures, que veja este liuro, & informe com seuparecer. Em Lisboa 1. de Septembro de 1620.

O Bispo Inquisidor Geral.

Censura R. P. Balthazaris Alueres é Societate IESV in sacra Theologia Doctoris, & librorum censoris.

Q*Vas Religiosus aquè, atque eruditus Pater F. Gregorius Baptista è Sacra D Benedicti familia, circa* decimum tertiũ S. Ioannis caput annotationes *commentatur, euolui: Neque solũ á vera, atque adèo Christiana religione, probatisque moribus non abhorrent, sed, & piè studioseque viuendi documẽta cõtinẽt nõ vulgaria, tum etiã ijs, qui pro sacris concionibus populũ exhortãtur oportunã dicẽdi materiã suppeditãt. Nimirũ sedulus Author doctissimorũ, ac Sanctorũ etiã Suæ familiæ Patrũ secutus vestigia, nec se degenerem Magni Benedicti prolẽ, nec vita periodũ in otio decurrẽdã suæ ætatis hominibus, ac posteris etiam præsente opere demõstrat. Eaque propter dignũ censeo, quod supremi sacræ Inquisitionis in Lusitania Quæsitoris Põtificisq́; illustrissimi cõcessione, typographiæ beneficio perennet. Conimbricæ in Collegio Societatis Iesu. Anno 1620. 20. Septemb.*

D. Balthazar Alurez.

Vista

VISTA a informação podeſſe imprimir eſte liuro intitulado *Prima pars Annotationum in cap. xiij. Euangelij ſecundum Ioannem*, compoſto polo Padre Fr. Gregorio Baptiſta, & depois de impreſſo torne para ſe conferir, & ſe dar licença para correr, & ſem ella não correrá. Em Lisboa a 28. de Septembro de 620.

O Biſpo Inquiſidor Gèral.

P*O leſſe imprimir a primeira parte das Annotações que o Padre Frey Gregorio Baptiſta Monge da Ordem de* S. *Bento compos ſobre o capitulo xiij. do Euangelho de S. Ioão. Em* Coimbra *a* 8 *de Dezembro de* 620.

O Biſpo Conde.

PODeſſe imprimir eſte Liuro viſtas as licenças que ſe offerecẽ do Sancto Officio, & do Ordinario, & antes de correr tornará a meſa para ſer taixado. Em Lisboa a 27. de Maio de 621.

Monis. A. Cabral. I. Ferreira.

IN LAVDEM
DIVINI AMORIS.

EPIGRAMMA.

VANA pharetratum quondam Lyra finxit Amorē;
Atque eadem cæcum lumen habere dedit.
Dissimili fingit Gregorius arte Tonantem,
Et Deus in libro fit pharetratus Amor.
Ergo sagittiferam tractat Deus ipse pharetram;
Nec tamen è cæco lumine lumen abest.
Dirigit imò oculis Lectori spicula; & illa,
Quam regit iste oculus, corda sagitta petit.
Viue ergo, his felix siquis moriare sagittis,
Nam pharetra ex ista nil nisi vita venit.

ILLVS-

ILLVSTRISSIMO DOMINO D. LVDOVICO A SOVSA PHILIPPI III. HISPANIArum Regis inuictiſsimi à conſilijs: oppidi Beringel perpetuo donatario: maximo in Iulia pace arcis præfecto: & nũc in tota Braſiliẽſi prouincia, Duci Generali, Gubernatorique ſelectiſsimo.

Fr. Gregorius Baptiſta Monachus Benedictinus perpetuam felicitatem exoptat.

D*VM Salomon ille ſapientiſsimus, cui Dominus nullum ſapientia parem futurum pollicetur, opera, quæ compoſuerat in publicam lucem mittere decreuerit, id certé abſque validiſsimo tutatore non auſus eſt agere; ſed in ipſo operis quaſi veſtibulo, Dauidis patris ſui regiam nobilitatem auxiliatricem inclamauit, defenſoréque appoſuit dicens.*Prouerbia Salomonis filij Dauid Regis Iſrael: *vt ſic Sapientiæ ſuæ partus tanti Regis authoritate tutaretur: quod homil. ſupra titul. libr. Prouerbiorum Magnus* Baſilius *obſeruauit. Vnde ſtultum certé, ne dicam temerarium videretur, cæteros deinde (etiam ſi doctiſsimi fuerint) ſcriptores libros ſuos abſque opitulatore validiſsimo ancipiti iudiciorum alea velle commitere: quæ animi pitulantia tanto in me grauius obiurgaretur, quanto ſapientia, & intellectu non Salomone ſolũ, verum, & cæteris omnibus ſcriptoribus inferiorẽ me metipſum cognoſco. Dum igitur in patrono, tutatoreque validiſsimo inquirendo meus diu intellectus fluctuaret, cuius protectioni debilem hunc meæ ſterilitatis fatum ſecuré committerem, vt ipſius validiſsima manu à vene-*

natis corrodentium dentibus, mortiferisque inuidorum tellis strenue tutaretur, tu praecipué Dux inclite, selectissimeque Gubernator Ludouice ita oportuné occurristi, vt in hoc euentu illa eadem sors, quae conatus, & intentiones meas multoties depresserat, meis nunc optatis dedita opera respondisse videatur, dum te mihi omnibus, quibus indigebam oppulentum exhibuit, à quo cuncta humanissime elargita acciperem, quae ad iter per varias opinionum ambages, venenataque inuidorum tella tutè conficiendum fragilis hic meus fætus indigebat: qui enim angusto intellectus alueo conceptus, sterilique ingenij vbere educatus ad gradiēdū debilis, & aduersus sinistras de ipso opiniones dimicandum fragilis processit, sola tanti ducis strenuitate munitus victoriam facilimè reportabit, & inter lubricas, diffidentesque hominum sententias securus incedet: dummodò tu Dux inclite, pro illius defensione, & tutella adéo dextere (vt ad soles) dimice, vt ad instar strenuissimi Aot, cuius meminit sacra pagina, vtraque manu vteris pro dextera, quod tunc facies, si admirabili authoritate, qua viges illum patrocinari nunc ce digneris, & peracri ingenio, quo poles, illum acerrime tuearis. Sed vbi sinistra manus cum qua mecum, & cum libello meo sinistre valeas operari si velis? aut quid sinistrum in te poterit inueniri, in quem dextera omnia propria sponte cōfluxerunt: virtus nēpe, Atauorū majestas, gloria, fama, decus, quibus ita dexteré operaris, vt illud, quod in nobilitate docet Hieronymus expetendum in te omnimodè reperiri conspiciamus, quadam nempe necessitate nobiles constringi ne ab antiquorum probitate degenerent: seque ipsos pudeat aliquid operari, quod cū antiqua suorum nobilitate non cohaereat. Vnde illud Euripedis.

Nobilitas illustratur nobilibus
Inest in homine mira, & euidens nota,
Probis satum esse: generis illustrat decus
Quisquis celebribus dignus est natalibus.

Q*VAM etiam nobilium proprietatem comendat Seneca ad Lucilum scribens Epistola* 39. Habet, *inquit*, hoc in se generosus animus, quod concitatur ad honesta: neminem excelsi ingenij virū humilia delectāt, & sordida. *Quomodo ergo te aliquid ab antiqua maiorū nobilitate sinistrum operari putabimus, in quo morum consuetudinem cum nobilitatis probitate ita adamusim cōcordare conspicimus, vt dum operationes tuas perspicimus quasi quadam suaui harmonia delectemur? Quomodo ab illa Regia nobilitate, à qua originem ducis, te degenerem existimabimus, in quo ab incunabulis ipsius probita-*

tis expressimum prototypon semper emicuit nulla unquam, aut ætatis prouectione, aut munerum amplitudine extinguendum? Quod certè per se solum te nobilem reddidisse sufficeret, quàquam à clarissima Regum, ducum, comitumque stirpe, à qua ducis originem, non duxisses. Nam, ut ad Celantiam scribens ait D. Hieronymus. Summa apud Deum nobilitas est clarum esse virtutibus. *Cui suffragatur Platina libr. de vera nobilitate dum ex Stoicorum sententia ità ait.* Nobilitas est splendor quidam non aliunde veniens, quam ex ipsa virtute, qua bonum á malo, dignum ab indigno seclud mus. *Quod Paulo post ex propria authoritate confirmat dicens.* Nobilitatis proprium est recta sequi: gaudere officio: cupiditatibus imperare: auaritiam coercere: hoc qui facit etiamsi ex infima sorte hominum natus fuerit, ijs merito suo nobilis haberi, & dici potest. *Quam de vera nobilitate philosophiam Sanctus Moyses in Patriarchæ Noë geneologia tradenda, & inculcanda sibi sectandam proposuit: dum enim audientium animos ad illam percipiendam excitauit, his tantum verbis rem optime absoluisse sibi persuasit.* Noe homo iustus, & perfectus in generatione sua Deo placuit. *Et de illius generosa progenie nihil amplius commemorauit. Quem locum dum ponderat Phylo Iudæus ita consonanter ait.* Non auos, & proauos, sed virtutes recenset. *Quem quidem geneologiæ enarrandæ modum rarum, & ab hominum opinione valde alienum appellat Chrysostomus homil. 23. in Genesim, illumque tãquam nouum maxime admiratur, attamen tanquam iustum, verũ & optimum probat. Quem etiam, ut talem Hilarius maxime commendat dicens.* Dignitas orignis in operatione consistit, exemplis, & prosapiæ gloria, fidei imitatione retinetur. *Quamquam igitur antiqua heroum tuorum, & nobilis prosapia non extaret, sine vlla tamen adulationis suspitione te nobilissimum acclamarem, cum his omnibus te illustrẽ reddas, quæ ad veram nobilitatem requiruntur. Nam ut testatur Astydamas Atheniensium tragicus.*

Tutissima generis laus est
Virum collaudare, qui iustus fuerit,
Et moribus optimis, ac eundem vocare nobilem.

Q*Vid igitur ad hanc propriam nobilitatem astruendam censorinã illam grauitatem commemorem, quam adhuc puer ostendebas, dũ in primæuis studijs non minus humaniter, quam grauitér conuersando, ita affabilem te præbebas, & mitẽ, ut tamen natiuæ nobilitatis authoritatem non amitteres? quam certè animi dotem maximé cõmẽdabi-*

lem prædicat Fulgosus lib.6.cap.4.de ijs, quæ granitér dicta, vel facta sunt, dicens. Grauitas in verbis, rebusq; cũ superbia, ac iactãtia caret, in omni hominũ genere laudatur, & tamen in ijs præcipué, qui in ampliori fortuna constituti sunt congruere magis videtur. *Quid admirabilẽ illã animi æquitatẽ referam, qua egisti dũ seniore fratre immatura morte prærepto ad opes ingentes, ad amplissimosque dignitatũ titulos fuisti euectus? in quo euentu illud cõmune defecisse monstrasti.* Honores mutant mores. *Dũ noui, quos de nouo obtinuisti, honores nõ mutarũt: imò virtutes, quibus eras cõdecoratus, nouos, quos es adeptus honores virtuosos reddiderũt.* Quod proculdubio est in adepta gloria *honorabilius, & in consecuto honore gloriosius, vt lib.5. de ciuitate Dei Magnus obseruauit August. dicens.* Gloriã, & honorẽ non debet sequi virtus, sed ipsa virtutẽ, *Imò dũ deinceps ad ampliores semper dignitatũ titulos eueheris: de iã assecutis neutiquã superbire testaris, vt enim in Registro S.Gregor. obseruat.* Cũ alleuatur, deijcitur, qui honoribus proficit, & moribus cadit. *Quid apud omnes notã suauitatẽ in mediũ proferã, qua totius Brasiliẽsis Prouinciæ regiminis clauũ ita cõposite moderaris, vt nec moderatoris manũ grauẽ sentiat, nec leuiter moderata ab officiõ aliqualiter discedat, quæ est optimi selectiq; gubernatoris eximia laus, in illoq; vt quæ maximé cõmendabilis. Ita nẽpe se se in gubernãdo agere, vt neq; in rigore sit rigidus, neq; in mansuetudine dissolutus. Tam enim fuit propter segnitiẽ Rex Demetrius detestabilis, quã propter rigorẽ pater eius odiosus, vt lib.35. obseruauit Iustinianus. Vnde istã in gubernando philosophiã illi necessario obseruãdã docet P.Gregorius, cui subditorũ regimẽ cõmittitur, dũ cap. 6. lib.20. in Iob sic scriptum reliquit.* Disciplinæ rigor debet regere mansuetudinẽ, & mansuetudo ornare rigorẽ, vt nec rigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta. *Quam etiam gubernandi philosophiam semper obseruasse testatur Magnus ille imperator Artaxerses, vt cap.13. lib. Hester refert sacra pagina, in qua eiusdẽ extat Epistola sequentia continẽs verba.* Cum plurimis gentibus imperarẽ, & vniuersũ orbẽ meæ ditioni subiugarẽ, volui nequaquã abuti potẽtiæ magnitudine sed clemẽtia, & lenitate gubernare subditos, vt absque vllo terrore vitam silentio transigentes optata cunctis moribus pace fruerentur. *Dũ igitur tantã suauitatẽ, & pacẽ Brasiliensis prouincia te moderante experitur, alterũ Artaxersẽ in sui regiminis administratione sibi suscitatum agnoscit, & agnoscendo tibi pro tanto beneficio gratulatur.*

Ne quis tamẽ dũ me de proprijs tãtũ virtutibus te cõmẽdãtẽ exaudit,

aut

aut angustã, aut nouã tibi esse Atauorũ progeniẽ temerè suspicetur: nobilissimã, antiquissimãq; Sousarũ stirpẽ regali sanguine toties illustratã, à qua per masculinã, & rectã lineã ducis originẽ propallabo, quanquã à primo fōtẽ nō exhauriã: impossibile enim est à tam imo puteo omnẽ prorsus aquã exhaurire, idq; erit tuæ nobilitatis originẽ velle hac breui papyro cōprehendere, atq; exigua concha vastã velle Occeani limphã exiccare.

Illustrẽ semper, ac semper gloriosam Sousarũ familiã, totius Hyspaniæ veteres testantur annales, vtpote quæ ab antiquissimis Gothorum Regibus gloriosissimam duxerit originem: quæque adeo illustrium virorum fuerit fœcunda, vt non solum armorũ splendore claros, sed virtutibus, ac sanctitate insignes Heroes partu ediderit fœlicissimo: hos inter, vel vt inter astra micat Sanctissimus Episcopus Rodesindus, Sãctissimi Patris nostri Benedicti disciplinæ alunnus, vt amplissimũ Cellæ nouæ in Regno Gallecia testatur monasterii. Fulget animi pulchritudine pariter, & corporis sancta virgo Senorina eiusdẽ monasticæ disciplinæ sectatrix sedula. His accedit, velut Cœlo fulgentissimũ sydus, sanctissimus Geruasius, eiusdẽ Virginis frater vterinus, quos omnes vnica Sousarũ familia pulcherrimis nobilitatis floribus conceptos, velut splendidæ sanctitatis fructus protulit gloriosos: hos iure iactat vniuersa interamnensis regio tutissimos patronos. Qui vero, eos, qui in hac illustri familia armis extiterint gloriosi, scire cupit: veteres tam Lusitanæ, quàm totius Hispaniæ diligenter consulat annales: ibi enim vtriq; regno reperiet, & honorẽ, & gloriã, & triumphos Sousas contulisse celebriores Hoc vnum dixerim, quo satis me dixisse putabo, dũmodo absit verbo inuidia: splendidissimã hanc familiã eo nobilitatis, ac virtutũ splendore illuxisse, vt temporũ successu, non Lusitaniæ, ac Legionis solum, sed totius Hispaniæ Reges ipsius gloriarentur splendoribus, iactarentq; consãguinitatẽ: ita vt solẽ (quod nouũ est, & inauditũ) syderũ splendorẽ dixisses mutuari.

Sed heu me? *Quo ducor? Quid aggredior? Quid amplius meæ temeritatis argumentum corroboro? Quo enim magis tuæ amplitudinis majestatem propello: eo grauius meã audaciam, temeritateq; incuso, qui tanto, viro tam leuidense munusculum audeo præsentare. Illa tamen consideratio fiduciam præbet, qua te (vt superius dixi) alterum Artaxersem confidero, de quo in suis apophthegmatibus refert Plutharcus, quod cum semel à rustico quodam, aquam sibi nudis manibus oblatam, libenter acciperet, lætus respondérit. Non minus regiũ esse accipere parua quã magna largiri. Ex hoc Conimbricẽsi Collegio S. P. Benedicti Kallẽdis Octob. 621.*

Fr. Gregorius Baptista.

AD

AD CANDIDVM
LECTOREM ALLOCVTIO.

HABES, candide lector, in caput decimum tertiũ sacrosancti Iesu Christi Euangelij secundum Ioannẽ, Annotationes, quas per viginti annorũ curriculũ non paruo audientium applausu & lectitiando, & cõcionando parauimus: quas quia ex eo, quod á nobis acceperunt pauperculas, desides, inertesque iudicauimus, ditissima sacræ scripturæ, sãctorũque Patrum supellectili exornare curauimus: vt quæ á nobis nullum decorem acceperant, illorũ authoritate honorẽ sibi conciliarẽt, & gratiam: quæ fuit Sãcti patris Augustini sententia libr. 4. de doctrina christiana, vbi sic prolocutus est. *Huic, qui sapiẽter debet dicere, verba scripturarum tenere maximè necessarium est: quanto enim se pauperiorem cernit in suis, tãto eum oportet in istis esse ditiorẽ, vt quod dixerit suis verbis, probet ex illis, & qui proprijs verbis minor erat, magnorum testimonijs, quodamodo crescat, probando enim delectat, qui minus potest delectare dicẽdo.* Si igitur mentes, quas excitauimus, tibi (candide Lector) non placuerint, sacræ Scripturæ loca, sanctissimorumque Patrũ sententiæ, quas per totũ hoc opus, quale quale est, sparsim disseminauimus, vel saltem placebunt. Et quamquam in eo nihil inuenies, pro quo debili ingenio nostro gratias rependas: assiduo saltem labori, frequentique Patrum lectioni non poteris non gratulari.

Vale.

Errata potiora ſic corrige.

In prologo ad lectorem, linea 4. lectitiando, lege lectitando, col 45. l. A. eum, lege vim. col. 583. l. B quo, lege, quod. col. 625. l. D. donundatus, lege denudatus. col. 969. l. B. quam, lege, quem. col. 972. l. B. proclamen, lege, proclament. col. 1104. l. D. Ad cap. 2. Apocalypſis, lege, ad cap 6. Eſayæ. col. 1181. l. B. promiſſũ, lege, promiſſus, col. 1193. l. C. hæc, lege, hanc. Ibidem, ratio, lege, rationem.

TAXASSE eſte Liuro Em ſete toſtoẽs Em papel. Em Lisboa a 2. de Dezembro de 1621.

Gama. Munis. D. de Mello,

PROLOGOMENA IN XIII. CAP. SACRO S. EVANG. SECVND. IOAN.

PROLOGOMENA Siue. Præfata.

ANTEQVAM adhunc diuinum contextũ accedamus explicãdum, operæ pretiũ erit nonnulla præfari, ex quibus, & tractandorum appareat excellentia mysteriorũ, & nostri Euangelistæ Ioannis dignitas commendetur: cuius tanta est in scribendo, veritas, & in dicendo autoritas, vt etiam res ab eodẽ gestas, antelationesq́ a Christo præceptore consequutas, eodẽ attestante indubitáter accipiat Ecclesia: vt patet ex illo vel maximè loco, qui est apud eũdẽ cap. 21. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his & scripsit hæc, & scimus quia verum est testimoniũ eius. *Ibi enim se à præceptore per excellẽtiã dilectũ appellare nõ veretur.*

Ioan. 21.

Ex quo Ioãnis testimonio eius dignitas, & excellẽtia adeo (nostro quidem iudicio) mirabiliter illucescit, vt ad eius laudes texẽdas nulla alia amplior, cumulatiorq́ seges valeat reperiri. Nõ fallitur enim, neq́ falli potest ille, cui aperta sunt, nudaque hominum intima præcordia: neq́ eius iustitia pateretur præceteris

A

diligi, qui castitatis, reliquarũq́ virtutum prærogatiuis cæteris non emineret. Vt disertis verbis significauit Cyrillus Alexand. super eundem Ioannis locum dicens Neminem arbitror dubitare posse, quin propter præcipuã virtutem, & paratũ ad benefaciendum animũ Ioannes à Christo diligeretur: nõ enim vanis affectibus, vt homines nudi, Dominus mouebatur, sed rerum pondere ac virtute discipulorũ dilectioné impartiebatur. *Si ergo noster Euangelista plus omnibus à Deo dilectus est (vt ab eodem indubitáter accipimus) eũ prærogatiua virtutũ omnibus anteire proculdubio fatendum est: nec amplius laudãtis copia potest extendi, quã extensa est authoritas diligentis.*

Cyrill. Alexand

B

C

Quia tamen nõ omnes Aquilæ sumus, neq́ aquilinis oculis veritatis huius claritatem in intimo iustitiæ solis pectore penetrare valemus: demisso oculorum obtutu, quod in sole non penetramus inquiramus ex Aquila: quæ cũ in Insula Pathmos religionis causa exularet cap. 4. suarũ visionum hanc, hisce verbis se vidisse cõmemorat. In medio sedis, & in

D

Apocal 4

circuitu sedis vidi quatuor animalia plena oculis ante, & retro,& animal primũ simile erat Leoni,secundũ vero vitulo, tertium autẽ habens faciẽ velut hominis: quartũ simile erat Aquilæ volãti. *De quibus quidem animalibus prædictũ est apud Ezechiel. cap. 1. eisdẽ prope modum verbis. Per quæ quatuor animalia arguta, & oculata,authores theologi enigmatice significari voluerũt quatuor Euãgelistas,qui de rebus Christi diuerso quidem charactere, sed tamen vnanimi, & concordi sententia scripserunt. Eo enim dicũtur esse vndiq; plena oculis, nequis fortaßè existimet Sacros Euãgelistas per ea designatos, vel aliquẽ eorũ aliquo modo, vel in aliquo modo, vel in aliqua parte, vel re potuisse errare: aut ignorare quid quam, eorum, quæ ad rem pertinent. Vnde August. Ticonius, Beda, Richar. de S. Victore ita exponũt:* Plena sunt oculis propter perfectã mysteriorũ fidei cognitionẽ: ante per scientiã futurorum: retro, per scientiã præteritorum, intus, per mũdam; ac rectam cogitationũ descriptionem.

Ezech. 1.

August. Ticonius Beda. Richard. in cap. 1. Ezech.

Qui autẽ de hoc mysterio quatuor animaliũ plura desiderauerit requirat à patre Blasio Viegas in suis commentarijs in Apocal. Videat & D. Hieronymũ in prologo cõmentariorum in Mathæum & in cõmentarijs super 1. Ezech. caput, vbi Mattheo figurã hominis attribuit, Leonis Marco, Vituli ad Lucã Euangelium refert; Aquilæ tandem ad Ioan. qui ad excelsum euolans in principio statim sui Euangelij ita exorditur. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. *Similiter exponit Aug. de consensu Euang. cap. 6. vbi ait.* Hæc autem alia tria, siue Leo, siue vitulus siue homo in terra gradiuntur: vnde tantũ hi tres Euãgelistæ in his maximè occupati sunt, quæ Christus in terra operatus est: at vero Ioannes super nubila infirmitatis humanæ, velut aquila volat, & lumẽ incommutabilis veritatis acutissimis oculis intuetur. *Idem q; Aug. 4. de consensu Euang. cap. 10. ita elegãter ait:* Ac per hoc liquido constat tres istos priores Euangelistas maxime super humanitatẽ Domini nostri IESV Christi esse versatos: diuinitas vero Christi, qua æqualis est Patri secũdũ quod verbũ est; & Deus apud Deũ á Ioanne maximè commendanda suscepta est; qui sicut Aquila in his, quæ Christus sublimius locutus est, immoratur, neque in terram quodammodo, nisi raro descẽdit.

Viegas.

Hieron.

Ioann. 1

Augúst.

Auguft.

Et be-

Et bene noster Euãgelista ab omnibus vnanimi cõsensu Aquila appellatur, cuius oculorũ acies acutissima veri iustitiæ solis naturã intrepido perscrutatur obtutu. Traditur enim ab authoribus Aquilã esse acie oculorũ acutissima præditã, omniũq; auiũ celerius volare, & altius (vnde & regina auiũ vulgo creditur) soleréq; pullos suos nuper natos soli admouere, cogereq;, vt eundẽ ex aduerso intueãtur, quod si faciãt legitimos reputare: sin vero minus tanquã adulterinos abs se reijcere: quæquidem proprietas, & excellentia in Euangelista nostro maxime reperitur, dum mentis suæ oculos in veri iustitiæ solis naturæ contemplationẽ intrepide conijcere non veretur, vt ait Rupertus in prologo Euang. eiusdẽ Ioannis dicens, Hanc Aquilam cordis munditia iuuit, vt claritatem solis æterni plus cæteris diuinæ visionis animalibus irreuerberata possit mentis acie contemplari. *Et ita intrepide cõtẽplatur, vt affirmet noster Petr. Damian ser. 2. de laudibus eiusdem Euangelistæ Ioannis, illum corporeis oculis Christũ vidisse in corporeis autẽ ipsũ verbum fuisse intuitum.*

Aquilę admiranda proprietas ex Ambr. in Hexamer. c. 18.

Rupert.

Damian.

Optimo ergo iure Ioannes Aquila est comparatione Hominis, Leonis, & Vituli, quia comparatione aliorum Euangelistarum, veluti quædã Aquila est, id est, acutissimè cernit, & alte volat quã tunuis alij tres Euangelistæ acute cernant, & alte volent. Vnde eleganter de more Aug. hom. 2. de eodem Ioanne: Transcendit, *inquit,* nubes, trãscẽdit Sydera, transcendit & Angelos, trãscendit & omnẽ creaturam, peruenit ad verbũ, per quod facta sunt omnia.

Ioannes Aquila cur dicatur.

August.

Neq; mirũ, si reliquos superet Euangelistas, ille quem prophetas quoq; lõge superasse affirmat Episcopus Hostiensis ser 1. de laudibus eiusdem Ioannis Euangelistæ, dum ait ipsum præter consuetudinẽ aliorum prophetarum semetipsum præuidisse in spiritu dum aquilæ volantis similitudinem vidit inter alias cælestes visiones, quas diuinitus expertus est. Ex quo fit vt non solũ propheta, sed plusquam Propheta fuisse videatur, sicut & alter Ioannes Baptista.

Episcop. Hostiens.

Ioan. Euãgelist. plusquam propheta.

Quod si loquutio nostra in Euãgelistæ laudibus texendis aliquibus hyperbolica fortassis, videatur, audiat nostrũ Petrũ Dam. ser. 1. de laudibus eiusdẽ altius adhuc nostrũ Euãgelistã euehẽtẽ dum eũ de Deo sublimius quã Christũ locutum fuisse, affirmare non veretur. Illud *(inquit)* Euãgelij sui singulare principiũ, ipsa etiam dominica verba (si dici licet) excedere vide-

Damian.

Ioan. Euãgel. sublimius de Verbi diuinitate quã Christus ipse locut est.

mus: neque iniuria fit redẽptori, si dicamus ipsum altius aliquid, sublimiusque depromere per discipulũ, quam per semetipsum; & per illius linguam maiora proferre, quam per semetipsum voluit aperire: hoc enim Dominus Beato Ioãni cõcessit in verbis, quod & Petro cõtulit in miraculis, videlicet, vt & iste altiora proferret, & ille maiorũ virtutũ prodigijs coruscaret: ipse enim operabatur in Petro, & loquebatur in Ioanne. Merito igitur *(concludit noster Damianus)* Beatus Ioannes, & præcedentes omnes, atque subsequentes diuinorũ voluminũ scriptores gloriæ singularis eloquij præcedit, quẽ non luxuria polluit, non libido corrupit: sed virginalis integritas perpetuæ incorruptionis titulo decorauit. *Hæc ille.*

Damian. *Ioan. Euangel. antecellit omnes Ecclesiasticos scriptores*

Quod si in principio sui Euãgelij noster Ioãnes aquilæ pẽnas, oculosque assumpsit, in fine tandem Cygni gutture non dedignatur: vt nãq; author est Plautus in Phædro, Cygnus in morte dulcius canit: ad instar ergo Cygni noster Euangelista se gerit in vltima sui Euangelij parte, & describendo nobis Christi mortẽ, & ea, quæ fecit, & dixit ante mortẽ, idest nouissima eius verba, suprema mandata, & spectatissima exẽpla humilitatis, charitatis, & suauitatis. Quæ Ioannis excellentia Augustinũ nõ latuit, imò in lib. de cõsensu Euãgeliorũ ita loquitur. Quanto amplius Ioannes erigit auditores ad cõtemplationẽ veritatis, quã cæteri tres Euãgelistæ: tanto ãplius præcipit de dulcedine charitatis, præsertim in fine sui Euangelij, atque ita nõ solũ aquilæ volatũ, sed etiã Cygni cantũ, & suauitatẽ æmulatur, neque etiã ob præstãtem sapientiã Cherubim, sed etiã eos, qui ob ardorẽ charitatis, Seraphim vocantur imitatur. *Hæc Augustin. Et bene supremæ Hierarchiæ Angelus noster Euãgelista appellatur, per quẽ cæteris inferioribus illuminationes, & reuelationes diriuantur: iste enim fluenta, quæ à dominici pectoris fonte potauit, nobis humaniter concessit, & tribuit: quod vt altius percipiatis aduertite semel, ac iterũ diuinũ illud ærariũ, cælesteq; Gazophylatium, in quo (vt loquitur Paulus) sunt omnes thesauri sapiẽtiæ, & sciẽtiæ Dei: illud inquam amantissimũ, munificẽtissimũq; Christi pectus fuisse apertũ, vt methaphorice loquamur (nõ loquendo interim, de reali, veraq; apertione post mortẽ de qua Euãgelista:* Vnus militum lãcea latus eius aperuit *) qualiter in magnificorum*

Plautus. August. *Ioann. in principio sui Euangelij Aquila fuit, in fine Cygnus. Ioann. nõ solũ Cherub. sed etiam Seraph. ob scientiam & inflammata charitatem.* ad Colo. 2. *Christi pectus tanquam ditissimũ ærarium multoties ad apertũ* Ioan. 1. 9

regum

regum, siue imperatorum solemnissimis, festiuisq́; diebus eorum æraria consueuerunt aperiri, ex quibus domesticorum auida manus opulenta munera hauriat, & accipiat, qualiter se accipere consueuisse fatetur Augustin. in suo manuali capit.21. 22. & 23. dicens: Patent mihi viscera per vulnera; quidquid ex me mihi deest, vsurpo mihi ex visceribus Domini mei, quoniam misericordia affluunt, nec desunt foramina per quæ fluant; per foramina corporis, patent mihi arcana cordis: patet magnum pietatis Sacramentum, patent viscera misericordiæ Dei nostri. *Cum igitur iam festiuus ille dies aduentasset, vltimo cordis desiderio à Christo seruatore exoptatus, aperiuntur diuini pectoris æraria ditissima: hausit Ioãnes in cœna, & ausit latro in Cruce; iam ex latrone ob patibuli consortium Christi familiaris effectus: hausit tamen sibi Didamus; hausit nobis Ioannes: hausit ille sibi veniam: hausit iste nobis sapientiam: hausit ille sibi delictorum cõdonationem: hausit iste nobis Diuini Verbi cognitionem: Didamus è Cruce sibi substulit cælum, Ioannes è pectore nobis attulit amorem verbi; ille vt latro sustulit sibi, iste vt frater communicauit nobis verbum bonum eructando:* In princio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum: *quod disertis verbis ponderauit noster Petrus Damian, serm.1. de laudibus Ioãnis dicens* Quia, in pectore Saluatoris sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi ex illo cælesti Gazofilatio summam traxit Ioannes: ex illo, inquam, nobis ærario diuitiarum copias attulit, & in communem totius mundi salutem bene prodigus erogauit.

Auguft. — *Christi vulnera lata foramina misericordiæ afluentia, & pietate* — *Crucis ministerium reddidit latronem Christi consortem.* — Ioan. 1. — Petr. Damian.

Neque mirum si omnia, quæ Ioannes à profundissimo illo diuinæ immensitatis pelago hausit: non sibi retinendum, sed nobis propinandum potauerit: cui ab adoptiuæ matris moribus recedere non licebat, ipsa quippe, & puteus aquarum viuentium, & etiam hortorum fons non incongrue appellatur in Cant. quia ita more putei fluminis impetũ Dei ciuitatem omnimode lætificantem excepit, vt etiam more fontis susceptarum in nos defundat copiam gratiarum, ita vt de eius plenitudine omnes accipiamus: quam Virginis proprietatem Nyssenus in Cant. per quã subtiliter annotauit dũ dissimilitudinem, quæ inter puteũ, & fõtẽ reperitur, ab hoc illibato fonte puteoq́; gratiarum, idest, à Virgine matre nititur àmouere. Pu-

Cant. 4. *Cur beata Virgo puteus simul appelletur & fons.* — Nyssen.

 tei

Puteipro prietas. *Fōtis proprietas.*

tei siquidem mos est aquarum copiam in se recipere, sibiq; seruare, fontis verò diffundere, & nequaquam sibi retinere: quod tamen in Maria adoptiua Ioannis matre minimè reperitur, quamquam enim ad instar putei gratiarum exundantiam à Deo cumulatè receperit, vt verè audeat affirmare: In me gratia omnis viæ. *Tamen ad instar fontis libentissimè decurrentis, nobis communicat, quod recipit, sua benignitate inuitando omnes sitientes, vt veniant ad aquas, & illa, quæ in Rebecca fuit antiquitus figurata, nunc non solù hominibus ratione vtentibus, idest, Sanctis, & iustis, verum, & brutis animantibus, scilicet peccatoribus, iumentis insipientibus per omnia similibus potum tribuit, idest, gratiam consequitur, & ad ministrat. Vnde Nyssenus vbi supra sic ait.* Vtraq; appellatione vsus est sponsus, vt sic ostenderet sponsam suam, & fontis amænitatem, & commoditatem, & putei profunditatem, & latitudinē, vbertatemque aquarum imitari.

Eccl. 24. Genes. 24. *Beata Virgo iustis, & peccatoribus gratiam consequitur.* Psal. 48. Nissen.

Non igitur mirum est si noster Euangelista non sibi à seruatoris pectore Sacramētorum arcana retinenda: sed nobis elargienda potauerit adoptiuam interim matrem imitando; quæ mo-

Ioānes more fontis quidquid à Christi pectore accepit largiter eructauit.

A *re fontis in nos defundit aquarum susceptam copiam gratiarum: quod de eodem Ioanne, de eiusq; doctrinæ dispersione significauit Augustinus dū fontis seu potius aquæ ductus nomine seu munere eundem insignire nō veretur: ita namq; ait homil. 2. de laudibus eiusdem:* De fonte Dominici pectoris solus bibit, B sed ipse dominus ipsius Euangelium pro sua cuiuslibet capacitate, omnibus suis bibendum toto terrarū orbe defudit. *Hæc August. Cui suffragatur noster Damianus ser. 2. de laud. Euang. clarioribus adhuc verbis Euangelistam aquarum ductus gratiarū nomine decorando,* C Super fōtē (*inquit*) perēnis vitæ recubuit, vt ipse tūc super manantia fluenta diuinæ doctrinæ hauriret, & eadem nobis postmodum præfixo certi temporis articulo propinaret.

August. Damian. *Ioānes aquæ duct' gratiarū.*

Quod si altiori mentis agitatione hanc Ioannis excellentiam, proprietatemq; inquiritis in eo- D *dem multis de causis omnimodeq; competere, reperietis: non solùm enim nobis stetit limpidissimus, vberrimusq; sapientiæ fons dum Dominici pectoris fluenta, quæ biberat eructauit quinimo charitatis ductus, & fons amoris debuit appellari; quem enim eximium amorem succensamq; cha-*

Ioan. fons amoris.

ritatem ex dulcissimo Christi pectore cumulatissime susceperat in discipulorum postéa audissima pectora perenniter diffundebat, semel, ac iterum (vt in suo de scriptoribus Ecclesiasticis author est Hieronymus) repetendo. Filioli diligite alterutrum: *o bene, eructat quod biberat, diffūdit quod exhauserat.*

Ex hoc igitur amoris fonte sine suspitione bibamus, diuini enim amoris lympha diuersum à sua proprietate saporem nō trahit, qualiter ex mineralibus naturales aquæ consueuerunt accipere: purus, & sine terrenarum rerum sapore, vel redolentia amor ab isto fonte diffunditur, sine carnalis concupiscentiæ contagio propinatur; ideo namq; in amoris, & charitatis fontem Ioannes eligitur, quia sine luxuriæ odore reperitur solus amor in huiusmodi vas recens diffunditur: ideóq; semper amore redolet: quē enim prius est imbuta recens seruabit odorem testa diu (vt inquit Poeta) & ita cum iam senesceret, nihil aliud per singulas proferre solebat collectas, nisi Filioli diligite alterutrum. *Qualem enim liquorem cōtinebit vas talem haurientibus propinabit, vt cap. 11. sui fasciculi amoris Iustinianus Laurentius obseruat*

Cur Ioan. in amoris fontem eligatur.

Horat.

Quantam autem ex Christi præceptoris familiaritate, mutuaq; amicitia Ioannes sibi authoritatem conciliauerit, ex eo, vel maxime patet fundamento, quod in Ecclesia nemine proteruiente, ipsius dictis, etiam in proprijs factis, laudibusq; enarrandis plenissima adhibeatur fides: neq; in eius ore propria euilescat, sordeatq; laus: cum tamē à Salomone dictum sit: Laudet te alienus, & nō os tuum, extraneus, & non labia tua. *Merito tamen non vilescit, neque suspitionis specimen præsefert laus proprio Ioannis ore prolata; quia si ex doctrina Saluatoris, ex eo seruus fidelis supra multa constituitur, quia in paucis fidelis inuentus est, cur qui in multis fidelis inuenitur, in paucis fidelissimus non reputabitur? Longe namque maiora, & altiora sunt illa, in quibus circa verbi diuinitatē Ioanni fidem præstamus, quā illa, in quibus circa eius antelationes eidem credulitatē exhibemus; neque est cur Ecclesia ab eo: vt verissimam non accipiat propriam narrationem, à quo accipit sponsi sui naturæ conditionem: & rationis ordo poscebat, vt quem verum testem contra malignantium Ecclesiam in æterni verbi diuinitatem cōprobando laudauerat, eundem in omnibus verissimum commendaret.* Fuit namque Ioannes filii Dei præcipuus, & fidelis-

Ioan. tam in alienis, quam in proprijs proferendis, & narrandis, testis ōni exceptione maior.

Prouerb. 27.

Matth. 25

Rupert. ſimus teſtis (*vt ait Rupertus in prologo commentariorum in Ioannem*) Qui in publico cæli, & terræ auditorio, cũ ageretur non tam de terminis, aut legibus regni, quam de ipſius natalibus regis noſtri, teſtibus alijs defeſsis, & á clamore contradicentium vehementer oppreſsis repente in medio proſiliuit, & magno Euangelicæ vocis tonitruo, verbique coruſcantis fulmine omne concilium vanitatis, cunctãque Eccleſiam malignantium vbique terrarũ perterruit, ac diſsipauit apertè proteſtãs de illo, quod filius vnicus, & ſubſtantialis Dei ſit, ac per hoc hæres legitimus patris æterni ſit. *Hæc Rupertus. Ex quo locupletiſsimo Ioannis teſtimonio, quantũ vniuerſo orbi proueniat emolumentum bene infert idem Rupertus eodem loco, cum ait, noſtram periclitari fidem niſi Ioannes de verbi diuinitate teſtimonium extaret. Cũ namq̃, vt ait Paulus*, ſit fides ſperãdarum ſubſtantia rerum argumentum non apparentium: *quicquid fides docebat ſperandum nempè vitam æternam mediante ſeruatoris IESV meritis validiſſimis, quorum vi, & virtute cohæredes regni cæleſtis facti ſumus id nobis neutiquam conuenire*

Ioann. in verbi diuinitate atteſtãda præco validiſsimus

Rupert.

ad Hæbr. 11.

A *Marcion, & Cherintus, & Ebiõ turpiter conabantur oſtendere, verbi diuinitatem penitus abnegantes in verbo: neq̃ quod de ſinu patris profectus in Virginis matris vterum humanæ carnis fragilitatem aſſumpturus deſcẽderit confitentes. Si igitur, vt inquit Paulus, ex eo hæredes ſumus regni Cælorum, quia Chriſti*

B *cohæredes facti ſumus, & ſi ex eo Chriſtus hærès quia filius; ergo ſi non filius, non hæres. Et ſi ille non hæres, neq̃ nos cohæredes facti ſumus. Prodiat ergo in médium Ioannes noſter teſtificans, quod*, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deũ, & Deus erat Verbum,

C *vt iam fides profundius iaciat fundamentum:* quotquot autẽ acceperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: *& tũc iam ſpes noſtra firmetur, dum Paulum ſic inferentem audit:* Quod ſi filius, & hæres: *cum Ioannis incenſa charitas proteſtatur, & dicit*, Verbum caro factum eſt, & habitauit in

D nobis. Opportune *ergo, ait Rupertus vbi ſupra*, noſtræ ſpei fidus hic teſtis ſubuenit dum ingenui teſtatoris antiqua iura proloquens, non ſolum Cælum, ſed, & omnia quæ ſunt, eius eſſe: immo omnia per ipſum facta, & ſine ipſo nihil factum eſſe definit

Marcionis Cherinti, & Ebionis hæreſis deteſtanda.

ad Rom. 8.

Ioann. 1.

Rupert.

Ioann. 1.

&c.

&c. *Ex quo iam fit, vt Ioannes noster in officio præcursori dignissimo adæquetur. Cũ nãq; superni patris superno concilio statutũ sit, vt veritas deitatis verbi, quam humanus intellectus carnis humanitate celatam cognoscere non valebat, testium authoritate hominibus innotesceret, duo locupletissimi asciscũtur, vt in ore duorum stet omne verbũ. Venit ergo Baptista, vt testimonium perhiberet de lumine, idest, de verbi diuinitate dicens.* Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, *Christum digito demonstrando; exurgit, & Euangelista calamo inserendo:* In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. *Concludit tandem dicẽs.* Scimus quia verum est testimonium eius, *Ecce iam adæquatur Euangelista Baptistæ, de quo dictum est à Christo.* Non surrexit maior Ioanne Baptista. *Qui enim non apponit maiorẽ, non negat æqualem: & qui in ortu non admittit parem, eidem non repugnat in progressu habere antelatorem. Parcat ergo Baptista, parcat patronus meus singularis, cõpulsus namq; fateor, quod deuotus non admitto. Antecellit Ioannes noster, Ioanni meo, in eo quod si in promulganda, attestandaq; verbi diuinitate pari passu vterque* cucurrit: *in testificanda tamen Mariæ Verbi incarnati matris Virginitate noster Euangelista solus admittitur, in eiusdem Virginis filium adoptatus: quod eleganter annotauit noster Petrus Damian. ser. 1. de laudibus Euãgelistæ, vbi inter alia valde sublimia, sic ait.* Dignus fuit beatus Ioannes Apostolus, vt Archãgelo Gabrieli ad custodiã matris Domini socius haberetur, quatenus ille cælestis olim paranymphus intactam Virginem inuisibiliter custodiret, & iste forinsecus fragilitati fœmineæ obedietiæ suæ ministerium exhiberet: & cõgruum erat, vt quæ talem genuit, qui cæli simul, & terræ Dominus esset, vtriusque patriæ ciues in suo consortio haberet, vt in ore duorũ staret omne verbũ. Quapropter beatus Ioannes quanto familiarior cũ matre Verbi versabatur, tanto & ipse verbo vicinior inuenitur: & quoniã non ab alio, sed ab ipso veritatis authore Mariæ dictus est filius, nemo iure videtur maior meritis eo, qui speciali quadam gloria frater est Saluatoris. *Hæc noster Damianus. Venerabilis ergo authoritas, indubitanda fides: quæ à patre ad verbi diuinitatem comprobandam asciscitur in testem: & ad*

Deutero. cap. 1.

Ioann. 1.

Ioan. 1.

Ioan. 21.

Matth. 21

Euangelistam in aliquib⁹ Baptistam antecellere non repugnat dicto Domini eo. Inter natos mulierum nõ surrexit maior Ioãne Baptista.

Petr. Damian.

Gabriel, & Ioan. Virginis Mariæ integritatis testes locupletissimi, & ad eius custodiam deputati.

Ioan. 19. *Notabile Ioanis encomium, priuilegiũque singulare.*

Virginis puritatem testificandā à filio deputatur in custodem, dū eidem è cruce dicit, Ecce mater tua.

Ioan. 19.

Itaq; si Baptista virgo simul cum virgine Euāgelista eligitur ad testificandam verbi diuinitatem in terris: Virgo Ioannes Euangelista *cum Virgine in cælis Angelo Gabrieli coniungitur in terris ad conseruandam, testificandamque matris verbi virginitatem: vt de eodem conceptis verbis protulit* Episcopus *Hostiensis dicens*. Dignum quippe fuerat, vt cui potissimum commiserit cælestia, committeret & terrena, & quia mediator Dei, & hominū ex duabus naturis, diuina, scilicet, & humana consistit vnus Emanuel, beatus Ioannes vtriusque naturæ fidelis minister extiterit, qui & diuinitatis sacramenta cōscriberet, & beatæ genitrici, perpetuæ custodiæ, ac sedulitatis ministeriū exhiberet.

Episcop. Hostiēse vbi sup.

Liceat vltimo ad calcē huius Euāgel*istæ nostri encomij aliquātulum immorari circa illa Christi verba è crucis patibulo ab eius ore prolata, nempe*, Ecce mater tua. Ex *quibus eidem Ioanni non exigua prouenit laudum congeries: namq; vt ait Lactantius Firmianus de passione*: Omnia quæ Christus fecit, & dixit

Ioan. 19.

Lactant. Firmian.

A

præsertim in cruce, non fuerunt inania, sed habuerunt figuram, & significantiā magnam. *Quod minutatim significauit Petrus Chrisolog. cum sermon.* 146. *ita ait*. Non apices non literæ, non syllabæ, non verba, non nomina, non personæ in Euangelio diuinis vacua sunt misterijs. *Magnum igitur, & inscrutabile sacramentum hæc* Christi *verba continere necesse est fateamur, quod si ex vi Christi verborum.* Hoc est corpus meum: *panis substantia Christi transubstantiatur in corpus, cur similiter ex vi verborum Christi asserentis in cruce*; Mulier ecce filius tuus *Ioannes Deiparæ Virginis non sublimabitur in filium? Et quanquam disparem rationem in vtroq; agnoscimus, tamē vltra adoptionis titulum aliquid diuinius in Ioanne hæc Christi verba conferre non temere suspicamur; cum præsertim in eādē veniat sententiam* Episcopus *Hostiensis serm.* 2. *de laudibus eiusdē Ioannis dicens*. Beatus Ioannes non solum filij potitus est nomen, sed propter verba illa dominica: Mulier ecce filius tuus, quoddam maius necessitudinis sacramentum apud Beatam Virginem meruit obtinere. Hæc ille.

Chrisol.

B

Verba Christi à cruce de Ioan. prolata vltra adoptiones titulū aliquid eidem contulerunt.

Luc. 22.

C

Ioan. 19.

D

Episcop. Host.

Neque erit abs re ponderare

circa

Rupert.

Ioannes filius doloris Virginis: Christus autem eiusdē Virginis iocunditatis filius.

circa eadem verba, ea quæ Abbas Rupertus super cap. Ioan. 19. perquamdeuote cōtemplatur dum ait, Christum fuisse Virginis filium in ortu matrem iocundantem, Ioannem vero fuisse filium eandem matrem doloribus comprimentem, ita vt iure optimo de Christo dicere possit Beata Virgo: Filius Ioseph auferēs opprobrium meum: *& de Ioanne*: Benoni filius doloris mei. *Auferendo namq́, quin & præueniendo Verbum æternum in matre originale delictum opprobrium abstulit à matre, quam mulieres patiūtur in partu, iuxta illud*: In dolore paries filios tuos, *non solum enim interuentu, & gratia redemptoris Maria non fuit in partu doloribus oppressa, sed inenarrabili quodā iocunditatis rore per fusa, vt loquitur noster Ildefōsus serm. 7. de Assūptione*: Maria (*inquit*) peperit non dolore, sed gaudio. *Cōtra verò in Cruce vbi ad Ioannem fundat relationem matris, dolores vt parturiētis sustinuit, quia illa quæ in partu gratiam parturiuit in lucem, tunc filios parturiebat in gratiam, & quāquam illud saluatoris*: Mulier cum parit tristitiam habet, *in primo, & reali partu non verificetur in Virgine: in secundo, & spirituali bene quadrat in Virginem, quia tunc scilicet venit*

Genes. 30
Genes. 35
Genes. 3.
S. Ildef.
Ioan. 16.

crucis hora fuit, in qua Virgo dolores, vt parturientis sustinuit.

A

hora eius, non enim propter Bethlehemiticam tantum, sed præcipue propter crucis horam Maria verbi adaptatur in matrem, quid enim (*vt sancta mater canit Ecclesia*) nasci profuit, nisi redimi profuisset. Propter horam igitur crucis Maria de Spiritu Sancto concepit (*ait Rupertus*) propter hanc grauida facta est; propter hanc cōpleti sunt dies vt pareret, propter hanc de vtero eius Deus homo factus est. *Inter huius ergo Virginis horæ dolores Ioānes noster Virginis adoptatur in filium, vt altius Ioannis amor Virginis radicetur in pectore, & quemadmodum à Christo diligebatur præcæteris, ita à Virgine plus amaretur, quam cæteri.*

B

C

Sed iam tacitæ cuidam obiectioni, respondere necesse est, quæ nobis iure optimo obijci potest: cur S. tam sublimen, excelsamq́ Ioannis doctrinam suscipiamus explicandam: & quæ ingenij nostri est agilitas, vt perquamcelerem Aquilæ volatum valeat comprehendere? ad quam nobis S. Iob respōsum suggerit dicens: Quod quanquā Aquila nostra in arduis ponat nidū suū, tamen pulli eius lābant sanguinem, *idest, vt exponit Rupertus*, auditores eiusdē Ioannis, cognito tantum crucifixi Domini cruore satientur. *Re-*

D

Ecclesia in benedictione cerei-pascha.

Rupert. vbisup.
Maria Virgo beatissima propter crucis horam electa in matrem.

Iob. 39.

Rupert. in prolo. Euangel. Ioan.
Greg. in hūc locū Iob.

lictis

lictis igitur altioribus myste-rijs, in quibus hac diuina Aquila ponit nidum suum; sanguinem lambimus vt pulli, satiamur namque eius doctrina, & hanc perscrutando lambimus, qua nos capit decimo tertio sui Euangel. docet illam cœnam, in qua diuinum Eucharistiæ Sacramentum instituit Christus maiora tunc

A

B

amoris signa suis exhibendo, quàm per totam vitæ periodum demõstrauerat in eiusdem Euãge*listæ intercessione suffulti, qua & Apostoli sunt à Christo adepti quis esset qui traderet eum, qui in Sanctis suis est laudabilis per secula. Amẽ.*

ANNOTATIONES IN CAP. XIII. SACRO S. IESV CHRISTI EVANGELII SECVND. IOAN.

ANNOTATIO PRIMA.

Circa illa verba contextus.

ANTE DIEM FESTVM PASCHÆ.

De tempore, quo Christus legalem cænam manducauit, reliquaq; mysteria operatus est.

CONTROuersia inter authores maxima est circa tēpus, quo Christus cū discipulis legalē cænam mādu cauit, reliquaq; mysteria operatus est, nēpe pedū lotionē, & Sacrosanctæ Eucharistiæ institutionē: quæ opinionū dissensio suū principiū sumpsit ex intelligentia quorundā nostri Euāgelistæ verborum cap. 18. Euangelij sui, qui cū loqueretur de iniqua Iudæorum occupatione in Christo seruatore accusando mortiq; tradēdo, ita ait: *Ipsi nō introierunt in prætoriū, ne contaminarentur: sed vt manducarēt Pascha*. Quod si Iudæi eo die, quo Christus mortuus est, nōdum manducauerant Pascha, Christus vero præcedenti die Pascha cum discipulis suis manducauerat: iam ergo Christus Pascha celebrauit, reliquaque mysteria operatus est, vno vel saltem die priusquam Iudæi: & ante legis præscriptum tempus, quod nequaquam asserendum videtur, cum fuerit ipse legis obseruantissimus custos, neque

Vnde orta dissentio inter authores circa tempus, quo Christus cænam legalem manducauit.

Ioan. 18.

se ad legem soluendam, sed implendam venisse proprio ore retulerit.

Matth. 5.

Circa quam dubitationem, eiusque solutionem, tãtus, vt diximus, strepitus, tantaque opinionum dissentio est, præsertim inter authores Græcos, & Latinos; vt quid in ea tenendum sit, difficili me cognoscamus: attamen omnium patrum Doctorumque sententias, quasi cribro ventilando, quidquid verum, Sanctorumque Euangelista rum dictis consonum sit clarissimis verbis in mediũ proferemus, si prius aliqua annotemus, sine quorum intelligentia penitus hallucinabimur.

Est igitur imprimis aduertendum, nomen, Pascha, tribus acceptionibus vsurpa ri in Sacra Scriptura noui testamenti. Primo namque sumitur pro agno Paschali, in quo sensu vsurpatur á Marco cap. 14. & á Luca capit. 22. cũ ibi dicitur: *Immolari, occidi, & manducare Pascha:* In quo etiam sensu accipitur á Paulo epist. 1. ad Corinth. cap. 5. illis verbis: *Pascha nostrum immolatus est Christus*, id est, loco nostri agni legalis immolatus est Christus vnigenitus filius Dei.

Tres nominis Pascha acceptiones.

1. Acceptio.

Marc. 14. Lucæ. 22.

1. Chor. 5 Anselm. in hũc locum.

A

Sumitur secundo nomen Pascha, pro septeduana illa festiuitate, ac solẽnitate, quã vocabant azimorũ, & in hoc sensu accipitur Ioan. 18. vbi loquitur de consuetudine Iudæorum indemittendo vno vincto in Pascha, quin etiam & in Actis Apostolorum cũ ibi dicitur inclusisse Petrum in carcerem Herodem in diebus azimorũ, vt post Pascha produceret eum populo.

2. Nominis Paschæ acceptio

Ioan. 18. Anselm. vbi sup.

Act. 12.

B

Sumitur tandem tertio pro sacrificijs illis Paschalibus, quæ per eosdem septem dies festiuitatis azimorũ offerebantur; & quorum pars aliqua pertinebat ad esum offerentium, quales erant hostiæ pacificæ de quibus videte capit. 12. Deuteron. & 7. Leuit. Aduescendum tamen huiusmodi sacrificia opus erat munditia legali, vt eisdem locis proximè allegatis apparet.

3. nominis Paschæ acceptio.

C

Deut. 12. Leuit. 7.

Aduertendum est secundo non idem esse diem Paschæ, & diem festum Paschæ: nam dies Paschæ erat ille, in quo immolari præcipiebat lex agnum Paschalem nempe Luna 14. sub vesperum, dies autem festus Paschæ, erat subsequens dies, nempe luna decima quinta, quæ quidem dierum distinctio pa-

D

distinctio inter diẽ Paschæ, & diem festum Paschæ.

tet

Leuit. 23. Num. 28

tet ex Leuit. 23. & ex Numer. 28. vbi sic habetis: *Mense primo, quarta decima die mensis, ad vesperam Pascha Domini est*, idest, dies á Domino consignatus ad offerendum immolandumque agnum Paschalem in memoriam, & recordátionem beneficij illius á Domino consecuti, quando per transiuit Angelus percutiens Egyptios, & Iudæorum domos saluans: *Et quinta decima die mensis huius solemnitas azimorum Domini est*: idest incipit solemnitas dierum azimorũ, ideoque Sanctus, & festiuus reputabitur dies ille, ac proinde appellabitur dies festus Paschæ: idest præcipuus, & primus inter alios, in quo nullum opus seruile licebit exercere, vt patet ex eodem loco Leuitici proximè allegato vbi sic dicitur: *Dies primus erit vobis celeberrimus sanctusque, omne opus seruile non facietis in eo.*

Dies festus Paschæ primus & præcipuus inter ōnes dies azimorũ

Leuit. 23.

Tertio aduertendum est, in duplici differentia haberi dies apud Iudæos: nam dies illa, in qua solemnitas secundum legem erat exercenda, celebrandaque, dies legalis appellabatur: & incipiebat á vesperis diei antecedentis, terminabaturq; vesperi eiusdem diei. Reliquos vero dies quibus Iudæi tempora numerabant, dies vsuales consueuerunt nominare, qui á mane vsque ad vesperum incipiebant, & terminabantur.

Duplex dierũ differētia legalium, & vsualium.

Ex his tribus aduertendis vobis luce meridiana clarius apparebit propositæ obiectionis, siue dubitationis solutio; scilicet quo tempore, die, vel hora Christus cum discipulis suis cænam legalem, idest agnum Paschalem manducauit, in quo Eucharistiæ Sacramentum instituit, suorumque lauit pedes discipulorum, quin & patebit, neque Christum, neque Iudæos tempus á lege præscriptum ad agnum immolandum, vescendumque immutasse, sed eodē tempore, & hora, nempe luna decima quarta primi mensis ad vesperum Christum, & Iudæos agnum Paschalem comedisse: & quod magis cauendum oportet, Euangelistas in assignando eodem tempore, & die sibi nequaquam contrariari; imó consono dictorũ contextu, & ad amussim fuisse locutos: celebrauit namque Christus Pascha cum discipulis suis, idest, agnum Paschalem immolauit,

Neque Christus, neq; Iudæi tempus á lege præscriptũ immutarũt.

Sacri Euāgelistæ in assignādo tēporequo Christus legalē cænam exercuit, neutiquam sibi contradicunt.

Christus & Iudæi agnum legalem 14. luna primi mensis sub vesperũ comederũt quod erat tempus à lege præscriptum,

& edit (nam nomen Pascha, vt habetis ex secundo aduertendo, idem valet, atque agnus Paschalis) decima quarta luna primi mensis sub vesperum, in qua die, & vespere Iudæi simul id ipsum exercuerunt: eodem namque tépore Christus, & Iudæi simul agnum legalem manducabant: nempe sub vesperum lunæ decimæ quartæ primi mensis, vt præcipiebat lex.

Videte autem omnes Euangelistas vniuoce, & conciliate loqui: nã Matthæus assignans diẽ, ait: *Prima die azimorum accesserunt discipuli ad IESVM dicentes, Vbi vis paremus tibi comedere Pascha*: & statim subdit: *Vespere autem facto discumbebat cum discipulis suis*: vbi sic tempus illud, & diem distribuimus: quia scilicet secundum rationem dierum legalium dies incipiebat post meridiem diei antecedentis iam cũ discipuli secundum Matthæum, accesserunt ad IESVM quærentes de loco faciendi Pascha inceperat prima diez azimorum :incepta ergo prima die nempe illo tempore lunæ decima quarta primi mensis; quod Lusitane appellamus (*hora de vespera*) statim misit illos ad quendam patrem familias, qui vel quia paratus erat vt publicus stabularius ad necessaria ministranda omnibus cõuenientibus Hierusalem, vt ederent Pascha: vel quia, vt iam diximus, præmonitus fuerat á Christo: iã omnia necessaria parauerat, & ita diligenter, vt vesperi facto, iam Christus cum discipulis suis discumberet, agnumque Paschalem, siue legalem manducaret, in quo etiam tempore omnes Iudæi, qui habitabant Hierusalem, & principales erant in ciuitate, ditioresque, & necessaria ad agnum immolandum, edendumque facilius possidebant, simul Pascha faciebant, idest agnum legalem manducabant: erat namque tunc tempus á lege præscriptum: neque tunc aliqua instabat ratio, vt differrent tẽpus á lege signatum, cum nõ adhuc Iudas eos de Christi captu admoneret. Bene ergo Matthæus cap. 26. Christum prima die azimorum sub vesperum agnum comedisse ait.

Matth. 26

Qui fieri potuit, vt atequã discipuli accederẽt iam pater familias parauerit

Matt 26

Nihil omnino dissentit Marcus: nam capit. 14. ait: *Prima die azimorum Christum agnum cum discipulis suis comedisse.* Loquendo etiam de diebus legalibus: & ita

Marc. 14

consonat

Cōcordāt Matthę° & Marcus, in assignando tempore, quo Christus canā legalem exercuit.

consonat cum Mattheo, vt solum phrasi, siue loquendi modo diffideat: nam tempus quod Matthæus vocat, vesperi facto, idem significat Marcus, cum dicit: *Quando Pascha immolabant*, idest, quando lex iubebat occidi, immolari, & manducari agnum Paschalem: lex autem iubebat sub vesperum, idest, prope noctem, in qua terminabatur luna decima quarta, quo tempore secundum rationem dierum legalium primus dies azimorum iam inceperat: ad amussim ergo ambo, primam diem azimorum signant dum alter dicit: *Vesperi autem facto*: Alter veró. *Quando Pascha immolabant.*

Attendite quæso, & quomodo idem quod Mattheus, & Marcus tempus assignant, assignet & Lucas capite vigesimo primo, ait enim: *Appropinquabat autem dies festus azimorum*, non attendendo ad strictam regulā dierum legalium, sed ad festiuitatem præcipuam dierū azimorum, idest, ad illum primum diem, in quo incipiebant azimi, qui festiuus celeberrimusq; erat, & secūdum rationem dierum vsualium, non dum inceperat, sed

Cap. 26. cap. 14.

Luc. 21.

A

aduentabat, idest, incipiendus erat post mediam noctem: atque idem est dicere: *Prima die azimorum vesperi facto*. Et dicere. *Primo die azimorum quando Pascha immolabant*: atque dicere. *Appropinquabat dies festus azimorum.* Omnes enim hæ loquutiones idem valent, atque si diceretur Christum cum discipulis suis agnum Paschalem comedisse, pedes discipulorum lauisse, Eucharistiæque Sacramentum instituisse luna decima quarta primi mensis sub vesperam secundum legem, ideoque legem non soluere, sed ad implere.

Cōcordat Lucas cū Mattheo & Marco in assignando tēpore quo Christus agnum legalem cænauit.

B

Matth. 5.

C

Restat tamen vt consonantissimo terno quartam vocem coniungamus, vt Euāgelistarum consona, suauisque harmonia ostendatur. Ait igitur noster Euāgelista. *Ante diem festum Paschæ.* Significans Christū omnia hæc celebrasse mysteria luna decima quarta, quod idem est, atq; id, quod cæteri præfati sunt Euangelistæ. Nam cum non idem sit dies Paschæ, atque dies festus Paschæ, vt superius demonstrauimus, sed idem sit dies Paschæ, atque dies immolationis agni, dies autem festus Paschæ, idem sit, atque prima

D

Consonat noster Euāgelista cum reliquis, & solo loquendi modo dissidet.

dies azimorũ, in quo ab omnibus seruilibus se se abstinebant Iudæi, qui erat luna 15. bene decimam quartam indicat Ioannes cum ait: ***Ante diem festum Paschæ*** attendendo ad rationem dierum vsualium:itaqùe primi duo Euangelistæ loquentes secundum rationem dierum legalium, dixerũt, ***Prima die azimorum***: Nempe Mattheus, & Marcus. Alteri vero secundum rationem dierum vsualium, dixerunt: *Appropinquabat dies festus azimorum*, &, *Ante diem festum paschæ*, nempe Lucas, & Ioannes, solũ in loquutionis modo differentes, sed in rei veritate omnino consentientes.

Beda.

Hanc tandem temporis differentiam assignat noster venerabilis Beda. Dum illa verba Lucæ in capite 22. exponit. *Et cum facta esset hora discubuit, & duodecim Apostoli cum eo.* Supra quæ Euangelistæ verba ita commentatur Beda. *Horam manducandi Pascha designat, quæ quarta decima die mensis primi perducta ad vesperam, & quinta decima luna iam terris apparente iuxta edicta legis instabat.*

Adhuc tamen restat vt satisfaciamus fundaméto, ex quo omnis hæc dissensionũ

A

moles exurgit, nempe illud Ioannis 18. *Ipsi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha*, non enim ita intelligendus est Ioannes ac si diceret, eos non dum agnum legalem manducasse, manducauerant enim ad vesperum diei præteriti quando Christus simul cum discipulis mãducauit: sed intelligendus est Ioannis locus de manducatione illorum sacrificiorum, quæ per illam septenam festiuitatem offerebantur, quorum pars, vt diximus, pertinebat ad esum offerẽtium: & ad cuius manducationem requirebatur munditia legalis: Nam ibi nomen, Pascha, non sumitur pro agno Paschali sed pro sacrificijs septem dierum, vt habetis ex primo aduertendo huius annotationis quod etiam post nõnullos annotauit Alcuinus noster ad hunc locũ. *Pascha* (inquiens) *proprie dicebatur dies illa, in qua agnus ad vesperam decima quarta luna occidebatur: septem verò dies sequentes, dies azimorum dicebantur, in quibus nihil fermentatum in domibus eorum debuit inueniri: sed tamen dies paschalis inuenitur inter dies azimorum, vt apud Matth. prima autem die azimorũ accesserunt discipuli*

Ioann. 18

Soluitur dubitandi ratio circa tempus quo Christus legalẽ canã mãducauit cum suis discipulis

Exponitur Ioannis locus in cap. 18

Alcuin⁹.

B C D

cipuli

cipuli ad IESVM dicentes, vbi vis paremus tibi comedere pascha, pascha enim dies azimorum inueniuntur nominati, vt hîc, vt manducarent Pascha: Pascha enim non immolationem agni hic notat, quæ fiebat decima quarta luna ad vesperum: sed magnam solemnitatem, quæ 15. celebrabatur post agni immolationem decima quarta luna Dominus sicut, & alij Iudæi Pascha celebrauit. Hæc noster Alcuinus. Ex cuius verbis clare colliguntur illæ acceptiones, quibus superius nomen, Pascha, vsurpari annotauimus: patet etiam ex eiusdẽ interpretatione nomen, Pascha, in illo loco Ioannis 18. non vsurpari pro agno Paschali, sed pro sacrificijs, quæ in septiduana illa festiuitate offerabantur.

Paschaali quãdo sumit ur pro diebus azimorum & dies azimorũ pro Pascha.

Ioann. 8

Sed vt ex eiusdem Ioannis verbis: *Ipsi vero non introierũt in prætorium, ne contaminarentur, sed vt manducarent Pascha.* tam cõcionatoribus, quã audientibus aliquid emolumenti afferamus, ad cæcas Pharisæorum mentes, quæ sumus aduertatis, ad eorumque impias consciẽtias, quorum semper mos fuit hærere in aqua: *Quare* (inquiunt) *discipuli tui non lauant manus cum manducant?* Illi autem ipsi, qui hanc in discipulorum oculis minutissimam festucam aspicientes admirabantur, ad trabem per quã extra legis præcepta frequenter exilire consueuerant, in proprijs non aduertunt, semperque minima curãtes, maxima peccata per petrabant, quod in præsenti euentu. clarissime demonstrant: non enim morte hominis gentis suæ se existimãt pollutos, qui in ingressione prætorij se putant cõtaminatos. *O impia cæcitas* (exclamat August.) *alienigenæ iudicis prætorio contaminari timebant, & fratris innocentis sanguinem non timebant.* Hæc August. Vnde eleganter ait D. Thomas in cathena aurea ad illa verba: *Nõ in die festo*: quod nihil, tunc præter propriæ voluntatis executionem ante oculos habebant: *Principes Pharisæorum*, inquit, *& Sacerdotum, non ea, quæ Dei sunt timuerunt, ne scilicet peccato in hoc tempore peracto, maior eis inquinatio fieret, sed solum quæ humana sunt vbiq; cogitabant.* Maximè quidem isti, illis nobis assimilari videntur; qui Domino nostro IESV Christo cruci affixo maximam exhibent reuerentiam: ipsum tamen Christum, vt possunt vitijs, & flagitijs dedecorant, &

Iudæorũ præpostera consciẽtia, & irridendus scrupulus.

Matth. 15

Ioan. 18.

August.

D. Thomas ad illa verba Matthæi. capit. 26. Nõ in die festo.

despiciunt vmbram venerãtes, corpus vero despicientes quos bene Cham filio Noe similes esse ait idem Augustin. lib. 16. de ciuitate Dei cap. 2. dicens. *Omnes qui Christiano vocabulo gloriantur, & perdite viuunt, non absurde possunt videri in filio Noe Cham figurati: passionem quippe Christi, quæ illius hominis nuditate figurata est, & annuntiant profitendo, & male agendo exhonorant.* Quod sane præterquã quod abominandum, execrãdumque sit, etiam ridiculosum videtur, vt Cyrillo Alexandr. visum est, qui lib. 12. in Ioannem circa hunc Iudæorum euẽtum, ita ait: *Illud multum ridiculosum est, quod vt Pascha comederent, quod nihil aliud quàm Christi mysterium significabat, cauent ne inquinentur, in ipsam autem veritatem insaniunt.* Hæc ille. Bene ergo Pharisæi, qui solum honorũ vmbras sectabantur, vmbræ reuerentiam exhibent. Quibus (vt dictum est) bene assimilantur illi, qui imaginem adorant, & venerantur; in ipsum autem Christum conuitijs, blasphemijs, & peccatis insurgere non verentur, de

August.

Cyrill. Alex.

A

B

C

D

quibus Dominus per Isaiam conqueritur dicens: *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me*, quod in Pharisæorum verbis maximè comprobatur, qui vt annotauit Glossa ordinaria in cap. 27. Matthæi ad illa verba. Non eos licet mittere in corbonam, quia prætium sanguinis est: maximam exhibebant Dei ærario reuerẽtiam, dum in id denarios, quibus Iudas mercator pessimus magistri sanguinem tradit, nefas iudicant intromittere: Christi autem sanguinem diffundere non verentur: *Vere* (inquit Glossa) *colantes culicem, & camelum glutiẽtes.* Si enim ideo non mittunt pecuniam in corbonam, idest, in gazophilatiũ, seu inter dona Dei, quia prætium sanguinis est: cur ergo ipse sanguis effunditur? semper hic peccatorũ mos fuit; non veretur Dauid adulterium: non veretur homicidium: veretur tamen mulierẽ ingredi menstruatam: colat ecce culicem, & camelos deglutit.

Esaiæ. 29

Glossa.

2. Reg. 11

ANNOTATIO SECVNDA.

Circa illa verba contextus.

ANTE DIEM FESTUM Paschæ.

De loco siue diuersorio, in quo Christus eximia sui amoris signa præbuit, altissimaque mysteria operatus est, quæ ab Euangelista hoc capit. referuntur.

COGNITO tempore, in quo Christus legalem cœnam mãducauit: pergamus iam ad inquirendum locum, in quo eximia sui amoris signa discipulis demonstrauit diuinaque, & altissima mysteria operatus fuit: nempe pedũ lotionem, sacrosanctique Eucharistiæ Sacramẽti institutionem.

Primo igitur occurrit Nicephorus lib. 1. capit. 28. antiquam referens traditionem, dicensque, domum illam, siue locum fuisse propriam Ioannis Euangelistæ, quam ipse comparauerat sibi vendito Caiphæ Põtifici paterno suo patrimonio, quod habebat in Galilæa. Atque quod in eadem domo Beata Maria post Domini in cælum Ascensionem habitauerit, ibique mortem obierit: Quamquidem sententiam, traditionemque neutiquam admittendam esse sentimus: cum, præterquã quod cum Euangelica pagina apertè pugnet, paupertatis apostolicæ perfectioni è regione obuiet, intensissimæque animi actioni, qua Ioãnes relicto patre, & retibus, secutus est Christum, per quam maxime contrarietur. Et imprimis quod non consonet Sacræ paginæ patet ex capit. 22. Lucæ Euangelij, vbi Ioannem, & Petrum á Christo missos affirmat, ad quendam patrem familias, cuius erat propria domus, & habitaculum, siue diuersorium, de quo agimus: non poterat ergo ad se ipsum Ioannes mitti, neq; qui venerat se ipsum domi habitantem inuenire.

Quinimo pugnat hæc opinio cum Petri promissione Matth. 19, *Ecce nos reliquimus omnia*: Apostoli namque venditis omnibus, siue relictis pauperibusq; distributis Christum

Niceph. | Opinio Nicephori de S. cænaculo nõ probanda | Matth. 4. | Lucæ. 22. | Matth. 19 | Apostolo omniũ rerum abdicatio.

lictis igitur altioribus mysterijs, in quibus hæc diuina Aquila ponit nidum suum; sanguinem lambimus vt pulli, satiamur namque eius doctrina, & hanc perscrutando lambimus, qua nos capit. decimo tertio sui Euangel. docet illam cœnam, in qua diuinum Eucharistiæ Sacramentum instituit Christus maiora tunc

A

B

amoris signa suis exhibendo, quàm per totam vitæ periodum demõstrauerat in eiusdem Euãgelistæ intercessione suffulti, qua & Apostoli sunt à Christo adepti quis esset qui traderet eum, qui in Sanctis suis est laudibilis per secula. Amẽ.

ANNOTATIONES IN CAP. XIII. SACROS. IESV CHRISTI EVANGELII SECVND. IOAN.

ANNOTATIO PRIMA.

Circa illa verba contextus.

ANTE DIEM FESTVM PASCHÆ.

De tempore, quo Christus legalem cænam manducauit, reliquaq; mysteria operatus est.

CONTROuersia inter authores maxima est circa tēpus, quo Christus cū discipulis legalē cænam mãducauit, reliquaq; mysteria operatus est, nēpè pedū lotionē, & Sacrosanctæ Eucharistiæ institutionē: quæ opinionū dissensio suū principiū sumpsit ex intelligentia quorundā nostri Euãgelistæ verborum cap. 18. Euangelij sui, qui cū loqueretur de iniqua Iudæorum occupatione in Christo seruatore accusando mortiq; tradēdo, ita ait: *Ipsi nō introierunt in prætoriū, ne contaminarentur: sed vt manducarēt Pascha*. Quod si Iudæi eo die, quo Christus mortuus est, nō dum manducauerant Pascha, Christus vero præcedenti die Pascha cum discipulis suis manducauerat: iam ergo Christus Pascha celebrauit, reliquaque mysteria operatus est, vno vel saltem die priusquam Iudæi: & ante legis præscriptum tempus, quod nequaquam asserendum videtur, cum fuerit ipse legis obseruantissimus custos, neque

Vnde orta dissensio inter authores circa tempus, quo Christus cænam legalem manducauit.

Ioan. 18.

A

B

se ad legem soluendam, sed implendam venisse proprio ore retulerit.

Matth. 5.

Circa quam dubitationem, eiusque solutionem, tātus, vt diximus, strepitus, tantaque opinionum dissentio est, præsertim inter authores Græcos, & Latinos; vt quid in ea tenendum sit, difficili me cognoscamus: attamen omnium patrum Doctorumque sententias, quasi cribro ventilando, quidquid verum, Sanctorumque Euangelista rum dictis consonum sit clarissimis verbis in mediū proferemus, si prius aliqua annotemus, sine quorum intelligentia penitus hallucinabimur.

Tres nominis Pascha acceptiones.

Est igitur imprimis aduertendum, nomen, Pascha, tribus acceptionibus vsurpari in Sacra Scriptura noui testamenti. Primo namque sumitur pro agno Paschali, in quo sensu vsurpatur á Marco cap. 14. & á Luca capit. 22. cū ibi dicitur: *Immolari, occidi, & manducare Pascha*: In quo etiam sensu accipitur á Paulo epist. 1. ad Corinth. cap. 5. illis verbis: *Pascha nostrum immolatus est Christus*, idest, loco nostri agni legalis immolatus est Christus vnigenitus filius Dei.

1. Acceptio.

Marc. 14. Lucæ. 22.

1. Chor. 5. Anselm. in hūc locum.

2. Nominis Paschæ acceptio

Sumitur secundo nomen Pascha, pro septeduana illa festiuitate, ac solēnitate, quā vocabant azimorū, & in hoc sensu accipitur Ioan. 18. vbi loquitur de consuetudine Iudæorum indemittendo vno vincto in Pascha, quin etiam & in Actis Apostolorum cū ibi dicitur inclusisse Petrum in carcerem Herodem in diebus azimorū, vt post Pascha produceret eum populo.

Ioan. 18. Anselm. vbi sup.

Act. 12.

3. nominis Paschæ acceptio.

Sumitur tandem tertio pro sacrificijs illis Paschalibus, quæ per eosdem septem dies festiuitatis āzimorū offerebantur; & quorum pars aliqua pertinebat ad esum offerentium, quales erant hostiæ pacificæ de quibus videte capit. 12. Deuteron. & 7. Leuit. Aduescendum tamen huiusmodi sacrificia opus erat munditia legali, vt eisdem locis proximè allegatis apparet.

Deut. 12. Leuit. 7.

distinctio inter diē Pascha, & diem festum Paschæ.

Aduertendum est secundo non idem esse diem Paschæ, & diem festum Paschæ: nam dies Paschæ erat ille, in quo immolari præcipiebat lex agnum Paschalem nempe Luna 14. sub vesperum, dies autem festus Paschæ, erat subsequens dies, nempe luna decima quinta, quæ quidem dierum distinctio patet

Leuit. 23. Num. 28

tet ex Leuit. 23. & ex Numer. 28. vbi sic habetis: *Mense primo, quarta decima die mensis, ad vesperam Pascha Domini est*, ideſt, dies á Domino consignatus ad offerendum immolandumque agnum Paschalem in memoriam, & recordátionem beneficij illius á Domino consecuti, quando per transiuit Angelus percutiens Egyptios, & Iudæorum domos saluans: *Et quinta decima die mensis huius solemnitas azimorum Domini est*: ideſt incipit solemnitas dierum azimorū, ideoque Sanctus, & festiuus reputabitur dies ille, ac proinde appellabitur dies festus Paschæ: ideſt præcipuus, & primus inter alios, in quo nullum opus seruile licebit exercere, vt patet ex eodem loco Leuitici proximè allegato vbi sic dicitur: *Dies primus erit vobis celeberrimus sanctusque, omne opus seruile non facietis in eo.*

Dies festus Pascha primus & præcipuus inter ōnes dies azimorū

Leuit. 23.

Tertio aduertendum eſt, in duplici differentia haberi dies apud Iudæos: nam dies illa, in qua solemnitas secundum legem erat exercenda, celebrandaque, dies legalis appellabatur: & incipiebat á vesperis diei antecedentis, terminabaturq; vesperi eiusdem dici. Reliquos vero dies quibus Iudæi tempora numerabant, dies vsuales consueuerunt nominare, qui á mane vsque ad vesperum incipiebant, & terminabantur.

Duplex dierū differētia legalium, & vsualium.

A

Ex his tribus aduertendis vobis luce meridiana clarius apparebit propositæ obiectionis, siue dubitationis solutio; scilicet quo tempore, die, vel hora Christus cum discipulis suis cænam legalem, ideſt agnum Paschalem manducauit, in quo Eucharistiæ Sacramentum instituit, suorumque lauit pedes discipulorum, quin & patebit, neque Christum, neque Iudæos tempus á lege præscriptum ad agnum immolandum, vescendumque immutasse, sed eodē tempore, & hora, nempe luna decima quarta primi mensis ad vesperum Christum, & Iudæos agnum Paschalem comedisse: & quod magis cauendum oportet, Euangelistas in assignando eodem tempore, & die sibi nequaquam contrariari; imó consono dictorū contextu, & ad amussim fuisse locutos: celebrauit namque Christus Pascha cum discipulis suis, ideſt, agnum Paschalem immolauit,

B

C

Neque Christus, neq; Iudæi tempus á lege præscriptū immutarūt.

D

Sacri Euāgelista in assignādo tēporeq̄ Christus legalē cænam exercuit, neuti quam sibi contradicunt.

Christus & Iudai agnum legalem 14. luna primi mensis sub vesperũ comederũt quod erat tempus à lege præscriptum,

& edit (nam nomen Pascha, vt habetis ex secundo aduertendo, idem valet, atque agnus Paschalis) decima quarta luna primi mensis sub vesperum, in qua die, & vespere Iudæi simul id ipsum exercuerunt: eodem namque tépore Christus, & Iudæi simul agnum legalem manducabant: nempe sub vesperum lunæ decimæ quartæ primi mensis, vt præcipiebat lex.

Videte autem omnes Euangelistas vniuoce, & conciliate loqui: nã Matthæus assignans diẽ, ait: *Prima die azimorum accesserunt discipuli ad IESVM dicentes, Vbi vis paremus tibi comedere Pascha*: & statim subdit: *Vespere autem facto discumbebat cum discipulis suis*: vbi sic tempus illud, & diem distribuimus: quia scilicet secundum rationem dierum legalium dies incipiebat post meridiem diei antecedentis iam cũ discipuli secundum Matthæum, accesserunt ad IESVM quærentes de loco faciendi Pascha inceperat prima diez azimorum: incepta ergo prima die nempe illo tempore lunæ decima quarta primi mensis; quod Lusitane appellamus (*hora de vespera*) statim misit illos ad quendam patrem familias, qui vel quia paratus erat vt publicus stabularius ad necessaria ministranda omnibus cõuenientibus Hierusalem, vt ederent Pascha: vel quia, vt iam diximus, præmonitus fuerat á Christo: iã omnia necessaria parauerat, & ita diligenter, vt vesperi facto, iam Christus cum discipulis suis discumberet, agnumque Paschalem, siue legalem manducaret, in quo etiam tempore omnes Iudæi, qui habitabant Hierusalem, & principales erant in ciuitate, ditioresque, & necessaria ad agnum immolandum, edendumque facilius possidebant, simul Pascha faciebant, idest agnum legalem manducabant: erat namque tunc tempus á lege præscriptum: neque tunc aliqua instabat ratio, vt differrent tépus á lege signatum, cum nõ adhuc Iudas eos de Christi captu admoneret. Bene ergo Matthæus cap. 25. Christum prima die azimorum sub vesperum agnum comedisse ait.

Matth. 26

Qui fieri potuit, vt atequã discipuli accederẽt iam pater familias parauerit.

Nihil omnino dissentit Marcus: nam capit. 14. ait: *Prima die azimorum Christum agnum cum discipulis suis comedisse*. Loquendo etiam de diebus legalibus: & ita

Matt 26

Marc. 14

consonat

Cōcordāt Matthe⁹ & Marcus, in assignando tempore, quo Christus cenā legalem exercuit.

consonat cum Mattheo, vt solum phrasi, siue loquendi modo dissideat: nam tempus quod Matthæus vocat, vesperi facto, idem significat Marcus, cum dicit: *Quando Pascha immolabant*, ideſt, quando lex iubebat occidi, immolari, & manducari agnum Paschalem: lex autem iubebat sub vesperum, ideſt, prope noctem, in qua terminabatur luna decima quarta, quo tempore secundum rationem dierum legalium primus dies azimorum iam inceperat: ad amussim ergo ambo, primam diem azimorum signant dum alter dicit: *Vesperi autem facto:* Alter veró. *Quando Pascha immolabant.*

Cap. 26. cap. 14.

Luc. 21.

Attendite quæso, & quomodo idem quod Mattheus, & Marcus tempus assignant, assignet & Lucas capite vigesimo primo, ait enim: *Apropinquabat autem dies festus azimorum*, non attendendo ad strictam regulā dierum legalium, sed ad festiuitatem præcipuam dierū azimorum, ideſt, ad illum primum diem, in quo incipiebant azimi, qui festiuus celeberrimusq; erat, & secūdum rationem dierum vsualium, non dum inceperat, sed aduentabat, ideſt, incipiendus erat post mediam noctem: atque idem est dicere: *Prima die azimorum vesperi facto*. Et dicere. *Primo die azimorum quando Pascha immolabant:* atque dicere. *Apropinquabat dies festus. azimorum.* Omnes enim hæ loquutiones idem valent, atque si diceretur Christum cum discipulis suis agnum Paschalem comedisse, pedes discipulorum lauisse, Eucharistiæque Sacramentum instituisse luna decima quarta primi mensis sub vesperam secundum legem, ideoque legem non soluere, sed ad implere.

Cōcordat Lucas cū Mattheo & Marco in assignando tēpore quo Christus agnum legalem cænauit.

Matth. 5.

Restat tamen vt consonantissimo terno quartam vocem coniungamus, vt Euāgelistarum consona, suauisque harmonia ostendatur. Ait igitur noster Euāgelista. *Ante diem festum Pascha.* Significans Christū omnia hæc celebrasse mysteria luna decima quarta, quod idem est, atq; id, quod cæteri præfati sunt Euangelistæ. Nam cum non idem sit dies Paschæ, atque dies festus Paschæ, vt superius demonstrauimus, sed idem sit dies Paschæ, atque dies immolationis agni, dies autem festus Paschæ, idem sit, atque prima

Consonat noster Euāgelista cum reliquis, & solo loquendi modo dissidet.

dics azimorũ, in quo ab omnibus seruilibus se se abstinebant Iudæi, qui erat luna 15. bene decimam quartam indicat Ioannes cum ait: *Ante diem festum Paschæ* attendendo ad rationem dierum vsualium: itaq; primi duo Euangelistæ loquentes secundum rationem dierum legalium, dixerũt, *Prima die azimorum*: Nempe Mattheus, & Marcus. Alteri vero secundum rationem dierum vsualium, dixerunt: *Appropinquabat dies festus azimorum*, &, *Ante diem festum paschæ*, nempe Lucas, & Ioannes, solũ in loquutionis modo differentes, sed in rei veritate omnino consentientes.

Beda.

Hanc tandem temporis differentiam assignat noster venerabilis Beda. Dum illa verba Lucæ in capite 22. exponit. *Et cum facta esset hora discubuit, & duodecim Apostoli cum eo.* Supra quæ Euangelistæ verba ita commentatur Beda. *Horam manducandi Pascha designat, quæ quarta decima die mensis primi perducta ad vesperam, & quinta decima luna iam terris apparente iuxta edicta legis instabat.*

Adhuc tamen restat vt satisfaciamus fundaméto, ex quo omnis hæc dissensionũ

A moles exurgit, nempe illud Ioannis 18. *Ipsi non introierunt in pretorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha*, non enim ita intelligendus est Ioannes ac si diceret, eos non dum agnum legalem manducasse, manducauerant enim ad vesperum

Ioann. 18

Soluitur dubitandi ratio circa tempus quo Christus legalẽ canã manducauit cum suis discipulis

B diei præteriti quando Christus simul cum discipulis mãducauit: sed intelligendus est Ioannis locus de manducatione illorum sacrificiorum, quæ per illam septenam festiuitatem offerebantur, quorum pars, vt diximus, pertinebat ad esum offerẽtium: & ad cuius manducationem re-

Exponitur Ioannis locus in cap. 18

C quirebatur munditia legalis: Nam ibi nomen, Pascha, non sumitur pro agno Paschali sed pro sacrificijs septem dierum, vt habetis ex primo aduertendo huius annotationis quod etiam post nõnullos annotauit Alcuinus noster ad hunc locũ. *Pascha* (inquiens)

Alcuin.

D *proprie dicebatur dies illa, in qua agnus ad vesperam decima quarta luna occidebatur: septem verò dies sequentes, dies azimorum dicebantur, in quibus nihil fermentatum in domibus eorum debuit inueniri: sed tamen dies paschalis inuenitur inter dies azimorum, vt apud Matth. prima autem die azimorũ accesserunt dis-*

cipuli ad IESVM dicentes, vbi vis paremus tibi comedere pascha, pascha enim dies azimorum inueniuntur nominati, vt hic, vt manducarent Pascha: Pascha enim non immolationem agni hic notat, quæ fiebat decima quarta luna ad vesperum: sed magnam solemnitatem, quæ 15. celebrabatur post agni immolationem decima quarta luna Dominus sicut, & alij Iudæi Pascha celebrauit. Hæc noster Alcuinus. Ex cuius verbis clare colliguntur illæ acceptiones, quibus superius nomen, Pascha, vsurpari annotauimus: patet etiam ex eiusdẽ interpretatione nomen, Pascha, in illo loco Ioannis 18. non vsurpari pro agno Paschali, sed pro sacrificijs, quæ in septiduana illa festiuitate offerabantur.

Pascha aliquã do sumitur pro diebus azimorum & dies azimorũ pro Pascha.

Sed vt ex eiusdem Ioannis verbis: *Ipsi vero non introierũt in prætorium, ne contaminarentur, sed vt manducarent Pascha.* tam cõcionatoribus, quã audientibus aliquid emolumenti afferamus, ad cæcas Pharisæorum mentes, quæ summus aduertatis, ad eorumque impias consciętias, quorum semper mos fuit hærere in aqua: *Quare* (inquiunt) *discipuli tui non lauant manus cum manducant?* Illi autem ipsi, qui hanc in discipulorum oculis minutissimam festucam aspicientes admirabantur, ad trabem per quã extra legis præcepta frequenter exilire consueuerant, in proprijs non aduertunt, semperque minima curãtes, maxima peccata perpetrabant, quod in præsenti euentu. clarissime demonstrant: non enim morte hominis gentis suæ se existimãt pollutos, qui in ingressione prætorij se putant cõtaminatos. *O impia cæcitas* (exclamat August.) *alienigenæ iudicis prætorio contaminari timebant, & fratris innocentis sanguinem non timebant.* Hæc August. Vnde eleganter ait D. Thomas in cathena aurea ad illa verba: *Nõ in die festo*: quod nihil, tunc præter propriæ voluntatis executionem ante oculos habebant: *Principes Pharisæorum*, inquit, *& Sacerdotum, non ea, quæ Dei sunt timuerunt, ne scilicet peccato in hoc tempore peracto, maior eis inquinatio fieret, sed solum quæ humana sunt vbiq; cogitabant.* Maximè quidem isti, illis nobis assimilari videntur; qui Domino nostro IESV Christo cruci affixo maximam exhibent reuerentiam: ipsum tamen Christum, vt possunt vitijs, & flagitijs dedecorant, &

Ioann. 8

Iudæorũ præpostera conscię tia, & irridendus ferupulus.

Matth. 15

Ioan. 18.

August.

D. Thomas ad illa verba Matthęi. capit. 26. Nõ in die festo.

ANNOTATIO SECVNDA.

Circa illa verba contextus.

ANTE DIEM FESTUM Paschæ.

De loco siue diuersorio, in quo Christus eximia sui amoris signa præbuit, altissimaque mysteria operatus est, quæ ab Euangelista hoc capit. referuntur.

COGNITO tempore, in quo Christus legalem cœnam mãducauit: pergamus iam ad inquirendum locum, in quo eximia sui amoris signa discipulis demonstrauit diuinaque, & altissima mysteria operatus fuit: nempe pedũ lotionem, sacrosanctique Eucharistiæ Sacraméti institutionem.

Primo igitur occurrit Nicephorus lib. 1. capit. 28. antiquam referens traditionem, dicensque, domum illam, siue locum fuisse propriam Ioan- (Niceph.)

A nis Euangelistæ, quam ipse comparauerat sibi vendito Caiphæ Põtifici paterno suo patrimonio, quod habebat in Galilæa. Atque quod in eadem domo Beata Maria post Domini in cælum Ascensionem habitauerit, ibique mortem obierit: Quamquidem sententiam, traditionemque (*Opinio Nicephori de S. cænaculo nõ probanda*) B neutiquam admittendam esse sentimus: cum, præterquã quod cum Euangelica pagina apertè pugnet, paupertatis apostolicæ perfectioni è regione obuiet, intensissimæque animi actioni, qua Ioãnes relicto patre, & retibus, secutus est Christum, per quam (Matth. 4.) C maxime contrarietur. Et imprimis quod non consonet Sacræ paginæ patet ex capit. 22. Lucæ Euangelij, vbi Ioannem, & Petrum á Christo (Lucæ. 22.) missos affirmat, ad quendam patrem familias, cuius erat propria domus, & habitaculum, siue diuersorium, de quo agimus: non poterat ergo ad D se ipsum Ioannes mitti, neq; qui venerat se ipsum domi habitantem inuenire.

Quinimo pugnat hæc opinio cum Petri promissione Matth. 19, *Ecce nos reliquimus omnia*: Apostoli namque venditis omnibus, siue relictis pauperibusq; distributis Chris- (Matth. 19. *Apostolorum omniũ rerum abdicatio.*)

tum pauperem magistrum pauperes discipuli sunt secutit quod quidem ex ipso Euangelico contextu bene infert Theophylactus super capit. quarto Marci, vbi concludit, neque Christum, neque eius discipulos propriã domum habuisse: *Ex hoc* (inquit) *manifestum est Christum non habuisse proprium diuersorium, & nec discipulos habuisse propriam domum, nam si habuissent, illic eum suscepissent.* Hæc ille.

Theoph.

Nõnulla ãnotãtur in laudem Apostolicæ paupertatis.

Nobis vero liceat in laudem apostolicæ perfectionis pauca quædam annotare, nostrique Ioannis animum arctissimis terrenæ substantiæ cõpedibus neutiquam præpeditum, imó ab omnibus sæculi curis, cogitationibusque liberum fuisse demonstrare: Christique verborum energiam, & vim in vocandis, trahendisque ad se discipulorũ animis ponderare, vt eleganter ponderat Pater Chrysost. tom. in cap. 4. Matth. dum celerem Euangelistæ animum in demittendo omnia, Christumque sequendo cõsiderat: nam vt refert Matth. capit. 4. statim vt audiuit vocem magistri vocantis, demisit & sua, & se, & sui patris consortiũ diligentis. *Dicet aliquis* (inquit

Chrisost.

Christi vocis energia in attrahendo anĩmis fusé comprobatur.

A Chrysost.) *temeraria fides est, etenim quod signum viderant? quid majestatis aspexerant, vt vocarentur, & statim sequerentur? Sane hic ostenditur nobis quod oculi quoq; ipsius IESV, & vultus, diuinum quoddam aspirabant, & ad se contuẽtium oculos facile eouertebant.* Et bene, quia si naturales lapidi magneti virtuté attrahendi ad se tribuunt, cur vero lapidi angulari Christo IESV virtuté rapiendi ad se omnes denegabimus? Et si suo somniato Orpheo tribuere voluerunt poetæ, vt post se montes, & saxa, canendo traheret, cur hominum corda non traheret vox illa suauis, & dulcis, tandiu ab sponsa desiderata in Canticis dum solicita precabatur: *Sonet vox tua in auribus meis*, á cuius vocis dulcedine, suauique concentu Petrus se illectum attractũque simul cum discipulis fatebatur, cum diceret: *Domine quo ibimus? verba vitæ eternæ habes*, quasi significans suam, suorumque condiscipulorum vitam ab huius vocis suauitate pendere. Nec immerító: nam vt ait Hieronymus: *Habet nescio quid latentis energiæ viuæ vocis actus, & in aure discipuli de authoris ore transfusa fortius sonat.* Quam quidem

B C D

In erat Christi ada voci vis attrahendi, tãquam vero magneti.

Cant. 2.

Ioan. 6.

Hieron. in epist. ad Paulinum.

in lo-

in loquendo energiam, & in attrahendo, cum discipuli in Emaus iter agentes in Christo magnopere comendarũt, dum eum virum potentem opere, & sermone confessi sunt.

Lucæ 24.

Eandem verborum vim, & dulcedinẽ experta est mulier illa Samaritana, quæ ex colloquio cum Christo Domino ad puteum Sicar statim ex profana facta est prophetissa, & in tantũ, vt ait Theophylactus, incensum est cor eius dictis dominicis, vt & aquam relinqueret: *Sic igitur statim prætulit aquam Christi fonti Iacob, & fit Apostola ordinata à fide, quæ cor eius occupauerat.* Vbi primum namque mulier ista Samaritana suauissimam efficacissimãq; Christi vocem experitur, statim relinquit hydriam, & in ciuitatem profecta eius laudes referebat. Nec de hydria amplius curandum putauit illa, quam suauissimæ sponsi vocis dulcedo mirabiliter adimpleuerat: quid vltra ergo facere poterat ad ostẽdendam Christianæ vocis dulcedinẽ, quam extra se se posita sui, suorumque propter Christũ penitus obliuisci, & ea, quæ sibi vsui erant illico emendãda curare, & quibus antea in-

Ioan. 4.

Theoph. in hũc locum.

A digebat dimissis: nihil sibi prorsus reseruare: vt apostolico munere fungeretur, quod de eadem ponderauit Ambrosius serm. 30. de eleemosina, & muliere Samaritana: *Statim* (inquiens) *vt audiuit indicante Domino sua peccata, cognoscens confitetur Christum: annuntiat Saluatorem, &* B *relinquens aquæ vasculum ad ciuitatem non fert hydriam, sed refert gratiam: & quæ peccatrix aduenerat, reuertitur prædicatrix.* Ex quo Samaritanæ facto colligit etiam Chrisost. homil. 33. in Ioannem doctrinam sequendi Christum, nẽpe omnia prorsus demittendo, C affirmans mulierem istã non solum Christi prædicatricem, sed sequentium magistram extitisse, dum efficacissima Christi vocatione, siue collocutione attracta: quicquid secum habebat demisit: *Considera* (inquit) *mulieris studium, considera sapientiã, venerat hauriẽdæ aquæ gratia:* D *& cum verum fontem inuenit, contempsit alterũm, vt nos exẽplo licet paruo admoneret, spiritualium gratia: sacularia omnia esse nobis contemnenda, neque eorum vllam rationem habẽdam, quod & Apostoli fecerũt, & hæc in præsentia mulier siquidem illi ũ IESV vocati retia reliquerunt*

Ambros.

Chrisost.

Samaritana sequentium magistra.

Samaritana ad Apostolicũ munus electa, ex consortio sermonis Christi

runt:hæc sponte sua reliquit hydriam, & superna præueniente gratia apostolico munere fungitur.

Quod si tanta erat in vocando ad se, trahendoq; quos elegerat Christi vocis vis, & energia, vt statim sui, suorũque penitus obliuiscerentur vocati, quomodo ergo Ioannes ad vocem eiusdem Christi proferentis: *Venite post me,* non statim retia, idest, omnes mundanas possessiones de re linqueret, quin imó á dulcedine suauissimæ Christi vocis attractus, sui ipsius oblitus se se non raperet extra se? aut quomodo qui se ipsum de reliquerat, adhuc terrenã substantiam retineret? cum bene doceat Pater Gregorius: *Laboriosum non esse homini relinquere sua: tamen valde laboriosum esse relinquere semetipsum.* Quomodo ergo sibi patrimonium reseruauit ex mundoqui se ipsum reliquit pro Christo? aut quomodo qui vocabatur ad regnum, secundum illud Christi: *Cóplacuit patri vestro dare vobis regnum*:mercatorijs negotijs detineretur in mundo? nõ enim tunc sibi consuleret, sed sibi potius inuideret. Nam vt eleganter ait Petrus Chrisol. ser. 25. *Satis sibi inuidet, qui eleuatus ad summa, ipse se ad humilia deijcit, ad egena deponit.* Ex quo iam fit, vt si Ioannes ad cælestes ascitus mansiones, domũ, vel mansioné sibi interra reseruaret, sibi proculdubio inuideret: neque tunc Aquilæ, sed potius milui naturam imitaretur. *Deiectæ namq; mentis est* (vt ait idem Petrus Chrisol.) *qui familiaris rei meminit, cum vocatur ad regnum.* Non igitur rationi consentaneum videtur voluisse se terrenis compedibus præpedire aquilam illam, quæ in altissimis nidum collocare nitebatur: ea namque semper Apostolorũ mens fuit, vt ad altiora perfectionis culmina omnibus fortunæ ludibrijs penitus despectis peruenirent: ex qua perfecta mentis intentione, quã propheticis oculis ante præuiderat occasionem assumpsit Isaias (secundum quod annotauit Pat. Gregor. homil. 5.) vt Sanctos Apostolos nubes, columbasque volantes appellaret: quia scilicet studuerunt in hoc sæculo nihil appetere, nihil amare, nihil vel sine appetitu possidere: *Vidit quippe eos* (inquit Gregor.) *terrena despicere, mente cælestibus appropinquare, & quos à terrenis cõtagijs sancta prædicatio, & sublimis vita suspenderat, hos volantes*

Matth. 4

Gregor.

Luc. 12.

Chrisol.

Idẽ ser. 23

Apostoli nubes, & columba.

Isai. 60.

Gregor. hom. 5.

A B C D

lantes pariter, & nubes appellat.

Quod si de omnibus Apostolis, Christique discipulis, vera est Esaiæ assertio: verius ad huc de nostro Ioanne affirmatur, qui á terrenis rebus non solum vt columba sustolitur, sed vt aquila sublevatur: *Quid igitur cum terra illi, qui possidet cælum?* (vt eleganter ait Petrus Chrisologus sermone vigesimo quinto.) *Quid illi cum humanis, qui adeptus est iam diuina? Quid cum patrimonio terrestri illi, qui cælestis regis adoptatur in filium. Quid cum terrenis mansionibus illi cui mansiones cælestes Dominus paraturus ascendit? iuxta seruatoris promissum vado parare vobis locum:* quo modo preparabatur ad regnum, qui hæreditarij regis normam non obseruabat? *Vendite quæ possidetis.*

Petrus Chrisol. ser. 25.

Lucæ. 22.

Parcat ergo grauis, & antiquus author, Nicephorus, suamque sibi seruet antiquā traditionem circa locum, siue diuersorium, in quo Christus hæc mysteria exercuit: de quo aliter longe sentimus: erat namque domus, vel locus, de quo inquirimus, diuersorium quoddam, ad quod diuertere solebant aduenæ, & peregrini conuenientes Hierusalem ad celebrandum Pascha: vbi pater ille familias stipendio accepto, præbebat eis, quæ adæsum agni Paschalis necessaria erant, cuiusmodi solent in opulentissimis ciuitatibus esse hospitia, & in itineribus stabula, vbi præstito ære necessaria ministrantur: quanquam diversorium hoc secretus, & vt ita dicamus, religiosius putandum est, ad quod Christus diuertere instituit.

Vera, & cōmunis opinio, de diuersorio siue canaculo, in quo Christus agnū legalem māducauit.

Locus iste ad quem Christus diuertit ia antea cæteris hospitijs secretior & religiosior erat.

Nullo certe modo hîc prætermitēdam duximus admirabilem doctrinam, quam, ex hac apostolica paupertate, venerabilis Beda cōtra pomposos ædium ædificatores tradit dum caput 22. Lucæ exponit, vbi de hoc diuerio rio agitur, in quo Christus cum discipulis suis in vltima cæna recubuit: legalemque agnum manducauit: sic enim ibi prolocutus est Beda. *Vbi vis*, inquiunt discipuli, *paremus? non habemus domicilium, non habemus tabernaculum: Studiant quibus ædificandorum domorum cura est, & ambitiosarum porticum cogitatur instructio, quos preciosorum marmorum pompa, & distincta auro laquea-*

ria delectant: cognoscant Christum omnium Dominum, qui locũ vbi caput reclinaret non habuit Et id circo discipuli eum interrogant. Vbi vis paremus tibi comedere Pascha?

Ille ergo pater familias, vel diuina reuelatione, vel Christi præmonitione doctus vel quia, vt aliquibus placet ex sectatoribus Christi erat, sciuit vná cum discipulis suis ipsum domi suæ acturũ, Pascha, parauerat enim cænaculum grande stratum, vt habemus ex ca. 22. Lucæ. Quod quidem diuersorium siue cænaculum multis de causis fuit postea omnibus Christianis valde religiosum, & celebre, Primo quia in eo Christus ad mirabili humilitatis exemplo suorum lauit pedes discipulorum. Deinde ibi instituit Sacramentum Eucharistiæ: tũ post Resurrectionem suam eandem domum ianuis clausis intrauit, seq; suis manifestauit discipulis: accedit quod ibi Sacramentum pænitentiæ ordinauit dicẽs. Accipite Spiritum Sanctum, quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis. Vltimo tandem in obsequium, & reuerentiã tantorũ mysteriorum, locus ille ab Apostolis fuit in Ecclesiam consecratus, vt author est Cyrillus Hyerosolimitanus Cathechesi 26.

Luc. 22. Christi diuersoriũ ob multa celebre.

Christi diuersoriũ ab Apostolis fuit in Ecclesiam consecratum

Cyrillus Hierosol.

Neque erit abs re, si superioribus causis, & rationibus alteram non minus præcipuã addiderimus: nempe ab illo cænaculo omne Ecclesiæ militantis decus, & ornamentũ suum duxisse principium, em nemque quo nunc fulget splẽdorem dimanasse. Ab ipso namque mirabili apparatu: quo Christus voluit locum illum cõdecorari, in quo nouæ legis Sacramentis initia consecrabat dedicerunt primitiui Christiani militantis Ecclesiæ templa varijs; opulentissimisque ornamentis condecorare, aurea, argenteaque vasa adhibere, atque suauissimis odoribus ad implere, ita vt veteris templi vasa hircorum, arietumque tabe infecta penitus in obliuionem mandarentur, & loco sanguinis illius, qui a cruentatis animaliũ visceribus defusus totum infestabat delubrum, preciosissimus agni sanguis ab origine mundi occisi ab isto cænaculo primo difunditur, & propinatur, Ecclesiam non polluens, sed sanctificans, non dedecorans, sed illustrans: in hoc sacto cænaculo veterũ sacerdotũ mitescit immanitas, dũ sacti Apostoli in sacerdotes

A Christi cænaculo omnis pulchritudo, & Ecclesia decor incepit.

In sancto cænaculo commutatur sacerdotium, nobilitatur sacrificium, & hostia

In sancto cænaculo sancti Apostoli in Sacerdotes, & episcopos fuerunt consacrati.

eligũtur, & consecrantur, nõ ad effundẽdum hircorum, vitulorumque cruorem, sed ad consecrandum, Patrique æterno offerendum mitissimi agni sanguinem nostrorũ scelerum piaculum salutare. Si ab isto igitur cœnaculo omne bonum, & pulchrum Ecclesiæ dimanauit, optimo iure á primitiuis Christianis veneratur, & colitur.

ANNOTATIO TERTIA.

Circa eadẽ verba contextus.

ANTE DIEM FESTUM Paschæ.

De natura & vera significatione huius nominis Pascha.

COGNITO loco, & tempore in quo Christus vltimam cænã cũ suis amãtissimis discipulis mãducauit, reliquaque mysteria operatus est, progrediamur iam cũ bona gratia ad inquirendam veram, & germanã huius nominis, Pascha, siue phase, significationem, & naturam: eius namque veræ, germanæque significiationis cognitionem ad ea, quæ passim in hoc libro pertractantur, non parum cõducere existimamus.

Nonnulli igitur authores, inter quos præcipuus est Lactantius Firmianus existimarunt hoc nomen, *Pascha* esse, Græcum, deducique á verbo paschaim, quod significat pati, quasi quod eo vocabulo tot ante sæcula præfigurata fuerit Christi passio salutaris, ita vt verba Euangelistæ. *Ante diem festum Paschæ*, idẽ valeãt, atque ante diem passionis Christi, idemque valeat Pascha, atque passio: quæquidẽ nominis interpretatio primo intellectus obtutu optima, probandaque videtur: cum præsertim Christus Dominus appelletur agnus occisus ab origine mundi, illa namque agni antiqua occisio diuino verbo imposita hoc veteri agni immolationis ritu adũbrari videbatur, passioq; siue Pascha nominari. Quæ etiã opinio refertur á Naziãz. orat. de S. Paschate dicens: *Hoc nomine putarunt quidam notari ipsam salutarem Christi passionem.*

Refellitur tamen hæc nominis Paschæ interpretatio ab omnibus fere Patribus, & præcipuè á nostro venerabili

Lactãtius Firmian. de nominis Paschę natura, & significatione.

Apocal. 13.

Opinio nõ probatur.

A B C D

Beda. Hieron. Auguſt. *Nomen Paſcha nõ Græcum, ſed Hebraicum.*

Beda in commentarijs in Marcum ad cap. 14. & a Diuo Hieronimo in Matthæum ad cap. 26. Matthæi, & Diuo Auguſtino in Pſalm. 68. nam, vt aiunt, hoc nomen Paſcha, ſiue phaſe, non Græcum, ſed Hebraicum eſt: dicitur autẽ Hebraice paſſach; quam vocem Latini, & Græci transformarunt in vocem Paſcha, ſiue phaſe, quod idem ſignificat atque tranſitus: fuitque impoſitum in veteri teſtaméto ad ſignificandum illum tranſitum, quem fecit Angelus Ægyptum percutiens, ſaluanſque Hebræorum domos agni cruore ſignatas, vt patet ex capite duodecimo Exodi, vbi cum Moyſes locutus eſſet ad populum de cæremonijs in agni Paſchalis immolatione, atque eſu obſeruandis, hæc adiunxit verba: *Cum introieritis in terram, quam Dominus daturus eſt vobis, vt pollicitus eſt: obſeruabitis cæremonias iſtas, & cum dixerint vobis filij veſtri, quæ eſt iſta religio? dicetis eis, victima tranſitus Domini eſt, quando tranſiuit ſuper domos filiorum Iſrael in Ægypto, percutiens Ægyptios, & domos noſtras liberans.*

Ad quid ſignificandum hoc nomẽ Paſcha fuit. Exod. 12.

Cum igitur iſta agni immolatio in memoriam eſſet illius beneficij á Domino cõſecuti, dum Angelus tranſiret percutiendo Ægyptiorũ primogenitos, Hebræorũq; domos non percutiens, ideo eodem appellabatur nomine figura, ſiue iterata recordatio, & figuratum, ſiue recordatiuum, idemque valet in rigore loquendo Paſcha, quod tranſitus, idemque eſt dicere quando Paſcha immolabant, atque dicere, quando tranſitum Angeli percutientis in memoria repetebant.

Scio tamen P. Auguſtinum in Ioannẽ tractatu 55. hoc nomen Paſcha ad illum tranſitum aſſeruiſſe eſſe referendum: quo filij Iſrael mare ſiccis veſtigijs tranſierunt: quin & Nazianzenum in oratione de S. Paſchate hoc nomen Paſcha, pro illo tranſitu vſurpare: quo ijdem Iſraelitæ ex Ægypto in promiſſionis terram tranſierũt. Attamen non cenſeo in tam perſpicua re potuiſſe grauiſſimos ſapientiſsimoſque Patres hallucinari: potius ergo intelligendum eſſe puto eos ibi non loqui de vera, & propria nominis, Paſchæ, impoſitione, ſed illud accepiſſe in illa lata ſignificatione, qua vt prima annotatione diximus, nomẽ Paſcha vſurpatur

Auguſt. Naziãz.

pro

pro septeduanis illis festinitatibus, quæ per septem subsequentes dies agebantur, nõ in memoriam transitus Angeli percutiẽtis: sed in recordationem transitus ad promissionis terram. Circa quã vocabuli distinctam acceptionem notandam duximus valde spiritualem nostri venerabilis Bedæ doctrinam loco superius allegato, cuius sunt omnia verba sequentia: *Hoc sane iuxta veteris testamenti Scripturam inter Pascha, & azima distat: quod Pascha ipse solus dies appellatur, in quo agnus occidebatur ad vesperam: hoc est quarta decima luna primi mensis: quinta autem decima luna quãdo regressum est de Ægypto succedebant festiuitates azimorum, quæ septem diebus, idest, vsq; ad vigesimũ primum diẽ eiusdẽ mensis ad vesperã est statuta solemnitas, verumtamen Euangelistæ indifferenter, & diẽ azimorum pro Pascha, & pro diebus azimorum Pascha ponere solent.* Tunc addit Beda. *Vno quippe die agno immolato ad vesperam, septem ex ordine dies sequuntur azimorum, quia Christus Iesus semel pro nobis in plenitudine temporum passus in carne per totum huius sæculi tẽpus (quod septem diebus agitur) in azimis sinceritatis, & veritatis præcipit esse viuendum, omnique semper nixu nos desideria terrena, quasi Ægypti retinacula fugere, & velut à mundana conuersatione secretam solitudinem iter admonet subire virtutum.*

Beda.

Mysticus intellectus ex agno paschali, dierumq; azimorũ significatione à Beda desumptus.

Ex quibus venerabilis patris verbis non solum claram distinctamque inter Pascha, & azima distinctionem habemus: verum etiam mysticam vtriusque significationẽ, & doctrinam intelligimus: nempe Pascha significare illum transitum quem fecit Angelus saluans Hæbreorũ domos agni cruore insignitas: quiquidem figura fuit, & adumbratio quædam Christi Iesu, qui semel pro peccatoribus oblatus transiuit ex mundo ad patrem, cuius sanguine signata sunt illa beatorum millia, quæ postea in sua Apocalypsi Ioãnes vidit: & ideo vno die exercebatur agni festiuitas, quia Christus semel pro nobis mortuus est. At veró azima siue Pascha lato modo sumptum septẽ diebus celebrabatur, quia in memoriã exitus Israel de Ægypto exhibitũ significabat omnes nos de mundi huius tenebris, & squalore ad patriæ cælestis claritatem, & dulcedinem transituros.

Apocal. 7

Pagnin. Oleastro

Quod si secundum Pagninum, & Oleastrum nominis Paschæ significationẽ accipimus potius dicendum est significare saltum, quam transitum; Nam verbum, *pasach*. á quo *pesach*, propriè significat saltare: & *Pesach*, saltum, vnde ita legit Pagnin. capit. duodecimo Exodi: *Pesach ipsum Domino*, idest, significat iste agnus Paschalis, saltus Domini: cum enim domus filiorum Israel essent sitæ inter domos Ægyptiorũ, opus erat saltare ab vna domo Ægyptiorũ ad aliã relinquendo in medio domos Iudæorum: quæquidẽ nominis ethimologia mysterio non caret: cum præsertim sponsa in Canticis sponsum suum, cuius typum agnus iste gerebat, currentẽ, & saltantẽ inducat, dum dicit cap. 2. *Ecce iste venit saliẽs in montibus, transiliens colles.* Apparet namque ex nomine

Cant. 2.

A quo vsus est Moyses ad significãdum auxilium, quod Dominus præbuit Iudæis, dum saltum appellat celerem illum amorem, ebulientemque charitatem, quæ in Dei pectore residens eum in hominum redemptionem saltãdo currere compellebat: quam quidem charitatẽ, & amorẽ

Optimus intellect° ex ethymologia nominis Pascha, elicitus.

B noster Mag. Gregorius hom. 29. in Euangelia etiam saltũ apellauit, dum ita ait: *Veniendo Dei filius ad redemptionem nostram, quosdam, vt ita dicam saltus dedit: de cælo venit in vterum, de vtero venit in præsepe, de præsepi venit in Crucẽ, de Cruce venit in sepulchrum,* C *de sepulchro rediit in cælũ.* Optima igitur est Sancti Pagnini Ethimologia, quæ in liberãdis saluandisque hæbreorũ domibus, Dominum saltantẽ inducit, dum nomen, *pesach*, non transitũ, sed saltũ significare contendit.

ANNO-

ANNOTATIO QVARTA.

Circa illa verba contextus.

ANTE DIEM FESTUM Paschæ.

Quod totum illud tempus, quod Iudæi in Christi morte paranda consumpserunt, fuerit illis tenebrosum, & ante diẽ: neque verus iustitiæ sol illis illuxerit.

A Dèo sũt mysterijs plena omnia, quæ sacri Euãgelistæ scripsẽrunt, vt in minutissimis quibusque syllabis, in breuissimisque quibusque verbis, maxima, & abstrusa diuinæ sapientiæ arcana, mirificasque sensuum intelligentias reclusas tradiderint: nam vt ait Petrus Chrisol. *Non apices, non literæ, non syllabæ, non verba, non nomina in Euangelio diuinis vacua sunt mysterijs.* Quod etiam S. Pater Ioan. Chrysostom. homil. 4. in cap. 1. Matthæi testatur dicens. *Quod si quis in Euangelio nominũ, verborũq; interpretationem discutere conetur, maximas in his quoque diuitias sensuũ latere mirabitur.* Idem etiam argumẽtum prosequitur S. Pater August. lib. 2. de doctrina Christiana dicens: *Spiritu Sãcto factum est, vt idem scripturæ locus multis sensibus sit fæcundus.*

Quãquam igitur hæc nostri contextus verba, *Ante diẽ,* secundum literalem sensum illud tempus innuant, significentq; in quo á Iudæis Christi passio atrocissime meditata parari inceperit, eiusdéque Christi seruatoris erga suos dilectio singularis, cõsummatusque amor eũdem ad præfinitam á Patre horã duxerit, vt tradẽdo vitam mortẽ vinceret nobisque vitam moriẽdo largiretur: non tamen erit abs re dicere aliquid amplius eisdem verbis voluisse Euangelistam mysticè significare: nempe quod omnia quæ illo tempore tam Iudas, quam Iudæi in Christum moliebãtur fuisse cæcitatis opera, & talia, vt bene ante diem, ideſt, nocturno tempore perpetrata videantur, in quo oculi caligare consuescunt. Quæ mens non nostra est, sed Ambrosij, qui ad cap. Matthæi. 26. dum

Chrisol. ser. 16.

Chrisost.

August.

nefarios ponderat Iudæorum conatus sic ait. *Congruit certe hoc factum tempori, & personis, quia cum essent tenebræ in tenebroso tempore tenebrosum opus exercebant.* Vnde Theophilactus in capit. 22. Lucæ, Iudæos de his quæ hoc tempore moliebãtur allocutus ita ait. *Re vera noctis attẽtatis opera, & potestas vestra tenebrarum est.* Quod etiam argumentum prosequitur noster Rupertus in cap. 18. Ioan. *Cõprehenderunt* (ait) *& ligauerunt lucem, quia sola hæc erat potestas tenebrarum, vt comprehenderent ad ligandum, quem cõprehendere non merebantur ad intelligendum, ita comprehenderunt hora sua, hora vna, & potestate momentanea, quia videlicet posthac lucem comprehendere nusquam erit potestas illis, qui in tenebris perpetuis remãserunt.* Hæc Rupertus. Et optimè quidem; nam si veri diei lux eorum cæcis mentibus illuxisset, & in tenebris non ambulassent, quæ inuidia obcæcati in Christi exitiũ, imó in propriam perniciem moliebantur, perpetrare desinerent, á tãque nefarijs conatibus abstinerent, quod fortasse asseuerauit Paulus ad Chorinth. 1. capit. 2. cum dixit. *Si Dominum gloriæ cognouissent, nunquam crucifixissent.* Dum tamen hanc Iudæorum cæcitatem, nubilũque tempus exponimus, veri iustitiæ solis claritatem non incusamus. Quẽadmodum enim Deus solem suum materialem super bonos, & malos oriri facit, ita tanta est eius pietas, & clemẽtia, vt lucis suæ diuinæ claritatis, quantum suis crucifixoribus ad mala, quæ perpetrabant discernenda sufficeret, non negauerit: qui enim suæ redemptionis gratiam adeó propagauit, vt ad eosdem etiã inter fectores suos, quoad sufficiẽtiam dilatauerit, quomodo sufficientẽ, & necessariam in intellectu ad turpe opus, quod parabant dignoscendũ claritatẽ denegaret? Ait enim S. Leo. Quod *sic ad omnium redemptionem vtebatur malitia persequẽtium, vt in mortis suæ, redemptionisq́ue Sacramento interfectores sui, possint salui esse si velint.* Ideo igitur ante diẽ Iudæi ambulant, quia vt de illis vaticinatus est S. Iob. fuerũt rebelles luci, dũ in Christum, verũ iustitiæ solem credere renuerunt, sancto suæ gentis Propheta clamante, & dicente. *Surge illuminare Hierusalem quia venit lumen tuũ, & gloria Domini super te orta est.* Circa hanc Iudæorum cæ-

Marginalia: Theoph. — Rupert. — 1. Chor. 2 — S. Leo. — S. Iob. — Isai.

citatem, eiusque fundamentum optime philosophatur S.Pater Gregorius Magnus dum locum illum Iob á nobis nuper adductum exponens ait: *Plerunq; peruersi cognoscunt recta quæ sequi debeant, & tamen sequi despiciunt, quæ nouerunt, lumini ergo rebelles sunt, quia sua desideria sequendo bona despiciūt, quæ cognoscunt: quia ergo non per ignorantiam, sed per superbiam delinquūt elationis suæ scutum iaculis veritatis obijciunt, ne salubriter in corde feriantur, ex quo iam fit, vt quia noluerunt facere quod cognoscunt, non cognoscant bona, quæ faciant, sed sua eos cæcitas à veritatis lumine penitus excludat, qui enim prius sciendo rebelles sunt, postea cæcantur vt nesciant.* Quæ quidem tota nostri Patris doctrina Iudæos comprehendit, de quibus bene prophetatū est, quod noluerint intelligere, vt bene agerent, sed incubilibus suis iniquitatem meditantes quomodo veri solis claritaté extinguere possent cogitarunt: ex quo maiorem sibi cæcitatis pœnam suppliciumque tulerunt, vt ait noster Rupertus in expositione primi capitis nostri Euangelistæ ad illa verba, *Lux in tenebris lucet*, vbi sic proloquitur. *Magnopere rei sunt Iudæi, quia cum tam naturalis rationis iudicio quam sacræ legis testimonio lucem verā possent agnoscerere præsentem, magis obtenebrati sunt, & non cognouerūt eam: clauserunt quippe oculos suos, ne viderent, & aures suas compresserunt, ne audirent, & omnino intelligere noluerunt, vt bene agerēt: sicq; solis claritatem pertinacis mundiæ tenebris effugantes ante diem remanserunt.* Hæc Rupertus. In quo sensu loqui videtur S.Pater Ioann.Chrysostom.serm. octauo de resurrectione cum ait. *Is præsentem Deum non habet, qui eum abesse compellit, nemo absentiam Christi sustinet, nisi qui præsentiam non requirit.* Si igitur ó Iudæi Christū veram lucem occidendo extinguitis, quomodo ante diem non manebitis? ergo dum luci insiadiri contenditis, absq; luce operamini, & ante diem, & *In vos* (vt ser.2. de passione loquitur S.Leo Papa) *cælū, & terra sententiam tulit, & à vobis sol seruitutem suam diēq; subtraxit.*

Quod autem in hac Iudæorum cæcitate magis mirandum videtur illud est, quod quando ipse iustitiæ Sol maiores suæ claritatis flammas emisit (nempe in illa hora, in qua maiora præbuit suæ

Gregor. Psalm.35 Rupert. Chrisost. LeoPapa

A B C D

dilectionis signa) tunc maiori sunt cæcitatis caligine præpediti: vnde elegãter ait Hieronimus ad caput. 25. Marci: quod Iudæis occubuerit sol in meridie, & elegantius ad huc S. Pater Ioañ. Chrisoft. ser.4.de Resurrectione cũ ait: *Ruit nox medio die Iudæis*. Et vt clarius eorum cæcitas deprehendatur laternarum flãmis veram lucem recludere contendunt, á quibus plus ob cæcati perpetuaque caligine obuoluti ante diem semper remanserunt: & ita caliginosis tenebris sunt præpediti, vt neque noui solis claritatem, quæ verè credentibus iterum orta est, dũ iustitiæ sol á mortis Oceano eleuatus, nouos lucis radios emisit, aspicere potuerint, sed perpetuis tenebris mancipati in obscura cæcitate, caligineque permanserint. vt ser.4. de Resurrectione pulchrè annotauit Chrisoft. dicens: *Ecce Christus verus iustitiæ Sol, ex Oceano mortis, tanquam roseum iubar ascendit, & super te, ò Iudæa, funerea caligo permansit.*

Hieron.

Chrisoft.

Chrisoft. vbi sup.

Et quanquam secundum Origenis doctrinam in capit. 26. Matth. õnes qui in Christo scandalizati sunt nõ in die, sed ante diem ambulare visi sint (ait enim: *Qui scandalizãtur in Christum, non in die scãdalizantur, sed in nocte: & in nocte illa, in qua proditur Christus*. Et paucis intermissis. *Qui in luce est non denegat Christum quia non est in nocte:*) hoc tamẽ interest inter Apostolos scãdalizatos, & Pharisæos: quia illi in magistrum scandalizati sunt in nocte, attestante veró magistro, & dicente Matth. 26. *Omnes vos scandalum patiemini in me in nocte ista*. Iudæi autem mane facto peccant in Christum, nõ quod in nocte concilium egerint, sed quia diem scripturarum in tenebras verterunt, vt nefandum opus, quod perpetrabant tegere valerent. Vnde loco superius allegato, ait idem Origenes, vt demonstret nullam Iudæos de cæcitate excusationem aliquando posse habere: Apostolos autem posse á fuga, & scandalo, quod passi sunt aliqualiter excusari. *Qui in tenebris, & in nocte offendit, dignus est venia* (inquit Origenes) *qui autem circa diẽ offendit, nunquam potest culpare errorem suum, quasi continentem se, maxime quando habens in se lucernam offendit, sed culpet incontinentiam, malitiamq; suam. Hoc autem dicimus ostendentes quod Christi quidem discipuli in nocte scandalizantur: nam Pe-*

Origen.

Matt. 26.

Origen. vbi sup.

trus

trus ante galli cantū ter negauit qui autem concilium accipiunt cō tra Iesum manefacto operantur, sed quia in lucem peccant, diem vertunt in noctem. Hæc omnia Origenes. Vnde quanquam Apostoli in Christum scādalizati sint non tamen eorum culpa, cū culpa Iudæ, Iudæorumq; pari passu currit; nam Apostoli scandalizati sunt in nocte, at vero Iudæi, vt scādalizarentur, noctem verterunt in diem: quod optime de more pro secutus est Sāctus Leo Papa ser. 8. de passione dicēs. *Filij tenebrarum irruerunt in lumen verum, & vtentes faculis, atque laternis non euaserunt infidelitatis suæ noctem, quia non intelligere voluerūt lucis authorem*: quod etiam de Iudæorū cæcitate argumentū pulchre prosecutus est Rupertus noster dicens: *Quia cum laternis, & facibus Iudæi exierunt in nocte permanserūt, & lucerna Dei lucerna legis, & prophetarū, qua illustrati sunt patres eorum cæcidit de manibus eorū; sicut scriptum est. Obscurentur oculi eorum ne videant* (cahio aos Iudeos a tocha das mãos, & apagandoselhe ficarão ás escuras) sic que ex tunc ante diem ambulantes, & á vero itinere, viaq; discedētes; idest á Christo, dū sibi læti festos dies perquirūt; in perpetuas tenebras dirigūtur, á quibus proculdubio recessissent, si in die ambulassent, idest, in vnius Dei fide, & claritate: nam vt in cap. 2. prouerbiorum, ait Hyeronimus: *Iter rectæ actionis in luce per agitur, atq; ad lucis supernæ gaudia ducit.*

Leo Papa

Rupert⁹. in Ioanē ad cap. 10

Psal.

Hieron.

Non ne Iudæos ante diem ambulantes dixeris cū proprijs laternis obcæcatos videris; & ad lapidē offendētes; pedibusque lubricantes, & ita corruentes, vt nunquam amplius se se erigere valuerint? non ne eos ambulantes dixeris ante diem, dum parietem vt cæci palpantes conspexeris? idest, in Christi humanitate sistentes, eiusque diuinitatē penitus abnegātes? (Nam parietem humanam Christi naturam, qua diuinitas tegebatur, appellarunt patres præsertim Eucherius homilia in Dominica 1. post Epyphan. Diuus August. lib. 13. confessionum; Pater Gregor. homil. 13. in Ezechielem. Euseb. Cæsariensis libro 5. demonstrat. Euang. cap. 4) Cū præsertim afferat Origen. *Quod impij semper in tenebris ambulent palpantes, vt cæci parietem*: vnde de Iudæis inuidia, odioq; obcæcatis, & de illis similibus bene cap. 5. prophetice locutus

Paries humana Christi natura appellatur a PP. Euch homil. in Dom. 1. post Epiph. Aug lib. 13. cōfess. Greg. ho. 13. in Ezech. Euseb. Cæsar. lib. 5. demonstr. Euang. c. 4. Orig.

est

Iob. 5.

est. Sanct. Patriarcha Iob dicés, quod *per diem incurrant tenebras, & quasi in nocte, sic palpent in meridie.* Circa quæ sancti huius Patriarchæ verba sanctum Patrem nostrũ Gregorium lib. 6. moral. cap. 13. de more subtiliter philosophantem audire nõ pigeat. *Iniquorum hominum* (inquit) *mentes cum quædam à proximis bene gesta conspiciunt in extenso liuoris sui aculeo torquentur: & grauẽ malitiæ suæ pœnam sustinent, cũ bona in alijs tabescentes vident: recte itaq; dicitur per noctem incurrent tenebras, quia mens eorũ cum de aliena melioratione affligitur de radio lucis obscuratur* & paucis interiectis, *Dies boni operis in proximo exterius lucet: sed quasi in nocte palpant, qui liuoris sui intus tenebras tolerãt: peruenire ad aliqua, quæ reprehendant satagunt · detractionis aditum quærunt; sed quia hunc inuenire nõ valent cæci exterius circueunt.* Quæ quidem Sancti Patris doctrina tota Iudæos compræhendit, eorumque cæcitatis causam demõstrat, nempe inuidiam, quæ illis in præclara Christi opera oculos conijcere non sinebat, vt eius luce fruerentur, ac proinde vt cæci parietem palpantes, idest, in sola humanitate sistentes dicebant: *Non ne hic est fabri filius?*

Gregor.

Inuidi proximorum bonis obcæcantur.

Inuidia Iudæorum cæcitatis causa.

Matt. 13.

Non ne attenditis ad verborum energiam, qua gentiũ prædicator Paulus Iudam ante diem ambulantem · operãtemque demõstret dũ Christi in inimicornm manus traditionem commemorans, ait, *In qua nocte tradebatur*: optime quidem Iudam cæcucientem, & ante diẽ ambulantem demonstrat: qui cum in nocte magistri traditionem molientem commemorat: omni enim prorsus luce destitutus incedebat, qui lucis auctori in tenebris insidiabatur, cum esset ipse Christus lux in tenebris lucens, neque vnquam á tenebris comprehensus. Tãque turpiter cæcus erat proditor, vt existimaret posse se ficto pacis osculo illum fallere, qui intima ipsius præcordia, nefariosque mentis conatus eisdem iam detexerat: & quidquid tenebrarum princeps eius miserat in cor, ipsi, cæterisque discipulis iam præ dixerat: *Iudas*, inquit Victor Antiochenus in cap. Marci. 14. *Christi gloriæ, & maiestatis oblitus, præq; auaritia obcæcatus existimabat latere se posse dum osculum in amicitiæ symbolum protendebat.*

1. Cor. 11

Ioan. 1.

Iudas proditor omnino cæcus.

Ioan. 13

Victor. Antioch

Ex quibus omnibus quæ huc vsque allata sunt, iam

manifestissime

Tam Iudas quam Iudai in Christi traditione caci, & ante diem ambulantes.

manifestissime patet tam Iudæ, quam Iudæorum opera, quæ ante diem festum Paschæ moliebantur, fuisse cæca, & digna, quæ iure optimo ante diem exercita reputentur. Neque illis laternarum suarum faces profuisse, vt in perpetuis tenebris non permanserint, quod Sanctus Leo Papa serm. primo de passione admirabili elegantia pro locutus est, dicens, *Cum impius Iudas nom iam ouina pelle velatus, sed lupino furore manifestus, vim sceleris per speciem pacis incipiens, signum traditionis sæuiori omnibus telis osculo præbuit, & multitudo furibunda, quæ ad compræhendẽdum Dominum cum armata militum cohorte confluxit inter laternas suas lumen verum tenebris obcæcata non vidit*: Hæc ille: Idemque adhuc elegãtius, & clarius Iudæos hoc die, ante diem ambulantes demonstrat dicens: *Hoc mane ô Iudai non ortus vobis lucis contigit, sed occasus; nec vestris oculis solitus dies prodijt sed impijs mẽtibus vestris nox tetra cæcitatis incubuit*. Hæc Sanctus. Leo Papa.

Leo Papa.

Iudas in Christi cõprehẽsione lupus magnifestus.

Iudai in Christi cõprahensione laternarum lumine obcacati.

Idẽ ser. de Resurrect.

A B C D

Neque certe nos abs re loqui videbimur, si ad huius annotationis calcem dicamus. Idem in hoc euentu, & die contigisse Iudæis, quod muscis, quæ dum lucernam inuadunt, vt oleum sugant, ipsamque lucernam extinguant, ipsæ potius comburuntur, & pereunt; Ii enim lucenti lucernæ, idest, Christi luci, claritatique inuidentes, dum charitatis oleũ, quo stuando relucebat diffundere ac deperdere sunt conati, ipsius lampadis claritatem miserabiliter perdiderũt, quæ fuit Olympiodori, & Francisci Tytelmani mens, dum illud cap. decimi Ecclesiastici interpretantur: *Muscæ morientes perdunt suauitatem olei*: sic enim vterque, ait. *Muscas istas mistica intelligentia peruersos interpretamur Iudæos, qui suauitatem olei morientes perdiderunt, vel certe perdere sunt conati, quando Christi benedictum nomen sicut oleum effusum, suaue, & dulce super mel, & fauum conati sunt extinguere, atque de terra perdere.*

In Christi cõprehẽsione muscis moriẽtibus comparatur Iudai.

Olympiodor. Titelm.

Iudai muscæ.

ANNOTATIO QVINTA.

Circa eadẽ verba contextus.

ANTE DIEM

Prosequitur eadem de Iudaeorum caecitate materia.

Iudaei nulla cõmiseratione digni.

NVLLA certe commiseratione digni sunt Iudaei dũ nimis caeci in hac die parietem palpantes, vltroque ad petrã pedes allidentes turpiter corruerũt; amauerunt enim plus tenebras quam lucem, immo lucẽ despexerũt: quos incusans noster Rupertus ad cap. 5. Ioannis ita ait.

Rupert.

Ergo caeci, & caeca credulitate saeui homicidae, & perditi multũ à vera luce recesserunt, multum à pietate disparati sunt, & ideo persequebãtur lucis opificem Dei gratiam. Haec Rupertus: Idemque in eodem Ioannis cap.

Idẽ ibid.

eisdem Iudaeis voluntariam caecitatem obijcit quam ab eorum oculis lex, & prophetae amouere contendebant.

Iudaei surdi & caeci

O surdi, inquit, *& caeci, qui ad audiẽdum, & vidẽdum adducti, & sedentes in synagogis vbi omnia sabbatho testimonia lucis personant, nubes discurrẽtes manu attingitis, & earum tonitrua non auditis, & discurrentia fulgura non videtis: vt quid volumẽ legis magnũ inerti collo baiulatis, & pulchros prophetarum codices dilicatis manibus leuigatis? non vultis introrsum aspicere? nõ vultis audire immo, & vidẽtibus dicitis, nolite videre.*

Iudaei nõ solũ caeci verum & alios caecos reddere conabãtur.

Quod etiam de Iudaeorũ caecitate argumentum, qui legis claritate obcaecati potius quám illustrati sunt mirificis de more verbis in suo de Christi passione prosecutus est Cyprianus dicens.

Cyprian.

Vsq; adeo ex caecati sunt Iudaei, vt scelus suum non intelligãt, neq; odium Christi ipsa mors crucifixi extinguat, & paucis interiectis, *tanta erat spissitudo velaminis, & crassitudo doctrinae, qua erãt Moyseos scriptura imbuti: ita erant eorũ sensus hebetes, & ingenia tenebrosa vt in verbis legis nihil diuinum saperent, nihil aliud quam exterioris vmbraculi in tegumenta viderent, neque ad Sacramentorum secreta aliqua intellectus indagatione penetrarent. Immo si quis eos vellet in sancta inducere, & introducere, in arcana, profundaque mysteria; impium iudicabant, & stul-*

Iudaeorũ intellect' hebes, & rudis.

tum, mel è petra sugere, & de saxo durissimo oleū eliquare. Hæc Cyprianus,

Renuerūt Iudæi veram lucē aspicere.

Quia igitur legis claritas inuidiæ tenebras ab internis illorum oculis mirabiliter arcebat, quasi opposita manu lucis radios declinarunt. Cū enim Deus istorum cæcitatem, cæcamque mentem præuidisset; illis legem qua illuminarentur exhibuit, & qua, tanquam pædagogo, duceque vterentur, vt docte de more libro secundo contra hæreses obseruauit Epyphanius dicens: *Quoniam obtenebratæ erant eorum mentes per caliginem peccati dimisit Deus legem illuminans per lucernam quemadmodum dixit Petrus: illic enim lux in tenebris lucet, nempe in lege data in manu mediatoris per fidelem seruum suum Moysen.* Hæc Epiphanius.

Lex a Deo Iudæis data tāquā lucerna, & pædagogus.

Epipha.

Legis claritas sufficient issime. Christum ostēdebat

Neque adeo caliginosa erat hæc legis claritas, vt illis tenebrarum vmbras in lucem non cōuerteret, eosdemque ad verā Christi cognitionem non deduceret sicut olim cæteros suæ gentis prophetas in spiritu iam deduxerat. Neque adeo inscius erat pædagogus illis á Deo exhibitus, vt eis verum Messiam, quem expectabant non ostenderet. Nam vt libro primo contra hæreses secta octaua quæ est Epicureorum ait idem Epiphanius. *Recte sane processissent Iudæi in legis doctrina si Christum suscepißent à pædagogo, lege videlicet, ipsis prædicatum, & pronuntiatum, & suscepta ipsius deitate, etiam aduentum ipsius in carne didicissent non solutionem legis, sed cōplementum.*

Epiph.

Iudæi nō obcæcati quia luce caruerūt, sed quia in Christum aspicere renuerunt.

Sed quid mirum videri debet si legis claritate ducti obcæcantur, qui ad lumen veræ lucis omnem hominem illuminātē à via salutis errauerūt nō quod illis perfectè nō illurit, sed quia aspicere renuerūt, vt doctè annotauit Chrisostomus homilia septima in Ioannē ad illa verba: *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum. Si* inquit, *illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum quo pacto tot Iudæi sine lumine permanserunt, illuminat profecto quantum in ipso est, si qui autem sponte sua mentis oculis conniuētibus ad huius lucis radios aciem dirigere noluerint, non ex luminis natura in tenebris perstiterunt: sed malitia sua qui sponte tanto se dono indignos rediderunt. Nam si gratia in omnes efusa est non Iudæum, non Græcum, non barbarum, non liberū, non seruū,*

Chrisost.

Ioan. 1.

Christi & Euangelij lux omnibus cōmunis.

 non vi-

non virum, non mulierem non senem, non iuuenem effugit, aut dedignatur, omnibus eadem est, omnibus se facilem exhibet, omnes pari honore aduocat. Qui autem eius munera frui negligunt hanc suam cæcitatē æquo librent examine. Hæc Chrisostomus, quibus valde consonant ea, quæ in caput quintum Ioannis habet noster Rupertus de eadem voluntaria Iudæorum cæcitate differés, qui neque ad lucernam legis, neque ad Christi clarissimam lucem lucernæ vices gerentis, oculos aperire voluerunt: *Christus ipse*, inquit Rupertus noster, *lucerna erat, & idcirco vt luceret in tenebris in mundum venerat, oportebat ergo vt opus suæ claritatis expanderet vt lumen corporaliter inhabitantis in se plenitudinis diuinitatis, oculi simplices in lumine eius gauderent, & oculi nequam excusationem de peccato nō haberēt. Hæc enim lucerna nulliū oculum ob sui præsentiam nequam esse faciebat, sed tantum à simplici oculo distinguebat.* Cum igitur Iudæi in præsenti lucis oculos tenebrosos haberent, ideo lucem in tenebris lucentem non modo nō comprehendere sed etiā extinguere voluerunt, ac proinde ante diē permanētes tenebrose operantur & tanquam qui vitam in nocte degunt, nam vt ad cap. 13. Isaiæ Magnus Basilius ad notauit: *Quisquis in lumine mandatorum Dei ambulat, versatur, & operatur in die, qui vero æternis tenebris tentus est in nocte manet.*

Chrisost.

Rupert. in cap. 5. Ioan.

Christus lucerna illuminās.

Christi lux ex se admodū illuminās & splendēs, vnde Iudæi à propria malitia & non a Christi luce obcęcati.

Basil.

Mandatorū Dei executio animæ oculis lucē infert.

A

B

Retraxit ergo iure optimo Sol á Iudæorum oculis claritatem, & lucem in supplicium internæ cæcitatis, quæ internam illis noctem inferebat, vt humilia quarta de Sācto Paschate annotauit Eusebius Emissenus, dicens. *Vltione quadam Iudæorū oculis tenebræ infunduntur, vt quorum mentem cæcitas inuaserat, eorum oculos cæcitas occuparet, nec luceret eis mundi lumen, à quibus fuerat lumen salutis extinctum.*

Euseb.

C

Ad parietem, vel ad angularem lapidem caput allisērunt in hoc euentu Iudæi tanquam qui ante diem ambulabant, vt annotauit noster Anselmus in suis commentarijs Epistolæ ad Romanos capit. nono, ad illa verba: *Offenderūt in lapidē offensionis. Offenderunt*, inquit, *in lapidem, idest, in Christum humilem: per superbiam suam calcare volentes gressum suæ rectæ actionis læserūt quidē, & quassati corruerūt. Quasi ipsa sua iustitia offen-*

Iudæi in Christi cō prehēsione ideo corruerūt quia in petra Christi offensi sunt.

Anselm.

D

derunt in Christum: quia velut de iustitia timuerunt, & fidem Christi spreuerunt, qui ad similitudinem parui lapidis a quo non cauetur fuit eis habilis ad offendendum latens in humilitate dicente patre ecce ponam in Sion lapidem offensionis, idest, Christum in Ecclesia, qui Iudæis erit lapis offensionis, quia non sibi cauebunt ab illo humili, & paruo lapide propter suæ mentis cæcitatem, sed offendent in eum, & corruent.

Ex collisione igitur suorum capitum ad petrã Christum; super se, superque, filios suos sanguis defluxit, & illud eisdem contigit quod vespertilionibus, qui dum á lucernæ claritate obcæcantur in parietes incurrunt; vnde apposite quidem Clemens Alexandrinus oratione adhortatoria ad gentes illos cæcas talpas nominauit. Bene certe vespertiliones, bene talpæ, bene cæci sunt, bene tanquam qui ante diem, & in nocte degunt, siquidem iniuste operantur, & tenebrose dum Christi necem moliuntur; nam iniustas actiones, noctis opera appellat Theodoretus explicans illud Pauli ad Romanos *Abijciamus opera tenebrarum* &c. *Opera*, inquit, *tenebrarum iniustas actiones iure optimo vocat Apostolus, ex corporalibus ostendens spiritualia, qui enim vitam sceleratam, & flagitiosam amplectuntur noctu operari consuescunt.* Quod etiã docet Sanctus Pater Anselmus in expositione capitis decimi quarti Matthæi vbi errorum, & vitiorum tenebras per noctem designari demonstrat.

Iudæi vespertiliones & talpę.

Alexandrinus. Item Eusebius Emissen. serm. de Epiph.

Operatio iniusta nocti cõparatur

Theod.

Anselm.

Neque mirum est Iudæos adeo tenebrose tunc operari, siquidem non solum ante diem ambulabant, sed densissimis quatuor noctiu m tenebris implicabantur, nam secundum doctrinam Hugonis Cardinalis quatuor sunt noctes, quæ spiritualem animæ visionem impediunt. Prima est naturalis ignorantia, quæ de corruptione peccati originalis nobis innascitur. Secunda est peccatorum caligo, quæ male agendo á nobis acquiritur. Tertia est hæresum deceptio, qua lux fidei in nobis extinguitur. Quarta est mundana sapientia per quam pia veritatis inuestigatio impeditur, quibus omnibus Iudæorum mentes obfuscabantur; ideoque tantæ cæcitatis caligine inuoluti Christi IESV splendorem, & lucem non aspexe-

Hugo. *Quatuor noctium differẽtia* 1. 2. 3. 4.

His omnibus quatuor noctium differentiis obcęcati sunt Iudæi.

Christi in passione non adeo eclypsatus, vt sua claritatis radios non emitteret

aspexerunt, qui quanquam ab eisdem Iudæis in passionis suæ, mortisque sacramento obtenebrari quodammodo visus sit, eius tamē diuinitas tūc maxime relucebat, á qua cæcus visum accepit, á qua milites illuminati dicebant. *Vere filius Dei erat homo iste.* Vnde tandem homil. 1. cōcludit Basilius dicēs. *Quis ergo cæcus est nisi qui non cernit, & inspicit adeo apertas adeo claras de vnigenito filio Dei demonstrationes.*

Matt. 27.

Basil.

B

Iudæi tāquam cæci in foueas corruentes irridentur a PP.

Videte quæsumus quomodo isti cæci iudæi ad instar cæcorum ad lapidem offendentium in foueasque corruentium irrideantur á Sanctis Patribus quemadmodum irrideri solent á pueris cæci, qui lapidibus implicati corruentes sternuntur. Nam de eisdē exponit Hugo Cardinalis illud prouerbiorū cap. 4. *Nesciunt vbi corruunt, & non videntes cadunt, retroq; malitia obcæcati sunt.*

C

Hugo in expos. c. 4. prouerbior.

Audite autem Patrem Anselmum, dum in expositione secundi capitis epistolæ ad Roman. sic iudaicum populum, quasi illusorie allocutus interrogat. *Tu dux cæcorū quomodo viam rectam non vides? si enim videres, per eam vtiq; ambulares.* Cui consonat magnus

D

Anselm.

A

Basil.

Basilius in expositione capitis octaui Esaiæ dicens. *Qui cæci sunt, nec deorsum versus inflectere possunt oculos facile impingunt, & allidunt pedes ad lapides, & quidem quisquis animā habet nulla discretione præditā, neq; per scripturas agnouit aduētum Domini, halucinatur, ac deerrat, & versatilis est circa fidē vt Iudæis contigit, qui scandalizati sunt in petra quæ est Christus.*

Vt tandem de Iudæorum cæcitate amplius non loquamur vnam tantum rem memorabimus ex qua ab homine argumentando cæcitas ipsorum comprehendi, & irrideri optime poterit; adeo enim caliginose operabantur in euentu mortis Christi vt quem regem negabant, regali diademate insignirent. Vt optime adnotauit Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædagogi cap. 8, dicens. *In altum eleuatum Iesum coronauerunt Iudæi suam testantes inscitiam hac enim ipsa de causa cum duro corde sint, & cæci sapienter prolotā non intelligunt prophetiam, quā ipsi appellant Domini probrum, & contumeliam, non cognouit Dominū populus, qui aberrauit: ratione, ac consideratione minime fuit circunfusus. Non fuerunt eius illuminatæ tenebræ: non nouit*

Dum Iudæi Christi capiti coronam affigunt sibi ipsis cōtradicunt

Clem.

Deum,

Deum, negauit Dominum, verbum sperauit afficere contumelia, & quem tanquam maleficũ crucifixit, tãquam regem coronauit; qua propter in quem hominem nõ crediderunt, benignum, & hominum amatorem Deum Dominũ agnouerunt, & iustum. Quem ipsi exacerbauerunt vt se Dominũ ostenderet, hoc de eo in altũ sublato testati sunt, diadema iustitiæ ei super omne nomen exaltato appendẽtes, per spinã semper florẽtẽ

Iudæi regiã Christi dignitatem testãtur dũ illi coronam imposuẽt.

Neque certè, vt á nobis sæpe sæpius monstratum est, veri solis claritatem pôterunt Iudæi incusare dicentes qnod non illuxerit illis: illuxit certè, & uehementer illuxit, sed dũ cæcas eorum tenebras in diẽ lucis, & gratiæ Christus nititur immutare ipsi diem in noctem vertere conantur dum Christum veram lucem extinguere moliuntur, & quia tenebrarũ filij erant tenebras potius amarunt quam lucem. Vnde tenebris implicati, semper ante diem permanserunt, vt de eisdem annotauit Eusebius de demonstratione Euã-gelij lib. 10. cap. 4. dicens: *Cum Iudæis salutare lumen illuxisset, ipsique potius tenebras, quam lumen amplexi essent, hoc, quod ab ipsis electum est eorum terram inuasit.*

Christus nititur in lucem vertere Iudæorum tenebras ipsi vero lucẽ in tenebras vertere sẽper conati sũt

Iudæi tenebrarũ filij.

Clem. Alexand. *Idẽ est fide Christũ suscipere, ut ꝗ visũ suscipere & lucem*

Ad tantam igitur Iudæorum cæcitatem fugiendam, & ad veram Christi lucem insectandam, & amplectẽdam nos prouocat, & exhortatur Clemens Alexandrinus oratione ad gentes dicens: *Suscipe visum, suscipe lucem, vt recte cognoscas Deum dulce verbũ quod nos illuminauit, super aurũ & lapidem pretiosum, desiderabile: super mel, & fauum, quomodo enim non est desiderabile quod mẽtem in tenebris defossam operantem effecerit, & efficacem, & animæ luciferos acuerit oculos.* Et paucis interiectis, *Illa lux vita est æterna, & viuunt quicunq́ eam participant.*

Christ⁹ desiderabilis super aurũ, & lapidem pretiosum sup er mel & fauum

Idem ibid. Christi lux nõ solum illuminat sed viuificat.

ANNOTATIO SEXTA.

Quòd non solùm Iudæi, verum, & infideles omnes, & improbi ante diem sint cæciterq́; operentur, & tanquã in nocte degãt.

SI CERTE de diei luce, & claritate de noctisque tenebris aliter philosophandum sit, non incongrue dicemus omnes infideles, & qui in Christo credere renue-

Infideles operantur degũtq́ in nocte.

runt esse ante diem, & tanquam qui in nocte degunt operari, quin etiam, & omnes in Christo credentes secundum tamen eius doctrinam, & vitæ normam non operantes, tenebrosa noctis, caligine præpediri: quem admodum enim materialis dies ista cuius luce illuminamur externe, á materiali sole resultat, ita; fides qua illuminamur interne á diuino iustitiæ sole, qui est Christus, causatur: diei illi materiali, nox materialis opponitur, isti autem, idest spirituali diei, infidelitas, è regione obuiat: dies illa, & nox horis distinguitur, & coponitur: dies ista Christi misterijs coalescit, & integratur: de illius diei horis loquitur Christus dum ait Lucæ cap. 11. *Nonne duodecim horæ sunt diei.* De istius vero horis Apostolus protestatur dicens. *Hora est iam nos de somno surgere*, de materialis noctis horis Lucas circa infelicem Petri euentum sermocinando ait. *Et interuallo quasi horæ vnius alius quidem affirmabat dicens. Vere & hic cum illo erat*, quasi si iam hæc materialis hora infidelitatis horas innuerit, de quibus Dominus dixit: *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.*

Quemadmodũ lux procedit á sole ita & fides a Christi luce.

Quemadmodum nox luci materiali, ita infidelitas fidei opponitur.

Dies qui ex Christi claritate resultat, eius mysterijs tãquam horis integratur.

ad Rom. 13.

Luc. 22.

Luc. 22.

A Quod autẽ fides sit dies omnium corda fidelium spiritualiter, & interne illuminans præter cæteros docet Theodoretus in expositione epistolæ primæ ad Thimotheum ad cap. primum dicens. *Fides mentem illuminat, & ostendit diuinam œconomiam, seu dispensationem.* B Vnde ipse Theodoretus libro primo de fide, tanquam certam viam lucentemque in caliginoso loco splendorem, vt ad Deum perueniamus eandem fidem apponit dicens. *Credere certe oportet accedentem ad Deum, quod ijs qui eum inquirunt remunerator sit, id circo, & nos accedentibus ad* C *Christianam religionem diuinarumq; rerum misteria discere cupientibus præ cæteris cunctis rebus doctrinam fidei proponimus.*

Sicut igitur qui cæcus materialiter est, semper in nocte est, quãquam vigeat lux diei, ita qui infidelis est, semper ante diem est, & quemadmo D dum qui cæcus non est si in vnaquaque hora diei oculos clauserit in nocte erit, ita qui fidelis est, si singulis Christi misterijs non assentiatur, vel si assentitur, & vt assentitur non operatur, in nocte est, & ante diem, nam vt ait noster Rupertus ad caput Ioannis.

Fides dies illuminã

Theod.

Theod.

Infidelis semper ambulat ante diẽ

Rupert

11. *Contra*

11. *Cõtra legem credendi faciũt, qui in Christum credunt, sed non confitentur, neq; secundum eius leges operantur, diligentes hominum magis, quam Dei gloriam, hoc enim modo credentes in tenebris manent.*

Attendite autem qua verborum claritate hoc argumẽtum prosequatur Chrisostomus homil. de cruce, & latrone beato, quæ tomo 3. suorum operũ cõtinetur. *Etenim,* inquit, *pietati hoc proprium est, ut in tenebris fulgeat, impietas autem & si in lumine fuerit tenebrescit: fidelibus nox in diẽ mutatur, infidelibus autem etiam ipsa lux tenebrescit, & de fidelibus quidem scriptura dicit. Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur, infidelis autem, & dies in noctem mutatur dicente scriptura. Palpabunt sicut cæci parietem, & ambulabunt in meridie, sicut in in medio noctis. Hæc ille.*

Chrisost. — *Pietas refulget in tenebris impietas vero tenebrescit in luce.* — Psal. 138. — Esai. 56.

Ex hac fortassis similitudine infideles siue hæreticos oculos auroræ, siue palpabræ diluculi allegorice appellauit Sanctus Iob cap. 41. quia scilicet oculi diluculo videntes tenebrescunt, & lucem tenebris commiscere consuescũt, sicque sicut aurora, & diluculum lucem habent permixtã caligine, ita infideliũ, seu hæreticorum oculi cæcitatis suæ caligine inuoluti veræ fidei claritatem sincere non aspiciunt, vt ad hunc patriarchæ locum præter Patrem nostrũ Gregorium annotauit Olimpiodorus.

Infideles seu heretici oculi auroræ siue palpebra diluculo. — Iob 41. — Greg. & Olymp. ad eũ locum.

Quod si ad solis, vel ad materialis lucis proprietatem attendamus, illuminare nempe oculos sanos; caliginosos vero offendendo lædere, & quodommodo deterrere, tũc maxime apparebit conueniẽtia, & similitudo, qua Christum solem fidemque diem appellamus. Qui enim synceris, & columbinis oculis Christi, & fidei, misteria intuentur, apprimè illuminantur, qui vero hæresum albuginibus eadem penetrare cõtendunt á nimia claritatis luce opprimuntur, & obcæcantur, vnde Theodoretus in expositione Psalmi 98. ita consonanter ait: *Nomen Christi credentes ita illuminat, ut Sanctos efficiat: hæreticos vero terret:* Quod ad huc clarius ostendit uoster Rupertus ad cap. 12. Ioannis exponens illa Christi verba: *In mundum veni, ut qui credit in me in tenebris non maneat. Qui credit,* inquit, *in Christum, credit in eum, qui misit illum, & hoc modo se ipsum ostendens oculorum nequã*

Assignatur causa & ratio cur Christus, Sol, & fides dies appellẽtur — Theod. — Rupert.

non

non curat inuidiam dũmodo simplicium lætificet beneuolentiam. Quibus consonat Ricardus Victorinus in expositione capit. 1. Apocalypsis dicens. *Flamma solis lucẽ tribuit, & terrorem incutit, flamma igitur solis sunt Christi oculi, quia ipse electos respiciens illustrat luce sapientiæ, reprobos autem respiciẽs terret ferocitate comminationis, & incorreptos exurit incendio damnationis.*

Ricard.

Christi oculi flãma solis.

Vnde iam licet colligere hæreticos infidelesque semper esse infidilitatis, notisque tenebris præpeditos, & obcæcatos; & tanquam qui ante diem sunt, operari: fideles vero semper in die permanere, quia, sol Christus á quo fidei lumen procedit illuxit in eorum cordibus: quemadmodũ hæreticorum infideliumque internos illustraret oculos si eius claritatem aspicere non renuerint, sicque tãtum splẽdorem iam desinant incusare, siquidem omnibus exæquo, & vbique illuxit. Nam vt homil. 4. de Pascha, ait, Eusebius Emissenus: *Lux Christi non parietibus obstruitur; non elementis diuiditur, non tenebris obscuratur: lux Christi dies est sine nocte, dies sine fine, vbique splẽdet, vbique radiat, vbiq; non deficit.*

Fideles sẽper in luce ambulãt quoniã Christi gratia, & lux eos illuminat.

Euseb. Emissen.

Christi lux semper lucet & nũquã tenebrescit.

Quod autẽ etiam improbi Christiani sint ante diem, & in nocte operentur, quanquã sint fidei luce illuminati internè; demonstrat, beneque probat Hugo Cardinalis dũ verba illa Esaiæ cap. 42. exponit. *Ducam cæcos in viam, quam nesciunt*, vbi sic ait: *Cæci sunt peccatores temporalibus voluptatibus obcæcati, quos tunc ducit Dominus in viam, quã nesciũt, quando eos in viam mandatorũ Dei per pœnitentiam conuertit.* Quod quidem de improborũ cæcitate argumentum docte prosecutus est Origenes dum capit. 13. Iob exposuit dicens. *Reprobis efficitur statim dies tenebrarum, dies natiuitatis, & nõ solum dies natiuitatis tenebræ illis efficitur: sed insuper omnes dies vsque ad diem mortis, & quia à die natiuitatis pietatem non custodiunt, vsq; ad diẽ mortis tota vita sua in tenebris ambulant.* Vnde bene Paulus respectu istorum noctem, totũ vitæ tempus appellat Epistola ad Rom. capite 13 In hunc enim sensum docet P. Ioãnes Chrisost. esse verba Pauli accipienda. *Nox præcessit* &c. Ita namque homil. 55. in Ioan. ait *Nox à Paulo hæc vita vocatur, quia in tenebris sunt, qui in peccatis, & in incrudelitate degunt* Hæc Chrisostomus. Nec minus ad hanc mentem comprobandam

Improbi Christiani & ante diem operãtur, & in nocte degũt.

Hugo.

Origen.

ad Rom. 13.

Chrisost.

probandam, nobis idonea visa sunt. Sancti Patris nostri Gregorij verba, quæ lib. 25. Moral. cap. 9. continentur, & ita habent: *Quia peccatis præcedentibus excæcatur oculus cordis, ipsa cæcitas, quæ peccantis animum, ex ante acta culpa damnatione confundit, meritò nox vocatur, quia per hanc ab oculis delinquentibus lumen veritatis absconditur.*

Gregor.

Ratio & causa cur peccatorū cæcitas nox vocetur.

Ex quibus iam certè patet quod reprobi, & scelerati semper ante diē sint; & operentur in nocte, & quod id non solis diuini causa, sed eorum culpa contingat, quod conceptis verbis protulit Augustinus dum illa verba Psal. 8. exposuit: *Super cecidit ignis, & non viderunt solem*: Sic enim ibi interrogat, & respondit: *Quare non viderunt Solem? quia super cecidit ignis, & quia vinxit illos concupiscentia carnis.*

Improbi non veri solis deffi cientia, sed propria culpa obcæcantur.

August.

Bene tandem ante diem ambulare dicuntur improbi, & valde cæci sunt, siquidem dum ad interitum ruentes festinant; ad instar tamen perniciem non videntium comedunt, bibunt, & in operibus pessimis èxultant, ad quos fines de vèturi sint penitus ignorantes: *Ideo* (inquit S. P. Hieronimus ad cap. 2. Prouerbiorum) *male facientes exultāt, quia per vias tenebrosas ambulant, & nesciunt quo eunt, si enim quia ad pœnam tendunt aspicerent, mox eandem lætitiam salubri fletu castigarent*, & cætera, quibus ibi eleganter probat Hieronimus, Improbos vitæ suæ discursum non intueri, quia cæci sunt, & in die non ambulant, neque operantur, sed ante diem: quod etiam argumentum prosequitur Glossa ordinaria ad cap. Marci 14. dicens: *Qui ad mortem peccant tantam habēt cæcitatem, vt nec turbentur in sceleribus suis.*

Impij ad interitū ruētes, ad propriam perniciē non attendunt.

Hieron.

Glossa.

A B C D

ANNOTATIO SEPTIMA

Circa eadem verba contextus.

ANTE DIEM.

Quod properet sol vt illucescat iustis, gressumque comprimat, ne reprobos illuminet.

CREATVRA, inquit Sapientia, *tibi factori deseruiens exardescit in tormentum aduersus iniustos, & lenior fit ad benefaciendum ijs, qui in te confidunt*

Sap. 16.

fidunt: quod quanquam in igne verificetur, & in aqua, in sole tamen maxime comprobatur, qui vt Sanctis probisque viris lucem proferat properare consuescit, ne antè improbis illucescat, gressum cõprimere, & quodãmodo retardare contendit, & vt sermone 74. ait Petrus Chrysol. *Mutat ordinem dum cognoscit auctorem, anhelat creatori seruire non tẽpori*, quod cap. 4. Prouerb. expresse asseritur á sapiẽte, dum ait, quod. *Iustorum semita quasi lux splendens procedat, & crescat vsque ad praefectam diem, via autem impiorum tenebrosa fit*, quod ser. 75. idẽ, quem superius retulimus, Pater subtiliter annotauit dum solis celeritatem in iustis illuminandis, eiusque moram, & tarditatem in tenebrosis impiorum actionibus conspiciẽdis praeponderat dicens. *Fidelibus lucescit vesper, dies infidelibus tenebrescit, discipulis Christi nox mutatur in diem, Iudaeis dies vertitur, & mutatur in noctem, vt impleatur quod scriptum est Amos 8. occidit illis sol meridie, illis, idest, Iudaeis, nostris autem nox sicut dies illuminabitur*. Vnde lib. 3. in cap. 3. Iob, bene ait Origenes, quod *Improbi semper in tenebris ambulent, iustis autem semper fit dies*. Vnde fit, vt illi, idest iusti, & sancti viri semper opera lucis, & tanquam qui in die operantur exerceant, impij vero, & scelerati tenebrarum opera faciãt, & quae ante diem videantur exercita, vt semel, ac iterum annotatũ est.

Chrysol. | Prouerb. 4. | Idẽ Chrisolog. | *Iustis verum in mane cõuertitur: improbis autem é contra.* | Amos. 8. | Origen.

Hoc & in Sancto Patriarcha Iacob, & in illis impijs, qui apud inferos conqueruntur per quam maxime comprobatur: de illo namque ait scriptura quod fuerit solis radijs praeuentus in itinere dicens. *Ortus est et statim sol postquam ingressus est Phanuel*. quasi solis in santo Patriarcha illuminando properationem, accelerationemque demonstrans, indicansque, ex qua externa solis illuminatione internae claritatis lumen inferimus, quo fuerit á vero iustitiae sole illustratus dum pulsa internae noctis caligine, quem Angelum viderat, Deum agnoscit, & confitentur dicens. *Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea*: & qui ante diem luctando cum Domino Angelũ reputabat, iam in die operatur, dum altare ad Deum, quem nouerat, immolandum construxit. De se ipsis veró fatentur impij, quod errauerint

Iusti semper in die improbi vero semper in nocte operantur. | Sap. 5. | Genes. 32. | Genes. 32.

ex eo quod Sol ne illis illusceſceret, greſſum retardauerit. Vnde ſemper ante diem ambularunt: *Ergo* inquiunt, *errauimus à via veritatis, lux non illuxit nobis, Sol non ortus eſt nobis.* Sap.5.

Sed vt vnumquodque ſuo loco collocemus prius ſolem curſum ſuum in iuſtorum cōmodum, & fauorem accelerantem, ipſoſque iuſtos tanquam in die ſemper operātes fuſius demonſtremus: ipſummet Solem greſſum comprimentem ne reprobis illuceſcat, ipſoſque reprobos cæciter ſemper, & ante diem operantes, poſtea oſtenſuri.

Iſtam igitur ſolis, ad iuſtos illuminandos, feſtinādi prōptitudinem diligentiāque mirabilem Sanctiſſimæ illæ mulieres, quæ emptis aromatibus ad Chriſti ſepulchrū gratia ipſius corpus vngendi valde mane cōſurgentes properarunt, euidentiſſime ſunt expertæ: quamquam enim valde mane conſurgerent diluculoque iter conficere deſtinarent, fuerunt tamen á Sole præocupatæ, qui vt illis lucé exhiberet, curſum accelarauit, & greſſum: & qui antea ne abominanda Iudæorū impietatis opera videret, lucis radios compreſſerat: nunc vt Marc.16.

A Sanctis mulieribus illuceſcat, earumque pietatis operibus inſeruiat, properare contendit, & vt Sancti patris Petri Chryſologi ſerm. 82. verbis vtamur, *vt mane faceret manicauit* (madrugou por fazer amanhecer mais cedo. Chriſol.

B Circa quam Solis celeritatem in hoc euentu ſic ait Sanctus Euſebius Emiſſenus homilia quarta de Paſcha: *Solem certe arbitror eſſe in hac die ſolito clariorem celerioremque extitiſſe, neceſſe enim fuit, vt in eius reſurrectione diluculo exurgendo gauderet, in cuius paſſione radios retrahendo condoluit, & cuius mortem lugubri* Euſeb. Emiſſen.

Claritatē quam in Chriſti paſſione ſubtraxerat in eius Reſurrectione intentiori modo oſtēdit.

C *quadam caligine proſecutus fuerat, eius vitam nitidioris lucis ſplendore ſuſciperet.* In quem etiam ſenſum loco nuper allegato ſic ait idem Petrus Chriſologus: *Qui ante noctem fugerat, nunc ipſam noctem præuenit fugaturus.* Vbi Chriſol.

D obiter aduertendum eſt illud commune proloquium Luſitanum (mais val quem Deos ajuda, que quem muito madruga) & in iſtis mulieribus, & in Iudæis manifeſtiſſime comprobari, manicarunt enim Iudæi; vt ex capite Matthæi patet, vbi ſic legimus: *Mane autem fa-* Matth.27

E *cto con-*

Frustra manicarũt Iudæi.

cto consilium inierunt. Manicant, & mulieres, sed illud de Iudæis dici potest (nem por muito madrugâr amanhece mais cedo) siquidem quamquam mane consurgerent, non sunt tamen vnquam diem assecuti; sed semper ante diem, idest in tenebris permanserunt: manicarunt mulieres Sanctæ, & citius illis manefactum est, & ambulantes in die, operaque lucis exercentes, verum iustitiæ Solem, quem viderant eclypsari nouos lucis radios emittentem conspexerunt, vnde bene canit Poeta.

Proficuè manicarunt Sanctæ mulieres.

Plus mihi contulerit diuini guttula roris. Quam è gali cantu nox vigilata tibi. Sicque minime de mulieribus illis affirmare fas erit, quod ante diem ambulauerint, sed in die; qui enim bene operatur, & honeste, in die operari iure dicitur. Vnde Paulus ad Romanos capite decimo tertio, nos ad bene, & honeste operandum exhortans ait, *Sicut in die honeste ambulemus*.

Rom. 13.

Idem est in die ãbulare atq; honeste & virtuose operari.

Neque sui tantum cursus acceleratione contentus est Sol, vt iustis citius lucem proferat, verum & gressum aliquando comprimit, ab assuetoque gradu sistit, vt illis lucidum gratiosumque præbeat spectaculum (não soo anticipa o Sol seu curso, por dar luz ás obras dos justos, mas ainda às vezes o detem afeiçoado dellas) si namque Sanctissimæ mulieres, de quibus nuper actum est, solem in propriam vtilitatem gressum accelerantem sunt expertæ: Sanctissimus ille quoque Dei minister, eiusque populi strenuissimus dux Iosue, eundem Solem cursum suum consuetum retardantem, sibique morigerantem, ac suis obtemperantem verbis conspexit. *Stetit*, inquit sacra pagina, *Sol in medio cursu, & non festinauit occumbere*: quem locum dum Origenes exposuit de assidua diuinæ claritatis in iustos protectione mystice intellexit, qua verus iustitiæ Sol Christus eos illuminat, eisque tenebras in lucem conuertit, ita vt qualiter se se habet Sol iste materialis, ad eorum externas actiones, taliter Christus Dominus verus iustitiæ Sol ad ipsorum internas operationes se se illis exhibeat: sicque interne externeq; illuminati semper operentur in die, & non ante diem: *Dum Sancti, & iusti*, inquit Origines, *bellum gerunt* *aduersus*

Retardat Sol & cõprimit gressũ, vt iustorum actiones cõtempletur.

Iosue 10.

Orig. in hunc locum.

Quemadmodũ Sol materialis externe illuminat ita, & Sol iustitiæ Christus interne.

Non occũbit sol dũ iusti aduersus cõmunes inimicos bellum gerũt

aduersus inimicos, & colluctantur aduersus principes, & potestates, & rectores tenebrarum harum, Sol iustitiæ eis indefinenter assistit, nec definit vnquam, nec festinat occumbere. Hæc Origines.

Dum autem illam Solis mansionem, quietemque sic mystice exposuit Origines, nobis ansam præbuit, vt eundem iustitiæ solem, vt iustis illucescat accelerantem gressum, & vt eis non occumbat cursum comprimentem appositissimo quoddam exemplo monstremus: quod vt fa cilius faciamus, imprimis aduertendum est Christum Dominum in multis Scripturæ locis, tam veteris, quam noui testamenti Solis idiomate insigniri, & præsertim apud Malachiam cap. quarto. Sic enim ibi de Christo Domino prophetatur: *Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ* &c. Nam de Christo locum istum Malachiæ intellexerunt patres, nempe D. Hieron. & Theodoret. ad eundem locum, & Origines homilia secunda in Cantic. Cyrillus. Alexandr. libro primo in cap. 8. Ioan. quam etiam Christi appellationem Ioannes noster non

Christus Sol

Malach. cap. 4.

Hieron. Theod. Origen. Cyril. Alexandr.

A obscure insinuauit, dum cap. primo sui Euangelij de eodem Christo, ait, *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

Ioan. 1.

Neque etiam abs re loqui videbimur, si Sacratissimam Virginem Mariam, post Angelicam salutationem Verbique Incarnationem, solis cælum appellemus, ita vt quemadmodum Sol peculiarem sibi vendicat orbem, nempe quartum, qui solis cælum ab astrologis appellari consueuit, ita & verus iustitiæ Sol Christus perfectissimum sibi cælum conciliauerit nempe Virginem Mariam in cuius ventre splendidissimus iste planeta Spiritus Sancti opere collocatus suæ gratiæ lucem cæpit defundere: impolutum namque Virginis vterum, ex eo quod diuinum hunc solem continuerit cælum nominat Epyphanius, dum exclamando ait: *O vterum qui cælum es septem circulis constans, ò vterum habentem inextinguibile lumen septies lucentis gratiæ.*

B

Virgo Maria cælum solis.

C

Sol iustitiæ Christus ex Mariæ visceribus lucẽ suam cæpit diffundere.

Vterum Virginis cælũ solis

Epiphan de laudibus Virg.

D

Quibus ita præhabitis, quanam celeritate Sol iste festinet, vt Ioannem in luce constituat, noctemque culpæ illi in diẽ gratiæ cõuertat põderate,

Mira iustitia solis in iustis illuminandis celeritas.

quæ tanta fuit, vt orbem, in quo inhæserat extra axes suos exilire coegerit (tanta foy a pressa que leuou este diuino Sol, para fazer da escura noite da culpa claro dia da graça ao Baptista, que fez saltar o orbe em que residia fora dos eixos) quem admodum enim si currus vel rotundus orbis nimis agitatur extra axes exilire contingit, & qui anteà dum proprio loco manebat tranquillum, æqualemque cursum facere consueuerat: extra axes positus, saltando decurrit, inæqualemque viam arripit. Ita Virgo Sanctissima, quæ an

Mariæ axes silentium, & clausura.

tequàm Verbum conciperet, in silentio, & templi claustro, siue recessu, tanquam in proprijs axibus continebatur, postquam verbum concepit, Solisque cælum facta est, nimia eiusdem solis in ea residentis acceleratione extra axes quodammodo resilire visa est; dum in montana cum festinatione decurrendo conscendit, quod sermone de Visitatione Virginis ad Elisabeth, innuit Epiphanius dicens: *Instigante Christo, perrexit Virgo cum festinatione, qui rapido cursu eam in montana ducebat.* Vnde bene certè quasi extra pro-

Lucæ.1.

Epipha.

A

prios axes exilientem Mariam prædicamus, dum eam itinerantem, & coloquentem conspicimus.

Dũ Maria itineratur, & loquitur quasi extra proprios axes posita videtur.

Ita tamen cælum istud diuinum extra axes constitutum dicimus, vt nullam periculi occasionem, ex istius itineris celeritate eius misticis rotis prouenire existimemus,

B

Mariæ pedes rotæ celerrimæ quibus fertur ad subueniendũ iustis.

nempe pedibus illis, de quibus scriptum est: *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia principis*, & de quibus rotis asserit sacrum oraculum; quod *vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur*: & quod *spiritus vitæ erat in rotis.*

Cant 7

Ezech.1.

C

Neque mirum certe est quod Sol iste diuinus extra proprios axes cælum suum, idest, Virginem matrem exire cumpulerit, cum ipse se extra se, vt hominibus subueniret, deiecerit, vt sermone de Natiuitate, eleganter tetigit Ambrosius dicens: *Sibi foris factus est, vt mihi intus esset.* Quod quidem argumentum amplius prosequendo ait Ambrosius: *Vide illum intus quando legis quod in sinu patris est, cognosce illum foris, quando nos quærit, vt redimat.*

D

Ambrof.

Profeq. Ambrof.

Hâc certe diuini solis in iustis illuminandis, & subueniẽ-

dis

dis anticipationem, accelerationemque de eo multum ante tempus per Esaiæ os diuinum oraculum prædixerat, dum illi nomen (Accelera) imponendum præcepit, prius enim, quam ab abstruso ventris cubili oriretur lumen suū cæpit diffundere, vt in Ioanne comprobatur: statimque vt exortus est, gentium corda illuminare festinauit. Vnde S. Pater Ioannes Chrisostomus, homil. secunda, operis imperfecti, sic eleganter ait: *Priusquam Christus secundum corpus inciperet cognoscere patrem aut matrem, virtutem diaboli tenebrarum principis subiugare festinauit.* Ad quem etiā acceleratum, & vt ita dicamus incompositum ad iustos illuminandos istius diuini solis gressum alludere videtur S. Pater Ambrosius Commentar. in Psalm. 118. serm. 6. vbi sic ait: *Sponsæ thalamus, cælum est Christi, eiusque tribunal, salit super Ecclesiam, transilit super sinagogam: salit super gentes, transilit super Iudæos: salit de Cælo super Virginem, de vtero in præsepe, in Iordanem, iuxta illud Dauidis, exultauit tanquam gigas ad currendam viam, ita vt non sit qui se abscondерit à calore eius: & nunc etiam currit: etiam salit de corde Patris super iustos suos, &c.* quæ ibi affert Ambrosius, ex quibus hæc huius diuini solis in iustis illuminandis acceleratio maxime comprobatur.

Esaię.8.
Chrisost.
Ambros.
Spōsę thalamus; Cælum Christi

Nec minus consonant ea, quæ libro quarto confessionū cap. 12. affert Augustinus. *Processit, inquit, ad nos Sol iste diuinus in ipsum primo Virginalem vterum, vbi ei nupsit humana creatura, idest, caro mortalis, & inde velut sponsus procedens de thalamo suo exultauit ad currendam viam: non enim tardauit, sed cucurrit clamans dictis, ac factis, morte, & vita, descensu, & ascensu;* Cui etiam menti maxime suffragari videntur Procopij verba in Commētarijs in Esaiam ad illud quod nuper adduximus, vocari nempe Christum Dominum, Accelera, ob accelератū gressum, quoad iustos illuminandos exurgit: *Hoc dixit Esaias* (ait Procopius) *quia in suo aduentu Christus velox fuit, & quouis fulgure celerior.*

August.
Procopi⁹

Hunc eundem certe veri iustitiæ solis ad iustos illuminandos manicandi, diluculoque consurgendi morem ipsi viri iusti experimento didicisse videntur, dum vt illius claritatis conse-

quantur effectum; etiam manicare diluculoque exurgere consuescunt. Hanc enim fuisse Sancti Regis mentem (dũ illud Psalmi 100. protulit. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ*, docet S. Pater Hieronimus lib. 2. in cap. 5. vbi dum obiter Psalmi verba superius adducta exponit, sic ait. *Consurgimus de mane, & orto nobis Sole iustitiæ fugātur tenebræ, & statim interficimus omnes cogitationes, quæ ad peccata nos prouocant, & de ciuitate mẽtis nostræ illos disperdimus peccatores, de quibus Saluator loquitur; de corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria fornicationes, furta, falsa testimonia blasfemiæ: & reliqua.*

Psal. 100.

Hieron.

A

B

C

Ex quibus tanti patris verbis clare colligitur Sãctos viros semper á se opera tenebrarum reijcere, & ea quæ lucis sunt exercere, quia præueniuntur á diuini solis claritate vt in die operentur, & nõ ante diem.

D

Eandem etiam istius diuini solis accelerationem multis alijs in locis cõmendat idẽ Regius vates nempe psalmo 62. dicens. *Deus Deus meus ad te de luce vigilo*, & iterum. *Mane astabo tibi, & videbo*: iterũque *Mane oratio mea præueniet te*; Eandemque solis matuti nam præuentionẽ verbis dulcissimis inculcat Sãctus vates Esaias cap. 26. dum ait, *Anima mea desiderauit te in nocte, sed & in spiritu meo, in præcordijs meis de mane vigilabo ad te.*

Psal. 62

Esai. 26.

In hac manicandi diligentia, ita se habent viri sancti, & iusti vt se habent illi qui cum viro manicante, rem conficere conantur, isti enim manicãt valdeque diluculo exurgunt ne occasionem amittant. Ita Sancti, & iusti viri, qui hunc diuinum solem in ipsorum tenebris submouendis valde manicare cognoscũt, ne huius anticipatæ opitulationis destituãtur auxilio diluculo exurgunt, cum præsertim ab eodem prouocentur, admonitique sint: ait enim Prouerbiorum 12. *Consurgat diluculo qui quærit bona*, & Prouerbiorum 5. *Qui mane vigilauerint ad me inuenient me*: quodquidẽ se itá fecisse ei quasi obijciebat Dauid, ne ex manicandi desidia ansam amisisse videretur. *Præuenerunt*, inquit Psal. 118. *Oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua*: quod quidẽ faciendum esse, vt cum Deo rem conficiendi occasionem, nõ amittamus docet S. Pater Ambros. serm. 19. super eundem Psalmum, vbi sic ait. *Præueni Orientem solem, graue*

Prou. 12

Prou. 5.

Psal. 118.

Ambros.

est enim

est enim si te otiosum radius solis Orientis inuenerit &c.

Tanta itaque est diuini Solis in iustis illuminandis properatio, vt eisdem valde manicare necessarium sit ne illumināndi occasio transeat: nam vt etiam de eodem diuino sole vaticinatus est Oseas cap. 6. *Quasi diluculū præparatus est egressus eius*; de vero enim iustitiæ sole Christo, & de ipsius in suis illuminandis acceleratione, & promptitudine hūc Oseæ locum intellexit Pater Hieronimus dicens. *Christus ipse, & non alius quasi mane, & aurora paratus est lucere nobis, de quo Psal. 21. titulus est pro assumptione matutina, eo quod tenebris dissipatis oriatur nobis sol iustitiæ, vt nostram illuminet cæcitatem.*

Oseas. 6.

Hieron.

Psal. 21.

Quomodo autem sit nobis diluculo consurgendum, vt anticipatā Christi opitulationem assequamur docet Pater Gregor. Moralium 1. cap. 19. dicens, *Diluculo cōsurgimus cum compunctionis luce perfusi humanitatis nostræ noctem deserimus, & ad veri luminis radios oculos mentis aperimus.*

Gregor.

Iam igitur huius tam accelerati cursus effectum ab experto aliquo adiscamus; nēpe à sanctissimo Ioanne Baptista, qui quanquam valde di-

A luculo surrexisse videatur, vt opera lucis exerceret, plus tamē diluculo fuit ab huius diuini solis radio præuētus, ita vt bene, & vere de eo dici possit, quod nunquam ante diē ambulauerit, sed semper in die: *Exultauit*, inquit S. Lucas Euāgelista, *in gaudio infans in vtero.* Doce igitur nos ó Sanctissime puer quomodo tam

B diluculo lætabundus exurgis? Quomodo tam cito manicare contendis? Quomodo ante lucem surgis? quia, inquit, quāquam adhuc in tenebris, & in nocte vobis sedere videar, iam tamen sum in lumine constitutus, iam non tan-

C quam qui ante diem, sed sicut, qui in die ambulat lucis opera valeo exercere: cursum enim suum iustitiæ Sol accelerauit, vt mihi in tenebris constituto matutinus illuxerit. Bene quidem; nam hūc solis ad Ioannem acceleratū aduentum docent Doctores Theologi dum cū Diuo Tho-

D mo 3. p. quæst. 23. art. 6. asserere consuescunt quod fuerit in Ioanne acceleratus rationis vsus ad præsentiam Verbi Incarnati illum mirabiliter illuminantis: quam etiam matutinam ad Ioannem Diuini Solis illustrationem docet Pater Ambros. serm. 63. cum ait.

Luc.

D. Tho.

Ambros.

Exultat Ioannes in vtero, antequam nascatur; vt priusquam oculis mundi habitum recognoscat, spiritu mundi Dominum recognosceret: quod noster quoque Bernardus confirmat dicens. *Vere ardens, & vehementer accensus Ioannes, quem, sic praeocupauit flamma caelestis, vt Christi sentiret aduentum, qui nec dum sentire poterat se ipsum.*

Bernard. serm. de natiuitate Baptistę.

Pri⁹ Ioānes Baptista Christi cognouit aduētum, quā se ipsum cognosceret.

Neque solum ex hoc rapido cursu, quo diuinus hic iustitiæ sol se suumque orbem, idest, Virginem ad Ioannem illuminandū rapit, in eius iustos anticipata præuentio dignoscitur: verum & in morosa quiete, qua apud Elisabet Virgo commorata est, quantum in iustis illuminandis sibi cōplaceat clarissime comprobatur: qui enim sol vt Ioannem illuminaret, cursum properauerat, ita eiusdem Ioannis obsequio tenetur illectus, vt per trium mēsium spatium apud eundem cōmorās gyrum retardauerit: quod nemini certe mirum videri debet, cum omnes in Zachariæ domo lucis opera exercerent, essentque omnes filij lucis, & sicut in die honeste ambularent, nam vt ait Paulus Ephes. 5. *Fructus lucis est in omni bonitate iustitia, & æquitate:* ex qua sancti Apostoli doctrina bene, cathagoriceque infertur. Iustos, Sāctosque viros semper in luce, idest, in die operari, nam si fructus lucis est bonitas, iustitia, & veritas: iam bene sequitur, vt qui bene, iuste, & vere operantur in die ambulent, & nonante diem siquidem lucis opera facere consuescunt.

Omnes in Zachariæ domo operabantur in die, idest. opera lucis faciebant. Eph. 5.

Hoc quidem argumentū docte prosequitur Origenes ad illa verba Cantic. 2. *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Ibi namque diligēter aduertit Iustorum opera semper in meridie esse exercita. Nam in meridie ad valē Mābre Dominus á Sancto Patriarcha Abrahamo adoratur. In meridie Sāctus Ioseph charitatis opera exercendo fratres suos pascit: in meridie ipsum adorant ijdem fratres. Meridiemque ipsa Sācta spōsa, vt cum castissimo sponso requiescat exoptat. Itaque vt iustis Sanctisque viris lumen exhibeat sol iste diuinus in medio cursu sistit, semperque illis meridiem facit, & sic nūquam ante diem operantur, sed in die.

Orig. Genes. cap. 18. Gen. 43. Cātic. 2.

Ex hoc certe patet, quod nō sine energia á S. Apostolo Paulo, Sancti, & iusti lucis filij appellētur, dū illos admonendo,

ait,

Ephes. 5. *Iusti solis filij.*

ait, *vt filij lucis ambulate*, quasi demonstrans tantam in iustis illuminandis solẽ curam impendere, ac si filios reputaret; properat enim, vt illuminet, & á ccurrẽdo, dum illuminat obliuiscitur, vt eos aspiciat, illisque morigeretur: quam certè nomenclaturam non vane illis imponimus, cum eadem ab infallibili veritate Christo iisdem imponatur Matthæi. 13, dicens: *Fulgebunt iusti tanquam sol in regno patris sui.*

Math. 13.

Circa quod seruatoris dictum obseruãdũ est quod vel Christus de regno terrestri, idest, de Ecclesia melitante loquatur, vel de regno Cælesti, id est, de Ecclesia triumphante sermonem faciat, semper tamen iustis, & Sanctis hæc appellatio conueniat, fulgent enim in militãti Ecclesia meritis, lucent virtutibus, resplẽdent exemplis: in triumphanti autẽ claritatis dote adhuc mirabilius fulgebunt. *Fulgebunt igitur iusti*, inquit, veritas, *in regno patris sui*, ac si diceret: quemadmodum principes Regis filij eandem in patrio regno nobilitatem representant, quam ipse pater Rex, ita & in regno lucis, vel solis, iusti, & Sancti viri more patris lucent, fulgent, & micant. Vnde iam apud Sãctos, & patres

Ibidem.

A tritissimum est eosdem Sanctos, & iustos viros, Solis filios appellari, sicque á Patre Anselmo varijs in locis appellantur, & præsertim in expositione capitis 5. Epistolæ, ad Thesalon. & ad cap. etiam 5. epistolæ ad Ephes. Ita etiam eos appellat Magnus Basilius in suis regulis breuioribus res- B ponsione ad interrogationem 268. dicens: *Quemadmodũ qui digni sunt, & qui diei, ac lucis opera faciunt Apostolus filios lucis appellauit, ita consentaneum videtur, vt eodem modo, qui opera tenebrarum exercent filij tenebrarum nuncupẽtur.* Ex quibus verbis non solum patet Sanctos, & probos viros lucis filios, solisque apellari, verum C etiam improbos, & sceleratos tenebrarum filios nominari.

Anselm.

Basil.

Improbi tenebrarum filij.

Liceat ergo nunc ex hac solis in iustis illuminandis, cura & solicitudine diligenti, maximam inter eos, & ipsum naturæ auctorem Deum amicitiam, & familiaritatem infer- D re. Quemadmodum ex eadẽ cura diligenti eam infert Sanctus Pater Ioannes Chrisostomus dum in expositione Pauli epistolæ ad Hæbræos eiusdem solis in Iosue illuminando promptitudinem considerat, & obedientiam ponderat, ait enim. *Amicus Dei creaturis*

Chrisost.

amici sui imperat, & obediunt. Optime quidem, dictum est nam dum mutua est inter aliquos amicitia, familiaritasq; singularis, quidquid in vnius cuiusq; domo alter decreuit; hoc clientes exercere contẽdunt, & satagunt sciẽtes Domino placuisse, dum eius intimi amici voluntatem exequuntur. Ita & creatura Dei nempe Sol, Sanctis, & iustis morigerari studet sciens in hoc creatoris inseruire volũtati: quem Sanctos, probosq; viros intime amare, familiarissimosque habere cognoscit. Ideo aliquando cursum accelerat, aliquando á gradu sistit, vt illis semper adsit, claritatemque impartiatur, ac proinde externe, interneque illuminati in die operãtur, & non ante diem. *Qui enim puri sunt* (vt inquit Origines) *isti meridianum tempus in se habere videntur, & per hanc puritatẽ cordis, quasi in meridie positi Deum videbunt.*

Dum sol iustis morigeratur Deo obtẽperari studet.

Origen. in expositione 1. Cantic.

Quod veró gressum comprimat Sol ne flagitiosis impiorum actionibus lucem aliquo modo impartiri videatur passim docent Sancti Patres, & præsertim dum mirabilis, & non naturalis illius ecclypsis, qui in seruatoris morte, & passione contigit causam assignare contendunt. Sic enim ait Sanctus Pater Anselmus in cap. Matthæi 27. *Videtur mihi Sol tunc radios suos retraxisse, ne impij blasfemantes fruerentur luce sua.* Quod etiam argumẽtum prosequitur Sãctus Pater Eusebius Emissenus homil. 4. de Sancto Pas. chate dicens. *Sol in passione Christi caliginum se nocte circumdedit, & Iudæorum facinus mundo teste congemuit. Inditium enim quoddam doloris in sole est, tanto sceleri officium luminis denegasse, & vltione quadam Iudæorum oculis tenebras infundisse.* Quod itidẽ merificis verbis amplificauit Sanctus Pater Effrem sermone de passione Domini dicens. *Lucidus Sol ex alto cæli axe contumeliam Domini sui pendentis in cruce conspiciens immutatus est facie, & contraxit lucis suæ igneos radios, iniuriamque Domini sui videre non sustinens, merore se se vestiuit, & tenebris.* (pos luto o Sol na morte deChristo.

á flagitiosis impiorum actionibus abstrahit sol lucẽ suã, & claritatem.

Anselm.

Eufeb. Emissen

Doloris inditium in sole fuit lucẽ suam in Christi passione denegare

S. Effrẽ.

Cum igitur Sol lucis suæ, & claritatis ministerium improbis deneget, inde fit vt semper tenebris implicati in nocte maneant, & ante diem operẽtur, de quo frustra apud inferos positi conqueruntur dicentes. *Lumen non illuxit nobis, sol non ortus est nobis*; nam

ab ip-

ab ipsorū nefarijs conatibus, quasi perterrefactus sol gressum compressit, noxque eorùm mater ad perpetrata facinora occultanda introducitur, vt conceptis verbis ait Sanctus Iob. capite 34. dicens. *Nouit enim opera eorum, & idcirco induxit noctem, & conterentur*: quem locum exponens Pater Gregorius Moralium. 25. capite. 9. Sic consonanter ait. *In nocte iniquus conteritur cum peccatorum præcedentium confusione damnatus, veritatis lumen non inuenit.*

Nox improborum mater.

Iob. 34.

Gregor.

Ex quibus iam satis superq; comprobatum est quod quē admodum ob proborum, sanctorumque, hominum pietatem, sol ad illuminandum cursum suum accelerat, ita ob improborum malitiam gressum comprimat, & ne illos illuminet; illum retardare cōsuescat. Quod tam de externo, & materiali sole, quam de interna, & spirituali luce intelligimus, immo externa luce tanquā demonstratiuo exemplo vtentes internæ lucis effectus demonstramus, quod in expositione capitis 1. lamentationum Hieremiæ bene docet Sanctus Pater Hieronimus, vbi de improborum interna cæcitate loquens ita ait. *Diabolica suggestione decepti potius, quam lucis radiis illustrati in noctem veniunt futuræ perditionis.*

Hieron.

ANNOTATIO OCTAVA.

Circa eadē verba contextus.

ANTE DIEM

Quod quandiu in hac vita sumus, omnes ante diem simus.

SI certe ad tē p' illud, quod Christi aduētū præcessit attendamus, omnes omnino tetra cæcitatis caligine perpeditos fuisse cognoscemus, & ante diem ambulasse fatendum procul dubio est, nō dum enim in cordibus nostris vera lux illa illuxerat, quæ postea exorta illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum. Quod si tunc aliquid luminis contigebat id Iudæis potius, quam gentilibus exortū fuisse clarum est, nempe notitia illa, quæ ex lege proueniebat.

Ante Verbi Incarnationem omnes ante diē ambularunt.

Ioan. 1.

notitia legis lumen obscurum

In Christi aduentu caeci vident, & Iudaei videntes obcaecantur.

Sed heu dolor, seu vt melius cum Apostolo dicamus. *O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius.* Qui antea legis claritate videre consueuerunt adueniente vera luce obcaecantur: & qui penitus caeci erant, verum lumen aspiciunt. *Ego* (inquit Christus Ioannis 9.) *in iudicium veni in hunc mundum, vt & qui non vident videāt, & qui vidēt caeci fiant.* Si igitur tempore gratiae Iudaeos, qui antea, lucerna legis interuenienute aliquid aspiciebant, cum veris Christianis in lege gratiae comparemus; caeci proculdubio sunt, in nocte ambulant, nunquam que diem consequentur vsque ad diem illum post cuius terminum nox vlla non erit.

Ioan. 9

Nouae huius lucis ad christianos translatio, & á Iudaeorum oculis amotio, optime á Christi facto infertur, quod Ioannis 9. operatum fuisse perhibetur: dum statim postquam sese á Iudaeis abscondi caecum illuminauit, vt ostenderet ideo se ab eorum oculis lucem suam subtraxisse, quia fuerunt rebelles luci, eandemque lucem gentibus communicasse, quia susceperunt lucem; Sic enim hoc Christi factum ad eunde Ioannis locum moralisat noster Rupertus dicens: *Quod à Iudaeis se absconsurus, & oculos gentium esset illuminaturus dominus noster, pulchro satis praesignauit mysterio: dum abscondens se exiuit de templo, & praeteriens vidit hominem caecum à natiuitate, & illuminauit. Proinde quacūque ex gente quisquis Christi praedicationem recipit, & Euangelio eius cunctas Iudaeorum caeremonias postponit, & pro illo velut stercora arbitratur, sicut ait Apostolus: ille est qui foris extra templum Iudaeorum (à quibus lux mundi se abscondit) illuminatur: vt Deum, cuius visionem in Adam perdidit, videre mereatur: sed iam ipsum illuminationis ordinem mysticum prosequamur. Praeteriens, inquit Euangelista vidit hominem caecū à natiuitate. Vere praeteriens vidit, nam illos qui se videre iactabant, praetergressus, & obtento velamine super corda eorum, ne videretur, absconditus venit ad nos, vt videremus eum qui caeci eramus.* Haec Rupertus.

Rupert. super c. 9. Ioan.

Quanquam igitur si ecclesiae filij, & qui verum lumen sunt amplexati cum Iudaeis caeciter ambulantes comparentur opera lucis facere, & non ante diem, sed in die ambulare videantur: tamen si ad

illam

illam veram lucem, & claritatem attendamus, quæ á supernæ Hierusalem lucerna causatur, & nullam admittit obfuscationis caliginem; omnes certe tam Iudæi, quã probi, vel improbi ante diem ambulamus; est enim præsens hæc vita nox, in qua delitescunt, & occultantur infamiæ, & dedecoris opera, vt ad caput decimũ tertiũ Esaiæ bene aduertit Basilius, post cuius terminum perẽnis illa dies subsequetur, nullo vnquam occasu terminanda, cuius nitidissimam lucem in hac vita aspicere non possumus, quia carnis velamine præpedimur: cum autem nox ista, in qua vitam degimus præcesserit; tunc lucidissima lux illa apparebit, & tunc dimissis præsentis sæculi tenebris, veri diei claritate perfruemur, ad quam tanquam pedagogus se nos ducturum promittit Dominus per Esaiam cap. 42. dicens; *Ducam cæcos in viam, quam nesciunt*: nam de directione in veram, & interminabilem lucem intelligit Hugo Cardinalis hæc dominica verba dicens: *Cæci sunt omnes, qui mundum istum tenebrosum inhabitant; excæcati quidem in isto carcere tenebroso, ideoque, ait Dominus per Prophetam: ponam tenebras eorum coram eis in lucem, idest pro obscuritate viæ, dabo eis claritatem patriæ.*

Dum in hac vita peregrinamur, omnes ante diem sumus. Vita præsens nox est.

Basil sup 13. Esaiæ

Esaiæ. 42

Hugo.

Quis autem hic dies sit, cuius claritatem in huius viæ statu aspicere non valemus, ostendit Eusebius Emissenus homilia quarta de Pascha; dum sic proloquitur: *Quis est cæli dies nisi Christus Dominus, de quo dicitur per Prophetam. Dies diei eructat verbum, ipse est enim dies, filius, cui pater dies diuinitatis suæ eructat arcanum: ipse inquam est dies qui ait per Salomonem: Ego feci vt oriretur in cælo lumen indeficiens, sicut ergo diem cæli nox omnino non sequitur, ita & Christi iustitiam peccatorum tenebræ non sequuntur, semper enim dies cæli lucet, splendet, & fulget, neque aliqua potest obscuritate concludi, ita & lumen Christi semper micat, radiat, coruscat, nec aliqua potest delictorum caligine comprehendi*, hæc Emissenus.

Euseb.

Christus cæli dies.

Cæli dies nulla noctis obscuritate terminatur.

Si igitur Christus Sol, & dies est; quis caliginosis peccatorum tenebris implicatus, eius lucem poterit contemplari? scrutator certè tantæ maiestatis opprimetur á gloria, vnde Sol ipse diuinus lucensque dies,

ne electi sui nimia eius luce opprimantur, posteriora tantum sua eis ostendit, nempe aliqua suæ humanitatis signa, quibus aliqualiter consolentur, quatenus enim viatores sunt, in nocte sunt, & ante diem, neque veri diei claritatem comprehédere possunt. Circa quam veritaté Diuum Patrem Bernardum diuina verba proferentem sermone vigessimo octauo in Cantica, quæsumus audiatis, dum ibi agnum illum diuinum, á quo veræ lucis claritas procedit ad Ecclesiam sic loquentem introducit. *Non modo praeuales intueri meridianam, & miram, quam inhabito claritatem. Dixisti mihi, Indica vbi pascas, vbi cubes in meridie; sed induci in nubes; penetrare plenitudinem luminis; erumpere claritatis abissos, & lucem inhabitare inaccessibilem, nec temporis est huius, nec corporis, hæc tibi in nouissimis reseruantur, cum te mihi exhibuero gloriosam non habentem maculam, neque rugam,* & cætera, quæ ibi affert Bernardus, quibus manifestissime ostendit semper Ecclesiam esse ante diem dum per mundi huius caliginosam vmbram decurrendo, incedit.

Bernard

Lucem illam meridianã inacessibilẽ intueri, non est temporis præsentis neq; corporis

Hoc quidem in duabus filijs Labam fuit fortassis adumbratum Lya nempe, & Rachele, non enim permissum est Iacob pacifice Rachelis vti amplexibus nisi post Liæ coniugium; Lia enim secundum nominis ethymologiam, laboriosa, seu fatigata dicitur, per quam laboriosum præsentis sæculi tempus, per quod Ecclesia decurrit iure optimo designatur; Rachel vero beatitudinis tipum gerere apud omnes est inconfesso; Lia ergo lipis est oculis, quia præsentis vita status terrenis vmbris, & carnis velamine perpeditus veræ lucis claritatem intueri non valet; Rachel vero visus intrepretatur, quia in cælesti patria verus dies apparebit, veramque lucis claritatem, fideles, & iusti sine aliqua tenebrarum mixtura intuebuntur, in hunc enim fere sensum de eadem Lia, & Rachele moralisando loquitur Pater Gregorius libro sexto, Moralium capite decimo quinto, dicens: *Post Liæ certe amplexus ad Rachelem Iacob peruenit, quia perfectus quisque prius anteactæ vitæ ad labores iungitur, & postea ad requiem, & claritatem contemplatiuæ copulatur*; hæc Sanctus Pater Gregorius, quibus addenda sunt

Per Lyã, quæ laboriosa interpretatur laboriosum Ecclesiæ militantis tẽpus innuitur.

Lyę, & Rachelis allegorica interpretatio.

Gregor.

Gregor.

sunt ea, quæ ad idem argumentum confirmandum affert idem Pater libro vigesimo nono, capite secundo, exponens illud Iob. *Nunquid post ortum tuum præcepisti diluculo, & ostēdisti auroræ locum suum?* Vbi nomine auroræ siue diluculi Ecclesiā intelligit, quæ ex fidelibus coalescit, ostendit que pulchra auroræ, vel diluculi comparatione, omnes, in Ecclesia degentes esse ante diem, aurora enim, & diluculum semper diurnum tempus antecedūt: *Quia*, inquit Pater Gregorius, *diluculum, vel aurora à tenebris in lucem vertitur, non immerito diluculi, vel auroræ nomine, omnis electorum Ecclesia designatur; ipsa namque dum ab infidelitatis nocte ad lucem fidei ducitur, veluti auroræ more in diem post tenebras splendore supernæ claritatis aperitur*, & statim addit. *Habemus tamen subtilius aliquid quod considerata qualitate auroræ pensemus; aurora namque noctem præteriisse nuntiat, nec tamē diei claritatem integrā ostentat, sed dum illam pellit, & hanc suspicit, lucem tenebris permixtam tenet. Quid itaque in hac vita omnes, qui veritatem sequimur, nisi aurora sumus, quia & quædam iam quæ lucis sunt agimus, & tamen in quibusdam adhuc tenebrarum reliquijs non caremus.* Et paucis interiectis: vt idem iterum confirmet adducit illud Pauli ad Romanos cap. 13. *Nox præcessit, dies autem appropinquauit*, & ita ait. *Certe Paulus cum dixit, nox præcessit, non adiunxit dies venit, sed dixit dies appropinquauit, qui enim post discessum noctis iam non venisse, sed appropinquasse diem designat, esse se proculdubio ante solem demonstrat, tunc autem plene Sancta electorum Ecclesia dies erit cum ei admixta peccati vmbra iam non erit. Tūc plene dies erit, quando interni luminis perfecto feruore claruerit.* Hæc ōnia Pater Gregorius, ex quibus, & ex ijs, quæ libro tertio in Zachariam capite decimo quarto habet Hieronimus, & á nobis breuitatis causa omissa sunt iam clarissime patet, omnes quotquot in hac vita sumus, in nocte ambulare, & ante diē.

Iob. 38. — Gregor. — Rom. 13. — *Quando Ecclesię verè dies contingat* — Hieron.

ANNOTATIO NONA.

Circa illud verbum contextus.

FESTVM.

De præparatione ad Dei festa celebranda, & quod funestum Pascha obtinuerunt Iudæi, eo quod male se præparauerunt ad festũ Pascha.

A quo festiuale in bilum veris Christianis procedat, & in quo cõsistat.

CVM, vt docet S. Ioannes Chrisostomus, non multitudo cõuenientium, nec vestium ornamenta, aut ciborum opulentia, sed virtutum opera, & conscientiæ puritas festiuam ingerant in corde lætitiam; inde prouenit, vt quod qualiter vnusquisque conscientiam parauerit ad festa celebranda ta- A lia festa possideat: *Maximum*, inquit Chrisostomus, *festum est conscientia bona, & quemadmodum in externis festiuitatibus, is qui nec vestem habet, qua induatur splendidam, nec mensam, qua fruatur lautam, sed viuit in paupertate, fame, extremaque miseria, non afficitur festo die, etiam si vniuersum orbem* B *choræas agitare videat, sed hac ipsa de causa magis angitur, ac dolet; diues vero dilicatus, mutatorijs vestibus abundans, & in summa prosperitate viuens, etiam extra festiua tempora festum agere sibi videtur, ita & in spiritualibus vsu euenit, qui enim viuit in iustitia,* C *& operibus bonis, vel absque festo festum agit, synceram voluntatem ex bona conscientia percipiens, qui verò in peccato, & malitia vitam degit multorum malorum sibimet conscius, etiam cum maximé festum est, festo caret quàm maxime.* Hæc omnia Sanctus Pater Chrysostomus, cuiusquidem D doctrina optime conuenit cum ijs, quæ de peccatorũ gaudijs ante prophetauit Amos cap. octauo, dicens: *Dies festis peccatorum conuertentur in luctum, & cantica eorum in plantum.* Vnde qui dies bonos festiuosque exoptat, taliter se præparet

Chrisost. Homilia de his qui tantũ ad festa concurrunt.

Amos.8.

ad festa qualia festa possidere desiderat, quomodo autem debeat præparari ab eodem Patre Ioanne Chrisostomo attente percipiat, qui sermone octauo de festiuitate Paschali, qui habetur tom. 3. suorum operum ita ait. *Vultis scire quid sit hominem festiuum esse? imitamini in aliquo, qui primi hac festiuitate vsi sunt, dico Sanctos Dei, quorum semper fuerunt, vt legimus, dies sobrij; noctes pudicæ; Sanctæ vigiliæ; sapor castus; actus probi; conuersatio honesta; vitaque sibi omni parte consentiens. Neque illos sequamur, quorum vt Apostolus ait, finis est interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Hi enim dilectissimi diuinis solemnitatibus non intersunt. Hi sacra. Dei festa non sapiunt; quanuis enim præsens esse videatur, re tamen abest, qui conuersatione disiunctus est. Horum lætitia lacrimabilis, horum exultatio luctuosa, non placans Dominum, sed exasperans.* Hæc Chrisost. quibus addēda sunt illa quæ ad eandem festi agendi rationem habet Clemens Alexandrinus stromatum libro septimo. Qui ibi ita proloquitur. *Vere festiuus est is, cui est persuasum*

Chrisost.

Vere festiuantis descriptio

Impiorũ lætitia, Deo non placet sed displicet.

Clemẽs Alexād.

A *Deum vbique adesse, non autem arbitratur eum certis ac diffinitis locis esse conclusum, vt cum se aliquando absque eo esse existimauerit noctu, & interdiu in temperantiæ se dat, & libidini. Per totam ergo vitam diem festum agentes vbique, & omni ex parte Deum adesse persuasi laudantes agros colimus, laudantes nauigamus, sicque laborando dies festos ducimus.*

B

Ex quibus iam ratio, & causa desumitur, ob quam Iudæi adeo funestum lugubre, & lachrymabile festum in perpetuum obtinuerint, & quam verè de illis illud commune proloquium Lusitanum verificetur (negras Pascoas forão as suas) Quippequi dum illotis conscientijs, odio, inuidiaque perturbatis animis, ad festa Paschalia peragenda parantur, infausta sibi festa pararunt: externas enim tantum lotiones prætendentes, & de internæ conscientiæ puritate non curantes, tota eorum ad festa exercenda Sanctificatio, in cibis & in potibus, & iustitia carnis solemnia agebatur, de quo quidem scelere eos maxime incusat Rupertus ad caput Ioannis 15. dicens, O Pharisæi cæci nimis, accura-

C

D

Quomodo veris Christianis festiuandum sit.

Assinatur causa ob quam Iudæis infausta pascha habuerint.

Rupert.

te mundatis illud, quod de foris est, introrsus turpes, & cruenti, quid enim contaminari exterius cauetis introeundo in gẽtilis hominis prætorium, & intus horribiliter pollui non timetis tractando crudele homicidium? quid hac puritate impurius? quid hoc scelere scelestius?

Dum igitur Iudæi lætabũdi sibi Pascha parant, nec tamen á scelere quod moliebãtur desistunt, in anxietates perpetuas, ingentesq; irruũt calamitates; quód etiã argumentum prosequitur Pater Ioan. Chrisost. ser. 9. de festiuitate Paschali dicens: *Quanquam quis solemnitatem diuinã celebrare se credat: festiuitatem tamẽ Dei, quòd in probriis agit, iniuria est; vultis scire me verũ dicere; audite de hoc loquentem Deum. Si attuleritis inquit similaginem vanum est, incensum abominatio est mihi. Neomenias vestras, & Sabbatha vestra odiuit anima mea:* tũc exclamãdo ait Chrisost. *O infelix, miserandaq; perditio, & qua tandem alia re, placere Deo potuerunt cũ ipsi diuini cultus latria displiceat. Quæ ergo Iudæis propitiandi reatus spes est, quibus propitiatio ipsa vertitur in reatum?* Concludit tandem Chrisost. dicens, *videtis ergo fratres, quãtum sit inter veram falsamque festiuitatẽ discriminis? aliud siquidem honor: aliud contumelia: aliud placere Deo, aliud offendere &c.*

Chrisost.

Iudæorũ infelix cõditio.

Idẽ Chrisost. *Inter verã, & falsam festiuitatem differẽtia*

Cum igitur Iudæi ad festa ventura celebranda sese intrinsecus adeo turpiter præpararent, festa infausta sunt assecuti: *Hoc Pascha* ad cap. Ioannis 11. inquit Emissenus, *Iudæi cruentum habuerunt: hoc regem, & Dominum suum interfecerunt, & qui se ipsos in Pascha sanctificare venerant Christo Domino interfecto valde deteriores ad propria remanserunt.*

Emiss.

Omnia igitur post Christi seruatoris necẽ á Iudæis perpetrata, illis inuersa sũt; in deteriusque fuerunt immutata; vt ad idem Ioannis cap. 11. ait noster Rupertus, *Quidquid ex tunc eorum Sacerdotes benedicunt, maledictum est, Deus enim eorum benedictionibus maledixit, sicut per Prophetam prædixit, ex tunc stercus solemnitatem ipsorum super vultus eorum.* Ita vt qui tristitiam, & mærorem, funestũque Pascha Christo, & eius discipulis, immo toto orbi parare studebant propriam festiuitatem amittentes; perpetuisque anxietatibus mancipati, absque festiua Pascha remanserint (ficarâlhes as mâs Pascoas em casa) Quod eleganter

Post Christi mortẽ omnia Iudæis conuersa sũt in perniciem.

Rupert.

Iudæorũ benedictiones, in maledictum cõuersa.

Leo Papa

ganter de more ser. 1. de passione tetigit S. Leo Papa dicens: *Merito soli ò Iudæi nō habetis quod omnibus perire voluistis:* Et elegantius adhuc nostro quidem iudicio de hac materia serm. 3. de passione locutus est idē pater dicens: *Hoc mane ò Iudæi vobis templū & altaria diruit; legem, & Prophetas ademit, Regnum, & Sacerdotium sustulit, & in luctum æternum vobis omnia festa convertit.*

Idē ser. 3 de passione.

Omnia, quæ possidebāt Iudæi vno mane perdiderunt.

Ex quibus omnibus, quæ allata sūt, iam patet, quod qui veram vult consequi festiuitatem, lætaque Pascha peragere, internam conscientiam omnium virtūtum ornamentis debeat condecorare: quæquidem doctrina non nostra est, sed sanctissimi patris Ioannis Chrisostomi loco superius allegato, vbi sic ait. *Si vultis vera vti solemnitate, si veris gaudijs frui gaudete vt Apostolus ait, in Domino semper: sicut enim, vt scitis, quædā sunt turpia gaudia, ita qui in Domino vult gaudere, flagitiosa oportet gaudia non requirat.*

Ille latū Pascha celebrat qui internam conscientiam virtutum ornamentis condecorat.

Chrisost vbi sup.

Philip. 4

Qui vera gaudia vult habere à turpis gaudijs abstineat.

In quē etiam sensum valde consonant, ea, quæ cap. 8. contionis de Baptismo affert Magnus Basilius dum ibi inquirit an acceptum Deo sit opus præcepti non competēter, iuxta rationem præcepti factum: *Aueteri,* inquit, *testamento docemur, tanquam ex persona Dei dicente, si recte quidem obtuleris, recte autem non diuiseris peccasti, ita vt, non solum sacrificium tuum acceptum non sit, sed in peccatū reputetur, ad eum modum offerenti, ideo omnia in nobis honeste, & iuxta ordinem fiant, & virtutem debitis adhibitis circunstantijs operemur.*

Basilius.

Qui in bonis operādis debitum modum non obseruat, non solo Deo non placet sed displicet.

Hæc Basil. Has tamen debitas circunstantias in Dei festis obseruandis non adhibet, qui Deo, & mamonæ, reliquisq; vitijs, ac voluptatibus simul in seruire contendit, vt loco supra citato docet idem Basilius, cuius verba in annotatione de nouorum oblatione referuntur.

Quomodo debitis circunstātijs Dei festa celebrantur.

Vt tandem melius addiscamus quomodo ad Dei festa exercenda debite præparemur, ab ipsius Dei ore, tanquam ab infalibili præceptore percipiamus, qui dum Numer. cap. 28. de festis obseruādis, & de oblationibus sibi offerendis mādauit, statim subiūxit, vt hircus caprarū vnus in omnium offerentium purificationem esset oblatus, mactareturque; apertè indicans, ac significans, mundos purificatosque debere accedere illos, qui ad Dei festa celebrāda conue-

Quomodo ad Dei festa exercenda debeamus preparari

Num. 28

Qui ad Dei festa celebrāda accedunt mundi accedant.

Olcaster ad caput. 28.

conueniunt, vt ibi obſeruauit Olcaſter, dicens: *Qualiter feſta Domini debeas celebrare, hic à Domino admoneris, vt ſimul cũ alijs ſacrificijs memineris ſacrificij expiationis, neq́; ſpureus, & immundus feſta Domini audeas celebrare.* Fuiſſe autem hircũ iſtum ea intentione, quam ſuperius retulimus immolatum oblatumque, adhuc clarius oſtendit Hebræus contextus, quia vbi vulgaris legit: *Pro peccatis:* habet *pro expiatione.*

Ad Dei feſta debite celebrãda ſolicita perfectaq́; peccatorũ expiatio cũ debita ſatisfactione maxime conducit.

Ex quo iam patet, vt quod magis ad Dei feſta debite celebranda conducat, ſit peccatorum ſolicita, perfectaque expiatio cum debita ſatisfactione exercita; aliter enim quomodo qui cum veſte ſordida ad magni Regis conuiuium celebrandum accedit, vt ineptus reputaberis, immó cum ſordidæ veſtis, ideſt, putridæ conſciẽtiæ fætidus horror diuini Regis olphatui læſerit, in tenebras exteriores deijci iubeberis. Ex quo forte fuit, quod cum Magdalena ad Chriſti præſentiam in conuiuium intrare deſtinauerit, pretioſum oleum effuderit, quaſi quæ metuebat, quod dum turpitudinis ſuæ fætidus horror totam conuiuantium domum infeſtaret á Chriſti Domini conſpectu illico arceretur; quod fortaſſis faciẽdum eſſe illis qui ad Dei feſta celebranda conueniunt, ſine præparantur, innere voluit Dominus in verbo, quo hircum immolari mandauit, ad expiandas eorum conſciẽtias, verbũ enim, *chapar*, quo ibi vſus eſt, præterquamquod idem valet, atque *expiare*, etiã *lenire* ſignificat; vt in expoſitione eiuſdem met capitis 28. Numer. docte aduertit Oleaſter, vnde bene ſic locus verti poteſt: *Hircum ad liniendum ſuper vos. Quaſi,* inquit Oleaſter, *quod oblatio opperiret offerentem, ne illius peccata à Domino viderentur ad vindictam.* Hæc ille: cui nos quidem aſſentire non recuſabimus, ſi compũctionis oleo perfuſos, & delibutos, ac pænitentiæ ſcuto protectos peccatores agnouerimus: nam tunc cum Regio vate acclamando dicemus: *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata:* nam vt lib. 4. in cap. 4. Epiſtolæ ad Roman. annotauit Origenes vbi hæc Dauidica verba obiter adducit: *Initium eſt conuerſionis animæ mala derelinquere, vt per hoc iniquitatum remiſsionem mereatur accipere, cum autem ceperit bona facere, & cuncta, quæ præceſſerunt mala bonis recentibus*

Math. 22. Lucæ. 7. *Cur Magdalena in conuiuium domum intrans, vnguentum effuderit?*

Cur Dominus præceperit vt offerentes ibi ſacrificia, etiam hircũ immolarent

Num. 28 Oleaſter ibi.

ſacrificia Deo debite oblata peccata noſtra operiunt.

Pſal. 31.

Origen.

Quomodo opperienda ſint peccata virtutibus.

obtegere

obtegere, & abundantiorem numerum bonorum introducere, quā prius fuerant mala, tunc tegere peccata dicitur. Qui igitur demissis carnis illecebris mundi ludibrijs diaboliq; obsequijs, se se misericordiæ operibus deliniuerit, hic certè ad Dei festa peragenda securus accedat.

Quomodo ad Dei festa celebranda securus accedet Christianus.

Sed vt eodem verbo, *chapar*, quo vsus est Dominus dū iubet ad festa peragenda præparari, quod etiam (vt iam diximus) *linire* significat imbecili nostro intellectu aliquid etiam proferamus, dicimus: ibi Dominum ad commune mulierum vsum allusisse videri: quæ quotiéscunque ad publica spectacula exire instituunt, se se vnguentis optimis linire cōsuescunt, vt pulchriores appareant, placeantque illis, quibus morigerari student: quod fecisse legimus Iudith, de qua cap. 8. lib. eiusdē sacra pagina refert, quod vt ante Holophernis conspectum appareret vnxerit se mirto optimo: in quos etiam vsus eadem de qua superius actum est Magdalena vnguēta optima conseruabat, quāquam valde tunc á Iudith, dissimili animi cōnatu, & intentione; de sancta enim vidua, quam retulimus, statim scriptura subiungit, quod tota hæc compositio nō ex libidine, sed ex virtute penderet.

Dum Dominus animā linire iubet ad commune mulierum vsum videtur alludere.

Iudith. 8.

Ad quęsnam vsus & qua nā intentione Magdalena vnguēta qua fudit, antea cōseruabat.

In verbo igitur, *chapar*, quod *delinire*, significat, liniēdas esse docet Dominus pietatis vnguentis sibi offerentium animas, vt illi placeant, acceptabilesque reddantur, ideoque illam saltem in internæ conscientiæ puritate aptanda curam docet impendere, quam in exteriori forma ornanda, & componenda solent mulieres adhibere, vt eleganti sicut solet, dicendi modo prosecutus est S. Pater Leo Papa, serm. 3. de Quadragessima, vbi sic ait: *Semper nos quidem dilectissimi sapienter, & sanctè viuere decet, & in id voluntates nostras, actionesq; dirigere, quod diuinæ nouimus placere iustitiæ, sed cum ij appropinquant dies, quos illustriores nobis, salutis nostræ sacramenta fecerunt, diligentiori studio corda nostra sunt mundāda, & studiosius exercenda est disciplina virtutum, cui enim festiuitas est celebrāda nobilior; ipse quoq; necesse est in ea reperiatur ornatior. Si enim rationabile, & quodammodo religiosum videtur, per diem festum vultu nitidiori prodire, non ne dignum est vt anima Christiana speciē prudenter exornet, & redemptoris* sui

Cur Dominus sibi sacrificia efferētium animas linire, iubeat.

LeoPapa

Ad quod debent Christiani suas actiones dirigere.

In festiuis & sanctis diebus studiosius exercēda disciplina virtutū.

Quęnam sint, quæ animam declarāt, & obfuscant.

sui celebratura sacramentū, omni circunspectione percaueat, ne vlla eam macula iniquitatis obfuscet, aut duplicis cordis, ruga dedecoret? Hæc S. Leo Papa: quomodo autē hæc vnguenta quibus liniendæ sunt animæ, vt in Dei conspectu præsententur conficienda sint á sapientissimo vnguentario S. Patre Ioāne Chrisostomo accipite: tradit enim modum (esse dá a receita) in Homil. 9. in cap. 6. Epistolæ ad Hebræos, vbi sic ait: *Qualiter hoc vnguentum pænitentiæ conficiatur aduertite; primo exculplando propria peccata, eademq; declarando dicens cum Dauid. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Secundo autem ex humilitate multa, vnde idem Dauid aiebat. Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.*

Chrisost.

Modus conficiendi vnguētum ad liniēdas animas. Psal. 50.

Placet tandem ad huius annotationis calcem sanctissimi patris nostri Gregorij Papæ doctrinam huic argumēto valde consonam collocare: quam ipse Homil. 26. affert dū nos ad Dei festa verè, debiteque celebranda inuitat. *Curate,* inquit, *qui solemnitatibus interestis, ne ab æterna solemnitate separemini, quid prodest interesse festis hominum, si deesse contingat festis Angelorum. Vmbra venturæ solemnitatis est solemnitas præsens, idcirco hāc annue agimus, vt ad illam quæ nō est annua, sed continua perducamur. Cum hæc statuto tempore geritur, in illius desiderium memoria nostra figatur: frequentatione ergo gaudij temporalis ad æterna gaudia mens incalescat, & ferueat, vt ex veritate lætitiæ perfruatur in patria, quod de vmbra gaudij meditatur in via: ad vera ergo festa peragēda vitam vestram fratres moresq; componite.* Hæc S. Pater noster Gregorius Magnus.

Gregor. Magnus.

Nihil prodest festiuari in terris si cælestibus gaudiis carere cōtingat.

Ad vera festa peragenda; morū cōpositio, vt qui maxime cōducit.

ANNOTATIO DECIMA.

Circa eadem verba contextus.

ANTE DIEM festum Paschæ.

Quod ab hoc Paschate semper Iudæi ante festū Paschæ permanserint, & quod festiuū iubilum ex tunc vsq; in finem amiserint.

QVOD fuerit hoc vltimum Iudæorū festū, solemnitasq; Paschalis, non solum

lum nobis diuinæ litteræ tradiderunt, verum & ipse rerū euentus, ipsarumque exitus actionum manifestissime cōprobarūt; nam præterquam quod illæ, quas postea passi sunt, captiuitates in miserabilem hostium seruitutem redacti illos festiuari non sinerent; ad tantam miseriam devenerunt, ad tamque ingentes calamitates sunt depulsi, vt regno eiecti, patriaque orbati, semperque errantes inquilini, proprio templo altarique destituti, omnem prorsus festiuandi opportunitatē amiserint: quem quidem funestum rerum statum multū ante illis Osæas vaticinatus est dicens cap. 3. *Diebus multis sedebunt filij Israel sine rege, sine Principe, sine Propheta, sine hostia, sine sacrificio, sine Sacerdote, &c.* De hac enim á Iudæis festorum ablatione locū istum Osææ intellexit Origines Homil. 7. in Exodum de eademque illud Dauidicum Psalm. 68. exposuit S. Pater Chrisost. homil. 29. in cap. 11. epistolæ ad Roman. *Fiat mensa illorum in laqueum, in captionem, & offendiculum*, sic enim ait Chrisostomus. *Iudæorum delitiæ, omniaque bona iam immutentur, & perdantur, reddanturque ipsi comprǣhensibiles quibusque.* Neque mirū est quod tanta eos clades fuerit insecuta, vt proprijs festiuitatibus orbarentur, siquidem. *Tanquā multa febri phrenetici insanientes in medicum*, vt loquitur Augustinus in Psalmum 63. in ipsum omniū festiuitatum auctorem consurgentes, omne prorsus festiuandi fundamentum euerterunt, & quia sanctificatum, & festiuum diem innocentissimi prophetæ sanguinem effudendo polluerunt; illud euenit, vt nunquam amplius verum diem festum obtinuerint, ab hoc enim fundamento omnia Iudæorum infortunia dimanasse affirmat Origines ad capit. Matthæi 27. dicens. *Ego arbitror propter istum diem festum Iudæorū, in quo Barrabam ad vitam electus est, Christus autem neglectus Dominum dicere per Prophetam: Ieiunia, & ferias, & dies festos vestros odiuit anima mea, & quia magis solemnitatem voluerunt agere cum latrone demisso, quam cum IESV: nam si egissent solemnitatem recte sicut Iosias, aut aliquis similis ei, & data illis fuisset, quem vellent petendi licentia sine dubio IESVm postulassent, Barrabam, autem condemnassent:* tunc adiungit Origines: *Nos autem*

Iudæi patria pulsi & regno orbati.

Osæas. 3

Origin.

Chrisost

Locus ps. 68. de Iudæorū infortunijs expositus

August.

Iudæi tāquā phrenetici, insanierunt in medicum.

Origen.

Fūdamētum ob quod Iudæi festiuū iubilij amiserunt.

oremus, vt festum diem colentes non infermento veteri, neque in fermento malitiæ, aut nequitiæ, sed in azimis synceritatis, & veritatis Barrabam quidem condemnare Iesum autem ab omnibus vinculis liberum accipere nobis mereamur in regem, & dominum, & quandiu hæc facimus non conuertentur dies festi nostri in luctum neq; cantica nostra in lamentationem, sed erunt nobis solemnitates, veræ solemnitates Dei. Hæc Origenes. Vnde dum S. Pater Hieronymus Iudæorum mæstitiam, eiusq; fundamentum cōsiderat, bene ait: *Non est festiuitas eis, qui vitam, & misericordiam perdiderunt.* Quod etiam argumētum docte, elegāterque prosequitur S. Leo Papa serm. 7. de passione dicens: *Cum Scribas, & Pharisæos ad impietatis consilium pontifices congregarūt, omniumq; animos Sacerdotum cura admittendi in Iesum scelus occupauit, ipsi se doctores legis, lege priuarunt, & spontaneo defectu, ritus sibi patrios abstulerunt, incipiente enim festo Paschali, qui ornare templum, mundare vasa, victimas prouidere, & legitimis purificationibus sacratiorem diligentiam ad hibere debuerant; parricidalis odij furore concepto, ad vnum opus vacant, & ad vnum facinus simili crudelitate coniurāt. Quid ergo assecuturi supplicio innocentiæ, condemnatione iustitiæ, nisi vt noua mysteria non apprehenderent, & antiqua violando perderent.* Hæc S. Pater Leo, quo etiam ductus fundamēto nos̄ter Rupertus ad cap. 11. Ioānis, hoc Pascha vltimum Iudæorum festum appellauit, gentiumque primum; nam ex tunc gentium populi in Christo vere credentes diem festum sunt assecuti, illisque verus ille agnus paschalis immolatur, qui mundi peccata auferendo perpetuam ingerit veræ festiuitatis lætitiam. Ad cuius gaudium festiualeque iubilū capescendum nos prouocat idē S. Leo Papa serm. 2. de Passione dicens: *Nos ergo dilectissimi quibus Dominus noster IESVS Christus crucifixus, non scandalum, neq; stultitia, sed Dei virtus, Deique sapientia est, nos, inquam, spiritualesemen Abrahæ, quibus verus agnus immolatus est Christus, amplectamur salutaris Paschæ mirabile Sacramentum.*

Quod si aliud vltra id, quod positum est fundamentum exigitis cur Iudæi semper ante diem festum permanentes, nunquam amplius veram festiuitatē obtinuerint, Pauli verba in mentem reducite,

lum

Marginalia: Ad Cor. 5. *Quid faciendum vt festa nostra nobis non cōuertātur in luctū.* — Hieron. — Leo Papa — *Iudaici sacerdotes sponte sua patrios ritus, & sacrificia abstulerunt.* — Rupert. *Pascha in quo Iudæi Christum occiderūt fuit illis vltimum nobis autem primum.* — Leo Papa — *Aliud fundamentū propter Iudæi festa sua amiserunt.*

Heb. 10.

Vmbram; inquit ad Hebræos cap. 10. *habet lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum:* quæ quidem Pauli verba præterquam quod ex se, & absque vlla alicuius expositoris claritate manifestissime doceant, omnia, quæ in veteri lege præcipiebantur esse vmbras, vacuasque futurorum imagines, quæ tamen circa illa patres annotauerūt in medium proferre non grauabimur, vt mens, quam excitamus dilucidius cōprobetur, & præcipuè Orig. lib. quatuor homiliarū in Cantica homil. 2. vbi vt explicet verba illa. *Murenulas aureas faciemus tibi &c.* eadem Pauli verba affert, exponitque dicens. *Lex, quæ per Angelos disposita est in manu mediatoris vmbram tantum habuit futurorum bonorum non ipsam veritatem, & quæcunque contingebant illis, quæ in lege referuntur, in figura & non in veritate contingebant.* Hæc Origenes.

Omnia in veteri lege fuerūt vmbræ.

Origen.

In lege veteri omnia, figura.

Vmbras etiam esse omnia legalia sacrificia Iudæorūque festiuitates docet Diuus Cyrillus in lib. 3. de adoratione in spiritu, & veritate, vbi diffuse hæc Pauli verba exponit, quibus ducti S. Pater August. & noster venerabilis Beda vmbras etiā easdē festiuitates appellarūt multis in locis, & præsertim in exponendo c. 7. Ioānis Euangelij. *Omnia*, inquit Augustinus, *quæ dicta sunt antiquo populo Israel in multiplici Scriptura sancta, leges, quæ agerent siue in sacrificijs, siue in sacerdotibus, siue in diebus festis, & omnino in quibuslibet rebus vmbra fuerunt futurorum.* Hæc Augustinus.

Cyrill.

August.
Beda.

Cū igitur vmbra alicuius corporis solidi vmbra sit, ipsumq; corpus antecedat, manifestū est legalia Iudæorū festa, eorūq; sacerdotiū, & ceremonias, quæ festiuitates antecesserunt legis gratiæ, earum fuisse vmbras, dū ergo Iudæi vmbris suis tenaciter adhæserūt, gentiūq; populi solidū sibi corpus, idest nō legalē, figuratiuū, & adūbratū agnū; sed verū, & solidū idest, Christū sunt amplexati, illico factū est, vt euanescētibus vmbris, Iudæorū quoq; solēnitates, totūq; festiuale ius ab eorū oculis euanuerit, & dum simul cum gentibus vero agno corda non immolant semper extra eius solemnitatem permaneant, & ex consequenti ante diem festum Paschæ: nam vt ait Glossa ordinaria ad caput Ioann. vigesimum. *Pascha agimus cum ex vitijs*

Euanuerunt vmbræ veteris legis, & permāsit solidū corpus legis gratia

Glossa.

ANNOTATIO NONA.

Circa illud verbum contextus.

FESTVM.

De præparatione ad Dei festa celebranda, & quod funestum Pascha obtinuerunt Iudæi, eo quod male se præparauerunt ad festũ Pascha.

A quo festiuale iubilum veris Christianis procedat, & in quo cõsistat.

CVM, vt docet S. Ioannes Chrisostomus, non multitudo cõuenientium, nec vestium ornamenta, aut ciborum opulentia, sed virtutum opera, & conscientiæ puritas festiuam ingerant in corde lætitiam; inde prouenit, vt quod qualiter vnusquisque conscientiam parauerit ad festa celebranda talia festa possideat: *Maximum,* inquit Chrisostomus, *festum est conscientia bona, & quemadmodum in externis festiuitatibus, is qui nec vestem habet, qua induatur splendidam, nec mensam, qua fruatur lautam, sed viuit in paupertate, fame, extremaque miseria, non afficitur festo die, etiam si vniuersum orbem thoraas agitare videat, sed hac ipsa de causa magis angitur, ac dolet; diues vero ailicatus, mutatorijs vestibus abundans, & in summa prosperitate viuens, etiam extra festiua tempora festum agere sibi videtur, ita & in spiritualibus vsu euenit, qui enim viuit in iustitia, & operibus bonis, vel absque festo festum agit, synceram voluntatem ex bona conscientia percipiens, qui verò in peccato, & malitia vitam degit multorum malorum sibimet conscius, etiam cum maximé festum est, festo caret quàm maxime.* Hæc omnia Sanctus Pater Chrysostomus, cuiusquidem doctrina optime conuenit cum ijs, quæ de peccatorũ gaudijs ante prophetauit Amos cap. octauo, dicens: *Dies festis peccatorum conuertentur in luctum, & cantica eorum in plantum.* Vnde qui dies bonos festiuosque exoptat, taliter se præparet

Chrisost. Homilia de his qui tantũ ad festa concurrunt.

Amos.8.

ad festa

ad festa qualia festa possidere desiderat, quomodo autem debeat præparari ab eodem Patre Ioanne Chrisostomo attente percipiat, qui sermone octauo de festiuitate Paschali, qui habetur tom. 3. suorum operum ita ait. *Vultis scire quid sit hominem festiuum esse? imitamini in aliquo, qui primi hac festiuitate vsi sunt, dico Sanctos Dei, quorum semper fuerunt, vt legimus, dies sobrij; noctes pudicæ; Sanctæ vigiliæ; sapor castus; actus probi; conuersatio honesta; vitaque sibi omni parte consentiens. Neque illos sequamur, quorum vt Apostolus ait, finis est interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Hi enim dilectissimi diuinis solemnitatibus non intersunt. Hi sacra. Dei festa non sapiunt; quamuis enim præsens esse videatur, re tamen abest, qui conuersatione disiunctus est. Horum lætitia lacrimabilis, horum exultatio luctuosa, non placans Dominnm, sed exasperans.* Hæc Chrisost. quibus addēda sunt illa quæ ad eandem festi agendi rationem habet Clemens Alexandrinus stromatum libro septimo. Qui ibi ita proloquitur: *Vere festiuus est is, cui est persuasum Deum vbique adesse, non autem arbitratur eum certis ac diffinitis locis esse conclusum, vt cum se aliquando absque eo esse existimauerit noctu, & inter diu in temperantiæ se dat, & libidini. Per totam ergo vitam diem festum agentes vbique, & omni ex parte Deum adesse persuasi laudantes agros colimus, laudantes nauigamus, ceque laborando dies festos ducimus.*

Chrisost.

Vere festiuantis descriptio

Impiorū lætitia, Deo non placet sed displicet.

Clemēs Alexād.

Quomodo veris Christianis festiuandum sit.

Ex quibus iam ratio, & causa desumitur, ob quam Iudæi adeo funestum lugubre, & lachrymabile festum in perpetuum obtinuerint, & quam verè de illis illud commune proloquium Lusitanum verificetur (negras Pascoas forão as suas) Quippequi dum illotis conscientijs, odio, inuidiaque perturbatis animis, ad festa Paschalia peragenda parantur, infausta sibi festa pararunt: externas enim tantum lotiones prætendentes, & de internæ conscientiæ puritate non curantes, tota eorum ad festa exercenda Sanctificatio, in cibis & in potibus, & iustitia carnis solemnia agebatur, de quo quidem scelere eos maxime incusat Rupertus ad caput Ioannis 15. dicens, *O Pharisæi cæci nimis, accura-*

Assinatur causa ob quam Iudæi infausta pascha habuerint.

Rupert.

te mundatis illud, quod de foris est, introrsus turpes, & cruenti, quid enim contaminari exterius cauetis introeundo in gẽtilis hominis prætorium, & intus horribiliter pollui non timetis tractando crudele homicidium? quid hac puritate impurius? quid hoc scelere scelestius?

Dum igitur Iudæi lætabũdi sibi Pascha parant, nec tamen á scelere quod moliebãtur desistunt, in anxietates perpetuas, ingentesq; irruũt calamitates; quód etiã argumentum prosequitur Pater Ioan. Chrisost. ser. 9. de festiuitate Paschali dicens: *Quanquam quis solemnitatem diuinã celebrare se credat: festiuitatem tamẽ Dei, quòd in probriis agit, iniuria est; vultis scire me verũ dicere; audite de hoc loquentem Deum. Si attuleritis inquit similaginem vanum est, incensum abominatio est mihi. Neomenias vestras, & Sabbatha vestra odiuit anima mea:* tũc exclamãdo ait Chrisost. *O infelix, miserandaq; perditio, & qua tandem altare, placere Deo potuerunt cũ ipsi diuini cultus latria displiceat. Quæ ergo Iudæis propitiandi reatus spes est, quibus propitiatio ipsa vertitur in reatum?* Concludit tandem Chrisost. dicens, *videtis ergo fratres, quãtum sit inter verã falsamque festiuitatẽ discriminis? aliud siquidem honor: aliud contumelia: aliud placere Deo, aliud offendere &c.*

Chrisost.

Iudæorũ infelix cõditio.

Idẽ Chrisost. *Inter verã, & falsam festiuitatem differẽtia*

Cum igitur Iudæi ad festa ventura celebranda se se intrinsecus adeo turpiter præpararent, festa infausta sunt assecuti: *Hoc Pascha* ad cap. Ioannis 11. inquit Emissenus, *Iudæi cruentum habuerunt: hoc regem, & Dominum suum interfecerunt, & qui se ipsos in Pascha sanctificare venerant Christo Domino interfecto valde deteriores ad propria remanserunt.*

Emiss.

Omnia igitur post Christi seruatoris necẽ á Iudæis perpetrata, illis inuersa sũt; in deteriusque fuerunt immutata; vt ad idem Ioannis cap. 11. ait noster Rupertus, *Quidquid ex tunc eorum Sacerdotes benedicunt, maledictum est, Deus enim eorum benedictionibus maledixit, sicut per Prophetam prædixit, ex tunc stercus solemnitatem ipsorum super vultus eorum.* Ita vt qui tristitiam, & mærorem, funestũque Pascha Christo, & eius discipulis, immo toto orbi parare studebant propriam festiuitatem amittentes; perpetuisque anxietatibus mancipati, absque festiua Pascha remanserint (ficarãlhes as mâs Pascoas em casa) Quod eleganter

Post Christi mortẽ omnia Iudæis conuertũtur in perniciem. Rupert.

Iudæorũ benedictiones, in maledictum cõuersæ.

ganter de more ser. 1. de passione tetigit S. Leo Papa dicens: *Merito soli ò Iudæi nõ habetis quod omnibus perire voluistis:* Et elegantius adhuc nostro quidem iudicio de hac materia serm. 3. de passione locutus est idẽ pater dicens: *Hoc mane ò Iudæi vobis templũ & altaria diruit; legem, & Prophetas ademit, Regnum, & Sacerdotium sustulit, & in luctum æternum vobis omnia festa convertit.*

Leo Papa

Idẽ ser. 3 de passione.

Omnia, quæ possidebãt Iudæi vno mane perdiderunt.

Ex quibus omnibus, quæ allata sũt, iam patet, quod qui veram vult consequi festiuitatem, lætaque Pascha peragere, internam conscientiam omnium virtũtum ornamentis debeat condecorare: quæquidem doctrina non nostra est, sed sanctissimi patris Ioannis Chrisostomi loco superius allegato, vbi sic ait. *Si vultis vera vti solemnitate, si veris gaudijs frui gaudete vt Apostolus ait, in Domino semper: sicut enim, vt scitis, quædã sunt turpia gaudia, ita qui in Domino vult gaudere. flagitiosa oportet gaudia non requirat.*

Ille latũ Pascha celebrat qui internam conscientiam virtutum ornamentis condecorat.

Chrisost vbi sup.

Philip. 4

Qui vera gaudia vult habere à turpis gaudijs abstineat.

In quẽ etiam sensum valde consonant, ea, quæ cap. 8. contionis de Baptismo affert Magnus Basilius dum ibi inquirit an acceptum Deo sit opus præcepti non competẽter, iuxta rationem præcepti factum: *Aueteri*, inquit, *testamento docemur, tanquam ex persona Dei dicente, si recte quidem obtuleris, recte autem non diuiseris peccasti, ita vt, non solum sacrificium tuum acceptum non sit, sed in peccatũ reputetur, ad eum modum offerenti, ideo omnia in nobis honeste, & iuxta ordinem fiant, & virtutem debitis adhibitis circunstantijs operemur.*

Basilius.

Qui inbonis operãdis debitum modum non obseruat, non solo Deo non placet sed displicet.

Hæc Basil. Has tamen debitas circunstantias in Dei festis obseruandis non adhibet, qui Deo, & mamonæ, reliquisq; vitijs, ac voluptatibus simul in seruire contendit, vt loco supra citato docet idem Basilius, cuius verba in annotatione de nouorum oblatione referuntur.

Quomodo debitis circunstatijs Dei festa celebrantur.

Vt tandem melius addiscamus quomodo ad Dei festa exercenda debite præparemur, ab ipsius Dei ore, tanquam ab infalibili præceptore percipiamus, qui dum Numer. cap. 28. de festis obseruãdis, & de oblationibus sibi offerendis mãdauit, statim subiũxit, vt hircus caprarũ vnus in omnium offerentium purificationem esset oblatus, mactareturque; apertè indicans, ac significans, mundos purificatosque debere accedere illos, qui ad Dei festa celebrãda

Quomodo ad Dei festa exercenda debeamus preparari

Num. 28

Qui ad Dei festa celebrãda accedunt mundi accedant.

conueniunt, vt ibi obſeruauit Oleaſter, dicens: *Qualiter feſta Domini debeas celebrare, hic à Domino admoneris, vt ſimul cũ alijs ſacrificijs memineris ſacrificij expiationis, neq; ſpurcus, & immundus feſta Domini audeas celebrare.* Fuiſſe autem hircũ iſtum ea intentione, quam ſuperius retulimus immolatum oblatumque, adhuc clarius oſtendit Hebræus contextus, quia vbi vulgaris legit: *Pro peccatis:* habet *pro expiatione.*

Oleaſter ad caput. 28.

Ex quo iam patet, vt quod magis ad Dei feſta debite celebranda conducat, ſit peccatorum ſolicita, perfectaque expiatio cum debita ſatisfactione exercita; aliter enim quomodo qui cum veſte ſordida ad magni Regis conuiuium celebrandum accedit, vt ineptus reputaberis, immó cum ſordidæ veſtis, ideſt, putridæ conſciẽtiæ fætidus horror diuini Regis olphatui læſerit, in tenebras exteriores deijci iubeberis. Ex quo forte fuit, quod cum Magdalena ad Chriſti præſentiam in conuiuium intrare deſtinauerit, pretioſum oleum effuderit, quaſi quæ metuebat, quod dum turpitudinis ſuæ fætidus horror totam conuiuantium domum infeſtaret á Chriſti Domini conſpectu ilico arceretur; quod fortaſſis faciẽdum eſſe illis qui ad Dei feſta celebranda conueniunt, ſiue præparantur, innuere voluit Dominus in verbo, quo hircum immolari mandauit, ad expiandas eorum conſciẽtias, verbũ enim, *chapar*, quo ibi vſus eſt, præter quamquod idem valet, atque *expiare*, etiã *lenire* ſignificat; vt in expoſitione eiuſdemmet capitis 28. Nũmer. docte aduertit Oleaſter, vnde bene ſic locus verti poteſt: *Hircum ad liniendum ſuper vos. Quaſi,* inquit Oleaſter, *quod oblatio opperiret offerentem, ne illius peccata à Domino viderentur ad vindictam.* Hæc ille: cui nos quidem aſſentire non recuſabimus, ſi compũctionis oleo perfuſos, & delibutos, ac pænitentiæ ſcuto protectos peccatores agnouerimus: nam tunc cum Regio vate acclamando dicemus: *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata*: nam vt lib. 4. in cap. 4. Epiſtolæ ad Roman. annotauit Origenes vbi hæc Dauidica verba obiter adducit: *Initium eſt conuerſionis animæ mala derelinquere, vt per hoc iniquitatum remiſsionem mereatur accipere, cum autem ceperit bona facere, & cuncta, quæ præceſſerunt mala bonis recentibus* obtegere

Ad Dei feſta debite celebrãda ſolicita perfectaq; peccatorũ expiatio cũ debita ſatiſfactione maxime conducit.

Math. 22. Lucæ. 7.

Cur Magdalena in conuiuium domum intrans, vnguentum effuderit?

Cur Dominus præceperit vt offerentes ibi ſacrifícia, etiam hircũ immolarent

Num. 28 Oleaſter ibi.

ſacrificia Deo debite oblata peccata noſtra operiunt.

Pſal. 31.

Origen.

Quomodo operiẽda ſũt peccata virtutibus.

obtegere, & abundantiorem numerum bonorum introducere, quā prius fuerant mala, tunc tegere peccata dicitur. Qui igitur demissis carnis illecebris mundi ludibrijs diaboliq; obsequijs, se se misericordiæ operibus deliniuerit, hic certè ad Dei festa peragenda securus accedat.

Quomodo ad Dei festa celebranda securus accedet Christianus.

Sed vt eodem verbo, *chapar*, quo vsus est Dominus dū iubet ad festa peragenda præparari, quod etiam (vt iam dicimus) *linire* significat imbecili nostro intellectu aliquid etiam proferamus, dicimus: ibi Dominum ad commune mulierum vsum allusisse videri: quæ quotiescunque ad publica spectacula exire instituunt, se se vnguentis optimis linire cōsuescunt, vt pulchriores appareant, placeantque illis, quibus morigerari student: quod fecisse legimus Iudith, de qua cap. 8. lib. eiusdē sacra pagina refert, quod vt ante Holophernis conspectum appareret vnxerit se mirto optimo: in quos etiam vsus eadem de qua superius actum est Magdalena vnguēta optima conseruabat, quāquam valde tunc á Iudith, dissimili animi cōnatu, & intentione; de sancta enim vidua, quam retulimus, statim scriptura subiungit, quod tota hæc compositio nō ex libidine, sed ex virtute penderet.

Dum Dominus animā linire iubet ad cōmunem mulierum vsum videtur alludere.

Iudib. 8.

Ad quosnam vsus & qua nā intentione Magdalena vnguēta qua fudit, antea cōseruabat.

In verbo igitur, *chapar*, quod *delinire*, significat, liniēdas esse docet Dominus pietatis vnguentis sibi offerentium animas, vt illi placeant, acceptabilesque reddantur, ideoque illam saltem in internæ conscientiæ puritate aptanda curam docet impendere, quam in exteriori forma ornanda, & componenda solent mulieres adhibere, vt eleganti sicut solet, dicendi modo prosecutus est S. Pater Leo Papa, serm. 3. de Quadragessima, vbi sic ait: *Semper nos quidem dilectissimi sapienter, & sanctè viuere decet, & in id voluntates nostras, actionesq; dirigere, quod diuinæ nouimùs placere iustitiæ, sed cum ij appropinquant dies, quos illustriores nobis, salutis nostræ sacramenta fecerunt, diligentiori studio corda nostra sunt mundāda, & studiosius exercenda est disciplina virtutum, cui enim festiuitas est celebrāda nobilior; ipse quoq; necesse est in ea reperiatur ornatior. Si enim rationabile, & quodammodo religiosum videtur, per diem festum vultu nitidiori prodire, non ne dignum est vt anima Christiana speciē prudenter exornet, & redemptoris sui*

Cur Dominus sibi sacrificia offerētium animas linire, iubeat.

LeoPapa

Ad quod debent Christiani suas actiones dirigere.

In festiuis & sanctis diebus studiosius est exercēda disciplina virtutū.

Quęnam sint, quæ animam declarāt, & obfuscant.

sui celebratura sacramentũ, omni circunspectione percaueat, ne vlla eam macula iniquitatis obfuscet, aut duplicis cordis, ruga dedecoret? Hæc S. Leo Papa: quomodo auté hæc vnguenta quibus liniendæ sunt animæ, vt in Dei conspectu præsententur conficienda sint á sapientissimo vnguentario S. Patre Ioãne Chrisostomo accipite: tradit enim modum (elle dá a receita) in Homil. 9. in cap. 6. Epistolæ ad Hebræos, vbi sic ait: *Qualiter hoc vnguentum pænitentiæ conficiatur aduertite; primo exculplando propria peccata, eademq; declarando dicens cum Dauid. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Secundo autem ex humilitate multa, vnde idem Dauid aiebat. Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.*

Chrisost.

Modus conficiendi vnguẽtum ad liniẽdas animas.

Psal. 50.

Placet tandem ad huius annotationis calcem sanctissimi patris nostri Gregorij Papæ doctrinam huic argumẽto valde consonam collocare: quam ipse Homil. 26. affert dũ nos ad Dei festa verè, debiteque celebranda inuitat. *Curate*, inquit, *qui solemnitatibus interestis, ne ab æterna solemnitate separemini, quid prodest interesse festis hominum, si deesse contingat festis Angelorum. Vmbra venturæ solemnitatis est solemnitas præsens, idcirco hãc annue agimus, vt ad illam quæ nõ est annua, sed continua perducamur. Cum hæc statuto tempore geritur, in illius desiderium memoria nostra figatur: frequentatione ergo gaudij temporalis ad æterna gaudia mens incalescat, & ferueat, vt ex veritate lætitiæ perfruatur in patria, quod de vmbra gaudij meditatur in via: ad vera ergo festa peragẽda vitam vestram fratres moresq; componite.* Hæc S. Pater noster Gregorius Magnus.

Gregor. Magnus.

Nihil prodest festiuari in terris sicælestibus gaudiis carere cõtingat.

Ad vera festa peragenda; morũ cõpositio, vt qui maxime cõducit.

A B C D

ANNOTATIO DECIMA.

Circa eadem verba contextus.

ANTE DIEM festum Paschæ.

Quod ab hoc Paschate semper Iudæi ante festũ Paschæ permanserint, & quod festiuũ iubilum ex tunc vsq; in finem amiserint.

QVOD fuerit hoc vltimum Iudæorũ festũ, solemnitasq; Paschalis, non solum

lum nobis diuinæ litteræ tradiderunt, verum & ipse rerū euentus, ipsarumque exitus actionum manifestissime cōprobarūt; nam præterquam quod illæ, quas postea passi sunt, captiuitates in miserabilem hostium seruitutem redacti illos festiuari non sinerent; ad tantam miseriam deuenerunt, ad tamque ingentes calamitates sunt depulsi, vt regno eiecti, patriaque orbati, semperque errantes inquilini, proprio templo altarique destituti, omnem prorsus festiuandi opportunitatē amiserint: quem quidem funestum rerum statum multū ante illis Osæas vaticinatus est dicens cap. 3. *Diebus multis sedebunt filij Israel sine rege, sine Principe, sine Propheta, sine hostia, sine sacrificio, sine Sacerdote, &c.* De hac enim á Iudæis festorum ablatione locū istum Osææ intellexit Origines Homil. 7. in Exodum de eademque illud Dauidicum Psalm. 68. exposuit S. Pater Chrisost. homil. 29. in cap. 11. epistolæ ad Roman. *Fiat mensa illorum in laqueum, in captionem, & offendiculum*, sic enim ait Chrisostomus. *Iudæorum delitiæ, omniaque bona iam immutentur; & perdantur, reddanturque ipsi compræhensibiles quibusque.* Neque mirū est quod tanta eos clades fuerit insecuta, vt proprijs festiuitatibus orbarentur, siquidem. *Tanquā multa febri phrenetici insanientes in medicum*, vt loquitur Augustinus in Psalmum 63. in ipsum omniū festiuitatum auctorem consurgentes, omne prosus festiuandi fundamentum euerterunt, & quia sanctificatum, & festiuum diem innocentissimi prophetæ sanguinem effudendo polluerunt; illud euenit, vt nunquam amplius verum diem festum obtinuerint, ab hoc enim fundamento omnia Iudæorum infortunia dimanasse affirmat Origines ad capit. Matthæi 27. dicens. *Ego arbitror propter istum diem festum Iudæorū, in quo Barrabam ad vitam electus est, Christus autem neglectus Dominum dicere per Prophetam: Iejunia, & ferias, & dies festos vestros odiuit anima mea, & quia magis solemnitatem voluerunt agere cum latrone demisso, quam cum IESV: nam si egissent solemnitatem recte sicut Iosias, aut aliquis similis ei, & data illis fuisset, quem vellent petendi licentia sine dubio IESVm postulassent, Barrabam, autem condemnassent:* tunc adiungit Origines: *Nos autem*

Marginalia: *Iudæi patria pulsi & regno orbati.* — Osæas. 3 — Origin. — Chrisost. — *Locus ps. 68. de Iudæorū infortunijs expositus* — August. — *Iudæi tāquā phrenetici, insanierunt in medicum.* — Origen. — *Fūdamētum ob quod Iudæi festiuū inbilii amiserunt.*

Vmbram; inquit ad Hebræos cap. 10. *habet lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum*: quæ quidem Pauli verba præterquam quod ex se, & absque vlla alicuius expositoris claritate manifestissime doceant, omnia, quæ in veteri lege præcipiebantur esse vmbras, vacuasque futurorum imagines, quæ tamen circa illa patres annotauerũt in medium proferre non grauabimur, vt mens, quam excitamus dilucidius cõprobetur, & præcipuè Orig. lib. quatuor homiliarũ in Cantica homil. 2. vbi vt explicet verba illa. *Murenulas aureas faciemus tibi &c.* eadem Pauli verba affert, exponitque dicens. *Lex, quæ per Angelos dispoſita est in manu mediatoris vmbram tantum habuit futurorum bonorum non ipsam veritatem, & quæcunque contingebant illis, quæ in lege referuntur, in figura & non in veritate contingebant.* Hæc Origenes.

Heb. 10.

Omnia in veteri lege fuerũt vmbræ.

Origen.

In lege veteri omnia, figura.

Vmbras etiam esse omnia legalia sacrificia Iudæorũque festiuitates docet Diuus Cyrillus in lib. 3. de adoratione in spiritu, & veritate, vbi diffuſe hæc Pauli verba exponit, quibus ducti S. Pater Auguſt. & noster venerabilis Beda vmbras etiã easdẽ festiuitates appellarũt multis in locis, & præsertim in exponendo c. 7. Ioãnis Euangelij. *Omnia*, inquit Augustinus, *quæ dicta sunt antiquo populo Israel in multiplici Scriptura sancta, leges, quæ agerent siue in sacrificijs, siue in sacerdotibus, siue in diebus festis, & omnino in quibuslibet rebus vmbræ fuerunt futurorum.* Hæc Augustinus.

Cyrill.

Auguſt.
Beda.

Cũ igitur vmbra alicuius corporis solidi vmbra sit, ipsumq; corpus antecedat, manifestũ est legalia Iudæorũ festa, eorũq; sacerdotiũ, & ceremonias, quæ festiuitates antecesserunt legis gratiæ, earum fuisse vmbras, dũ ergo Iudæi vmbris suis tenaciter adhæserũt, gentiũq; populi solidũ sibi corpus, ideſt nõ legalẽ, figuratiuũ, & adũbratũ agnũ; sed verũ, & solidũ ideſt, Christũ sunt amplexati, illico factũ est, vt euanescẽtibus vmbris, Iudæorũ quoq; solẽnitates, totũq; festiuale ius ab eorũ oculis euanuerit, & dum simul cum gentibus vero agno corda non immolant semper extra eius solemnitatem permaneant, & ex consequenti ante diem festum Paschæ: nam vt ait Glossa ordinaria ad caput Ioann. vigesimum. *Pascha agimus cum ex vitijs*

Euanuerunt vmbræ veteris legis, & permãſit solidũ corpus legis gratia

Glossa.

ad solidas virtutes transimus. Nemo autē ad solidas virtutes trāsisse illos dicet, qui vacuis legis vmbris, simulacrorūq; imaginibus implicati, verā vero agno reuerentiā denegant, eiq; fidem adhibere recusant.

Densissimam hanc legaliū vmbram cæremoniarū á Iudæorum oculis à mouere nititur Augustinus, vt eos ad verū diem Paschæ deducat, dū in oratione contra eosdē c. 6. in hunc sensum explicat illa verba Cantici. *Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ &c.* vbi per diem aspirantē, intelligit lucē euāgelicā, idest dogmata, & mysteria Christi, per remotionē vero, seu inclinationem vmbrarum, remotionem, seu abrogationē legaliū figurarū, sic igitur ibi contra Iudæos argumētatur Augustinus: *Quoniam sicut scriptū est in canticis aspirauit dies, remoueantur vmbræ, spiritualis significatio luceat, carnalis celebratio requiescat.*

August. orat. contra Iudæos. c. 6.

Cant. 2. *Dies aspirans, lux est Euangelij inclinatio vmbræ cesatio legis.*

His tamen S. Patr. Augustini verbis non obstantibus, semper Iudæi adumbratis festiuitatibus suis tenaciter adhærētes, ad vera festa solidasq; lætitias accedere recusarūt, ac proinde ante diem festū continuo permanent, & transeūdi ad festū Paschæ ius totum amittētes ad illos qui Paschalem agnum, non typice, sed in rei veritate fuerunt amplexati vera est translata festiuitas; de quo maximo Iudæorum infortunio dum eosdem alloquitur Sanctus Pater Leo Papa ser. 3. de passione sic ait *Quod vestri generis impia perdidit portio, hoc assecuta est fidelis gentium plenitudo.*

Iudaei sēper sunt ante diē festum.

Leo Papa

Neque de hac Iudæorum festiuitatum amissione minus præcipuā causā assignabimus, si illos Pascham amisisse, & semper ante diē festum permansisse dixerimus, quia videlicet odio, inuidiaque hallucinati, festorū ordinē amiserunt *(errarão o calendario)* sicque, quia diē Paschæ ante Paschā exercere conabātur semper ante diē festū permanserunt, de quibus iure optimo potest affirmari quod ex acceleratione perditi sint. Nā agnū, qui nōnisi in 14. Lunæ die immolari iubebatur in Neomeniæ festo, quod primo Lunæ die exercere mos erat, ad occidēdū quærebāt; ait enim Ioannes noster. *Querebāt ergo Iesum, & colloquebātur ad inuicē in tēplo stātes, quid putatis quia non venit ad diem festum &c.* Ex his namque sacri Euangelistæ verbis acute nimis mētem, quā sequimur infert Ru-

Iudæi festiuadi ordinē amiserunt.

Ex nimia accelera-tione sunt perditi.

Ioan. 11.

pertus

Rupert. *Synagoga Hyæna crudelis.*

pertus noster dicens. *Ecce crudelis Hyena bæreditatis illius habitatrix in qua Deus quõdam habitauit, quomodo sitit, quomodo anhelat, & linguam eijcit festinans, & impatiens, sitiens effundere sanguinem Christi, non dum venerat dies festus, & iam insidiãtes in illa spelunca sua, in illa domo patris, quam fecerant speluncam latronum, cum deberet esse domus orationis, dicebant. Quid putatis quia non venit ad diem festum?* & statim addit idem Rupertus. *O impij quid putandum erat nisi quia iste est agnus paschalis, & decima quarta dies mensis huius non dum venit? nõ enim iubebat lex vt festo die Neomeniæ cum clangore tubarum, sed vt decima die mensis tollatur agnus, qui immolãdus est, idcirco, ergo iam non dum venit ad diem festum, quia tempus expectabat, & diem suum legitimũ, vt legitime, idest decima die mẽsis domum filiorum Israel, idest, tẽplũ Dei paschalis agnus introeat, & extũc circa illud salubria doctrinæ cælestis pabula, circa, vel intra eiusdem templi viridariũ, suis auditoribus diuidat: vobis Iudæis nihil audientibus.* Hæc Rupertus. Ex quibus iã clare patet anticipata, accelerataq; Iudæorũ intẽtio, ob quã á festorum tẽpore, á lege præscripto aberrantes, ante diẽ festum

Sitiebat Christi sanguinem. — Ioan. 11. — Rupert. — *Cur Christus ad diẽ festũ Neomeniæ nõ ascendit.*

A permãserint, festiualeque ius nunquã amplius fuerint consequuti.

Neq; vltimo erit abs re dicere ideo Iudæorũ Synagogã festiuãdi iure orbari, quia scilicet, vt acute annotauit Pater Ioannes Chrisostomus, longo dierum discursu senio cõfecta

B excessit á mente, siue mente capta facta est, ac proinde festorum ordinẽ amisit, & semper se ante diem festum reputans nouũ; quem offerat agnũ expectat, neq; iam verum agnũ aduentasse fatetur: nã Synagogæ natiuitas fuit á tẽpore Abrahæ, vt testatur idem Pater Chrisost. vsque ab exitu

C de Ægypto: iuuentus vsq; ad Reges: virilitas vsq; ad transmigrationẽ, senectus vsq; ad Christũ: quãquidem nimiam Synagogæ senectutẽ in sene Heli significatam fuisse docet Pater Gregorius in expositione cap. 1. primi libri Regũ, dũ illa verba cõmẽtatur. *Heli autẽ*

D *erat senex valde*, vbi sic ait Gregorius, *Iuuenis quidem fuit Heli quandiu Sacra Scriptura in electis Synagogæ vim magnæ authoritatis obtinuit, quia videlicet promissiones venturi redẽptoris acceperat, & eũ cũ magno desiderio expectabat, tũc ergo Heli senuit, quãdo Iudæa deuotionẽ obseruãdæ promissionis amisit, vt*

Chrisost. — *Synagoga nimia senectute excessit à mente.* — Idẽ Chrisost. — *Synagogæ ætatis partes.* — Gregor. Magnus. — 1. Reg. 1. — *Quando omnino senuit Iudæa.*

deratum à patribus suis redemptorem coram se miraculis se probantem cerneret, & omnino cæca in tanta eius luce de veritatis præsentia dubitaret.

Nimia igitur senectute affecta, vt dicimus, festorũ ordinem amisit (caducou de velha, & errou o Calẽdario das festas) sicq; penitus oblita, se iam verum agnum immolasse non recordatur, sed vsque adhuc se ante diem festũ existimãs, agnum ad immolandũ expectat: vnde Iudæos allocutus S. Pater Chrisoft. orat. 4. cõtra eosdem, quæ habetur tom. 5. suorũ operum admonet, vt matrem sinagogam silentio potius honerare studeant; quam de festiuitatibus loqui permittant, & quod eã cum honore potius sepultam quiescere sinant; quám á sepulchro abstractã, per foueas, & domos abstrusas de festiuitatibus loquentẽ exaudiant, quotiescũque enim eius dogmata fuerint insecuti, toties á vera festiuitate aberrabũt, & ante diem festũ permanebũt. *Nos*, inquit Chrisoft. *legẽ veterem maxime veneramur, eãq; velut hominem senio confectum quiescere sinimus, neque in casas hominibus refertas protrahimus postquam incanuit: neque propter ætatem certare compellimus.*

Aberrauit synagoga a festorum ordine.

Chrisoft.

A

B

C

D

ANNOTATIO VMDECIMA.

Circa eadem verba contextus.

FESTVM Paschæ.

Quod nefaria hæc occupatio, qua Iudæi his diebus fuerut perpediti, ne vere, debiteq́; festum immolationis agni peragerent, talis fuerit, vt non solum eos hac festiuitate priuauerit, verum & ad reliquas etiam ipsorum festiuitates illos reddiderit ineptos, omneq́; festiuale ius ab eis penitus abstulerit, ad gẽtesq́; transmiserit.

TANTA fuit Iudeorũ iniquitas innocentissimi Christi sãguinis effusione consumata, vt eos non solum Paschali festo priuauerit, reddideritque ad celebrandum ineptos; verum etiam ab eis, & á ventura ipsorum progenie omne ius festiuale prorsus abstulerit: adeoque efficaces fuerunt eorum imprecationes

cum nempe Barrabam expostulant, & Christum occidere deprecãtur, eiusque sanguinem super se ipsos, superque ipsorum filios defundi proclamant, vt eorum qui ab hac radice pullularunt neminem excludãt, neq; vllo tẽporum discursu intermissæ deleantur: quam quidem certissimam veritatem ipse rerum euentus, temporumque discursus maxime comprobant, eãq; etiã patres passim ante oculos ponere inter scribẽdũ cõsueuerũt, *Quid*, inquit Chrisostomus orat. 3. in Iudæos, *in causa fuit, vt cum grauissimis peccatis quondã abũdaretis vberiora fuerint erga vos Dei beneficia: nũc vero cũ leuiora peccetis prorsus vos auersetur, perpetuaq; tradiderit ignominiæ? Etenim si vos nunc ob scelera reijcit, multo magis hoc tunc cõueniebat facere, quod si tunc vos sustinuit impie viuentes, nunc multo magis oportebat sustinere cũ nihil simile cõmittatis, quãobrẽ igitur non sustinuit? si vos pudet causam dicere ego dilucide profitebor immo potius non ego, sed ipsa rerum veritas. Postea quam Christum occidistis, postea quam in Dominum iniecistis manus, postea quam sanguinem illum pretiosum effudistis, propterea non est vobis reliqua corrigẽdi spes, neq; venia, neq; purgatio* &c. quæ ibi affert Chrisost. aduersus eosdẽ Iudæos disserendo, quibus ostẽdit illos omnibus festiuitatibus, tẽploq;, & altari fuisse destitutos, & expoliatos, quia Christum Dominũ occiderunt.

Chrisost.

Assignatur causa ob quam grauioribus supplicijs nunc puniãtur Iudęi à Deo quã ãtiquitus.

Hanc Iudæorũ festiuitatũ terminationẽ, & finem in illa Pontificis induméti scisione, de qua legitur apud Matthæũ cap. 26. mistice significatum fuisse, docet S. Leo Papa ser. 6. de Passione dicens. *Caiphas autem ad exagerandam auditi sermonis inuidiam scindit vestimenta sua, & nesciens quid hac significaret insania Sacerdotali se honore priuauit.* Tunc addit idem Pater. *Vbi est Caipha rationale pectoris tui? Vbi est continentiæ cingulum? Vbi super humerale virtutum? mistico illo sacratoque amictu ipse te expolias, & proprijs manibus pontificalia indumenta discerpis, oblitus præcepti illius, quod legeras de Principe Sacerdotum, de capite suo cidarim non deponet, & vestimenta sua non disrumpet. Tu vero, à quo iam alienabatur hæc dignitas ipse tibi es executor oprobrij, & ad manifestandum finem veteris instituti pertinet hæc disruptio Sacerdotis*, &c. Quæ huic proposito valde consona ibi

Math. 26.

Leo Papa

Quid significatum fuerit in Caipha vestis scisione.

Caiphas Iudæorũ Pontifex dum vestimenta scindit Iudæorũ Sacerdotiũ penitus aboleri testatur.

Leuit. 21.

affert idem S. Pater Leo.

Istas etiam Iudæorum clades, miserãdaque infortunia ex hac vna eorum in Christo occidendo impietate profluxisse breuissimis, compendiosis tamẽ verbis docet Pater Ioann. Chrisostomus ser. 4. de Resurrectione dicens. *Si seruares tibi ò Iudæa quod emeras, non perderes quod habebas.*

Chrisost.

Vt tandem Iudæos ab hoc Paschate ad omnia amplius festa peragenda inhabiles remansisse monstremus, omnia quibus antea festa vtebãtur, recẽsendo numerabimus; inter quæ primum sibi locũ vendicabat legalis sabbathi inuiolabilis obseruãtia, quam apud illos, ita solicite custodire mos erat, & religio, vt ab omni prorsus operatione vacare astricte tenerentur. Vnde maxime sunt Iudæi in Christum scandalisati, quia in Sabbatho cæci sanitatem fuerit operatus; nam vt cap. 9. sui Euangelij noster refert Euangelista, dicebant. *Non est hic homo a Deo, qui sabbatha nõ custodit*; in quos insurgens Abbas Rupertus, illos potius, quam Christũ Sabbathi euersores esse demonstrat, dum supra eundem Ioannis locũ sic ait. *O serui peccati, ambulantes in equis superbiæ, facite vos in prima, vel secunda sabbathi opus huic simile, vt aperiantur cæcorum oculi: verum facere non potestis, nec aliquis quisquã vestri: cæcorum oculos aperire opus seruile nõ est, lex enim scripta de sabbatho non qualecumq́ opus, sed opus, inquit, seruile no facietis in ea.* Hæc noster Rupertus. Ex cuius proculdubio verbis non solum Christus Dominus a sabbathi trãsgressionis calumnia vendicatur: verum & Iudæi, vt qui maximè eiusdem sabathi violatores demonstrantur, quia in eo adeó execrandum nefas perpetrare ausi sunt, nempe Christi calumniam, eiusque accusationem, & mortem.

Omnium Iudæorũ festiorum enumeratio.

Ioan.

Rupert.

Iudæi sui Sabathi euersores.

Ex quo iam cæcã Iudæorum mentem licet ponderare, atque dignoscere, nam qui se sabbathi adeó obseruatores prædicabant, vt neque fratrum suorum sanitatem operari permitterent, iam in sabbatho innocentem fratrem, & de populo optime meritum, vinculis teneri: blasphemijs insectari, contumelijs afficere, mortique tradere moliuntur. Sed non mirũ cum propriũ semper hoc Iudæorum fuerit, vt se nescientes, neque cognoscentes, dum maxima crimina perpetrabãt, leuiores aliorũ defectus incusarent

Iudæorũ sẽper propriũ fuit adpropria crimina nõ aduertere; & aliena incusare.

cusarent (não vião as traues nos seus olhos, & vião os argueiros em os outros) De manuum lotione Christi discipulos incusant, ad se tamẽ legis præcepta grauissimè trãsgredientes non aduertũt, vt iam iterum annotauimus. Quod quidem vitium maxime exagerat Pater Gregorius hom. 36. dum ait: *Graue curiositatis est vitium, quod dum ad inuestigãdum vitam proximi, cuiuslibet mentem ducit, semper et sua intima abscõdit, vt aliena sciẽs se nesciat, & curiosi animus quãto peritus fuerit alieni meriti, tanto fiat ignarus sui.*

Gregor.

Qui aliorum vitã indagare laborat, ignorat suam.

Dum igitur secundum tãti Patris doctrinam, Iudæi Christum proximi sanitatẽ operantem in sabbatho, tanquam sabbathi euersorem incusant, in se ipsos sententiam proferunt, qua sabbathi festiuitate priuantur, dum in sabbatho innoscentissimi gentis suæ prophetæ accusationem, & mortem moliuntur. Ex indeque profluxit, vt omnia sabbatha, quæ deinceps celebrare contendunt, ita pollutè exerceant, vt Deo potius odibilia videantur quam sancta: ait enim. *Sabbatha vestra odiuit anima mea*: Nam vt ait Sanctus Gaudentius tractat. 21. in Ioannem: *Postquam Iudæi neglectis spiritualibus negotijs, quæ pro animæ salute Dominus agenda præceperat, omnia legitima sabbathi, ad otium, inuidiamque contulerunt: clamat ad eos continuo: sabbatha vestra odiuit animã mea.*

Dum Iudæi Christum seruatorem tãquam sabbathi euersorem incusant, in se ipsos de sabbati euersione sententiã ferunt.

Iudęorũ sabbatha nunc Deo odibilia.

S. Gaudẽti.

Neque solũ Deo, sed etiã hominibus spernenda ex tũc iudicantur Iudæorũm sabbatha: nam vt ait Propheta; *Deriserunt hostes sabbatha eius:* dum ergo sabbathum Christum accusando violarũt, sabbathinis festiuitatibus in perpetuum priuati sunt. Quæ á Iudæis sabbathinæ festiuitatis ablatio, a Christo Domino proxime futura monstrabatur, dum in ipsorum conspectu paraliticum, quem sanauerat, in die sabbathi grabatum tollere imperauit. Cum autem Christus grabatũ tollere paralytico imperauit, erat in die sabbathi, ait enim Euangelista noster. *Erat autẽ sabbathum in die illa &c.* Quæ Christi verba, eiusque in hoc facto mentem de hac sabbathi ablatione intelligit, explicatque noster Rupertus ad hunc Ioannis locum dicens: *Cur in sabbatho illi, quem omnipotens verbum imperio suo sanat grabatum suum portare imperat, quod apud Iudæos fieri nõ licebat dicente lege de die sabbathi.*

Iudæorũ Sabbatha non solũ Deo sed hominib. spernenda

Figura oblation it Iudaici sabbathi.

Rupert. *Ratio cur Christus Dominus in die sabbathi paralytico grabatũ tollere imperauerit*

Num. 13. *thi. Non inferetis onera per portas vestras. Cur inquam, hæc imperauit? nisi vt ostendat inimicis suis Iudæis mox futurum, vt sicut per Prophetam prædixit, non solum sabbathi, sed et omnium solemnitatum eorum stercus super vultum eorum proijciat. Etenim modo cepit fieri authoritate Spiritus Sancti signa,* B *& prodigia facientis, qui omnes à seruitio legis absoluit, interpretibus, authoritatis eius Sanctis* Acto. 15. *Apostolis dicentibus. Quia visum est Spiritui Sancto, & nobis, nihil vltra vobis imponere oneris quàm hæc necessaria, vt abstineatis ab immolatis simulacrorũ, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, à quibus custodientes* C *vos benefacitis.* Hæc Rupertus: Ex quibus & ex supra dictis, iam patet, Iudæos Christi seruatoris morte vsque in sempiternum á legali sabbathismo optimo fuisse iure prohibitos.

Secunda Iudæorũ festiuitas. Secundam Iudæorum solemnitatem ipsi Neomeniam appellabãt, quam prima die, quo luna innouari incipiebat, celebrare consueuerant. Quomodo autem ipsi Iudæi hoc festo, Christũ occidendo, caruerint, clarius adhuc quam excogitari potest, conspicitur. *Ratio, & causa ob quam Iudæi Neomenia caruerunt.* Nam quomodo illis amplius noua luna consurget, á A quibus Sol offensus claritatẽ occultauit, quã lunæ ad illuminãdum tribuere cõsueuit? Vel quomodo mutuata, á sole luce clara illis luna resplendebit, qui ab ipso sole, luna, & stellis mirabiliter admoniti ab incepto scelere desistere renuerunt? ait enim Chrisostomus: *Texuit faciem suam lugubri nube omne Cælum, ne videret in Cruce Dominum, & totus orbis tenebris obuolutus occultauit vultum suum, elementa ipsa turbantur, & rugiunt, saxa rumpuntur, sepulchra patescunt, mortui reuiuiscunt, factum est in terra chaos, timet omnis natura periculum, & Iudæa perficit homicidium.* Hæc Chrisost. *(fizerão os Iudeos orelhas de mercador)* Vnde iam patet ó Iudæi quod optimo iure Neomeniæ festo fueritis destituti, siquidem solem á quo vobis ad festiuale gaudium erat innouãda luna, claritatem, vultumque suum occultare pertinaciter coegistis.

Chrisost. *Iudæi a sole luna, & stellis admoniti ab incepto scelere nõ desistunt.*

D Ad Asymorum quoque redduntur inepti festiuitatẽ, dum malitiæ leuedine fermẽtati in atrium principis Sacerdotum cõsilium ineunt, quomodo IESVM dolo teneant, & occidant, & qui in azimis synceritatis debuerant permanere ab omni fermenti le-

Tertia Iudæorũ festiuitas.

leuedine penitus alieni, facti sunt ipsi, populi totius execrale fermentum. *Paululum*, inquit Hieronymus in cap. 22. Lucæ, *Quæuerunt Iudæi à commixtione fermenti nequitiæ, & malitiæ suæ, donec fermentaretur totum, quia videlicet ab illa die, quo cogitauerūt interficere Christum, tandiu quieuerūt donec turbis persuadendo fermentum suū spargerent: totamq́ massam ciuitatis, malitiæ suæ consensu fermentarent &c.* Quomodo igitur Azimorum festum exercere valebunt, qui alijs fermētaria facti ad leuedinem inferendam omnem prorsus syncceritatem amiserunt? Vnde bene ait Pater Ioannes Chrisost. homil. de proditore Iuda, quæ habetur, tom. 3. suorum operum: *Quod immundæ sint Iudæorum Azima, illicitæ eorum festiuitates.*

Hieron.

Principes Pharisæorum totā suæ gentis massā fermentarūt

Iudęorū Azymę immūdę.

Ad nouorum quoque festum exercendum inhabiles sunt effecti, dum eadē de qua superius actum est malitia fermentati, viride lignum truncarunt, & se ad noua offerenda polluentes; nouum, quod efferant perdiderūt, & huius solemnitatis ius á se penitus abdicarunt; non ne ad noua offerenda inepti optimo iure censentur, qui pomum nouū, á virga Iesse cælestis roris ministerio productum, de quo vaticinatus est Hieremias dicens: *Creauit Dominus nouum super terram*, pedibus cōculcātes macularunt, eiusque odoris flagrātiam á Belsebut dæmoniorum principe demanauisse prædicarunt? dicētes: *In Belsebut principe dæmoniorū eijcit dæmonia.*

Quarta, Iudæorū festiuitas

Quia Iudęi viride lignū truncarunt nona poma quę offerant non habent.

Hier. 31.

Luc. 11.

Iam vero ad turbarum festum, quomodo amplius adaptari potuerunt illi, quorum raucæ factæ sunt fauces, dum buciferando clamarunt: *Crucifige crucifige eum?* in illum voces suas leuantes, qui ad turbarum voces, corū inimicas ciuitates diruit, ac solo æquauit? Quomodo humiliationis, & afflictionis festum amplius exercebunt, qui omni prorsus humilitate deposita, in totius mundi actorem superbiendo insurgunt?

Quinta Iudæorū festiuitas.

Matt. 27.

Iosue. 6.

Sexta Iudęorū festiuitas.

Quomodo de Senophegiæ festo amplius lætari illis ius, & occasio erit, qui ita sunt Senophegiæ obliti (idest festiuitatis illius, quam in memoriā tabernaculorum faciebant) quibus illos Dominus per tot annorum curriculum ab aeris, æstusque inclementijs humanissime protexit, eos interim simul & nos omnes docens non habere hic permanentem ciuitatem, sed esse

aliam

aliam longe meliorem futurã sedulitus inquirẽdam omnes in hac vita inquilinos esse viatores,&aduenas, Ita,inquam, sunt Senophegiæ obliti,& terrenis substantijs, ita tenaciter adhæserunt, vt ad regnum,& facultates stabiliẽdas, & perpetuandas regem suum legitimum occidere destinarent dicentes. *Hic est heres venite occidamus eum, & habebimus partem eius.* Nam de Christo, & de eius occisoribus locum intellexerunt Patres, & præsertim Augustin. in Psalm. 115. ad quod in debite possidendum, Romanorum animos sibi maxime cõsiliare studẽtes, dicebant. *Si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem.* Vnde diuinitus factum est, vt qui Romanorum præsidio regnũ perpetuare contendunt, ab ijsdẽ fuerint regno pulsi, patriaque orbati, opibus destituti,& á Sancta ciuitate, quã dominici cruoris effusione poluerãt eiecti; templo,& altari priuati: de quibus bene dictum est, quod inciderint in foueam, quam fecerant; & quod eorum laqueus inciderit in ipsos; nam vt ait Theophylatus ad cap. 15. Marci. *Tradiderunt Iudæi Romanis Dominum, traditi sunt & ipsi à Domino vicissim Romanorum manibus, vt impleretur scriptura, quæ dicit Abdiæ capite primo, sicut fecisti, ita erit retributio tua:* (Armarão os Iudæos trãpa & cairão nella.) Quod nõ solum Iudæis, verum & omnibus improbis sæpe contingere docet Pater Basilius Magnus homil. 22. ex varijs, quæ habentur tom. 1. suorum operum, vbi sic ait. *Laqueo quem diabolus Domino struxit, ipse captus est, inq; abeo crucifixus est, quem se crucifixurum, & mortuus ab eo, quem morte se extincturum speraret: si vero princeps iste mundi, primus, maximus, & inuisibilis mundanæ sapientiæ sophista suis ipsius commentis capitur, & in extremam reuoluitur insipientiam: multo magis illius discipuli, & emulatores, etiã si innumera commententur, vbi se sapientes esse dicunt stulti facti sunt:* quod videre est in Iudæis, qui omnes cõsilium cõtra Deum sibi ipsis exitiosum commentati sunt dicentes. *Si dimittimus eum sic omnes credẽt in illum, & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem;* quasi gentem, ac locum suum seruaturi, suo ipsorum consilio vtrumque perdiderunt, & ex torres facti, & ab institutis suis, & cultu abalienati.

In eandem certè sententiã

pulchri-

Marginalia: Matth. 21 — August. — Ioan. 11. — *Iisdẽ medijs, quib⁹ Iudæi Regnum suũ perpetuare moliũtur illud euertunt.* — Psal. 7. — Psal. 34. — Theoph. — Abdiæ. 1. — D. Basil. — *Captus est Diabolus laqueo, quo Christum capere intendebat,* — *Diaboli sectaces suismet cõmentis capiuntur.* — Ioann. 11 — *Suismet machinamẽtis obruuntur Iudæi.* — Section letters: A, B, C, D.

pulchre adduci posſũt ea quæ in expoſitione eiuſdem loci Ioannis, ſic habet noſter Rupert. *Illi vnam contritionẽ dũ fugiunt, ſcilicet, illam ne forte veniant Romani, & tollant gentem noſtram, & locum: duplicem contritionem incurrunt, videlicet, vt & Romani venientes tollant eorum locum, & gentem, & maligni ſpiritus aduolantes tollant animas, & corpara quoq; in gehennam ſemper vrentem.*

Rupert.

Dum Iudæi Romanorũ ſubiectionem declinare morte Chriſti intendũt, & in illorum, & in diabolı tyranidem incurrũt.

Sed vt ad principale intẽtum redeamus, eundem Patrem Rupertum in expoſitione capitis 18. Ioannis iuuabit audire, ibi namque circa Iudæorum ſiniſtrum euentum, & á templo eiectionem, eorumque ad ſolemnia peragẽda inhabilem cõditionem, & ſtatum elegantem valde diſcurſum, ſiue dialogum verbis ab Eſaia mutuatis componit, vbi eoſdem á tanta clade perterritos, ſicque affantes induce it. *Vbi eſt qui eduxit nos de mari cum Paſtoribus gregis noſtri? vbi eſt qui poſuit in medio noſtri Spiritũ Sãctũ ſuũ? qui eduxit nos ad dexteram Moiſi brachio maieſtatis ſuæ? qui ſcidit aquas ante nos, vt faceret ſibi nomen ſempiternum? Ciuitas ſancta tua facta eſt deſolata ſion; deſerta facta eſt Hieruſalem: deſolata domus ſanctificationis noſtræ; & gloria noſtræ, vbi laudauerunt te patres noſtri, nunquid ſuper bis continebis te Domine?* Tunc ait Rupertus. *Cum lictores iſti* (eſtes beliguins) *qui ſalutem & miſericordiã ligauerunt, cum iſti fortes phrenetici, qui medicũ ſic arctauerunt, ſic vlulant, quod hoſtes ſibi locum, & gentem tulerint, bene reſponſum eſt à Chriſto vtrumque maieſtatis ſuæ brachium eſſe ligatum, & idcirco nullum præbiturum auxiliũ, manuſq; ſuas iam extendiſſe ad populum non credentem, & contradicentem.* Hæc Rupertus noſter.

Rupert.

Eſaiæ. 63

Miſerábilis Iudæorum inclamatio.

Chriſti ad Iudæorũ inclamationẽ reſponſio.

In hunc etiam ſenſum mira quidẽ ſunt illa, quæ in expoſitione cap. 3. Eſajæ habet Magnus Baſilius ad illa verba. *Væ animæ eorum, qui inierunt conſilium contra ſe dicentes alligemus iuſtum &c*, Vbi Sanctus Pater optime probat Iudæos in ſe ipſos ſententiã tuliſſe, in propriamque perniciem Chriſti brachia alligaſſe: ſic igitur ait. *Conſilia aduerſus iuſtos inita in capita malignẽ conſultantium retorquentur:* (Caie commummente em a trampa quẽ a armà, & a malicia ſempre paga a ſeu dono) *Quem admodum & tela, quæ ſi inciderint in corpus ſolidum, nec cedens, ſed repercuſſiuum in ſuos iaculatores reſiliunt, & quidem*

D. Baſil.

Iudæi in propriam perniciem Chriſti Brachia alligarũt.

Iudæi

aliam longe meliorem futurã sedulitus inquirẽdam omnes in hac vita inquilinos esse viatores, & aduenas, Ita, inquam, sunt Senophegiæ obliti, & terrenis substantijs, ita tenaciter adhæserunt, vt ad regnum, & facultates stabiliẽdas, & perpetuandas regem suum legitimum occidere destinarent dicentes. *Hic est heres venite occidamus eum, & habebimus partem eius.* Nam de Christo, & de eius occisoribus locum intellexerunt Patres, & præsertim Augustin. in Psalm. 115. ad quod in debite possidendum, Romanorum animos sibi maxime cõsiliare studẽtes, dicebant. *Si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem.* Vnde diuinitus factum est, vt qui Romanorum præsidio regnũ perpetuare contendunt, ab ijsdẽ fuerint regno pulsi, patriaque orbati, opibus destituti, & á Sancta ciuitate, quã dominici cruoris effusione poluerãt eiecti; templo, & altari priuati: de quibus bene dictum est, quod inciderint in foueam, quam fecerant; & quod eorum laqueus inciderit in ipsos; nam vt ait Theophylatus ad cap. 15. Marci. *Tradiderunt Iudæi Romanis Dominum, traditi sunt & ipsi à Domino vicissim Romanorum manibus, vt impleretur scriptura, quæ dicit Abdiæ capite primo, sicut fecisti, ita erit retributio tua:* (Armarão os Iudæos trãpa & cairão nella.) Quod nõ solum Iudæis, verum & omnibus improbis sæpe contingere docet Pater Basilius Magnus homil. 22. ex varijs, quæ habentur tom. 1. suorum operum, vbi sic ait. *Laqueo quem diabolus Domino struxit, ipse captus est, inq; abeo crucifixus est, quem se crucifixurum, & mortuus ab eo, quem morte se extincturum speraret: si vero princeps iste mundi, primus, maximus, & inuisibilis mundanæ sapientiæ sophista suis ipsius commentis capitur, & in extremam reuoluitur insipientiam: multo magis illius discipuli, & æmulatores, etiã si innumera commententur, vbi se sapientes esse dicunt stulti facti sunt:* quod videre est in Iudæis, qui omnes cõsilium cõtra Deum sibi ipsis exitiosum commentati sunt dicentes. *Si dimittimus eum sic omnes credẽt in illum, & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem;* quasi gentem, ac locum suum seruaturi, suo ipsorum consilio vtrumque perdiderunt, & ex torres facti, & ab institutis suis, & cultu abalienati.

In eandem certè sententiã

Marginalia: Matth. 21. — Augus. — Ioan. 11. — *Iisdẽ medijs, quib⁹ Iudæi Regnum suũ perpetuare moliũtur illud euertunt.* — Psal. 7. — Psal. 34. — Theoph. — A — B — C — D — Abdiæ. 1. — D. Basil. — *Captus est Diabolus laqueo, quo Christum capere intendebat.* — Ioann. 11 — *Diaboli sectatores suismet commentis capiuntur.* — *Suismet machinamẽtis obruuntur Iudæi.*

pulchre adduci posſūt ea quæ in expoſitione eiuſdem loci Ioannis, ſic habet noſter Rupert. *Illi vnam contritionē dū fugiunt, ſcilicet, illam ne forte veniant Romani, & tollant gentem noſtram, & locum: duplicem contritionem incurrunt, videlicet, vt & Romani venientes tollant eorum locum, & gentem, & maligni ſpiritus aduolantes tollant animas, & corpara quoq; in gehennam ſemper vrentem.*

Rupert.

Dum Iudæi Romanorū ſubiectionem declinare mortē Chriſti intendūt, & in illorum, & in diaboli tyranidem incurrūt.

Sed vt ad principale intẽtum redeamus, eundem Patrem Rupertum in expoſitione capitis 18. Ioannis iuuabit audire, ibi namque circa Iudæorum ſiniſtrum euentum, & á templo eiectionem, eorumque ad ſolemnia peragẽda inhabilem cōditionem, & ſtatum elegantem valde diſcurſum, ſiue dialogum verbis ab Eſaia mutuatis componit, vbi eoſdem á tanta clade perterritos, ſicque affantes inducit. *Vbi eſt qui eduxit nos de mari cum Paſtoribus gregis noſtri? vbi eſt qui poſuit in medio noſtri Spiritū Sāctū ſuū? qui eduxit nos ad dexteram Moiſi brachio maieſtatis ſuæ? qui ſcidit aquas ante nos, vt faceret ſibi nomen ſempiternum? Ciuitas ſancta tua facta eſt deſolata ſion; deſerta facta eſt Hieruſalem: deſolata domus ſanctificationis noſtræ; & gloria noſtra, vbi laudauerunt te patres noſtri, nunquid ſuper his continebis te Domine?* Tunc ait Rupertus. *Cum lictores iſti* (eſtes beliguins) *qui ſalutem & miſericordiā ligauerunt, cum iſti fortes phrenetici, qui medicū ſic arctauerunt, ſic vlulant, quod hoſtes ſibi locum, & gentem tulerint, bene reſponſum eſt à Chriſto vtrumque maieſtatis ſuæ brachium eſſe ligatum, & idcirco nullum præbiturum auxiliū, manuſq; ſuas iam extendiſſe ad populum non credentem, & contradicentem.* Hæc Rupertus noſter.

Rupert.

Eſaiæ. 63

Miſerabilis Iudæorum inclamatio.

Chriſti ad Iudęorū inclamationē reſponſio.

In hunc etiam ſenſum mira quidē ſunt illa, quæ in expoſitione cap. 3. Eſajæ habet Magnus Baſilius ad illa verba. *Væ animæ eorum, qui inierunt conſilium contra ſe dicentes alligemus iuſtum &c.* Vbi Sanctus Pater optime probat Iudæos in ſe ipſos ſententiā tuliſſe, in propriamque perniciem Chriſti brachia alligaſſe: ſic igitur ait. *Conſilia aduerſus iuſtos inita in capita malignẽ conſultantium retorquentur:* (Caie commummente em a trampa quẽ a armà, & a malicia ſempre paga a ſeu dono) *Quem admodum & tela, quæ ſi inciderint in corpus ſolidum, nec cedens, ſed repercuſsiuum in ſuos iaculatores reſiliunt, & quidem*

D. Baſil.

Iudęi in propriam perniciem Chriſti Brachia alligarūt.

Iudæi adueniente Domino hæc faciebant, eum enim loris astrictum deducunt, ad Caipham: ligabant illi manus, per quas tot, tantisq; cumulati fuerant beneficijs. Ex quibus, & ex reliquis quæ á nobis annotata sunt, iam patet Iudæos ob homicidium, quod in Christũ omnis festiuitatis auctorem malitiose perpetrarunt omne festiuum ius in perpetuum amisisse; vno enim Christo seruatore ablato, omne prorsus festiuandi tollitur fundamentũ, cum sit ipse omnium festorũ auctor, & causa. Vnde bene ait S. Pater Chrisost. Homil. 3. de Anna. to. 5. suorũ operum. *Quoties Christus interest in medio cœtus, quod amplius quæritis festi argumentum?*

Christus Dominus omnium festiuitatum causa & auctor

Chrisost.

Audite autẽ Hieronymũ ex illis Oseæ verbis in cap. 3. *Dies multos sedebunt filij Israel sine Rege, & sine Principe &c.* vtrumque inferentem: nempe Iudæos festiuandi ius amisisse, illudque Ecclesiam hæreditasse. *Modo* (inquit ille) *sedent Iudæi perdito loco absq; omnibus istis, sed nos habemus Christum Sacerdotem, & corpus eius, & sanguinem, & vestem innocentem, & Theraphim, & memoriam Domini expressam in cordibus nostris.*

Osea. 3.

A

ANNOTATIO DVODECIMA.

Circa illud verbum contextus.

FESTVM.

De eadem Iudæorum pollutione ad legalia festa exercenda.

B

HANC Iudæorũ ad festa legalia nõ amplius exercẽda pollutionẽ abvno, eodemque fundamento profluxisse docẽt Patres; ab effusione nempe Christi adi sanguinis, & ab imprecatione illa iniustissima, qua eundem sanguinem pretiosum super se venire postularunt, dicẽtes: *sanguis eius super nos, & super filios nostros. Adhæret*, inquit noster Sãctus Beda, ad ca. 15. Marci, *Iudæis vsq; hodie petitio sua, quam tanto labore impetrarunt, data enim optione sibi pro IESV latronem, pro Saluatore interfectorem elegerunt, & latrocinijs, & seditionibus in tantum se subdiderunt, vt regnum, & patriam perderent, & libertatem corporis, & animæ nunquam reciperent.* Hæc noster

C

D

Fundamentum àquo profluxit Iudæorũ pollutio.

Matth. 27

Beda.

Iudæi corporis & animæ libertatem amiserũt.

Chrisost.

Beda. Idéq; argumentũ prosequitur S. Pater Chrisost. varijs in locis, præsertim tamen sermone secũdo, & tertio de passione, vbi sic ait. *Magna quidem vis criminis, quæ nec prolixitate temporis aboletur, nec sæculorum obliuione repelitur &c.* Ex quibus iam. Iudæorum detestanda indoles, nefariaque, & crudelissima præcordia dignoscuntur, quibus satis non fuit se ipsos innocentis agni sanguine polluere; verum, & venturæ progeniei stirpem eodem scelere maculare, pollutionemque suam tanquam ius hæreditarium in infaustam posteritatem transmittere. *En* (inquit Chrisostomus, sermone secũdo de passione) *quæ bona ad hæredes tuos quondam sacrilego testamento transmittis ò Iudæa* (negros doilos lhe deixaste por herança) *macula sanguinis innoscentis te perfudis, & posteros perimis, pertinaciter quidem in mortem nostri redemptoris insistis, sed crudeliter tuos natos mucrone impietatis extinguis: quare cui iam non poteris videri non noxia, quæ erga filios tuos stetisti pertinax homicida?*

Iudæorũ facinus temporũ discursu non abolетur.

Iudæorũ crudelissima præcordia.

Chrisost.

Synagoga filiorũ pertinax homicida.

Elegantes quidem noster Rupertus ad cap. octauũ Ioãnis, eos viros semetipsos interficientes appellauit, & hãc appellationem ex Christi iniustissima interfectione consecutos fuisse docet, dum ait: *Vos ò Iudæi interfecto Christo vos ipsos interfecistis tanto furore, tanta rabie, vt miretur orbis, & vestri quoque condoleant inimici: legant qui volunt vestrum sub Tito, & Vespasiano excidium, & videant vos vnicam gentem homicidarum semetipsos interficientium.*

Rupert.

Sola gens Iudaica sui ipsius homicida.

Vnde iã clare patet quod cum Christi sanguine se contaminare ausi sunt, omni prorsus honore, lætitia, festiualique iure se ipsos, suosque priuauerint: & quod amplius ad solemnia exercenda idonei non permanserint. *Perierunt,* inquit Origenes; *omnes festiuitates Iudæorum, & dies solemnes eorum, quoniam in loco sancto, & in die festiuitatis Dominum nostrum IESVM Christum occiderunt &c.*

Origen.

Cur Iudæorũ festa perierunt.

Et bene quidem ab hoc fundamento hoc illis malum euenisse docent Sancti Patres. Nam si quia Caim festiuam oblationem fratris sanguine maculauit omnem penitus festiuandi causam amisit, & profugus, vagusque super terræ faciem insedens, perpetuoque mortis metu commitatus vitam deguit: Nã vt ait Chrisost. *Nudatus*

Causa timoris, & tremoris Caim.

Chrisost hom. 19.

eſt præſidio Dei propter admirabile, & pernicioſum facinus, quãto maiori cum ratione, omni prorſus lætitiã, & feſtiuitate illi orbari debuerũt, qui totius lætitiæ auctoris mortem per inuidiã conſummarunt? Non certe violentæ, & polutæ fraterno ſanguine manus ad ſacrificãdũ aptæ ſunt; vnde turpiter ad feſta exercẽda Iudæi poluti ſunt, eruntque ſemper quia illotis manibus ſãcta trãctare auſi ſunt, vt explicans candẽ eorũ imprecationẽ, de qua ſuperius actum eſt ſic ait Orig. ad cap. 7. Matth. *Pilatus quidem ſe lauit, Iudæi autem, non ſolum ſe mundare noluerũt à ſanguine Chriſti, ſed etiã eum ſuper ſe ſuſceperunt: propter quod non ſolum rei facti ſunt in ſanguine prophetarũ, ſed implẽtes menſurã Patrũ ſuorũ facti ſunt rei in ſanguine Chriſti, vt audiãt Deũ ſibi dicentẽ. Cũ expanderitis manus veſtras ad me, auertã oculos meos à vobis, manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt* (olhos de Deos manço, & pacifico não podem ver mãos cruentas, & enſangoentadas.) Et inde fuit, vt á Dauid; (in quo aliâs ſibi optime complacebat) tẽplum ad eius nomen inuocãdum conſtrui non pateretur, vt 1. Paralip. in cap. 22. ſacra narrat hiſtoria. *Nõ poteris*, inquit, *ædificare demum nomini meo tanto effuſo ſanguine coram me*: quo Sacræ Scriptura loco indicatã. & quaſi præfiguratam fuiſſe Iudæorũ pollutionem docetur in Gloſſa ordinaria ad eundem locũ: *Signat* (inquit Gloſſa) *Iudæos propter carnalem legis obſeruantiam, & ſanguinolenta opera: nõ poſſe ſpirituale ædificiũ Domino præparare: vel quia pollutas manus habebant, ſanguine Chriſti, & prophetarum.*

Manus ſanguine pollutæ ad ſacra tractãda ſunt inepta.

Origen. *Iudæi in ſanguine Chriſti, et Prophetarum rei facti ſunt*

Iſaiæ. 1.

1. Paral. cap. 22.

Gloſſ. [ad] hunc [lo]cum.

Mirabilis certe nobis viſa eſt ratio, potiſſimumque fundamentum á quo prouenire docet Euſebius Emiſſenus hanc Iudæorum ad feſta celebranda ineptiam: Petitum eſt enim á lege Leuitici de Muliere filiam pariente ſancita, in qua præcipiebatur, vt mulier quæ fæminam peperiſſet immunda eſſet duabus hebdomadibus, & ſexaginta, & ſex diebus maneret in ſanguine purificationis ſuæ, ſic igitur ſermone de purificatione ait Emiſſenus. *Toties ſynagoga fæminam parit, quoties iniquitatem in Deum operatur, pro hac autem filia duabus hebdomadibus eſt immunda, vna videlicet ante Chriſti Incarnationem, altera vero poſt Chriſti Incarnationem; per has enim duas hebdomadas*

Leuit. [...] *Aliud [Iu]daorũ [ad] feſta ce[le]brãda p[ol]lutionis fundam[en]tum.*

Emiſſe[nus]

Synago[ga] fœmina[m] peperit.

Synagoga per omne tēpus immunda vsque dum iniquitatē in Deū concipere, & parere desinat.

domadas totum & hoc, & illud tempus significatur; nisi igitur hanc iniquam filiam parere desistat & ad Christi fidem se totam conuertat, nunquam mundabitur synagoga.

A

Si igitur synagoga mater vestra ó Iudæi immunda est, vosque immundæ matris filij estis, quomodo festa legalia exercere cōtenditis? si impolutum Ecclesiæ templum ad Dei festa peragenda ingredi vultis, iniquā vnusquisque filiam incredulitatem. S. parere, & procreare desistat, & tunc ad Dominicum Pascha, ad reliquasque solemnitates vestras, non iam secundum legis vmbram, sed spiritualiter celebrandas accedat. Sed heu dolor! adhuc in vestra pertinacia permanetis, ad huc sanguinem Christi effundere auidissimè desideratis, adhuc recentem in manibus, & mucronibus vestris eundē sanguinem obseruatis. Vt in dialogo inter synagogam matrem vestram, & Ecclesiam Sāctus pater Augustinus annotauit dicens. *Gladius tuus per apicem mucronis madido ad huc cruore distillat.*

Quid Iudæis faciēdū vt ad festa celebrāda iterum apti sint.

B

Iudæi in sua contumacia permanentes, adhuc Christi sanguinem effundere, exoptant

C

Auguſt.

D

ANNOTATIO

DECIMA TERTIA.

Circa illud verbum contextus.

FESTVM.

De contumacia, siue insania, qua Iudæi in suis legalibus festiuitatibus adhuc celebrandis nimis proteruiēdo insistunt, cū ab illis fuerint optimo iure prohibiti.

QVANQVAM de miseranda Iudæorum cæcitate, de eorūque infortunijs, & de festorum ablationis supplicio præteritis annotationibus á nobis satis, superque dictum sit, de eorum tamen cæca dementia, denētique pertinacia in sabbathismo, reliquisq; festiuitatibus, ipsis tanto iure prohibitis, iterum obseruādis, amplius sermonem facere non grauabimur, neque pios lectores grauandos esse putamus, quia vt docte Pater Ioannes Chrisostom. orat. quarta aduersus eosdem Iudæos annotauit. *Qui non satiatur amore erga Iesum,*

Chrisoſt

is nunquam satiabitur pugna aduersus eos, qui IESVM oderunt.

Semper igitur Iudæi præpostero gradientes incessu, nituntur in uetitum, semper cupiuntque negata, quando enim illis præcipiebat lex, vt templum colerent, & venerarentur, tunc mercatorijs negotijs illud implicantes, orationis domum latronum speluncam redi derunt. Postquã veró iusto Dei iudicio illorũ euersum est templum, legalesq; ritus illis exercere prohibitum est: tunc tenacitèr proteruiendo sibi templa ad venerandum cõquirunt, prohibitosque ritus exercere cõtendunt, & vetus Pascha celebrare exoptant: ad quod celebrandum nec se ipsos nec templum præparare curarunt, cùm celebrare licitum erat. Immo Pascha despiciẽtes, & de figuratiuo agno nõ curãtes, innoscẽtissimi Christi sanguinem effundendo, se se turpiter polluerunt. Nam vt ad cap. vigesimũ sextũ Mathæi annotauit Hieronimus. *Qui debebãt pascha vicino præparare victimas, leuigare templi parietes, pauimenta verrere, vasa mundare, & secundum ritum legis purificari, vt esu agni digni fierent: congregantur ineuntes consilium: quomodo occidant Dominum* Hæc Hieronymus.

Præpostera fuit semper, & inversa, Iudæorum mens, & intentio.

Matt. 21.

Iudæi Pascha suum amiserũt quia nec seipsos nec templum ad Pascha celebrandum præparare curarunt.

Hieron.

Sed illud nobis adhuc redictilosius videtur, vt illud nempe; quod legis tempore extra templum, & sanctam ciuitatem loqui nefas reputabant, tempore longe perfectiori, idest gratiæ, illud turpiter exercere nõ pigeat, qui enim dum captiui ducebantur, extra templum, sanctamque ciuitatem dominica cantica recitare nefandum iudicabant, & turpe: dicentes. *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Nùnc ciuitate pulsi, temploque destituti, non solum cantare; verum, & ea quæ simul cum templo sunt exerceri prohibita, & in tempore, & loco a lege penitus alieno exercere non verentur. Ex hoc namque vel maxime fundamento Iudæorum inuerecundos conatus confutat, & incusat Chrisostomus, homilia de proditore Iuda, quæ habetur tomo tertio suorum operum dicens: *Quid agis o Iudæa? Canticum Domini non cantas in terra aliena, & Pascha Domini celebras in terra aliena?* Tunc addit. *Videtis contumaciam? videtis*

Irridẽda, Iudæorũ conatus.

Psal. 136.

Chrisost.

Incusãtur Iudæorũ conatus inverecũdi.

videtis dementiam? videtis insaniam? quando præceptis hostium cogebātur nec psalmum dicere ausi sunt, in terra aliena: & nunc, nullo cogente, suo arbitrio, & propria volūtate contra Deū præparant bellum.

Demonstratur quomodo Iudæi legē frangant, quā custodire exoptant.

Cōtra hanc igitur Iudæorū dementiā liceat nobis paulisper argumentando insurgere, & quā turpiter veterem legē, quā venerātur, frangāt, ex veteri, nouoq; testamento demonstrare: ad cuius argumentationis fundamentū, illud vt manifestū supponimus quod ex multis exodi, Leuiticiq; locis patet; nēpe illa omnia, quæ in veteri lege, siue de agni immolatione, siue de reliquorum festiuitatum solēnijs, siue de pollutionis munditia præcipiebantur, intra tēplum hierosolimitanū, & intra Sanctæ ciuitatis menia, ita strictè exerceri mādari, vt extra templum, & ciuitatem fieri apertissima esset legis confractio. Si igitur lex extra tēplū hæc omnia exercere strictè prohibebat, & extra sanctam ciuitatē, iam ergo omnes, qui post templi euersionem, á ciuitate eiecti Pascha immolare curatis, ò Iudæi, legem quam obseruare cōtenditis male obseruando violatis: quam etiam argumentandi formam ad cæcos Isacides conuincendos seruat Pater Ioannes Chrisostom. oratione quarta aduersus eosdem, quæ habetur tomo quinto suorum operum dicens. *Omnia sunt abrogata, cum non sit templum, & si quid videatur fieri extra templum, facinus est, aduersus legem commissum &c.* Vt igitur in vos ó Iudæi nostra inuehatur oratio, ratio ipsa veritasque compellit, qui nimis cæciter agitis, dum cōtra legis præcepta; legem obseruare conamini; de quibus quæsumus, nisi de vobis ipsis conqueri iure potestis? Nonne dum spiritale templum, idest, Christi corpus destruere contenditis, ipsi vos, á vobis ipsis, legalia festa abdicatis? Nonne dum extra ciuitatem, crucem ad verum agnū immolandum erexistis, ipsi vos proprio altari priuastis? legalemque agnum extra templum, in perpetuum emandastis? nonne hanc á vestro templo, & altari amotionem perpetuam vobis vestræ gentis propheta antiquitus figurauit, dum altare holocausti, in quo victimarum sanguis fundaretur, non intra tabernaculū, sed extra, & ad hostiū posuit? Sic enim Roiardus auctor antiquus & grauis

Legalia extra Hierosolimā ciuitatem exercere manifesta erat legis transgressio.

Chrisost.

Aliquid legale extra tēplū exercere facinus erat aduersus legem commissum.

Iudæi se ipsos tēplo, & altari priuarūt, & quādo.

Exod. 27.

Num. 13. *thi. Non inferetis onera per portas vestras. Cur inquam, hæc imperauit? nisi vt ostendat inimicis suis Iudæis mox futurum, vt sicut per Prophetam prædixit, non solum sabbathi, sed et omnium solemnitatum eorum stercus super vultum eorum proijciat. Etenim modo cepit fieri authoritate Spiritus Sancti signa, & prodigia facientis, qui omnes à seruitio legis absoluit, interpretibus, authoritatis eius Sanctis Apostolis dicētibus.* Acto. 15. *Quia visum est Spiritui Sancto, & nobis, nihil vltra vobis imponere oneris quàm hæc necessaria, vt abstineatis ab immolatis simulacrorū, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, à quibus custodientes vos benefacitis.* Hæc Rupertus: Ex quibus & ex supra dictis, iam patet, Iudæos Christi seruatoris morte vsque in sempiternum á legali sabbathismo optimo fuisse iure prohibitos.

Secunda, Iudæorū festiuitas.

Secundam Iudæorum solemnitatem ipsi Neomeniam appellabāt, quam prima die, quo luna innouari incipiebat, celebrare consueuerant. Quomodo autem ipsi Iudæi hoc festo, Christū occidendo, caruerint, clarius adhuc quam excogitari potest, conspicitur. Nam quomodo illis amplius noua luna consurget, á quibus Sol offensus claritatē occultauit, quā lunæ ad illuminādum tribuere cōsueuit? Vel quomodo mutuata, á sole luce clara illis luna resplendebit, qui ab ipso sole, luna, & stellis mirabiliter admoniti ab incepto scelere desistere renuerunt? ait enim Chrisostomus: *Texuit faciem suam lugubri nube omne Cælum, ne videret in Cruce Dominum, & totus orbis tenebris obuolutus occultauit vultum suum, elementa ipsa turbantur, & rugiunt, saxa rumpuntur, sepulchra patescunt, mortui reuiuiscunt, factum est in terra chaos, timet omnis natura periculum, & Iudæa perficit homicidium.* Hæc Chrisost. (fizerão os Iudeos orelhas de mercador) Vnde iam patet ó Iūdæi quod optimo iure Neomæniæ festo fueritis destituti, siquidem solem á quo vobis ad festiuale gaudium erat innouāda luna, claritatem, vultumque suum occultare pertinaciter coegistis.

Ratio, & causa ob quam Iudęi Neomęnia caruerunt.

Chrisost.

Iudæi a sole luna, & stellis admoniti ab incepto scelere nō desistunt.

Tertia Iudęorū festiuitas.

Ad Asymorum quoque redduntur inepti festiuitatē, dum malitiæ leuedine fermētati in atrium principis Sacerdotum cōsilium ineunt, quomodo IESVM dolo teneant, & occidant, & qui in azimis synceritatis debuerant permanere ab omni fermenti le-

vedine

Hieron.

Principes Pharisæorum totã suæ gentis massã fermentarũt

leuedine penitus alieni, facti sunt ipsi, populi totius execrale fermentum. *Paululum*, inquit Hieronymus in cap. 22. Lucæ, *Quieuerunt Iudæi à commixtione fermenti nequitiæ, & malitiæ suæ, donec fermentaretur totum, quia videlicet ab illa die, quo cogitauerũt interficere Christum, tandiu quieuerũt donec turbis persuadendo fermentum suũ spargerent: totamq́ massam ciuitatis, malitiæ suæ consensu fermentarent &c.* Quomodo igitur Azimorum festum exercere valebunt; qui alijs fermẽtaria facti ad leuedinem inferendam omnem prorsus syncceritatem amiserunt? Vnde bene ait Pater Ioannes Chrisost. homil. de proditore Iuda, quæ habetur, tom. 3. suorum operum: *Quod immundæ sint Iudæorum Azimæ, illicitæ eorum festiuitates.*

Iudęorũ Azymę immũdę.

Quarta, Iudæorũ festiuitas.

Ad nouorum quoque festum exercendum inhabiles sunt effecti, dum cadẽ de qua superius actum est malitia fermentati, viride lignum truncarunt, & se ad noua offerenda polluentes; nouum, quod offerant perdiderũt, & huius solemnitatis ius á se penitus abdicarunt; non ne ad noua offerenda inepti optimo iure censentur, qui pomum nouũ, á virga Iesse cælestis roris ministerio productum, de quo vaticinatus est Hieremias dicens: *Creauit Dominus nouum super terram*, pedibus cõculcãtes macularunt, eiusque odoris flagrãtiam á Belsebut dæmoniorum principe demanausse prædicarunt? dicẽtes: *In Belsebut principe dæmoniorũ eijcit dæmonia.*

Quia Iudęi viride lignũ truncarunt noua poma quę offerant non habent.

Hier. 31.

Luc. 11.

Quinta Iudæorũ festiuitas.

Iam vero ad turbarum festum, quomodo amplius adaptari potuerunt illi, quorũ raucæ factæ sunt fauces, dum buciferando clamarunt: *Crucifige crucifige eum?* in illum voces suas leuantes, qui ad turbarum voces, eorũ inimicas ciuitates diruit, ac solo æquauit? Quomodo humiliationis, & afflictionis festum amplius exercebunt, qui omni prorsus humilitate deposita, in totius mundi actorem superbiendo insurgunt?

Matt. 27.

Iosue. 6. *Sexta Iudęorũ festiuitas.*

Quomodo de Senophegiæ festo amplius lætari illis ius, & occasio erit, qui ita sunt Senophegiæ obliti (idest festiuitatis illius, quam in memoriã tabernaculorum faciebant) quibus illos Dominus per tot annorum curriculum ab aeris, æstusque inclementijs humanissime protexit, eos interim simul & nos omnes docens non habere hic permanentem ciuitatem, sed esse

aliam longe meliorem futurã sedulitus inquirẽdam omnes in hac vita inquilinos esse viatores, & aduenas, Ita, inquam, sunt Senophegiæ obliti, & terrenis substantijs, ita tenaciter adhæserunt, vt ad regnum, & facultates stabiliẽdas, & perpetuandas regem suum legitimum occidere destinarent dicentes. *Hic est heres venite occidamus eum, & habebimus partem eius.* Nam de Christo, & de eius occisoribus locum intellexerunt Patres, & præsertim Augustin. in Psalm. 115. ad quod in debite possidendum, Romanorum animos sibi maxime cõsiliare studẽtes, dicebant. *Si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem.* Vnde diuinitus factum est, vt qui Romanorum præsidio regnũ perpetuare contendunt, ab ijsdẽ fuerint regno pulsi, patriaque orbati, opibus destituti, & á Sancta ciuitate, quã dominici cruoris effusione poluerãt eiecti; templo, & altari priuati: de quibus bene dictum est, quod inciderint in foueam, quam fecerant; & quod eorum laqueus inciderit in ipsos; nam vt ait Theophylatus ad cap. 15. Marci. *Tradiderunt Iudæi Romanis Dominum, traditi sunt & ipsi à Domino vicissim Romanorum manibus, vt impleretur scriptura, quæ dicit Abdiæ capite primo, sicut fecisti, ita erit retributio tua:* (Armarão os Iudæos trãpa & cairão nella.) Quod nõ solum Iudæis, verum & omnibus improbis sæpe contingere docet Pater Basilius Magnus homil. 22. ex varijs, quæ habentur tom. 1. suorum operum, vbi sic ait. *Laqueo quem diabolus Domino struxit, ipse captus est, inquabeo crucifixus est, quem se crucifixurum, & mortuus ab eo, quem morte se extincturum speraret: si vero princeps iste mundi, primus, maximus, & inuisibilis mundanæ sapientiæ sophista suis ipsius commentis capitur, & in extremam reuoluitur insipientiam: multo magis illius discipuli, & emulatores, etiã si innumera commententur, vbi se sapientes esse dicunt stulti facti sunt:* quod videre est in Iudæis, qui omnes cõsilium cõtra Deum sibi ipsis exitiosum commentati sunt dicentes. *Si dimittimus eum sic omnes credẽt in illum, & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem;* quasi gentem, ac locum suum seruaturi, suo ipsorum consilio vtrumque perdiderunt, & ex torres facti, & ab institutis suis, & cultu abalienati.

In eandem certè sententiã

pulchri-

Marginalia: Matth. 21 — August. — Ioan. 11. — *Iisdẽ medijs, quib⁹ Iudæi Regnum suũ perpetuare moliũtur illud euertunt.* — Psal. 7. — Psal. 34. — Theoph. — Abdiæ. 1 — D. Basil. — *Capt... Diaboli laqueo, quo Christum capere intendebat.* — *Diaboli sectaces suismet commentis capiuntur.* — Ioann. 11 — *Suismet machinamẽtis obruuntur Iudæi.*

pulchre adduci posſũt ea quæ in expoſitione eiuſdem loci Ioannis, ſic habet noſter Rupert. *Illi vnam contritionẽ dũ fugiunt, ſcilicet, illam ne forte veniant Romani, & tollant gentem noſtram, & locum: duplicem contritionem incurrunt, videlicet, vt & Romani venientes tollant eorum locum, & gentem, & maligni ſpiritus aduolantes tollant animas, & corpara quoq; in gehennam ſemper vrentem.*

Rupert.

Dum Iudæi Romanorũ ſubiectionem declinare mortẽ Chriſti intendũt, & in illorum, & in diaboli tyranidem incurrũt.

Sed vt ad principale intẽtum redeamus, eundem Patrem Rupertum in expoſitione capitis 18. Ioannis iuuabit audire, ibi namque circa Iudæorum ſiniſtrum euentum, & á templo eiectionem, eorumque ad ſolemnia peragẽda inhabilem cõditionem, & ſtatum elegantem valde diſcurſum, ſiue dialogum verbis ab Eſaia mutuatis componit, vbi eoſdem á tanta clade perterritos, ſicque affantes inducit. *Vbi eſt qui eduxit nos de mari cum Paſtoribus gregis noſtri? vbi eſt qui poſuit in medio noſtri Spiritũ Sãctũ ſuũ? qui eduxit nos ad dexteram Moiſi brachio maieſtatis ſuæ? qui ſcidit aquas ante nos, vt faceret ſibi nomen ſempiternum? Ciuitas ſancta tua facta eſt deſolata ſion; deſerta facta eſt Hieruſalem: deſolata domus ſanctificationis noſtræ; & gloriæ noſtræ, vbi laudauerunt te patres noſtri, nunquid ſuper his continebis te Domine?* Tunc ait Rupertus. *Cum lictores iſti* (eſtes beliguins) *qui ſalutem & miſericordiã ligauerunt, cum iſti fortes phrenetici, qui medicũ ſic arctauerunt, ſic vlulant, quod hoſtes ſibi locum, & gentem tulerint, bene reſponſum eſt à Chriſto vtrumque maieſtatis ſuæ brachium eſſe ligatum, & idcirco nullum præbiturum auxiliũ, manuſq; ſuas iam extendiſſe ad populum non credentem, & contradicentem.* Hæc Rupertus noſter.

Rupert.

Eſaiæ. 63

Miſerabilis Iudæorum inclamatio.

Chriſti ad Iudæorũ inclamationẽ reſponſio.

In hunc etiam ſenſum mira quidẽ ſunt illa, quæ in expoſitione cap. 3. Eſajæ habet Magnus Baſilius ad illa verba. *Væ animæ eorum, qui inierunt conſilium contra ſe dicentes alligemus iuſtum &c.* Vbi Sanctus Pater optime probat Iudæos in ſe ipſos ſententiã tuliſſe, in propriamque perniciem Chriſti brachia alligaſſe: ſic igitur ait. *Conſilia aduerſus iuſtos inita in capita malignẽ conſultantium retorquentur:* (Caie commummente em a trampa quẽ a armà, & a malicia ſempre paga a ſeu dono) *Quem admodum & tela, quæ ſi inciderint in corpus ſolidum, nec cedens, ſed repercuſsiuum in ſuos iaculatores reſiliunt, & quidem*

D. Baſil.

Iudæi in propriam perniciem Chriſti Brachia alligarũt.

Iudæi adueniente Domino hæc faciebant, eum enim loris astrictum deducunt, ad Caipham: ligabant illi manus, per quas tot, tantisq; cumulati fuerant beneficijs. Ex quibus, & ex reliquis quæ á nobis annotata sunt, iam patet Iudæos ob homicidium, quod in Christũ omnis festiuitatis auctorem malitiose perpetrarunt omne festiuum ius in perpetuum amisisse; vno enim Christo seruatore ablato, omne prorsus festiuandi tollitur fundamentũ, cum sit ipse omnium festorũ auctor, & causa. Vnde bene ait S. Pater Chrisost. Homil. 3. de Anna. to. 5. suorũ operum. *Quoties Christus interest in medio cœtus, quod amplius quæritis festi argumentum?*

Christus Dominus omnium festiuitatum causa & auctor

Chrisost.

Audite auté Hieronymũ ex illis Oseæ verbis in cap. 3. *Dies multos sedebunt filij Israel sine Rege, & sine Principe &c.* vtrumque inferentem: nempe Iudæos festinandi ius amisisse, illudque Ecclesiam hæreditasse. *Modo* (inquit ille) *sedent Iudæi perdito loco absq; omnibus istis, sed nos habemus Christum Sacerdotem, & corpus eius, & sanguinem, & vestem innocentem, & Theraphim, & memoriam Domini expressam in cordibus nostris.*

Oseæ. 3.

ANNOTATIO DVODECIMA.

Circa illud verbum contextus.

FESTVM.

De eadem Iudæorum pollutione ad legalia festa exercenda.

HANC Iudæorũ ad festa legalia nõ amplius exercẽda pollutionẽ abvno, eodemque fundamento profluxisse docẽt Patres; ab effusione nempe Christiadi sanguinis, & ab imprecatione illa iniustissima, qua eundem sanguinem pretiosum super se venire postularunt, dicẽtes: *sanguis eius super nos, & super filios nostros. Adhæret*, inquit noster Sãctus Beda, ad ca. 15. Marci, *Iudæis vsq; hodie petitio sua, quam tanto labore impetrarunt, data enim optione sibi pro IESV latronem, pro Saluatore interfectorem elegerunt, & latrocinijs, & seditionibus in tantum se subdiderunt, vt regnum, & patriam perderent, & libertatem corporis, & animæ nunquam reciperent.* Hæc noster

Fundamentum à quo profluxit Iudæorũ pollutio.

Matth. 27

Beda.

Iudæi corporis & animæ libertatem amiserũt.

Chrisost.

Beda. Idéq; argumentū prosequitur S. Pater Chrisost. varijs in locis, præsertim tamen sermone secūdo, & tertio de passione, vbi sic ait. *Magna quidem vis criminis, quæ nec prolixitate temporis aboletur, nec sæculorum obliuione repelitur &c.* Ex quibus iam. Iudæorum detestanda indoles, nefariaque, & crudelissima præcordia dignoscuntur, quibus satis non fuit se ipsos innocentis agni sanguine polluere; verum, & venturæ progeniei stirpem eodem scelere maculare, pollutionemque suam tanquam ius hæreditarium in infaustam posteritatem transmittere. *En* (inquit Chrisostomus, sermone secūdo de passione) *quæ bona ad hæredes tuos quondam sacrilego testamento transmittis ò Iudæa* (negros doilos lhe deixaste por herança) *macula sanguinis innoscentis te perfudis, & posteros perimis, pertinaciter quidem in mortem nostri redemptoris insistis, sed crudeliter tuos natos mucrone impietatis extinguis: quare cui iam non poteris videri non noxia, quæ erga filios tuos stetisti pertinax homicida?*

Iudæorū facinus temporū discursu non aboletur.

Iudæorū crudelissima præcordia.

Chrisost.

Synagoga filiorū pertinax homicida.

Rupert.

Eleganter quidem noster Rupertus ad cap. octauū Ioānis, eos viros semetipsos interficientes appellauit, & hāc appellationem ex Christi iniustissima interfectione consecutos fuisse docet, dum ait: *Vos ô Iudæi interfecto Christo vos ipsos interfecistis tanto furore, tanta rabie, vt miretur orbis, & vestri quoque condoleant inimici: legant qui volunt vestrum sub Tito, & Vespasiano excidium, & videant vos vnicam gentem homicidarum semetipsos interficientium.*

Sola gens Iudaica sui ipsius homicida.

Vnde iā clare patet quod cum Christi sanguine se contaminare ausi sunt, omni prorsus honore, lætitia, festiualique iure se ipsos, suosque priuauerint: & quod amplius ad solemnia exercenda idonei non permanserint. *Perierunt*, inquit Origenes; *omnes festiuitates Iudæorum, & dies solemnes eorum, quoniam in loco sancto, & in die festiuitatis Dominum nostrum IESVM Christum occiderunt &c.*

Origen.

Cur Iudæorū festa perierunt.

Et bene quidem ab hoc fundamento hoc illis malum eueniſſe docent Sancti Patres. Nam si quia Caim festiuam oblationem fratris sanguine maculauit omnem penitus festiuandi causam amisit, & profugus, vagusque super terræ faciem insedens, perpetuoque mortis metu commitatus vitam deguit: Nā vt ait Chrisost. *Nudatus*

Causa timoris, & tremoris Caim.

Chrisost. hom. 19.

est præsidio Dei propter admirabile, & perniciosum facinus, quãto maiori cum ratione, omni prorsus lætitiã, & festiuitate illi orbari debuerũt, qui totius lætitiæ auctoris mortem per inuidiã consummarunt? Non certe violentæ, & polutæ fraterno sanguine manus ad sacrificãdũ aptæ sunt; vnde turpiter ad festa exercẽda Iudæi polluti sunt, eruntque semper quia illotis manibus sãcta tractare ausi sunt, vt explicans eandẽ eorũ imprecationẽ, de qua superius actum est sic ait Orig. ad cap. 7. Matth. *Pilatus quidem se lauit, Iudæi autem, non solum se mundare noluerũt à sanguine Christi, sed etiã eum super se susceperunt: propter quod non solum rei facti sunt in sanguine prophetarũ, sed implẽtes mensurã Patrũ suorũ facti sunt rei in sanguine Christi, vt audiãt Deũ sibi dicentẽ. Cũ expanderitis manus vestras ad me, auertã oculos meos à vobis, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt* (olhos de Deos manço, & pacifico não podem ver mãos cruentas, & ensangoentadas.) Et inde fuit, vt á Dauid; (in quo aliâs sibi optime complacebat) tẽplum ad eius nomen inuocãdum construi non pateretur, vt 1. Paralip. in cap. 22. sacra narrat historia. *Nõ poteris*, inquit, *ædificare demum nomini meo tanto effuso sanguine coram me*: quo Sacræ Scriptura loco indicatã. & quasi præfiguratam fuisse Iudæorũ pollutionem docetur in Glossa ordinaria ad eundem locũ: *Signat* (inquit Glossa) *Iudæos propter carnalem legis obseruantiam, & sanguinolenta opera: nõ posse spirituale ædificiũ Domino præparare: vel quia pollutas manus habebant, sanguine Christi, & prophetarum.*

Manus sanguine pollutę ad sacra tractãda sunt ineptæ.

Origen. *Iudęi in sanguine Christi, et Prophetarum rei facti sunt*

Isaiæ. 1.

1. Paral. cap. 22.

Gloss. ad hunc locum.

Mirabilis certe nobis visa est ratio, potissimumque fundamentum á quo prouenire docet Eusebius Emissenus hanc Iudæorum ad festa celebranda ineptiam: Petitum est enim á lege Leuitici de Muliere filiam pariente sancita, in qua præcipiebatur, vt mulier quæ fæminam peperisset immunda esset duabus hebdomadibus, & sexaginta, & sex diebus maneret in sanguine purificationis suæ, sic igitur sermone de purificatione ait Emissenus. *Toties synagoga fæminam parit, quoties iniquitatem in Deum operatur, pro hac autem filia duabus hebdomadibus est immunda, vna videlicet ante Christi Incarnationem, altera vero post Christi Incarnationem; per has enim duas hebdomadas*

Leuit. [...] *Aliud [...] deorũ ad festa cel[e]brãda p[o]llutionis fundamentum.*

Emissen. *Synagoga fæminam peperit.*

Synagoga per omne tēpus immunda vsque dum iniquitatē in Deū concipere, & parere desinat.

domadas totum & hoc, & illud tempus significatur; nisi igitur hanc iniquam filiam parere desistat & ad Christi fidem se totam conuertat, nunquam mundabitur synagoga.

Si igitur synagoga mater vestra ó Iudæi immunda est, vosque immundæ matris filij estis, quomodo festa legalia exercere cōtenditis? si impolutum Ecclesiæ templum ad Dei festa peragenda ingredi vultis, iniquā vnusquisque filiam incredulitatem. S. parere, & procreare disistat, & tunc ad Dominicum Pascha, ad reliquasque solemnitates vestras, non iam secundum legis vmbram, sed spiritualiter celebrandas accedat.

Quid Iudæis faciēdū vt ad festa celebrāda iterum apti sint.

Iudæi in sua contumacia permanentes, adhuc Christi sāguinem effundere, exoptant

Sed heu dolor! adhuc in vestra pertinacia permanetis, ad huc sanguinem Christi effundere auidissimè desideratis, adhuc recentem in manibus, & mucronibus vestris eundē sanguinem obseruatis. Vt in dialogo inter synagogam matrem vestram, & Ecclesiam Sāctus pater Augustinus annotauit dicens. *Gladius tuus per apicem mucronis madido ad huc cruore distillat.*

August.

A

B

C

D

ANNOTATIO

DECIMA TERTIA.

Circa illud verbum contextus.

FESTVM.

De contumacia, siue insania, qua Iudæi in suis legalibus festiuitatibus adhuc celebrandis nimis proteruiēdo insistunt, cū ab illis fuerint optimo iure prohibiti.

QVANQVAM de miseranda Iudæorum cæcitate, de eorūque infortunijs, & de festorum ablationis supplicio præteritis annotationibus á nobis satis, superque dictum sit, de eorum tamen cæca dementia, denētique pertinacia in sabbathismo, reliquisq; festiuitatibus, ipsis tanto iure prohibitis, iterum obseruādis, amplius sermonem facere non grauabimur, neque pios lectores grauandos esse putamus, quia vt docte Pater Ioannes Chrisostom. orat. quarta aduersus eosdem Iudæos annotauit. *Qui non satiatur amore erga Iesum,*

Chrisost

videtis dementiam? videtis insaniam? quando præceptis hostium cogebãtur nec psalmum dicere ausi sunt, in terra aliena: & nunc, nullo cogente, suo arbitrio, & propria volũtate contra Deũ præparant bellum.

Demonstratur quomodo Iudęi legẽ frangant, quã custodire, exoptant.

Cõtra hanc igitur Iudæorũ dementiã liceat nobis paulisper argumentando insurgere, & quã turpiter veterem legẽ, quã venerãtur, frangãt, ex veteri, nouoq; testamento demonstrare: ad cuius argumentationis fundamentũ, illud vt manifestũ supponimus quod ex multis exodi, Leuiticiq; locis patet; nẽpe illa omnia, quæ in veteri lege, siue de agni immolatione, siue de reliquorum festiuitatum solẽnijs, siue de pollutionis mundítia præcipiebantur, intra tẽplum hierosolimitanũ, & intra Sanctæ ciuitatis menia, ita strictè exerceri mãdari, vt extra templum, & ciuitatem fieri apertissima esset legis confractio. Si igitur lex extra tẽplũ hæc omnia exercere strictè prohibebat, & extra sanctam ciuitatẽ, iam ergo omnes, qui post templi euersionem, á ciuitate eiecti Pascha immolare curatis, ò Iudæi, legem quam obseruare cõtenditis male obseruando violatis: quam etiam argumentan-

Legalia extra Hierosolimã ciuitatem exercere manifesta erat legis transgressio.

A di formam ad cæcos Isacides conuincendos seruat Pater Ioannes Chrisostom. oratione quarta aduersus eosdem, quæ habetur tomo quinto suorum operum dicens. *Omnia sunt abrogata, cum non sit templum, & si quid videatur fieri extra templum, facinus est, aduersus legem commissum &c.*

Chrisost.

Aliquid legale extra tẽplũ exercere facinus erat aduersus legem commissum.

B Vt igitur in vos ó Iudæi nostra inuehatur oratio, ratio ipsa veritasque compellit, qui nimis cæciter agitis, dum cõtra legis præcepta; legem obseruare conamini; de quibus quæsumus, nisi de vobis ipsis conqueri iure potestis? Nonne dum spiritale templum, C idest, Christi corpus destruere contenditis, ipsi vos, á vobis ipsis, legalia festa abdicatis? Nonne dum extra ciuitatem, crucem ad verum agnũ immolandum erexistis, ipsi vos proprio altari priuastis? legalemque agnum extra templum, in perpetuum emandastis? nonne hanc á vestro D templo, & altari amotionem perpetuam vobis vestræ gentis propheta antiquitus figurauit, dum altare holocausti, in quo victimarum sanguis fundaretur, non intra tabernaculũ, sed extra, & ad hostiũ posuit? Sic enim Roiardus auctor antiquus & grauis

Iudęi se ipsos tẽplo, & altari priuarũt, & quãdo.

Exod. 27.

Roiard°.

hanc vestram figuram exposuit hom. in cap. 21. Matthæi, exponés parabolā de vinea, vbi sic habet. *Hoc iussit Moises, mystice docens, quia & dominicæ crucis altare extra Hierosolimam portam ponendū erat, & ipsa vera patris hostia Christus, à domo Iudæorum, non intimo corde, recipiendus, sed foris esset, suo cruore tingendus.*

Christi opera, iudaicos ritus auferēdos esse indicabant.

Non ne omnia quæ verus magister Christus ante vestros oculos operabatur, hanc á vobis festorum, rituumque vestrorum ablationem apertissime demonstrabant? Nam quid aliud vobis ante oculos proposuit Christus Ioannis 6. dum á vestri generis puero, panes, quos sibi soli retinebat, nec tamen edebat abstulit, populisque diuidendo, distribuit, nisi vestrā tenacitaté, qua legé, & sacrificia tenaciter possidentes iisdé, nec vtebamini, nec alijs vtenda impertiri consueuistis? De vobis enim locum istum intelligit Pater Rupertus dicēs.

Rupert.

Acrius, quam apostoli redargutus est ille nullius fidei puer, idest, Iudaicus populus, sensu paruulus, & malitia nimium vetus, vt ad emulationem duceretur in non puerum, in puerum incipientem, dū vidit panes diuinæ Scripturæ, quos volebat solus portare, nec

A

tamen curabat manducare, sibi ablatos, & toti mundo communicatos iusta quod Dominus noster alibi dixit: Amen dico vobis auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.

B

Quid aliud vobis Dominus ante oculos proposuit, nisi hanc desertionem quam nūc patimini, dum vt refert Ioannes cap. 11. apud vos noluit ambulare, sed abijt in regionem iuxta Iordanem in ciuitaté, quæ dicitur Efren. Ita namque hoc Christi factum, idem Rupertus noster exponens, ait. *Hoc facto mistice datur intelligi, quod Iudæis iam debeat Dominus sua, deserta relinquere abeundo namq; in regionem iuxta desertum, & ibi morando, cum discipulis suis, per desertum innuit desertionem Iudæorum: per ipsam regionem, quæ est iuxta desertum, electam habitationem gentium, apud quas mansurus erat in ciuitate Efren, idest, Ecclesia faciente fructum multiplicem, Efren quippe interpretatur frugifer siue crecens.*

Ioan. 11.

Rupert.

C

Moraliter Christi factum Ioann. 11.

D

Efren interpretatur frugifer.

Nonne verum agnum, & verū Pascha, veramque immolationis hostiam Christū á vobis per vos ipsos abdicādam, verus magister edocuit, dum Matth. 21. parabolā de hærede, extra vineā occisum

Math. 21.

appofuit

appoſuit dicens. *Et apprehenſum eum eiecerūt extra vineam, & occiderunt*, Vobis tunc nihil contradicentibus, immo in vos ipſos iuſtam ſententiam promulgantibus, quam nunc patimini dicentes. *Malos male perdet; & vineam ſuam locabit, alijs agricolis.* De vobis enim ita prophetantibus locū iſtum, & parabolam intellexit Origines dicens. *Sicut Caipha, ita & iſti prophetarunt contra ſe quoniam tollenda erant ab eis eloquia Dei, & gentibus danda fructum reddituris tempore ſuo.* Quam quidē veram iuſtamque ſententiam non veſtri animi rectitudine prolatam fuiſſe bene aduertit Pater Chriſoſt. ad hunc locum, ſed ipſa vobis veritatis euidētia vim quodammodo inferēndo: ait enim. *Quod Iudæi verum responderunt dicentes. Malos male perdet, & vineam ſuam locabit alijs agricolis non illorum qui iuſte iudicarunt, ſed ipſius cauſa fuit: veritas enim illis violentiam fecit.*

Iudæi cōtra ſemet ipſos ſententiam tulerunt, & quādo

Origin. ad hunc Ioānis locum.

Chriſoſt ſup. eundem locū Matt.

Veritas Iudæos cōpulit, vt contra ſe ipſos, ſententia tulerint.

De eadem etiam legis, legaliumque ſacrificiorum terminatione idem Chriſti aſſertum exponit Gloſſa ordinaria dicens. *Vinea Domini Sabaot, domus Iſrael eſt, de qua ſemper bibit, quia non defuerunt aliqui, quorum pietate delectaretur: ſed paſſo Domino, tempus erat, vt illa legalis obſeruantia ceſſaret, & in ſpiritum tranſiret.* Hæc in Gloſſa, quibus addēda ſunt illa, quæ in eodem loco habet Interlinialis dicens. *Legis vetuſtatē bibit Chriſtus, quandiu ei placuit.* Si igitur nō amplius illi placuit ex amaritudine veſtrorum legaliū bibere, quid inuito Deo illi legalia offertis? quid vſque ad huc acetum illi ad bibendum propinatis? audite quæſumus, audite illum dicentem. *Non bibam amodo de hoc genimine vitis*; ideſt. Non delectabor cæremonijs huius populi, vt libro de corpore, & ſanguine Paſchaſius noſter exponit.

Gloſſa.

Interl.

Nonne hanc rituum veſtrorum ablationē, omnia quæ ante oculos veſtros agebantur manifeſte monſtrabant? Nonne Chriſtus Dominus, eiuſque diſcipuli, eandem rituum veſtrorum ablationem corā vobis, & in media ciuitate proxime futuram, coram vobis, nihil contradicentibus inuerunt? quid aliud enim ſignificare voluerunt; dum ad nouum Paſcha cum magiſtro celebrandum; vbi lagenā aquæ inueniūt, ibi parare inſtituant, niſi quod iam tempus aduētaſſet, in quo veteris agni

cruorem

cruorem lauare oportebat; & ad nouum pascha trāsire. Ita locum istum, discipulorūque factum noster venerabilis Beda ad cap. Marci 14. exposuit dicens. *Parabant Pascha discipuli vbi aquæ infertur lagena, vt adesse tempus insinuent, quo cultoribus veteris Paschæ typicus de limine, ac posteribus cruor auferatur, & ad tollenda mundi crimina viuifici fontis baptisma consecretur.* Hæc venerabilis Beda.

Beda.

Quid aquæ lagena significet, quam asportabat pater familias.

Deinde nōne sanctissimus ipse quem occidistis propheta, in media ciuitate, & incōcursu festiuo in vestram synagogam, in vestraque sacrificia sententiā tulit dicens: *Nō bibam a modo de hoc genimine vitis, vsq; dū illud bibam nouū vobiscum in regno patris mei.* Per illam namque vitem synagogā intellexerunt Patres, & præcipuè S. Hieron. & idē, quem superius retulimus venerabilis Beda, ad cap. Matth. 26. & Marci 14. cuius sūt verba sequentia. *Vitis vel vinea Domini synagoga est, de qua Dominus multo tēpore bibit: quāuis multis racemis in amaritudinem conuersis; pijs tamen quorundam cogitationibus, summisq; virtutibus delectabatur, sed post passionem Domini figurantia in spiritualem sensum conuersa sunt: dum igitur vadens ad passionē ait. Non bibam amplius de hoc genimine vitis; hoc est, non multis carnalibus cæremonijs synagogæ delectabor, aderit tempus cū in regno Dei positus, immortali gloria sublimatus, de salute populi, baptismo regenerati, nouo vobiscum gaudio perfundar, &c.*

Mat. 26.

Hieron.

Beda.

Vitis de qua Dominus se amplius non bibiturum pollicetur, synagoga est.

Deinde nonne ó Iudæi apud vestros oculos huius legalium sacrificiorū, altarisque ablationis sena mystice fuit repræsentata, dum Christi Crux ad illius humeris, qui vestræ gentis, & legis erat tēporaliter natus, ad gentilem Syræneum transmittitur? Sic enim eandem cænam exponens, ait S. Leo Papa serm. 8. de passione. *Euntibus cum Iesu turbis, ad locum pænæ, Simon quidam Syræneus inuentus est, in quem lignum Crucis transferatur, a Domino, vt etiam tali facto, præsignaretur gentium fides; quibus Crux Christi non confusio erat futura, sed gloria: non ergo furtuitum, sed figuratum, & mysticum fuit, vt iudæis in Christum sæuientibus ad compatiendum ei, peregrinus occurrerit, dicente Apostolo. Si compatimur, & conglorificabimur, vt sacrosantissimo Saluatoris opprobrio; non Hebræus quidam, aut Israelita, sed alienigena subderetur,*

Leo Pap

Quid Christi Crucis ab eiushumeris, ad Syrenæum translatio mixticé significauerit.

deretur, per hanc enim translationem, à circuncisione, ad præputium, à filijs carnalibus, ad filios spirituales, immaculati agni propitiatio, & omnium sacramentorum plenitudo transiuit.

A

Nonne ó Iudæi gentiũ populi, & noua mater Ecclesiã vobis videntibus, & consentientibus noui altaris, nouæq; oblationis possessionem accepit in Caluario monte, dũ extra ciuitatem, extra templum, & extra vestrum altare nouus agnus occiditur, & Christi Crux in altare conuertitur? Ita namque ibidem ait, idem S. Leo Papa. *Dum Pascha nostrum immolatus est Christus nouum se, & verum sacrificium reconsiliationis offert patri, nõ in templo Iudaico cuius iam erat reuerentia abrogata neq; intra septa ciuitatis ob meritum sui sceleris diluendæ, sed foris, & extra castra crucifixus est, vt veteri victimarum cessante mysterio, noua hostia, nouo imponeretur altari, & Crux Christi non templi esset ara, sed mundi.*

In Caluario accepit Ecclesia noui sacrificij, & sacramẽtorũ possessionem.

Leo Papa

Crux Christi totius mũdi Ara.

Si igitur ò Iudæi hæc omnia proprijs oculis aspexistis, & manus vestræ contractaue runt, quid amplius vero agno semel occiso, & immolato legales hædos ad immolãdum paratis? & destructo semel altari, vbi victima sacrificare intenditis? Si tẽplũ proprijs manib⁹ diruistis, vbi neomeniã? vbi Senophegiam? vbi reliqua festa legalia celebrare paratis? Si sabbatha vestra Deo odibilia reddidistis, quid amplius sabbathismo implicamini? transferte, transferte, quæsumus, iã vestros ritus in pietatis obsequia, & demisso veteri sabbathismo, nobiscum Dominicam diẽ Christi seruatoris resurrectione dicatam totis animis venerate. Alioquin tanquam amentes, & fatui ab omnibus irridemini; nam quid de vobis dici potest dum tempore lucis, & gratiæ de vitulis, reliquisque adumbratis sacrificijs imo sacrificiorum vmbris agere cõtenditis, nisi quod inter somniandum loquamini?

B

C

Qui tempore legis gratiæ, de veteris legis caremonijs agunt, inter somniandum loquũtur.

Immo hoc optime in vos quadrat ó Iudæi in vestramque matrem Synagogam dũ enim ante diem permansit, vt iã annotatũ est, quia illi occubuit Sol in meridie, Christi sanguine inuoluta sopiuit, & simul cum filijs ad legalium figurarum vmbram proiecta quieuit, vsque dum in vltimo iudicij die ad horrisonum tubæ sonum spergefacta resurgat. Dum igitur tempore gratiæ de vitulis, & de sabbathis-

D

Synagoga Christi sanguine in voluta sopiuit.

mo

Quando é somno excitabitur.

mo agit, tanquam quæ inter somniandum loquitur deordinate confabulatur. (*Fala a synagoga desproposítos como quẽ fala por sonhos*) quod quidem vobis contigisse ait Augustinus dum verba illa psalm. 75. exponit. *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis*: sic enim ait. *Amarunt Iudæi præsentia; & dormierũt in ipsis præsentibus, & sic facta sunt illis ipsa præsentia dilitiosa: quomodo qui videt per somnium inuenisse thesauros, qui tandiu diues est, quandiu non euigilat.* Hæc Augustinus.

August.

Somniãt Iudæi, & ideo existimãt inter legalia versari.

Somniatis igitur ó Iudæi, simul cũ synagoga matre sopita, & quandiu de vitulis agitis inter somniãdum loquimini, vbi primum autem fueritis spergefacti tunc omnia vestra legalia, vmbram esse percipietis: sed iam vt á somno excitemini voces nostras audite. Quid quæsumus simul cum matre sopitis? quid matris somniantis verba capescitis? quid turpiter dormientis mandata exequimini? rediculosum certè est illius dormiẽtis complere verba, cuius spergefactæ præcepta transgredi consueuistis.

Iudæorũ in synagogæ præceptis exequẽdis pertinacia; & inscitia.

Videte autẽ ó Iudæi apud S. Patrem Gregorium 4. lib. Moralium cap. 14. Matrẽ vestram synagogam ita turpiter dormientem, vt nec auroram videat; nec solem iam eleuatũ conspiciat; nam de illa sopita, & in vtramque aurẽ dormiẽte accipienda esse docet illa sancti Iob prophetica verba cap. tert. *Expectet lucem, & non videat neque ortus surgentis auroræ. Potuit Sanctus vir* (inquit Gregorius) *gratia prophetici spiritus plenus, Iudææ perfidiam redemptore veniente conspicere, eiusque cæcitatis damna per verba hæc quasi exoptantis qualitate prophetare: Iudæa quippe lucem expectauit, & non vidit; quia humani generis redemptorem venturũ quidem prophetando sustinuit, sed venientem minimè cognouit, & quos ad spem aperuit mentis oculos, ad præsentiam lucis clausit.* Hæc ille.

D. Greg. Magn.

Iob. 3.

Adeo profundũ somniũ synagoga subiit, vt solem exortum, & eleuatum non viderit.

Quando euigilare debuit tũc obdormiuit.

Quid igitur ó Iudæi longa matris vestræ in sponso expectando profuit vigilantia si adueniente sponso tanquam fatua dormitauit? Aut quomodo vos filij fatuæ mulieris, & dormientis dum illius mores immitare contenditis, fatui simul non eritis, & nõ dormitabitis? (*filhos de mãy louca, que muito he que sejão taes como ella: & que sejão dorminhocos filhos de mãy dorminhoca*) dormitatis

Iudæi fatui.

mitatis certe, dormitatis; ideoque Christi lucem non aspicitis: ideo ad sanctæ matris Ecclesiæ nuptias nõ intratis: ad vocem tamen sancti Prophetæ Heliæ aliquando expergefacti surgetis, & faciat Deus, vt tunc saltem ad easdẽ nuptias intrare valeatis. Audite tamen interim eundem, quem superius retulimus patrem, qui sicut matrem vestram dormientẽ monstrauit, ita, & vos somno sopitos, vsque ad extremum iuditium esse perhibet, sic enim scribit. *Reprobi Iudæi hæresum suarum admistione, vsque in mundi finẽ polluuntur, dormiuntq́: & etiam si grauissima sint erroris sui nocte obruti, per Heliam tamẽ sunt in fine mundi ad fidem redemptoris excitandi.*

Greg. in cap. 2. 1. lib. Reg.

Quando sunt Iudæi à somno excitandi. & per quẽ

ANNOTATIO

DECIMA QVARTA.

Circa eadem verba contextus.

FESTVM

Prosequitur idem de Iudæorum pertinacia argumentium.

A NE autẽ amplius proteruiendo, & in sua cæca contumacia permanẽtes dicant Iudæi, omnia loca á nobis adducta ad eandem eorũ contumaciam refrenandam esse noui testamenti cui libenter non assentiunt; audiãt suæ B gentis prophetas, immo audiant ipsum Deum per prophetarum ora loquentem, & sacrificiorum suorum abolitionẽ verbis clarissimis prædicantem. *Non est* (inquit Dominus Malachiæ 1.) *mihi amplius voluntas in vobis, & sa-* C *crificium non accipiam de manibus vestris.* (Não gosto de vos nem me aprazem vossos sacrificios) *quia ab Oriente sole, vsq́; ad Occidentem: nomen meũ clarum est in gentibus, & in omni loco sacrificium offertur nomini meo &c.* Quid autem per Dauidis labia de eadem veterum sacrificiorum termina- D tione, & fine, & de legis gratiæ sacrificijs idem Dominus dicat audite. *Non accipiam de domo tua vitulos: neq́; de gregibus tuis hircos, sacrificium laudis honorificabit me &c. Certe* (inquit August. oratione aduersus eosdem Iudæos, quæ tom. 6. suorum operum continetur

Ex veteris testamenti locis Iudæorum insania cæcitasq́; confutatur.

Malac. 1

Psal. 49.

August.

Veterum sacrificiorum mutatio.

tinetur) *Hic sacrificiorum veterum aperta mutatio est, illa enim se non accepturũ prædicit Deus, cultoribus suis,* tunc ad eosdẽ suam orationem Augustinus conuertens ait. *Quia igitur o Iudæi voce, tantæ rerum euidẽntiæ reclamatis? quid vos amplius nimis impudẽter extollitis, vt grauiori ruina miserabiliter pereatis?*

Iudæorũ imprudẽtia.

Cum certe hanc Iudæorũ pertinaciã ponderamus, eiusque causam inquirimus, ab affectata eorum cæcitate prouenire pensamus, nolũt enim veræ lucis lumine illustrari, nolunt ad claritatem Euangelici luminis ambulare, sed obscura adhuc legis lucerna dirigi contendunt, ideoque lubricando corruunt, ideo tãquam fatui irridentur, quemadmodum irrideri solẽt ij, qui in media diei luce, ad gradiẽdum lucernis vtuntur. Quod certe non facerent si suæ gẽtis prophetam audire voluissent eos ad veram lucem inuitantem, & sic dicentem; *Et nunc domus Iacob, venite, & ambulemus in lumine Domini.* Quid igitur ò Iudæi, caliginosa potiús legis vmbra, quam veri luminis claritate illuminari stulte contenditis, vt ab omnibus irrideamini? tã enim iocosum est tẽpore lucis gratiæ, veteris legis caliginosa vmbra deduci; quam in meridie lucernas ad gradiendũ aptare. Vnde dum S. Pater Basilius Magnus hãc vestri prophetæ inuitationem exponit, & de lumine Christi intelligit, & vos iure optimo derridens ait. *Venite ambulemus non in prophetico, non in legali, sed in lumine Domini, etenim sunt vsui nobis lucernæ, sed ante solis exortum: quod si rediculosus, scurra, ac delirus sentitur, qui lucernam, sibi præfert, splendecente sole, tanto magis habendus pro rediculo est, qui prædicato Euangelio pertinacius acquiescit legali vmbræ* Hæc Basilius. Ex quibus iam fit vt tãquam fatui ó Iudæi ab omnibus irrideamini siquidem legis vmbris pertinaciter ad hærentes vere lucis clariratem despicitis; quæ quidem irrisio, quam nunc patimini vobis fuit multo ante per Prophetã annunciata, & ob scelera vestra vobis á Deo iniuncta Ezechielis 22. vbi sic vobis Deus comminatus est. *In sanguine tuo qui à te effusus est diliquisti, & in idolis tuis, quæ fecisti, polluta est, & appropinquare fecisti dies tuos, & adduxisti tempus annorum tuorum, propterea dedi te opprobrium gentibus, & irrisionem vniuersis terris, quæ iuxta*

Iudæorũ pertinacia, ab affectata eorum malitia prouenit.

Esaiæ. 2.

Qui tempore legis gratiæ cęremonijs veteris legis deduci congaudẽt ridiculosi in meridie laternis ad gradiendum vtuntur. D. Basil.

Ezech. 22

Iudæi gẽtibus in dirisum facti.

sunt

sunt, & quæ procul à te.

Iudæi amẽtes, & deliri.

Neque solũ contumaces, sed amentes certe, & deliri iudicamini ó iudæi: & ex cõtumacia vestra iá apparet, quã apposité fuerit Aug. locutus dũ vos freneticos in medicũ insaniẽtes appellauit; quẽadmodũ enim qui insanit, sẽper illa versat in mentẽ, furioseq; agere cõtendit, quibus implicabatur dũ insaniuit: vt si verbi gratia miles a mente excidat in bellicis instrumentis ficte parandis cõtinuo occupatur, castra collocat, exercitus componit, munitiones parat, bellica instrumenta simulaté exonerat, ita vt ridiculosum præbeat audiẽtibus spectaculũ: eodẽ prorsus modo si ille qui mercaturæ studet furere contingat, in nauibus onerandis totus est: si insanit philosophus in speculãdis astrorũcur sibus, in planetarũ, signorũq; cõplicationibus noctu, diuq; vaniloque exercetur: ita vt in illa fere in amẽtibus tẽdat phãtasia, quibus operã dabant cũ insanirẽt. Ex quo iã fit, vt cũ hodie Iudæos de vitulorũ, siue agnorum immolatione, de Senophegia, de Neomenia, de Sabbathismo obseruando loqui videamus, postquã á mẽte furiose excesserunt, nõ miremur, sed illos adhuc amẽtes insanos, phreneticosque iudicemus, quibus illud contingit quod reliquis, qui insaniunt, quorũ fanthasia sẽper in illa fertur obiecta, quibus afficiebatur cum insaniuit: de festo Neomeniæ, de Senophegia, de agni immolatione, de Sabbathismo agebãt, cũ in Christũ sæuientes a mente excesserunt, ideo in amẽti furore adhuc permanentes, de his, quibus tunc maxime implicabãtur stulte agunt, eademq; furiose agere contendunt: quos tamen, vt loquitur Paulus, oportet redargui, & ad instar furentium vinculis mancipari, verberibus cædi. An forsitan faciat Deus, vt post tot annorũ curricula reddãtur ad cor, & qui tam vehementer templum ad immolandũ exoptant, in se ipsis templa meliora ad Deo seruiendũ inueniat, sic enim quemquam illorum alloquitur S. Pater Ioãnes Chrysost. orat. 3. aduersus eosdem: *Templum cupis videre ne curras ad synagogam, sed ipse sias templum Dei: vnicum templum diruit Deus Hyerosolimis, & innumerabilia erexit, illo longe venerabiliora, vos* (inquit Paulus) *tẽplum estis Dei viuẽtis: hanc domũ exorna, omnẽ deiice cogitationem malam, vt fias pretiosum templum Christi.*

Margin notes: Augušt. sup. psal. 63. — *Insanientium consuetudo, & mos.* — *Amentiũ phantasia semper eirca illa versatur quibus intendebãt, dũ insanierunt.* — *Iudæi instar amẽtium, se se habent.* — *Iudæi in amẽtia sua vsq; adhuc perseuerãt.* — ad Tit. 1. *Iudæi ad instar furentium vinculis sunt mancipandi.* — Chrisost. — 2. ad Cor. 6.

Quod si tantũ o Iudæi desideriũ vos tenet offerendi Deo sacrificia, & holocaustomata, quomodo id sine crimine, & debite exequi valeatis á patre Gregorio libenter accipite libro 1. Moralium cap. 19. *Holocaustum, inquit, dare est totã mẽtẽ igne compunctionis accendere, vt in ara amoris cor ardeat, & quasi delicta propriæ sobolis inquinamenta cogitationis exurat.* Sed in vos ò cõtumaces Iudæi suã statim cõuertens orationẽ vlterius progrediendo, ait, *sed hæc agere nesciũt nisi hi, qui priusquã cogitationes ad opus prodeãt, inter se suos motus solicite circũspicientes frenant.* Hæc ille.

Gregor.

Quid sit holocaustum facere.

Nescit holocaustũ facere qui suos motus nõ frenat.

Quomodo igitur ó Iudæi, secundum hanc tanti pa ris doctrinam holocausta offerre simulatis, si iniquos, & efrenatos motus vestros non solũ nõ cohibuistis sed opere turpissimo cõsũmastis? consũmastis, inquam, & adhuc quotidie consummare conamini, & tãquã qui verecundiã amisistis repulsa á Deo illata gloriamini (*prezaisuos de vossa propria infamia*) vt in expositione primi capitis primi libri Reg. Idẽ Pater de vobis annotauit dicens. *In tanta dãnationis profundũ Iudæa cecidit, vt inde lætetur, quod æterna Dei animaduersione proijcitur: adhuc quippe pro magno habet quod cõuerti ad fidẽ nõ præualet: quasi ergo magnitudinem cæcitatis eius Propheta admirans, ait. Tanta calligine erroris deprimitur, vt inde bonis insultet, quia ipsa bona fieri vltra nõ potest.* Quod etiam argumentum in expositione morali lib. 9. in cap. 9. Iob iterum prosecutus est idem Pater dicens. *Exigentibus quidem Iudæorum meritis iusta animauersione percussi tanto intelligentiæ errore cæcati sunt, vt quod lucem perderẽt, hoc esse gaudium putarent.*

Iudæi inuerecũdi.

Gregor.

Iudæi de quo erubescere debuerant, gloriãtur.

Gregor.

De propria cæcitate gloriantur

Sed heu ficta pietas? heu falsa fides? heu nimia cæcitas? heu inaudita cordis durities? quid tẽplũ ad immolãdũ fictẽ exoptare simulatis, si proprijs manibus verũ, & spirituale tẽplũ, idest Christi corpus, euertitis, & si tẽpli architectũ ipsi vos á vobis ipsis relegastis? qui certe oppificem relegat; opus spernit: nam vt in expositione cap. 2. Esaiæ ad illa verba. Admirabilẽ cõciliarũ, & sapiẽtẽ architectũ ait Magnus Basilius, hoc certe á vobis perpetratũ est. *Itaq́, inquit, Iudæos qui hunc reiecerũt admirabilẽ cõciliariũ, nempe Deum verbum, distituit etiã admirabilis architectus, idest Spiritus Sanctus, vt iam non habeant à quo in vnam eandemq́ fabricam coaptentur* quiq́

Iudæi verum templũ id est Christi corpus proprijs manib⁹ euerterunt.

Basil.

Diruta, & dissoluta est synagoga quia architectum relegauit.

quiq; in vnam compagem eos connectat: dissoluti enim cum sint, & à se inuicem intercisi, ac dissecti iam non possunt per spiritualem substructionem effici Dei templũ.

ANNOTATIO XV.

Circa illud verbum contextus..

FESTVM.

De eadẽ cæca Iudæorũ pertinacia

NEMINI certe mirum videri debet, adeo esse Iudæos rebelles, & contumaces, cum á matre adeo cõtumaci proueniant; & quæ nunquam ab incepto scelere potuit reuocari: immo ad instar trucis Lupæ, seu crudelissimæ Leænæ prædam ab vngulis non dimisit, vsque dum sanguine satiata sopita fuerit, quẽadmodum enim Læena cũ ab ouili pecoris, agnũ vngulis apprehendẽdo rapit; ad pastorũ clamores nõ aduertit, sed pertinaciter retinẽdo in altũ cõscendit, nec tandẽ dimitit, donec exhausto sãguine, deuoratisq; carnibus satietur, ita, & pertinax crudelisq; synagoga apprehẽso tenerrimo illo, mãsuetissimoq; agno Christo in caluariũque montẽ conscendẽs: nec prophetarũ vocibus, nec elemẽtorũ signis, nec lapidũ scisionibus, potuit auocari, vt ab incepto facinore quieuerit, sed in morte Christi pertinaciter insistens, totum eius sanguinẽ pertinaciter fũdẽs, suã pertinaciã cõsũmauerit. *Nõ fuga dæmonũ*, inquit Ber. ser. 60. in Cãtica, *non obediẽtia elementorũ, non vita mortuorum bestialẽ hanc, & plusquã bestialem pertinaciam ab eis pellere quiuit.* Hæc Ber. qui dũ loco citato de synagogæ pertinacia differit illã fico exiguæ, & quæ in altũ cõsurgere renuit appositissimè assimilat, & quæ quanquã irrigetur, & excollatur, sẽper tamẽ humi reptat, sẽperq; ficos deteriores profert. *Bene*, inquit Ber. *synagoga ficus exigua, quæ bona licet patriarcharũ radice prodierit, nũquã tamẽ in altũ proficere, nũquã respõdere radici proceritate ramorũ, generositate florũ, fæcunditate fructuum* (degeneron a synagoga de ses progenitores) nec solũ à fructifera radice, verũ á cõmuni reliquarũ ficorũ more declinauit, solẽt enim reliquæ fici primó grossos ferre imperfectos, & malos: at postèa perfectos, ac dulces producere, esuiq; proficuos, & suaues: per-

Assimilatur synagoga tenax, & crudelis Leænæ.

Bernard

Iudæorũ pertinacia plusquam bestialis fuit

Synagoga fico exiguæ assimilatur.

D. Ber. cõparatio.

tinax veró ficus ista, quamquã multoties excolatur, quáquã conficiatur senio, deteriores semper grossos gignit, & peiores prioribus. *O qualem cõsummationem*, inquit Bernard. vbi sup. *dedit grossis suis ficus hæc maledicta, & subinde æternæ ariditati dãnata! O quã sunt nouissimi peiores prioribus! incipiens ab inutilibus, ad perniciosos peruenit, & venenatos.* Hæc Bernardus. Quid igitur mirum est, si in sua adhuc cõtumacia, & perfidia Iudæi permaneãt; qui perfidiam, & pertinaciam cum lacte suxerunt? quid mirum si maternis moribus adhæserunt? quid mirum si deteriores semper fiunt, & qui denuo exurgunt in contumacia sua tenacius perseuerant, quã qui antiquitus pertinaces extiterunt?

Bernar.

Deteriores semper synagoga protulit fructus.

Iudęi perfidiam ab vberibus matris synagogę cũ lacte suxerunt.

Vt autem totam huius annotationis materiã eiusq; cõprobationẽ ab eodẽ D. Ber. loco superius allegato accipiamus: videte in eiusdem patris verbis quã rudes quáque obcæcatos, & grossos Iudæorũ contumacia eorũ reddierit intellectus. *Quid*, inquit Bern. *Non grossum in gente ista? nec intellectus, sed nec ritus quidem in colẽdo Deũ habuit. Nam actus in bellis, affectus in lucris totus est, intellectus in crassitudine literæ,*

Bern. ibi.

Iudęorũ intellect° grossus itẽ & actus, operatioñesq́; Iudæi sem per lucro dediti.

A *cultus tandem in sanguine pecudum, & armentorum.* Hæc Ber. Adeo tamen in his sanguinolentis pecudũ, armẽtorũq; sacrificijs, & ritibus exercendis pertinaciter insistunt, vt ab illorum exercitio nullis sanctissimæ matris Ecclesiæ admonitionibus valeant aduocari:

Iudæorũ cultus sa[n]guinolẽt°

Iudæi sa[n]ctissimæ matris Ecclesiæ vocibus à vi[ti]tulorum sacrificij[s] non aua[ocan]tur.

B sed ipsis brutis quæ immolãt brutaliores effecti adhuc vitulos mactant, adhuc legalibus cæremonijs turpiter, & perniciosè implicantur: adhuc á veri agni, quẽ immolarunt, cognitione, intellectũ abstrahere nitũtur ita vt inter eos, & boues, quos immolãt nulla circa veri Dei cognitionem distin-

Iudæi bru[t]is ipsis brutaliores.

C ctio reperiatur. *O grossum*, inquit Bern. *intellectum, & certe bouinũ, qui Deum nõ intellexit, nec in operibus Dei meditatus est nimiũ me forte quæratur* (inquit idẽ pater ibidẽ) *in sui sugillatione Iudæus, qui intellectum illius dico bouinum? sed legat in Esaia cap. 1. & plusquam bouinũ audiet*

Bern. ibi

Iudæorũ intellect° plusquam bouinus.

D Cognouit, inquit, *bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, & Israel me non cognouit, & populus meus non intellexit.* Et tandem concludens ait Bern. *vides me Iudæe mitiorẽ tibi propheta tuo, ego te comparaui iumẽtis, ille subijcit.* Hæc õnia Bern.

Esaiæ. 1.

Iã igitur ó cæci nimis, & cõtumaces Iudæi á vestra cõtumacia

Bernar.

macia abstinete: iam á vitulis vestris manus vestras auocate, & veri agni sanguine interiora vestra abluite, eiusque carne sub panis specie contēta replibimini, & vt á tāta cæcitate liberari possitis, pietatis, & misericordiæ collirijs internæ mētis oculos inūgite perfidiæq; velamen amouete.

Quid Iudæis faciēdum, vt á tanta cæcitate liberentur.

A

· Vt tādem Iudæi sacrificiorum suorum literalē vsum iā omnino finitum esse sibi persuadeant, ansiunculā quandā cui adhuc adhærent rescindere necesse est. Aiunt enim ex ipsius Sacræ Scripturæ cōtextu, & ex ipsissimis diuini oraculi verbis comprobari, nunquam esse eorum sacrificia auferenda, sed in æternū permāsura, nēpe ex cap. 28. & 31. Exod. & Leuit. 16. & 17. & 18. & Num. 10. quia in locis istis eorum sacrificia *Legitima sempiterna*, nominantur. Quibus respondendum est tritissimū esse in Scripturis sacris hoc verbum *sempiternum*, aut *in sæculum*, pro spatio diuturno apponi: vt constat ex illo Ecclesiastici loco. *Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis*: idest, in tota vita nō peccabis: & ex Exod. in leg. de perpetua seruitute. *Et erit seruus in sæculum*; idest, per totā eius vitam. Vnde vbi nos legimus. *Legitimū sempiternū erit*, in Hebræo est, *Olam*, quæ vox pro alicuius rei duratione sumitur, vt docte Petrus Galat. aduertit lib. de arcanis catholi. veritat. cap. 5. Vnde tantum valent illæ locutiones quibus Dominus Iudæorum ritus, & sacrificia in perpetuum, & in sempiternum duratura fuisse dicebat, ac si diceret, illa toto veteris legis discursu permāsura, finitaque lege, finitura, quæ quidē lex vetus in nouæ legis natiuitate, & initio veterata est, & finiuit, vt Paul. in eiusdē Iudaicæ legis dogmatibus, vt qui maxime versatus, & eruditus attestatur dicens. *Dicēdo autem nouum* (& loquitur de Christo, & de nouo calicis sacrificio) *veterascit prius, quod autem veterauit, & senescit prope interitum est*, idest, vbi primū nouū testamentū ordinatū est, cæpit vetus desinere, & testatoris mortis cōsumata, omnino finiuit. De quo ait idē Paulus quod *habuerit iustificationes culturæ, & sanctū seculare*: Ex quibus Pauli verbis optime infert Iacobus. faber sacrificiorū veterū terminationem, & exitum dicens, *Recte, dixit Paulus loquens de veteri testamento, habuit, quia desijt, & interijt cæremoniarum cultus, & vetus venerationis modus.*

Rescinditur Iudæorum fundamentū.

B

C

D

Exod. 28. & 31. Leuit. 16 & 17. Num. 10

Ecclesi. 7

Exod. 21.

Petr. Galat. de arcanis. c. 5

Sacrifica veteris legis finita lege finiesunt.

Hebr. 8. *Quando lex vetus finierit.*

Paul. c. 9. eiusdem epist. lib. 14 cōm. in Paul.

ANNOTATIO

DECIMA SEXTA.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM

Inquirũtur, reddũturq́; rationes, & causæ cur Dominus adeo strictè synagogæ interdixerit ne extra Hyerosolomitanam ciuitatẽ extraq́; eius templum legalia festa celebraret: Ecclesiæ autem toto orbe diffusæ templa, & altaria ad immolandum atq́; ad festiuitates exercendas erigere vbique gentium permiserit.

Synagoga semper angustiata, & quasi carcere cõclusa fuit

NON vacat certè mysterio illud, quod ex sacris literis conspicitur, ita nempe astrictam, certisque quibusdam limitibus circumseptam, & quasi carcere inclusam Deum semper synagogam tenuisse, vt á templo, loco, & altare præfinito, eius cultum, vt superius mõstratum est, transire, nec permitteret, nec pateretur. Quod itidem cap. 3. epist. ad Galat. Paulus obseruasse videtur dũ

ad Galat. 3.

A eiusdem synagogæ filios lege cõclusos, & quasi vinculis mãcipatos fuisseait, *Prius* (inquit) *quam veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi*, & vt noster Laudunẽsis annectit. *Quasi in ergastulis seruire coacti*: nouam autem Ecclesiam, adeo vastè dilatari permiserit, vt eisdem B quibus orbis finibus terminetur, nullũque solum sibi alienum reputans, vbique gentium sibi altaria construxerit, & vbique diuina cantica ediderit asserente psalmografo: *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*, Seu vt habet Chaldaica: *In fines orbis* C *terræ extensi sunt effectus eius.* Quod adhuc clarius, & expressius cõcessit, dum Marci 16. ait: *Ite in vniuersum mundum, & prædicate Euangelium omni creaturæ*: idemque ab eadem Ecclesia secundum corporalem præsentiã discedẽs. Iterum permisit, quin & per- D mittendo mandauit dicens, Actuum 1. *Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad extremum terræ.*

Laudun.

Ecclesia toto orbe diffusa, & dilatata est.

Psal. 18.

Caldaic.

Marc. 16

Actor. 1.

Hæc lata nouæ Ecclesiæ propagatio ab Angelo qui per Zachariæ os, cap. 3. prophetabat denũtiata fuit: nam dum ibi sub nomine Hierosolymitanæ

lymitanæ ciuitatis de noua Ecclesia loqueretur, dixit. *Absq; muro habitabitur Hierusalem præ multitudine hominum* &c. quasi diceret, tantam futuram fore Ecclesiæ filiorum multitudinem, vt nullis muris comprehendi aut concludi posse videatur, sed iisdem quibus orbis finibus terminetur: nam de eiusdem Ecclesiæ dilatatione locum istum Zachariæ interpretatur Lyranus dicēs, hoc huius Prophetæ vaticinium impletum fuisse infidelium multiplicatione per orbem vniuersum.

Zach. 3.

Lyranus

Hoc etiam tam de synagogæ ergastulo, & coarctatione, quam de Ecclesiæ dilatatione argumentum in expositione cap. 54. Esayæ latè prosequitur idē Lyranus dicēs. *Locus sacrificij fuit arctior tempore veteris testamenti, quia non erat licitum offerre sacrificium nisi in Hierusalem: neq; in tota ciuitate, sed in monte Syon vbi erat templum: sed tempore noui testamenti dilatatus est locus per orbem vniuersum, vbi à Christianis offertur Eucharistia, quæ est noui testamenti sacrificium.*

Idem in expos. c. 54. Esaiæ

Neque ad hanc latam Ecclesiæ propagationem, dilatationemque inculcandam minus apta sunt illa, quæ ferm. 1. de natiuitate Dominica habet Garricus noster, ibi enim eundem Esayæ locum adducens ait. *O mater incorrupta, ô Virgo fæcunda: dilata locum tentorij tui ab ortu, ad occasum, & à mari, ad mare, quia ad dextrā, & ad leuam penetrabis, & semē tuum gentes hæreditabit.*

Garric°.

Vt igitur primam rationē assignemus ad hominū morem, & consuetudinē aduertere necesse est, qui si mulieres deformes, incomptas, rudes, & stultas habeant illas domi includere consueuerūt, ne illarum causa despiciātur, & vilescāt, qui vero prudētes vxores, speciosas, & bene moratas possident, nihil prohibet quominus vbique apparere permittant, sciētes suā authoritatem, & famam, ipsarum causa minimè periclitari, neque se ob earum mores, & eloquia gentibus esse despectui, immo ipsarū probitatem mansuetudinem, & gratiam ipsos apud omnes commēdabiles reddidisse; nā vt prouerbiorum 12. sapiens ait. *Mulier sapiens corona est viri sui*, & vt cap. 26. Ecclesiastici habetur. *Mulieris bonæ beatus vir*, quæ, vt commentatur Hugo Cardinalis, *illa est, quæ benigna, pia, casta, & modesta vbique reperitur*. Dum igitur

Cōmunis hominum consuetudo, & mos

Prouer. 12. Ecclesi. 26.

Hugo.

Quenam sit mulier bona? 1. ratio ob quā Deus synagogā qua si inclusam sēper tenuerit.

Deus optimus maximus apud omnes mortales innotesci, & commendari auidissimé exoptauerit, id prioris vxoris, ideſt, synagogæ incomptæ, rudis, & exasperatricis ministerio nêutiquám sibi consequendū fore existimauit, immo ob illius rigorem, asperitatem, turpitudinem, & insciitiam aliquid sui decôris (si ita loqui fas est) qnodammodo amittere, si illam in omnium conspectu apparere aut permitteret, aut pateretur, ideoque domi semper inclusam tenuit, ideſt in templo Hierosolomitano, nec illā amplius dilatari passus est. Videte antē qua verborum claritate hanc sapiens veritatem cap. 25. Ecclesiastici nos edocuerit. *Mulier*, inquit, *si primatum habeat contraria est viro suo. (Redundarão em perjuizo da honra do marido as demasiadas licenças concedidas à molher, quando ella não he mui corda, mui prudente, & mui fiel.)* Vt autem ostēdat sapiens nō esse hoc de omnibus intelligendum, discrimen apponit, vt de quibus dicat intelligamus, nempe de fatuis, de debilibus, deincomptis, & rudibus, qualis fuit synagoga. *Cor*, inquit, *humile, & facies tristis plaga mortis, mulier, quæ non beatificat virum suum.* Quem

Eccl. 25.

Quando mulier cō traria est viro suo.

Quanā est mulier, quæ virū suum non beatificat

certe locū, de qua nobis sermo est synagoga mysticé intelligendum docet Rabanus noster. *Misticè*, inquit, *hanc mulierem synagogam possumus accipere, cuius operatio debilis est & gressus instabilis, ideoq́ non beatificàt virum suum priorem, cum quo primo inijt pactum, vt illi obediret, & fidem eius vbiq́ seruaret.*

Rabanus in cap. 25. Eccles. Synagoga debilis, & instabilis

Secus tamen euenturum fore sponsus existimauit, si secundam sponsam, ideſt Ecclesiam humilem mansuetā prudentem, & castam, apud omnes apparere; in omnes mundi partes proficisci, & cum omnibus conuersari consenserit, & destinauerit, ideoq; amplam illi se se dilatandi, & apud omnes mundi nationes apparendi, & colloquendi licentiam tribuit: nam in omnē terram cum maximo spōsi honoris emolumento, & laude eius sonus exiuit, & vsque ad vltimós terræ fines eius verba exierunt; vnde iure optimo dici poteſt de Christo, qui talem habuit spōsam *Mulieris bona beatus vir*, nam per hanc mulierem Ecclesiā Christi sponsam intellexerūt patres, & prçipué Rabanus ad hunc locum dicens *Mulier bona tota electorum Eccesia est, cuius vir beatus describitur,*

1. ratio ob quam Dominus Ecclesiam adeo vasi dilatari permiserit.

Rabanus

Ecclesia mulier bona.

quia

quia Christi, qui eius vir est, beatitas, & celsitudo, illius ministerio in vniuerso mundo prædicatur. De eadem enim Ecclesia locum istum exponit interlinialis, & per illam Christum in mundo beatificatum fuisse docet dũ ibi sic habet. *Electorum Ecclesiæ vir, Christus magnificatus in mundo.*

Glossa interlin. ad hunc locum.

Christus Ecclesiæ vir

Audite iam S. Patrem Ber. serm. 30. in Cantica, mentem hanc, quã superius excitauimus suauiter proferentem do ctissimeque confirmantem: *Ego certe,* inquit, *consilio secretiori puto hoc munus diuinitus pro sua magnitudine seruatũ sponsæ: vt ipsa potius, & non synagoga mitteretur in gentem magnam, cui dicitur: ite in vniuersũ mundum, & prædicate Euangelium omni creaturæ: ipsa,* inquã, *prorsus missa est in gentem magnam, nec in maiorem potuit mitti, quam in vniuersum mundum, & facile vniuersitas cessit portanti pacem, gratiam offerenti: sed non sicut gratia ita, & lex: quam dissimili vultu ad omnem conscientiam se offerunt suauitas huius, & illius austeritas. Quis sane ex æquo respiciat condẽnantẽ, & consolantentẽ? reposcentẽ, & ignoscentẽ? plectẽtẽ, & amplectẽtẽ? Non pari profecto acceptabitur voto vmbra, & lux, ira, & pax, iudicium, & misericordia, figura, & veritas, virga, & hæreditas, frenũ, & osculum. Graues denique Moisei manus, testibus Aarõ, & Hur. Graue legis iugum testibus ipsis apostolis, qui hoc & sibi, & patribus importabile clamitant. Graue iugum, & vile præmium,* inquit Bern. vbi supra: *nam terra est in promissione. Pro huiusmodi ergo non est missa synagoga in gentem magnam. Verum tu mater Ecclesia promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ facile in duplici gratia obtines ab vniuersis te recipi, & propter iugũ suaue, & propter regnum sublime. Ab vniuersitate exciperis dũ sic prouocat quod promittis, vt quod imponis non terreat.*

D. Bern.

Mar. 16.

Maxima inter Ecclesiã, & synagogã dissimilitudo.

Exod. 17.

Iugum legis graue, & eius præmiũ vile

Act. 15.

B

Ratio ob quam Ecclesia ab omnibus recepta fuerit libenter.

C

Hanc etiam speciosam formam, & aptitudinem, quam plusquã synagoga habet Ecclesia, vt apud omnes possit absque sponsi honoris detrimento apparere maxime inculcat Rabanus in expositione cap. 26. Ecclesiast. dum illa verba exponit. *Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata,* sic enim habet, *super gratiã legis, & synagogæ sub ea cõstitutæ, gratia est Euãgelij, & decor Ecclesiæ sanctæ, quæ fidem saluatoris sui castè, & inuiolatè custodit & sapientiam diuinam inhianter discit.*

Rabanus

D

Gratia Euangelij, super gratiam synagogæ, & legis.

ANNO-

ANNOTATIO
DECIMA SEPTIMA.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM

Aßignatur, & redditur ratio secunda, cur Dominus synagogã adeò semper inclusam tenuerit, Ecclesiã verò adeo late propagari permiserit.

AD propositi dubij solutionem reddendam non nos certe latet id quod Sãctus pater Augustin. in quæstionibus lib. 83. quæst. 82. ãnotauit, Deum nempe nimis zelotem á veteribus scripturis inculcari zelotipicique ideomate insigniri, vt præsertim videre est cap. 20. & 24. Exodi, idque ex nimia, vt ita dicamus, prouidẽtia, quã habet circa quos diligit, ne ad alium conuertãtur; sicque ex nimio, quo tenebatur veteris synagogæ zelo prouenire, vt illam extra propriam domum, & patriã, exire non permitteret, ne inde illud sequeretur, vt eo obli-

Augu∫t.

Exod. 21. & 24. *Deus zelotypia laborat, & cur.*

A to, & despecto, alios sibi Deos merecitrãdo cõsiliauerit. *Quia coniugis castitatem*, ait August. vbi supra, *zelando viri custodire consueuerunt, ideo iam Dei prouidentiam, per quam præcipitur, atq; agitur, ne anima corrũpatur, & Deos alienos sequens, quodammodo merecitretur, Zelũ Dei appellauerunt diuinæ Scripturæ*. Hæc August. cui conso-

August.

B nant illa, quæ circa eandem materiam, de qua nobis sermo est, habet Theodor. quæstione 39. in Exodum, dũ caũsam reddit cur Deus se zelotypum appellet. *Sicut enim*, inquit Theodor. *vir ignauam habens vxorem admonere solet illam his verbis: zelotypus sum*

Theodo.

C *videre non possum te cum altero viro loquentẽ: ita dominus Deus volens à cultu dæmonum synagogam abalienare, non tantum se ipsum zelotem appellauit, sed & ignem consumentem.*

Cum, inquam, hoc non lateat, maxime tamẽ vrget dubitandi ratio immo potius

D addito superiori fundamento vehemẽtius exurgit: nam siue zelus, ex amore, siue á suspicione, siue á coniugati viri reputatione procedat, & in hominibus oriatur maiori semper ratione, nouam Ecclesiã, quam veterem synagogam Dominus zelare debuerat; ac

A tribus oritur zelus.

proinde

Amor Dei erga Ecclesiam antecellit amorem eiusdẽ erga synagogam.

proinde astrictius vagandi licentiam concedere: si enim zeli rationem, & fundamentũm, ab amore petamus, quis est qui non videat quantum amor, quo Deus in nouam Ecclesiam æstuauit veteris synagogæ amori antecellat, cũ ad hanc per aliena fuerit ora locutus, cum ista auté proprio verbo effari cõsuescat, vt Paulus expresse testatur dicens.

Hebr. 1.

Olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio: idem nãque est filius, atque patris verbum quo locutus est cum Ecclesia: ad quod fortassis iã quasi illi exprobando alludebat synagoga diens. *Loquere tu nobis, non loquatur nobis Dominus (erão ja isto ciumes da synagoga, & enueja dos mimos da Igreja)* Neque ex hac solum antelatione verum, & ex multis alijs, quæ passim á nobis inculcantur in hoc libro patet longe maiorem esse Dei in Ecclesiam, quam in veterem synagogam dilectionem, & præsertim ex illo loco Pauli ad Ephes. ca. 5. in quo vt viros ad probe, intime, & caste vxores diligẽdas inducat, prouocetq; non synagogæ, sed Ecclesiæ dilectionem in mediũ profert dicens. *Viri diligite vxores, sicut & Christus dilexit Ecclesiam.*

Exod. 20.

ad Eph. 5

Causa intẽsa Christi in Ecclesiam dilectionis morum similitudo.

Neque mirũ est tam intimam fuisse Christi ad Ecclesiam dilectionem, cum præsertim inter eundem spõsũm Christum, & ipsam nouam Ecclesiam illa optimi coniugij conditio mediet, quæ etiã apud ethnicos ad coniugum amorem, pacem, & quietem augendam, & conseruandam requiritur, morum nempe similitudo, & conuenientia, ab hoc enim fundamento testatur Andromacha apud Euripidem in Troade eximiam inter se, & Hectorem maritũ dilectionem profluxisse. *Te vero*, inquit, *o Hector chare? habui virum conuenientem mihi, prudentia, nobilitate, diuitijs, & fortitudine excelentem.* Vnde Caietan. in expositione illorũ verborum Psalmi 44. *audi filia, & vide, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui:* docet maxime conducere ad conciliãdam sponsi dilectionem, eius mores imitari, & emendatis paternis ritibus, in omnibus se se illi accommodare. *Consentaneum*, inquit, *est aduenientem spõsam monere, vt imbuat mores domus mariti, relinquendo mores patriæ suæ, & domus patris sui*: Quodquidẽ Caietani Cõcilium ad amorẽ sponsi conciliandum iam antea

Caietan.

Ad sponsi dilectionẽ cõciliãdã maxime conducit eius mores imitare.

tea

tea Ruth Moabyta commẽdau erat, quæ vt mariti ſocri que dilectionem conſequeretur ad eorum mores ita ſe ac commodauit, vt iam nõ Moabyta, ſed Iſraëlita videretur dicẽs. *Populus tuus, populus meus, & Deus tuus, Deus meus.* Ex quo tantam non ſolum apud illos, ſed etiam apud Deum gratiam adepta eſt, vt multorum prophetarum, & Regũ mater extiterit: quod Hieronymus epiſtola de vera circũciſione quæ habetur 4. to. ſuorum operum teſtatur, dicens: *Hinc eligitur à Domino, hinc vſque adeo benedicitur, vt prophetarum mater vocetur, & Regum* Hæc Hieronymus.

Ruth.16.

Hieron.

Quanta autem inter nouã ſponſam Eccleſiam, eiuſque ſponſum Chriſtum ad amorem conciliandum fuerit morum ſimilitudo, vt vno verbo monſtremus, ipſius ſpõſæ verba referamus Canticorum 6. *Ego*, inquit, *dilecto meo, & dilectus meus mihi* (parece que nacemos hum para o outro) vel quaſi dicat ingenium, & mores mei ingenue cũ moribus dilecti mei congruunt. Ideoque ab eo non poſſum nõ intimo amore proſequi. Quod certe fundamentum à diuino oraculo maxime ad amorem inter coniugatos conciliandũ

Cant.6.

Eccleſia mores, cũ ſui ſponſi Chriſti moribus optime cõueniunt.

A

commendatur Eccleſiaſt. capit.15. vbi ſic effatur. *In tribus beneplacitũ eſt ſpiritui meo, primum vir, & mulier bene cõſentiens &c.*

Eccl. 26

Cum igitur tãta fuerit inter nouam Eccleſiã, & Chriſtum eius ſponſum morum ſimilitudo, cum ipſa vt ipſe mitis ſit, ac humilis, & columbinam ſynceritatẽ imitetur,

In quo Eccleſia Chriſtum ſponſum imitatur.

B

ſecuſque de ſynagoga dicendum ſit, quæ extento ſemper collo ambulauit, neque mitis, ac conſtans fuerit, ſed paſſim cum alienis Dijs mericitraretur, extiteritque filiorum pertinax homicida, non mirum videri debet, nouam Eccleſiã

In quo ſynagoga ſpõſo diſſimilis.

C

longe maiorem ſibi ſponſi dilectionem, quam ſynagogam cõciliaſſe. Ex quo certe maiori debebat zello cuſtodiri ab ipſo ſponſo, quam ſynagoga: ac proinde aſtrictiorem vagandi licentiam obtinere: quod erat propoſitæ obiectionis fundamentum.

D

Quod ſi á ſuſpicione zellum prouenire dicamus, quis eſt, qui non videat lõge maiorem ſuſpicionem oriri poſſe ex virgine pulcherrima varijs, regibuſque paramentis circumveſtita, qualis erat Eccleſia de qua dicitur. *Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato circũamicta varietate*

Secundũ fundamẽtum propter quod Deus Eccleſiam zellari debuerat.

Pſal.44.

quam

quã de vetula fumo, & vitulorũ cruore madefacta, qualis erat synagoga? Si denique ex personę reputatione zelus dimanet, non minus Dei reputationi synagogæ meretricium, quam Ecclesiæ adulteriũ obviari videbatur; immo magis Ecclesiæ, siquidem se cũ synagoga mediantibus prophetis cõiunxit: cum Ecclesia autẽ se in ipsomet filio copulauit, in quo, quãquã sit ab eo diuersa in persona numeritas, nulla tamen est in substantia deitatis diuersitas, aut in vnitatis essẽtia inæqualitas.

3. Eiusdẽ zelli fundamentũ

Vnde iam fit, vt a quolibet horũ zelus oriatur, semper arctiorẽ vagãdi, se seq; dilatãdi facultatem Ecclesiæ, quam synagogæ concedendam esse sentiamus.

Sed cũ eandẽ arctã festiuãdi facultatẽ synagogæ datã, á zelotypo Dei amore prouenire fateri necessario teneamur, latãq; vagãdi licẽtiã, se seq; diffundẽdi occasionem Ecclesiæ cõcessã, ab eodẽ Christi amore dimanare iudicemus: tanti iam discriminis fundamentũ inquiramus: pro quo sciendũ est, probatissimum esse cõtra zelũ anthidotũ, fiduciã viri in vxoris probitate sitã, qualem se de probata sua vxore cõcepisse demõstrat Ouidius, dũ eam

Fiducia in vxoris probitate sita, Zellotypia antidotum

A Cæsaris aulã adire sine supitione exhortatur dicens.

Notãtua est virtus testataq; tẽpus in õne,
Nec tibi, si cupiat, ladere rumor habet.

Quod certe argumẽtũ docte prosequitur D. Hier. dũ verba illa Prouerb. cap. 31. *Confidit in ea cor viri sui:* de Christi fiducia in Ecclesiæ probitate, amore, & constantia sita, ita

Hieron.

B exponit dicens. *Hoc ab humana consuetudine tractum est, sicut enim is, qui fortem, fidelem, & castam habet cõiugem, confidit in ea certissime: quia nil contra suam voluntatẽ agere, nulla adulterina cogitatione possit cõtaminari cũcta pro suo amore, etiã aduersa libẽter tolerat, quoscũq; valet, ad suã amicitiã couertere desiderat:*

Probatissima vxoris partes

C *sic nimirũ Dominus in Ecclesia cõfidit. Nouit enim spiritũ gratiæ, quẽ dedit, nouit virtutẽ charitatis, quã eius præcordijs infudit: ideoq; nõ dubitat eã nõ solũ a sua fidei integritate nequaquã posse corrũpi, sed etiã perseuerãter insistere, vt plures ad eiusdẽ fidei congreget vnitatem.*

Assignatur causa cur Dominus in Ecclesia sponsa multũ confidit.

D Si igitur de coniugis probitate semel, iterũque probata, fiduciã cõcipit vir; etiãsi pulchra nimis & puella sit, vbique tamẽ vagandi licentiam concedit, nec licita eloquia cum reliquis viris ei interdicit: at vero si eam suspectam habet, neque vultus difformitas, neque anno-

Suspicio circa mulieris probitatẽ viri Zellum exaugeat.

rum numero ætas impleta obstat, quominus é domo exire non prohibeat, & ab omni prorsus conuersatione nõ abducat.

Qua igitur o Iudæi mentis fiducia Deus matrem vestrã synagogam, extra templum, & extra propriam ciuitatem exillire permitteret, quæ in propria domo collocata, cum lapidibus, & lignis adulterari consueuit; de qua ipse per Hieremiam cap. 3. Conqueritur dicens. *Mechata est cũ lapide, & ligno?* aut quomodo idé Dominus, nouæ Ecclesiæ sponsus illi, quæ pro spõsi sui amore fide, & castitate seruãda, toties sanguinem fundere, & seruicem cultro obijcere consueuit; amplã se se dilatandi facultatem libentissimé nõ concedet? de qua re sanctum Patrem Chrisost. mirabiliter proloquentem quæsumus audiatis: sic enim in expositione Psalm. 95. ait. *Hoc facit certe, & maritorum quisque quoties uxorem habet suspèctam, circunscribit illam vno loco, thalamisque includit, Eunuchos adhibet, & omnem apponit custodiã, in summa, nihil nõ facit, curatq́; eorum, quæ seruant pudicitiam, eo quod illa non habet verum amorem, ac pudicitiæ mentis custodiam, quæ castæ fœminæ solet esse familiaris: atqui pudicam beneque moratam habet vxorẽ à nulla eã progressione prohibet, quippe qui certũ pignus habeat vxoris affectum*(bom penhor tem no verdadeiro amor) *illa prodit in forum, & extinctus est zellus; congreditur cum multis viris, neq́; vsquam est zelotypæ morbus* (Não lhe causa ciumes o vela falar com outros homẽs) *eo quod pudica mulier habet custodiam, ac pedagogum, morum integritatem.* Hæc Sãctus Pater Ioannes Chrisost. & idem ibidem, aliquibus interiectis, *Quoniã Deus suspectã habebat mentẽ synagogæ; merito illã loco circunscribit, tẽploq́; veluti thalamo includit, nequaquã permitẽs vt quouis loco sibi cõstituat altare, ea propter, & Moyses cum sciret vxoris mores suspicioni obnoxios, scienſq́; mentẽ eius suspectã, dixt. Attẽde tibi Israel, nequãdo offeras holocaustomata tua, & victimas tuas in omni loco, quẽcũq́; inueniris: sed in loco, quẽ elegerit Dominus Deus tuus.* Tũc addit idem Pater. *Videte quã circũscripta sit synagoga, & quidẽ meritò, cũ enim in vno loco accipisset altare, totũ locũ implevit simulacrorũ cultu, sicuti clamãs Hier. testatur. Sicut numerus ciuitatũ erunt Dei tui Iuda; iuxta cõpita Hierusalẽ sacrificabũt Baal*(idolatraua a synagoga a cada cãto)

Hier. 3.

Chrisost.

Quid faciendum viro, qui mulierẽ suspectam habet.

Quid viro faciẽdum illi qui sponsã pudicam habet, & castam.

Chrisost. ibid.

Cur Deus synagogã semper inclusa tenuit.

Deut. 12.

Chrisost. Fuisse autē hāc facti legislatoris mentem præter Chrisostomum obseruauit adhūc locum Procopius dicens. *Occasionē amputat Moyses idolis sacrificandi: ideo enim præcipit solum in altari, & templo Domini hostias offerri.* Quod itidem ad cap. Exod. 21. obseruarūt Lyranus, & Abulensis. (Lyran. Abulēs.) *Iste locus* (ait Lyranus) *sacrificij non poterat esse nisi vnus, ad vitandum periculum idolatriæ, ad quam populus Iudæorum erat pronus, & in eam declinassent de facili, si vbique potuissent sacrificare.* Vbi aduertendum est, quod si aliqui sancti alibi, idest, extra determinatum, & á Deo præfinitum locum sacrificium obtulerunt, hoc contigisse ex quadam quasi particulari concessione siue ex Dei permissu, & reuelatione: nam Dauid ex iussu Gad Prophetæ in monte Moria Domino sacrificauit, antequam ibi templum fundaretur, idque ob peculiarem rationem, propter Angeli nempe apparitionem de qua secund. Reg. cap. vigesimo quarto. (2. Reg. 24) Item & Helias in monte Carmelli sacrificium obtulit, Domino approbante, & comburente, vt patet ex tertio Reg. cap. decimo octauo; (3. Reg. 18) quod etiam ex eo permissum fuit, vt Prophetæ Baal de idolatria publicè conuincerentur. Hoc tamen non tollit verum fuisse id quod superius retulimus, synagogam nempè semper conclusam, & inter vnius templi parietes quasi vinculis mancipatam á Deo fuisse, ne ad idolatriam laberetur. Locus autem deputatus diuino sacrificio, & synagogæ cultui post ingressum filiorum Israel in terram Promissionis primo fuit in Sylo, destructa autem Sylo translatus est in Nobé, destructa Nobé, in Gabaon, postea in Hierusalem vbi fuit fundatum Tēplum in quo synagoga, & eius cultus tanquam vinculis a Deo mancipatus est, ob vehementem, vt ita dicamus, suspitionem idolatrandi, quā de illa conceperat Deus. Si ergo cum synagoga accepisset vnum determinatum locum; terrā omnem impleuit adulterijs, si plena vagandi libertas ei fuisset concessa, cogitate, in quantam incidisset incontinentiam: vnde progrediens vltra ait Chrisostom. (Chrisost.) *Ob hanc causam etiam cāticum loco circunscriptum est, & altare loco definitum, & populus ille loco conclusus. At Ecclesia, quæ vbique Christum*

in se circumfert, innumerosque martyres immolauit ob charitatem, quam gerit erga virum, à nullo prohibetur loco, sed in omni loco sunt altaria in omni loco doctrina. Hæc Sãctus Pater Chrisostomus.

ANNOTATIO
DECIMA OCTAVA.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

De fidelitate, quam Ecclesia spõsa erga Christum sponsum eiusque honorem vbique gentium obseruat, aqua profluxit, vt per totum terrarũ orbẽ illam absq; suspitione dilatari permiserit spõsus.

CVM superiori annotatione monstratũ sit probatissimũ esse contra zellum antidotum sponsi fiduciam in sponsæ probitate (A) sitam; sequitur vt ostendamus, quanta sit Ecclesiæ Christi sponsæ circa illius honorem fides, ac animi probitas, quãque sit in eius dilectione constans illius vbique retinens dilectionẽ, fidelitatẽq; conseruans, vt iam clarissime pateat quanto iure, quantaque ratione Christus eius (B) sponsus omnem prorsus de illa zeli suspitionem amiserit. Quodquidem argumentum docté de more libro primo contra hæreses pertractat Epiphanius dicens: *Christi prædicationem, & fidem Ecclesia adepta, quanquam per totum mumdum dispersa, ita diligenter conseruat, quasi si vnam domum inhabitaret, & (C) similiter sic illius præceptis, & dictis creditur, velut vnam animam, & idem corpus habeat: & ita consonè hæc prædicat, docet, & tradit, velut vno ore prædita.* Hæc Epiphanius: & optime quidem. Nam linguæ in mundo dissimiles sunt, verum virtute traditionis vna eademque est, & neque in (D) Germanis fundatæ Ecclesiæ aliter credunt, aut aliter tradunt: neque in Hispanis, neque in Celtis, neque in Oriẽte, neq; in Ægypto, neque in Libia, neque quæ in medio mundo constitutæ

Ecclesia Christi spõsa, eius dilectionẽ & fidem vbiq; gentium obseruat.

Epiphan.

Ecclesię vnũ corpus, & anima vna

Quanquã diuersa sint in Ecclesia linguarum genera; vna tamen est fides.

tutæ sunt: sed quemadmodū, Sol creatura Dei in toto mundo vnus, & idem est, sic etiam prædicatio veritatis, vbique lucet, & illuminat omnes homines ad cognitionem veritatis venire volētes: ex quibus certé Ecclesiæ in sponsum Christū fidelissimus constāsque animus optime demonstratur.

Cypria. lib. de vnitate Ecclesiæ.

Neque ad idem argumentum confirmandum minus apta sunt illa quæ libro de vnitate Ecclesię habet Cyprianus, vbi sic ait *Ecclesia certè vna est, quæ in multitudinem latius incremento fæcunditatis extenditur, quomodo solis multi radij, sed lumen vnum, & rami arboris multi, sed robur vnum tenaci radice fundatū* (De bom tronco procede á Igreja, & bem fundas raizes tem lāçadas. *Et cum de fonte vno riui plurimi defluunt numerositas licet diffusa videatur exundantis copiæ largitate, vnitas tamen seruatur in origine: sic Ecclesia Domini luce perfusa per orbē totum radios suos porrigit, vnum tamen lumen est, quod vbique diffunditur, nec vnitas corporis separatur: ramos suos in vniuersam terrā copia vbertatis extendit: profluētes largiter riuos latius expandit, vnum tamen caput est, & origo vna, & vna mater; fæcūditatis successibus illius fætu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu eius animamur. Adulterari non potest spōsa Christi, incorrupta est, & pudica; vnā domū nouit vnius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit.*

vna in Ecclesia fides sicut in sole lumē vnū, quāq; radij eius multi sint

Ecclesia vnitas vnitati fōtis, & arboris cōparatur.

Ecclesię vnū caput & origo vna

Eiui lacte non triū tur fideles

Ecclesia incortupta virgo est; neque adulterari potest.

Hæc omnia Cyprianus. Ideq; libro primo Epistolarū, epistola tertia, quæ est ad Cornelium, dum illa Petri verba, quæ habentur ad Ioan. cap. sextum: *Domine quo ibimus verba vitæ æternæ habes?* obiter affert; & explicat; idem argumentum iterum prosequitur cuius verba non referimus ne fastidium lectori afferamus.

Cyprian lib. 1. Epistolarum epistola 3. ad Cornelium.

Vt autem Ecclesiæ in spōsum cōstans, & animosa fides dilucidius comprobetur advertendum est, & ponderandum quantum semper inter aduersa secura permanserit; & quod quamquam á tribus, quibus mulierum constantia oppugnatur, vt qui maxime oppugnaretur, nūquám tamē expugnari potuisset: experita certé multoties fuit, minis, donis ac blanditijs, sed nunquā obruta; quod fuerit minis impetita, nec tamen victa, ipsa in filijs, siue in membris suis gloriatur, dum de vno quoque eorum dulciter canēs ait. *Qui minas iudicum non*

Ecclesia mater inter aduersa secura, & firma.

mulieris cōstātia minis donis, & blāditijs cōcutitur.

Quanam sit mulier bona?

1. ratio ob quã Deus synagogã quasi inclusam sẽper tenuerit.

Deus optimus maximus apud omnes mortales innotesci, & commendari auidissimé exoptauerit, id prioris vxoris, ideſt, synagogæ incomptæ, rudis, & exasperatricis ministerio nêutiquám sibi consequendũ fore existimauit, immo ob illius rigorem, asperitatem, turpitudinem, & inscitiam aliquid sui decôris (si ita loqui fas est) qnodammodo amittere, si illam in omnium conspectu apparere aut permitteret, aut pateretur, ideoque domi semper inclusam tenuit, ideſt in templo Hierosolomitano, nec illã amplius dilatari passus est. Videte auté qua verborum claritate hanc sapiens veritatem cap. 25. Ecclesiastici nos edocuerit. *Mulier*, inquit, *si primatum habeat contraria est viro suo.* (*Redunda rão em perjuizo da honra do marido as demasiadas licenças concedidas à molher, quando ella não he mui corda, mui prudente, & mui fiel.*) Vt autem ostẽdat sapiens nõ esse hoc de omnibus intelligendum, discrimen apponit, vt de quibus dicat intelligamus, nempe de fatuis, de debilibus, deincomptis, & rudibus, qualis fuit synagoga. *Cor, inquit, humile, & facies tristis plaga mortis, mulier, quæ non beatificat virum suum.* Quem

Eccl. 25.

Quando mulier cõtraria est viro suo.

Quanã est mulier, quæ virũ suum non beatificat

A certe locũ, de qua nobis sermo est synagoga mysticé intelligendum docet Rabanus noster. *Misticè*, inquit, *hanc mulierem synagogam possumus accipere, cuius operatio debilis est & gressus instabilis, ideoq; non beatificàt virum suum priorem, cum quo primo inijt pactum, vt illi obediret, & fidem eius vbiq; seruaret.*

Rabanus in cap. 25. Ecclesi.

Synagoga debilis, & instabilis

B Secus tamen euenturum fore sponsus existimaũit, si secundam sponsam, ideſt Ecclesiam humilem mansuetã prudentem, & castam, apud omnes apparere; in omnes mundi partes proficisci, & cum omnibus conuersari consenserit, & destinauerit, ideoq; amplam illi se se dilatandi, & apud omnes mundi nationes apparendi, & colloquendi licentiam tribuit: nam in omné terram cum maximo spõsi honoris emolumento, & laude eius sonus exiuit, & vsque ad vltimós terræ fines eius verba exierunt; vnde iure optimo dici potest de Christo, qui talem habuit spõsam *Mulieris bona beatus vir*, nam per hanc mulierem Ecclesiã Christi sponsam intellexerũt patres, & prçcipué Rabanus ad hunc locum dicens *Mulier bona tota electorum Eccesia est, cuius vir beatus describitur,*

C

D

1. ratio quam Dominus Ecclesiam adeo vastè dilatari permiserit.

Rabanus

Ecclesia mulier bona.

quia

quia Christi, qui eius vir est, beatitas, & celsitudo, illius ministerio in vniuerso mundo prædicatur. De eadem enim Ecclesia locum istum exponit interlinialis, & per illam Christum in mundo beatificatum fuisse docet dũ ibi sic habet. *Electorum Ecclesiæ vir, Christus magnificatus in mundo.*

Glossa interlin. ad hunc locum.

Christus Ecclesiæ vir

B

Audite iam S. Patrem Ber. serm. 30. in Cantica, mentem hanc, quã superius excitauimus suauiter proferentem do ctissimeque confirmantem: *Ego certe*, inquit, *consilio secretiori puto hoc munus diuinitus pro sua magnitudine seruatũ spõsæ: vt ipsa potius, & non synagoga mitteretur in gentem magnam, cui dicitur: ite in vniuersũ mundum, & prædicate Euangelium omni creaturæ: ipsa, inquã, prorsus missa est in gentem magnam, nec in maiorem potuit mitti, quam in vniuersum mundum, & facile vniuersitas cessit portanti pacem, gratiam offerenti: sed non sicut gratia ita, & lex: quam dissimili vultu ad omnem conscientiam se offerunt suauitas huius, & illius austeritas. Quis sane ex æquo respiciat condẽnantẽ, & consolantentẽ? reposcentẽ, & ignoscentẽ? plectẽtẽ, & amplectẽtẽ? Non pari profecto acceptabitur voto vmbra, & lux, ira, & pax, iudicium, & misericordia, figura, & veritas, virga, & hæreditas, frenũ, & osculum. Graues denique Moisei manus, testibus Aarõ, & Hur. Graue legis iugum testibus ipsis apostolis, qui hoc & sibi, & patribus importabile clamitant. Graue iugum, & vile premium*, inquit Bern. vbi supra: *nam terra est in promissione. Pro huiusmodi ergo non est missa synagoga in gentem magnam. Verum tu mater Ecclesia promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ facile in duplici gratia obtines ab vniuersis te recipi, & propter iugũ suaue, & propter regnum sublime. Ab vniuersitate exciperis dũ sic prouocat quod promittis, vt quod imponis non terreat.*

D. Bern.

Mar. 16.

Maxima inter Ecclesiã, & synagogã dissimilitudo.

Exod. 17.

Iugum legis graue, & eius premiũ vile Act. 15.

C

Hanc etiam speciosam formam, & aptitudinem, quam plusquã synagoga habet Ecclesia, vt apud omnes possit absque sponsi honoris detrimento apparere maxime inculcat Rabanus in expositione cap. 26. Ecclesiast. dum illa verba exponit. *Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata*, sic enim habet, *super gratiã legis, & synagogæ sub ea cõstitutæ, gratia est Euãgelij, & decor Ecclesiæ sanctæ, quæ fidem saluatoris sui castè, & inuiolatè custodit & sapientiam diuinam inhianter discit.*

Ratio ob quam Ecclesia ab omnibus recepta fuerit libenter.

D

Rabanus

Gratia Euangelij, super gratiam synagoga, & legis.

ANNO-

ANNOTATIO DECIMA SEPTIMA.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM

Assignatur, & redditur ratio secunda, cur Dominus synagogã adeò semper inclusam tenuerit, Ecclesiã verò adeo late propagari permiserit.

AD propositi dubij solutionem reddendam non nos certe latet id quod Sãctus pater Augustin. in quæstionibus lib. 83. quæst. 82. ãnotauit, Deum nempe nimis zelotem á veteribus scripturis inculcari zelotipicique ideomate insigniri, vt præsertim videre est cap. 20. & 24. Exodi, idque ex nimia, vt ita dicamus, prouidẽtia, quã habet circa quos diligit, ne ad alium conuertãtur; sicque ex nimio, quo tenebatur veteris synagogæ zelo prouenire, vt illam extra propriam domum, & patriã, exire non permitteret, ne inde illud sequeretur, vt eo oblito, & despecto, alios sibi Deos merecitrãdo cõsiliauerit. *Quia coniugis castitatem*, ait August. vbi supra, *zelando viri custodire consueuerunt, ideo iam Dei prouidentiam, per quam præcipitur, atq; agitur, ne anima corrũpatur, & Deos alienos sequens, quodammodo merecitretur, Zelũ Dei appellauerunt diuinæ Scripturæ.* Hæc August. cui consonant illa, quæ circa eandem materiam, de qua nobis sermo est, habet Theodor. quæstione 39. in Exodum, dũ causam reddit cur Deus se zelotypum appellet. *Sicut enim*, inquit Theodor. *vir ignauam habens vxorem admonere solet illam his verbis: zelotypus sum videre non possum te cum altero viro loquentẽ: ita dominus Deus volens à cultu dæmonum synagogam abalienare, non tantum se ipsum zelotem appellauit, sed & ignem consumentem.*

Cum, inquam, hoc non lateat, maxime tamẽ vrget dubitandi ratio immo potius addito superiori fundamento vehemẽtius exurgit: nam siue zelus, ex amore, siue á suspicione, siue á coniugati viri reputatione procedat, & in hominibus oriatur maiori semper ratione, nouam Ecclesiã, quam veterem synagogam Dominus zelare debuerat; ac

August. — Exod. 21. & 24. *Deus zelotypia laborat, & cur.* — August. — Theodo. — *A tribus oritur zelus.*

A B C D

Amor Dei erga Ecclesiam antecellit amorem eiusdē erga synagogam.

proinde astrictius vagandi licentiam concedere: si enim zeli rationem, & fundamentūm, ab amore petamus, quis est qui non videat quantum amor, quo Deus in nouam Ecclesiam æstuauit veteris synagogæ amori antecellat, cū ad hanc per aliena fuerit ora locutus, cum ista autē proprio verbo effari cōsuescat, vt Paulus expresse testatur dicens. *Olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio*: idem nāque est filius, atque patris verbum quo locutus est cum Ecclesia: ad quod fortassis iā quasi illi exprobando alludebat synagoga diens. *Loquere tu nobis, non loquatur nobis Dominus (erão ja isto ciumes da synagoga, & enueja dos mimos da Igreja)* Neque ex hac solum antelatione verum, & ex multis alijs, quæ passim á nobis inculcantur in hoc libro patet longe maiorem esse Dei in Ecclesiam, quam in veterem synagogam dilectionem, & præsertim ex illo loco Pauli ad Ephes. ca. 5. in quo vt viros ad probe, intime, & caste vxores diligēdas inducat, prouocetq; non synagogæ, sed Ecclesiæ dilectionem in mediū profert dicens. *Viri diligite vxores, sicut & Christus dilexit Ecclesiam.*

Hebr. 1.

Exod. 20.

ad Eph. 5

A

B

C

D

Neque mirū est tam intimam fuisse Christi ad Ecclesiam dilectionem, cum præsertim inter eundem spōsūm Christum, & ipsam nouam Ecclesiam illa optimi coniugij conditio mediet, quæ etiā apud ethnicos ad coniugum amorem, pacem, & quietem augendam, & conseruandam requiritur, morum nempe similitudo, & conuenientia, ab hoc enim fundamento testatur Andromacha apud Euripidem in Troade eximiam inter se, & Hectorem maritū dilectionem profluxisse. *Te vero, inquit, o Hector chare? habui virum conuenientem mihi, prudentia, nobilitate, diuitijs, & fortitudine excelentem.* Vnde Caietan. in expositione illorū verborum Psalmi 44. *audi filia, & vide, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui:* docet maxime conducere ad conciliādam sponsi dilectionem, eius mores imitari, & emendatis paternis ritibus, in omnibus se se illi accommodare. *Consentaneum,* inquit, *est aduenientem spōsam monere, vt imbuat mores domus mariti, relinquendo mores patriæ suæ, & domus patris sui:* Quodquidē Caietani Cōciliumad amorē sponsi conciliandum iam antea

Causa intēsa Christi in Ecclesiam dilectionis morum similitudo.

Caietan.

Ad sponsi dilectionē cōciliādā maxime conducit eius mores imitare.

tea Ruth Moabyta commẽdau erat, quæ vt mariti socri que dilectionem consequeretur ad eorum mores ita se ac com modauit, vt iam nõ Moabyta, sed Israëlita videretur di cẽs. *Populus tuus, populus meus, & Deus tuus, Deus meus*. Ex quo tantam non solum apud illos, sed etiam apud Deum gratiam adepta est, vt multorum prophetarum, & Regũ mater extiterit: quod Hieronymus epistola de vera circũcisione quæ habetur 4. to. suorum operum testatur, dicens: *Hinc eligitur à Domino, hinc vsque adeo benedicitur, vt prophetarum mater vocetur, & Regum* Hæc Hieronymus.

Ruth.16.

Hieron.

Quanta autem inter nouã sponsam Ecclesiam, eiusque sponsum Christum ad amorem conciliandum fuerit morum similitudo, vt vno verbo monstremus, ipsius spõsæ verba referamus Canticorum 6. *Ego*, inquit, *dilecto meo, & dilectus meus mihi* (parece que nacemos hum para o outro) vel quasi dicat ingenium, & mores mei ingenue cũ moribus dilecti mei congruunt. Ideoque ab eo non possum nõ intimo amore prosequi. Quod certe fundamentum á diuino oraculo maxime ad amorem inter coniugatos conciliandũ commendatur Ecclesiast. capit. 15. vbi sic effatur. *In tribus beneplacitũ est spiritui meo, primum vir, & mulier bene cõsentiens &c.*

Cant.6.

Ecclesia mores, cũ sui sponsi Christi moribus optime cõueniunt.

Eccl. 26.

Cum igitur tãta fuerit inter nouam Ecclesiã, & Christum eius sponsum morum similitudo, cum ipsa vt ipse mitis sit, ac humilis, & columbinam synceritatẽ imitetur, secusque de synagoga dicendum sit, quæ extento semper collo ambulauit, neque mitis, ac constans fuerit, sed passim cum alienis Dijs meretricaretur, extiteritque filiorum pertinax homicida, non mirum videri debet, nouam Ecclesiã longe maiorem sibi sponsi dilectionem, quam synagogam cõciliasse. Ex quo certe maiori debebat zello custodiri ab ipso sponso, quam synagoga: ac proinde astrictiorem vagandi licentiam obtinere: quod erat propositæ obiectionis fundamentum.

In quo Ecclesia Christum sponsum imitetur.

In quo synagoga spõso dissimilis.

Quod si á suspicione zellum prouenire dicamus, quis est, qui non videat lõge maiorem suspicionem oriri posse ex virgine pulcherrima varijs, regibusque paramentis circumuestita, qualis erat Ecclesia de qua dicitur. *Astitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato circũamicta varietate*

Secundũ fundamẽtum propter quod Deus Ecclesiam zellari debuerat.

Psal.44.

quam

quã de vetula fumo, & vitulorũ cruore madefacta, qualis erat synagoga? Si denique ex personę reputatione zelus dimanet, non minus Dei reputationi synagogæ meretricium, quam Ecclesiæ adulteriũ obviari videbatur; immo magis Ecclesiæ, siquidem se cũ synagoga mediantibus prophetis cõiunxit: cum Ecclesia autẽ se in ipsomet filio copulauit, in quo, quãquã sit ab eo diuersa in persona numeritas, nulla tamen est in substantia deitatis diuersitas, aut in vnitatis essẽtia inæqualitas.

3. Eiusdẽ zelli fundamentũ

Vnde iam fit, vt a quolibet horũ zelus oriatur, semper arctiorẽ vagãdi, se seq; dilatãdi facultatem Ecclesiæ, quam synagogæ concedendam esse sentiamus.

Sed cũ eandẽ arctã festiuãdi facultatẽ synagogæ datã, á zelotypo Dei amore prouenire fateri necessario teneamur, latãq; vagãdi licẽtiã, se sẽq; diffundẽdi occasionem Ecclesiæ cõcessã, ab eodẽ Christi amore dimanare iudicemus: tanti iam discriminis fundamentũ inquiramus: pro quo sciendũ est, probatissimum esse cõtra zelũ anthidotũ, fiduciã viri in vxoris probitate sitã, qualem se de probata sua vxore cõcepisse demõstrat Ouidius, dũ eam

Fiducia in vxoris probitate sita, Zellotypia anthidotum

A Cæsaris aulã adire sine supitione exhortatur dicens.

Nota tua est virtus testataq́ tẽpus in õne,
Nec tibi, si cupiat, lædere rumor habet.

Quod certe argumẽtũ docte prosequitur D. Hier. dũ verba illa Prouerb. cap. 31. *Confidit in ea cor viri sui:* de Christi fiducia in Ecclesiæ probitate, amore, & constantia sita, ita exponit dicens. *Hoc ab humana consuetudine tractum est, sicut enim is, qui fortem, fidelem, & castam habet cõiugem, confidit in ea certissime: quia nil contra suam voluntatẽ agere, nulla adulterina cogitatione possit cõtaminari cũcta pro suo amore, etiã aduersa libẽter tolerat, quosq́cũq́ valet, ad suã amicitiã conuertere desiderat. sic nimirũ Dominus in Ecclesia cõfidit. Nouit enim spiritũ gratiæ, quẽ dedit, nouit virtutẽ charitatis, quã eius præcordijs infudit: ideoq́ nõ dubitat eã nõ solũ a sua fidei integritate nequaquã posse corrũpi, sed etiã perseuerãter insistere, vt plures ad eiusdẽ fidei congreget vnitatem.* Si igitur de coniugis probitate semel, iterũque probata, fiduciã cõcipit vir; etiãsi pulchra nimis & puella sit, vbique tamẽ vagandi licentiam concedit, nec licita eloquia cum reliquis viris ei interdicit: at vero si eam suspectam habet, neque vultus difformitas, neque anno-

Hieron.

Probatissima vxoris partes

Assignatur causa cur Dominus in Ecclesia spõsa multũ confidit.

K rum

Suspicio circa mulieris probitatē viri Zellum exaugerat.

rum numero ætas impleta obstat, quominus é domo exire non prohibeat, & ab omni prorsus conuersatione nō abducat.

Qua igitur o Iudæi mentis fiducia Deus matrem vestrā synagogam, extra templum, & extra propriam ciuitatem exillire permitteret, quæ in propria domo collocata, cum lapidibus, & lignis adulterari consueuit; de qua ipse per Hieremiam cap. 3. Conqueritur dicens. *Mechata est cũ lapide, & ligno?* aut quomodo idē Dominus, nouæ Ecclesiæ sponsus illi, quæ pro spōsi sui amore fide, & castitate seruāda, toties sanguinem fundere, & seruicem cultro obijcere consueuit; amplā se se dilatandi facultatem libentissimé nō concedet? de qua re sanctum Patrem Chrisost. mirabiliter proloquentem quæsumus audiatis: sic enim in expositione Psalm. 95. ait. *Hoc facit certe, & maritorum quisque quoties vxorem habet suspectam, circunscribit illam vno loco, thalamisque includit, Eunuchos adhibet, & omnem apponit custodiā, in summa, nihil nō facit, curatq; eorum, quæ seruant pudicitiam, eo quod illa non habet verum amorem, ac pudicitiæ mentis custodiam, quæ castæ fæminæ solet esse familiaris: atqui pudicam beneque moratam habet vxorē à nulla eā progressione prohibet, quippe qui certū pignus habeat vxoris affectum* (bom penhor tem no verdadeiro amor) *illa prodit in forum, & extinctus est zellus; congreditur cum multis viris, neq; vsquam est zelotypæ morbus* (Não lhe causa ciumes o vela falar com outros homēs) *eo quod pudica mulier habet custodiam, ac pedagogum, morum integritatem.* Hæc Sāctus Pater Ioannes Chrisost. & idem ibidem, aliquibus interiectis, *Quoniā Deus suspectā habebat mentē synagogæ; merito illā loco circunscribit, tēploq; veluti thalamo includit, nequaquā permitēs vt quouis loco sibi cōstituat altare, ea propter, & Moyses cum sciret vxoris mores suspicioni obnoxios, sciensq; mentē eius suspectā, dixt. Attēde tibi Israel, nequādo offeras holocaustomata tua, & victimas tuas in omni loco, quēcūq; inueneris: sed in loco, quē elegerit Dominus Deus tuus.* Tūc addit idem Pater. *Videte quā circūscripta sit synagoga, & quidē meritò, cū enim in vno loco accipisset altare, totū locū impleuit simulacrorū cultu, sicuti clamās Hier. testatur. Sicut numerus ciuitatū erunt Dei tui Iuda; iuxta cōpita Hierusalē sacrificabūt Baal* (idola traua a synagoga a cada cāto)

Hier. 3.

Chrisost.

Quid faciendum viro, qui mulierē suspectam habet.

Quid viro faciēdum illi, qui sponsā pudicam habet, & castam.

Chrisost. ibid.

Cur Deus synagogā semper inclusa tenuit.

Deut. 12.

Fuisse

Fuisse auté hâc facti legislatoris mentem præter Chrisostomum obseruauit adhûc locum Procopius dicens. *Occasioně amputat Moyses idolis sacrificandi: ideo enim præcipit solum in altari, & templo Domini hostias offerri.* Quod itidem ad cap. Exod. 21. obseruarūt Lyranus, & Abulensis. *Iste locus* (ait Lyranus) *sacrificij non poterat esse nisi vnus, ad vitandum periculum idolatriæ, ad quam populus Iudæorum erat pronus, & in eam declinassent de facili, si vbique potuissent sacrificare.* Vbi aduertendum est, quod si aliqui sancti alibi, ideſt, extra determinatum, & á Deo præfinitum locum sacrificium obtulerunt, hoc contigisse ex quadam quasi particulari concessione siue ex Dei permissu, & reuelatione: nam Dauid ex iussu Gad Prophetæ in monte Moria Domino sacrificauit, antequam ibi templum fundaretur, idque ob peculiarem rationem, propter Angeli nempe apparitionem de qua secund. Reg. cap. vigesimo quarto. Item & Helias in monte Carmelli sacrificium obtulit, Domino approbante, & comburente, vt patet ex tertio Reg. cap. decimo octauo; quod etiam ex eo

Chrisost. Lyran. Abulēs. 2. Reg. 24 3. Reg. 18

A permissum fuit, vt Prophetæ Baal de idolatria publicè conuincerentur. Hoc tamen non tollit verum fuisse id quod superius retulimus, synagogam nempè semper conclusam, & inter vnius templi parietes quasi vinculis mancipatam á Deo fuisse, ne ad idolatriam laberetur. B Locus autem deputatus diuino sacrificio, & synagogæ cultui post ingressum filiorum Israel in terram Promissionis primo fuit in Sylo, destructa autem Sylo translatus est in Nobé, destructa Nobé, in Gabaon, postea in Hierusalem vbi fuit fundatum Tēplum in quo synagoga, & C eius cultus tanquam vinculis a Deo mancipatus est, ob vehementem, vt ita dicamus, suspitionem idolatrandi, quā de illa conceperat Deus. Si ergo cum synagoga accepisset vnum determinatum locum, terrā omnem implenit adulterijs, si plena vagandi D libertas ei fuisset concessa, cogitate, in quantam incidisset incontinentiam: vnde progrediens vltra ait Chrisostom. *Ob hanc causam etiam cāticum loco circunscriptum est, & altare loco definitum, & populus ille loco conclusus. At Ecclesia, quæ vbique Christum*

Chrisost.

tutæ sunt: sed quemadmodũ, Sol creatura Dei in toto mundo vnus, & idem est, sic etiam prædicatio veritatis, vbique lucet, & illuminat omnes homines ad cognitionem veritatis venire volẽtes: ex quibus certé Ecclesiæ in sponsum Christũ fidelissimus constãsque animus optime demonstratur.

Cyprian. lib. de vnitate Ecclesiæ.

Neque ad idem argumentum confirmandum minus apta sunt illa quæ libro de vnitate Ecclesię habet Cyprianus, vbi sic ait *Ecclesia certè vna est, quæ in multitudinem latius incremento fæcunditatis extenditur, quomodo solis multi radij, sed lumen vnum, & rami arboris multi, sed robur vnum tenaci radice fundatũ* (De bom tronco procede á Igreja, & bem fundas raizes tem lãçadas. *Et cum de fonte vno riui plurimi defluunt numerositas licet diffusa videatur exundantis copiæ largitate, vnitas tamen seruatur in origine: sic Ecclesia Domini luce perfusa per orbẽ totum radios suos porrigit, vnum tamen lumen est, quod vbique diffunditur, nec vnitas corporis separatur: ramos suos in vniuersam terrã copia vbertatis extendit: profluẽtes largiter riuos latius expandit, vnum tamen caput est, & origo vna, & vna mater; fæcũditatis successibus illius fætu nascimur, illius lactenutrimur, spiritu eius animamur. Adulterari non potest spõsa Christi, incorrupta est, & pudica; vnã domũ nouit vnius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit.*

vna in Ecclesia fides sicut in sole lumẽ vnũ, quãq̃, radij eius multi sint

Ecclesia vnitas vnitati fõtis, & arboris cõparatur.

Ecclesię vnũ capue & origo vna

Eius lacte non triũtur fideles

Ecclesia incorrupta virgo est; neque adulterari potest.

Hæc omnia Cyprianus. Ideq; libro primo Epistolarũ, epistola tertia, quæ est ad Cornelium, dum illa Petri verba, quæ habentur ad Ioan. cap. sextum: *Domine quo ibimus verba vitæ æternæ habes?* obiter affert; & explicat; idem argumentum iterum prosequitur cuius verba non referimus ne fastidium lectori afferamus.

Cyprian. lib. 1. Epistolarum epistola 3. ad Cornelium.

Vt autem Ecclesiæ in spõsum cõstans, & animosa fides dilucidius comprobetur advertendum est, & ponderandum quantum semper inter aduersa secura permanserit; & quod quamquam á tribus, quibus mulierum constantia oppugnatur, vt qui maxime oppugnaretur, nũquám tamẽ expugnari potuisset: expetita certé multoties fuit, minis, donis ac blanditijs, sed nunquã obruta; quod fuerit minis impetita, nec tamen victa, ipsa in filijs, siue in membris suis gloriatur, dum de vno quoque eorum dulciter canẽs ait. *Qui minas iudicum non*

Ecclesia mater inter aduersa secura, & firma.

mulieris constãtia minis donis, & blãditijs cõcutitur.

timuit, nec terrenæ dignitatis gloriam quæsiuit &c. In cuius cõstantia decantanda parua sunt hæc, si cum illis comparentur quæ in eadem constantia, fide, & dilectione attestanda quasi pro matre loquens cap. 8. epist. ad Romanos, Paulus enumerat dicens. *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? (sicut scriptũ est. Quia propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis) sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neq; vita, neque virtutes, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo IESV Domino nostro.* Hæc certè omnia nõ iam minæ solum, sed minarũ exercitia, & effectus sunt, & ita ingentes, vt vnusquisque eorum non vna tantum tentatio sit, sed maximus tẽtationum exercitus. Vt annotauit Chrisost. dicens, *Et si numero constent quæ dicta sunt, tamẽ habet vnaquaque dictio infinita tẽtationum agmina.*

Rom. 8.

Ecclesia Christi spõso nullis tyrannorum machinamẽtis, ab eiusdem sponsi fide ac dilectione potest diuelli.

Chrisost.

Inter ista tamen agmina, quæ vt sponsam, seu Ecclesiã à Christi sponsi amore, & fide diuellat infernus cõposuit, victrix semper, & cõstans ipsa manet Ecclesia. Id enim testatur Paulus, cũ loco superius adducto non se opinari dixit, sed certũ esse, nullis inimicorum incursibus ab spõsi dilectione posse diuelli, vt in expositione 58. propo. ex epistol. ad Roman. Augustin. obseruat dicens. *Quod Paulus ait, certus sum, & non dixit opinor, plena fide tenuit; quod neq; mors vlla, neq; temporalis vitæ promissa, nec cætera subsequentia possunt credentem à Charitate Dei detorquere.*. Firma igitur ac fidelis Ecclesia, nullis tentationum, seu tribulationum ictibus impetita succumbit, aut á Christi sponsi amore diuellitur. Immo eadem tentationũ multitudine vtitur ad eiusdẽ charissimi sponsi sui dilectionem amplius fulciẽdam, medullitusque radicandam, de qua re loco superius allegato, per quam maxime admiratur Chrisostom. dicens. *Noua victoriæ lex, hæc est, per ipsa nẽpe aduersantia superare, & nunquam superari.* Vnde eleganter quidem Cyprianus in epist. ad Cler. de deprecan. Deo, ait omnia inimicorum aduersus fideles machinamenta in eos nihil efficere, præterquã admirabilem eorum constantiã

August.

Chrisost.

Victoriæ nouũ genus.

propallare

propallare. *Persecutio*, inquit, *ista, examinatio est, atq; exploratio pectoris nostri.*

Cyprian

Idque de eadem Ecclesia Christi sponsa libro primo de Ecclesiastica historia pleno ore prædicat Theodoretus dicens. *Ecclesiam porro vnam solam Catholicam, & Apostolicā agnouimus, quæ sicut numquam expugnari potest, etiam si totus mundus illā oppugnare instituat, sic omnem impiam hæreticorum incursionem euincit, ac profligat quandoquidem eius Dominus nos effecit satis animosos, dum clamat, confidite ego vici mundū.*

Theodo.

Ecclesia hæreticorū incursus euincit.

Constans certe, stabilis, & firma est Ecclesia, quæ sicut tyrānorum minis obrui nūquam potuit, ita nec eorū donis, & xenijs ab spōsi amore, fide, & constantia, vel paulisper diuerti passa est, vt facile patiūtur adulteræ, & quæ maritorum suorum decori non prospiciunt: vnde de illa, idest de Ecclesia, illud Ecclesiastici cap. 26. libenter accipimus. *Omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ.* (Não ha dadiuas bastantes para vēcer hum animo fiel, & casto) De eadem enim Ecclesiæ cōstantia in sponsi fidelitate seruanda hunc locum intelligit noster Rabanus dicens. *Cuncta videlicet opes mundi, & diuitiæ seculares non possunt Ecclesiæ deuotioni, quam habet in seruitio Christi adæquare.* In quē etiā sensūm adduci possunt illa sapientiæ verba cap. 7. *Diuitias nihil esse dixi in comparatione illius:* Nam de Christo, & sponsa ait Hugo Cardinalis posse, eadem verba mistice interpretari, quasi dicat sponsa siue Ecclesia. Tanti facio solam sponsi mei sapientiam, præter reliquas ipsius dotes, vt plusquā omnes, quæ excogitari possunt diuitias illam æstimem. Ita certe locum istum commentatur idē Hugo dicens. *Propter Christum*, inquit Ecclesia, *omnia, quæ in mūdo sunt contempsi diuitias, delitias, honores nihil reputans.* Et benè, nam in eundem sensum Paulus loqui videtur dum ad Philip. 3. sic ait. *Existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Domini IESV Christi.* Nouam certè Christi sponsam omnia pro dilecti sui amore contemnētem, euidentissimis se se periculis ob eius causam exponentem nullos tormentorum impetus formidantem nobis ostēdit venerabilis noster Bedadum cap. 3. lib. 3. expos. allego. in Samuelem constantē Ionathæ in Dauidem animū, beneuolentiamque singularē

Ecclesia nullis donis, vel tyrannorum promissionibus ab sponsi sui dilectione amouetur.

Eccl. 26.

Raban. sup. eundē locū

Sap. 7.

Hugo.

Plus facit Ecclesia sponsi sui sapientiā, & prudētiam, quā omnes mūdi diuitias

Hugo ib.

Ephes. 3.

expendit, & de eiusdem Ecclesiæ firmissima in Christū dilectione exponit. *Inierunt*, inquit, *Ionathas, & Dauid fœdus, diligebat enim eum quasi animam suam* &c. *Inierunt Christus, & Ecclesia fœdus mutuæ charitatis, & pacis: diligebat enim eum Ecclesia in mēbris suis perfectioribus, ita vt mori esset parata pro illo: iustum rata pro eo corpus simul, & animam dare, qui pro sua redemptione, cum esset Deus verus, ex Deo vero humanam carnem induere fit dignatus. Denique expoliauit se in martyribus carne, qua erat vestita, & dedit eam Christi obsequijs, nec non, & aliud quidquā habebat ingenij, virtutis, & operum, eius voluntati deuota impendit, & vsque ad gloriam castitatis, & immaculati pudoris pro eius amore seruandum.*

Vltra id quod noster venerabilis obseruat, aliud nobis etiam hic liceat expendere: Ionatham nempé veritum non fuisse Patris sui Saulis ob tantam cum Dauide familiaritatem indignationem, & furorem incurrere, cum Saulé Patrem eius odio intenso ipsum Dauidem proiequi conspiceret, sed neque Regia hæreditate orbari pertremiscens Dauidis dilectionem publicé profitebatur, ita vt non solum inermen se se inter media hostiū tella inijceret, vt proprijs armis dilectum communiret, ab ijsdemque inimicis tellis custodiret illæsum, sed & paternam hæreditaté pro Dauidis dilectione parui penderet, floccique faceret. Nihil certe mirum, nihil in constanti tenacique dilectione nouū: nihil non vsitatū: diligebat quippe eum quasi animam suam; corporis enim detrimēta non sentit dilectio animæ medullis intensissimé radicata. Testatur certé hoc eadem quæ pallio spoliata, lacerata vulneribus á dilecti inquisitione non retardatur.

Cant. 5.

Diligebat igitur Ionathas Dauid quasi animam suam, ideoque ab eius obsequijs nequiquam recedebat, imó propriæ hæreditatis oblitus nihil non faciebat, vt initam cum eo amicitiam fidemque seruaret. Dilexit Ecclesia Christum tanquam animam suam, vt ipsa sæpè testata est, & aure illius dictis ac monitis semel applicita, idest, illius fide semel concepta: nam *fides ex auditu*, statim oblita populum suum, & domum patris sui, idest populi Iudaici cūcta pro eiusdem sponsi Christi dilectione spreuit, vnde iure ait. *Omnis ponderatio non est digna*

ad Rom. 10.

na co ntinentis animæ. Quo modo igitur quæ tanti faciebat proprij spōsi prudētiam, sapientiam, & gratiam potuerit donis persuaderi, vt ab illius fidelitate, & dilectione amoueretur? nullo certè modo: immo semper in eius obsequio reperta est constans firma, & perseuerans: ac proinde adeo vastè dilatari, & apud omnes mundi nationes conuersari illi ab sponso permissum est.

Non potuit tandē Ecclesia Christi sponsa amore profano a casta, & firma sponsi sui dilectione ámoueri, quæ dilectionem illius habebat in visceribus medulitus radicatam (*Não entra amor adultero em coração que tem em si radicado o amor coniugal, e casto*) De Ecclesia namque ait Rabanus in expositione capitis 26. Ecclesiastici, quod pinguedinē charitatis sponsi in medulla cordis se habere profiteatur. Quo modo autem in sponsæ, siue in Ecclesiæ pectore reperiri poterit amor mundanus, cū iam anteá Christi spōsi amor idē pectus possideat, de quo in libro de natura dilectionis, ait Augustinus, quod cū venerit omnes in se transferat, & captiuet affectus, & de quo in libro de duodecim abusi-

Raban.

Ecclesia Christi spō. si charitatis pinguedinem habet medulitus conseruatam

August.

A

B

C

D

bus, ait Cyprianus, quod simul cum amorè terrestri nequeat habitare. *Mundi*, inquit, *amor, & Dei in vno corde simul habitare non possunt, quemadmodum oculi simul cælum, & terrā nequaquam conspiciunt.* Hæc Cyprianus: quæ igitur cor diuina sponsi dilectione occupatum tenet, nequaquam potest infimo terrenarum rerū amore occupari: & quæ oculos in cælesti sponso fixos habet, illos certè non potest ad peritura mundi ludibria inclinare, ac proinde omnia vbiq; despicere consueuit Ecclesia Christi sponsa, solumque spōso suo Christo obedire nouit, eiusque fidem vbique fortiter custodire. Vnde iure optimo Rabanus noster illud prouerbiorum 31. *Mulierem fortem quis inueniet?* de forti pudica, & casta Ecclesia Christi spōsa intelligendum sentit dum in expositione capitis 26. Ecclesiastici sic ait. *Mulier, fortis Ecclesia Catholica vocatur, mulier videlicet, quia spirituales Deo filios ex aqua, & Spiritu Sancto gignere consueuit: fortis quia cuncta sæculi aduersa simul, & prospera pro conditoris sui fide contemnit.* Ex quibus omnibus iam ratio desumitur, & causa cur Christus Dominus adeo amplam illi se se dilatā-

Cypria.

Diuinus amor vbi primū alicuius cor inhabitat ōnes in se transfert affectꝰ ne q; cū amore terreno simul patitur habitare.

Rabanus

Ecclesia mulier fortis, & quare.

di licentiam permiserit: quippequi eius probitate, amore, constantia, & fide, vt qui maximé nititur, & confidit.

In ea cõfidit cor Christi qui vir eius est.

ANNOTATIO DECIMA NONA.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

De synagogæ inconstantia meretricio, & adulterio, ob quæ intra templi parietes, tanquam carcere inclusa, vinculisque mancipata à Deo fuit, neq; ab eo vagandi licentiam obtinuit.

De synagogæ inconstantia meretricio, & adulterio multa dicturi, prius necessarium duximus exponendum quomodo contra Deum proprie adulterari dicatur: non enim nobis hîc sermo est de materiali adulterio, aut meretricio, quod in synagogam in communi, quæ ex multis personis coalescit cadere non potest, sed de adulterio spirituali, quo anima Dei voluntatem non sequens, sed ad vitia declinando quodammodo meretricatur. De quo humano more loquuntur Scripturæ, vt eó facilius, quæ dicũt intelligantur, quo fuerint ad nostrum operandi, vel loquendi modum acommodatius prolata. Quid igitur sit spirituale contra Deum meretricium ab Origine accipite, qui hom. 12 in Leuiticum sic ait. *Est certe meretrix illa anima, quæ ad se recipit amatores, de quibus dicit Propheta Hieremias 3 quod meretricitrata est p[er] amatores suos, isti autem amatores sunt dæmones qui desiderium capiunt pulchritudinis eius, & quia non possunt sponsi eius fieri merecitrari cupiunt cum ea: si ergo susceperis ò homo in cubili animæ tuæ diabolum merecitratus es cũ diabolo, si spiritus iræ, si inuidiæ, si superbiæ, si impudicitiæ ingressus fuerit ad animam tuam, & acceperis eum, & consenseris ei loquenti, merecitratus es cum eo.* Hæc Origines de meretricio spiritualiter accepto, cui consonant ea, quæ idem Origines affert hom. 20. super caput 25. Numer. vbi ex turpitudine corporalis fornicationis, fornicationis istius execrationem exaggerat dicens,

Origin.

Hieren.

Quid sit spirituale meretricium.

Origen.

Tam corporis quã animæ fornicatio execrabilis.

Est execrabilis corporis fornicatio, multo tamen magis execrabilis est generalis illa fornicatio, in qua omne genus peccati pariter continetur, generalis autem fornicatio dicitur cùm anima, quæ in cõsortium Dei ascita est, & matrimonio eius quodammodo copulata ab aduersario ipsius corrumpitur. Hæc Origenes. Quomodo autem, & quãdo, & á quo anima merecitrando corrumpatur docet S. Pater Augustinus lib. 1. de sermone Domini in monte dicens. *Dubitari non potest in sacris literis omnem malam concupiscentiam fornicationem vocari, quando scilicet anima neglecta superiori lege, qua regitur inferiorum rerum turpi voluptate, quasi mercede prostituta corrũpitur* Hæc Augustinus, á quo tandẽ accipite quid sit adulteriũ spirituale de quo nobis sermo est, dum de synagoga adulteratrice loquimur, sic enim lib. quinquaginta homiliarũ homil. 38. ait. *Si deseris eum, qui te fecit, & amas illa, quæ fecit, deserto illo adulter es.* Ex qua certe Augustini doctrina clarius adhuc, quam ex cogitari potest apparet quoties synagoga contra Deum adulterata sit, quæ toties creatore relicto ad creaturas cõuersa est, illisque toto pectore, totoque animi

Auguſt.

Quomodo & quãdo, anima dicitur fornicari.

Auguſt.

Synagoga multoties in Deum adulterata est, & relicto creatore, ad creaturas cõuersa fuit.

A conatu ad hærere, & pro Deo venerari contendit: nam bene contra sponsum adulterari dicitur sponsa illa, quæ relicto sponso, & despecto, annulum tamen, quem ab illo accepit multi facit, ab hoc enim fundamento animam merecitrantem, & aduersus Deum adulterantem dignoscendam

B esse docet idem August. tractatu 2. in primã Ioannis epistol. dicens. *Si sponsus fecerit spõsæ suæ annulum, & illa acceptũ annulũ plus diligeret, quam spõsum, nonne in ipso dono sponsi spõsa illa adultera deprehenderetur, quanuis hoc amaret, quod dedit sponsus? Amas aurum pro viro,*

C *amas annulum pro sponso, ergo adulteraris aduersus illum.* Hæc Augustin. Ex cuius doctrina iam iterum manifestissime patet quam fuerit synagoga in Deum adultera, quæ aurum, & argẽtum, & reliqua bona, quibus Deus illam quasi subarrauit toties pro Deo vene-

D rata est, immo ipsarum rerũ abundantia male vtens ad fornicationem, & idola prolapsa fuit; incrassata enim, & impinguata recalcitrauit dereliquẽs Deum factorem sũũ, & prouocãs eum in dijs alienis, vt ipsius synagogæ pedagogus Moises Deutoronomij cap. 32. attestando conqueritur:

Auguſt.

Synagoga cũ auro, argento, reliquisq; bonis temporalibus adulterata est.

Deut. 32.

Hieron. in expositione 8. cap. Zachariæ.

tur: quodquidem, & S. Pater Hieronymus affirmat dum in expositione octaui capitis Zachariæ rationem reddit, cur Dominus circa eandem synagogam ita se zelotypum præbeat, vt ipse Dominus de se eodem loco testatur dicens, *Zelatus sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eam*; sic enim ait Hieron. *Quod Dominus Hierusalem, idest, Israeliticum populum in solitudine instar vxoris acceperit, & iacentem in idolatriæ sanguine operuerit pallio suo, & amore coluerit maritali, in Ezechiele plenius discimus quæ postea similam comedens & mel, & oleum, & vestibus ornata pulcherrimis & habens ex largitate viri omnia ornamenta gemmarum fornicata est cum Assyrijs, atque Chaldæis.*

Ratio cur Deus circa synagogam se præbuit Zelotypũ

Ezechiel 16.

Nemini igitur iam mirum videbitur adeò semper Deum astrictam domique inclusam synagogam tenuisse, quæ tam varia, tam inconstans, improbaque semper fuit, vt nec sic potuerit ab adulterio, & idolatria reuocari: immo ad instar, procacis, & prostitutæ mulieris, quando vinculis alligabatur oculorum nutibus, & obscænis oris sui verbis adulterari cõtẽdebat. Nã posse animam lingua, & oculis contra Deum adulterari ostẽdit Basilius lib. de vera virginitate dum cauet ne secũdum aliquem nostrorum sensuum, vel partium contra Deum adulterari cotingat dicens. *In nulla parte oportet Virginem adulteram esse, non lingua, non auribus, non oculo, non alio omnino sensu, immo neque cogitatione, sed corpus quidem velut templum quoddam, aut thalamum sponsum habeat præparatum, non enim latet aliqua adulterans eius conspectum.*

Optimo iure Deus synagogã vinculis mãcipauit

Synagoga nutibus & oculis adulterata est.

animo p[...] est per omnes se[n]sus adulte[r]at.

Nulla a[...]dulteras anima Dei lat[et] conspectũ.

Ex qua iam certè tãtorum patrum doctrina, & præcipue ex ista, quám loco allegato affert Basilius colligere possumus quanta cum ratione synagoga vt adultera à Domino repudiata sit, quamque fuerit mereticio dedita, ob cuius causam semper ab eo est vinculis mancipata, temploque velut carcere inclusa, & quibus modis adulterium contra Deum perpetrare conata sit. Ore certe, & colloquijs adulteriũ commisit dicens, vt insipiens, Deum nec esse, nec intelligere, quibus certé loquellis adeo clare adulterandi animum demonstrauit, vt illius ancillulæ ipsius synagogæ filiæ dictum optime in matrem quadret. *Loquella tua manifestam te facit. Loquere*, aiebat, *tu nobis, non loquatur nobis Dominus* (*logo no*

Synagoga ore & colloquijs in Deum adulterauit.

Math. 16.

Exod. 20.

principio

principio mostrou que não gostana de seu esposo, nem de seus coloquios & praticas.) Quod si nobis ostendēdum foret quoties loquellis suis synagoga adulterium commiserit, totum penitus tempus consummeremus; hæc igitur missa faciamus, vt statim demonstremus, quomodo oculis suis meretricium, & in sponsum adulterium significauit, ab oculis namque, vt qui maxime meretrices, siue adulteræ mulieres dignoscuntur, de vna quaque enim anima á quibus, vt iam diximus, synagoga coaluit, vt illarum meretricium ostendat, ait Dominus Esaiæ 3. *Ambulabant extento collo, & nutibus oculorum*: vel vt habet alia versio *euagantibus oculis.* Et optime quidem dictum est, inhonestæ enim mulieres, turpes, & meretrices oculorum aciem de primere, visumque componere, ac moderare nesciunt, sed oculorum nutibus meretricium suum quodammodo indicare semper intendunt, siue oculis ad meretricium inuitare moliuntur. Vt de talibus cap 2. suæ secundæ epistolæ obseruauit Petrus Apostolus dicens. *Oculos habent plenos adulterij, & incessabilis delicti pellicientes animas instabiles.* Vnde dum verba Esaiæ à nobis superius allata commentatur Hugo ita conuenienter ait. *Nutibus oculorum ibant circunspiciendo iuuenes per plateas, quod signum est lasciuiæ, & luxuriæ.* Idque optime á sapiente edocetur Ecclesiastici. 26. dum sic ait. *Fornicatio mulieris in extollentia oculorum*: Quereis ver se he incontinente olhailhe para os olhos) *& in Palpebris illius agnoscetur* (porque as pestanas delles lhe seruem de sobescripto.) Optime certe ad hunc locum Lyranus. *Inhoneste*, inquit, *circunspicit, & turpia loquitur.* Consonat Glossa dicens. *Motu corporis, & motu oculorum ostentat libidinem.*

Fuisse autem synagogam oculis suis sicut & corde, ac reliquis actionibus cōtra Deū sponsum suum adulteratam, non solum Esaiæ 3. vt dictum est, sed & Ezechielis.6. Dominus ipse demonstrat vbi se se ad modum viri Zelotypi habiturum perhibet contra eandem synagogam, qui cum domum adulterantis mulieris ingreditur omnia, quæ sunt adulteri frangit, pedibus conculcat, ac foras mittit, deinde apprehenso ligno á deo acerbé adulteram ictibus

Synagoga oculis suis, suum in Deum adulteriū propalauit.

Esaiæ. 3.

Meretrices incessus.

Meretricis mulieres oculorum nutibus meretriciū insinuant.

D. Petrus epist. cap. 2.

Hug. sup Esaiæ. c. 3

Signū lasciuiæ in mulieribus.

Eccles. 26.

Meretricis mulieris signa.

Synagoga nō solum corde, sed oculis in Deū meretrata est.

Ezech. 6.

impetitur, vt eius interiora demolire velle videatur pugnis tandem illius oculos, quasi frangit, ne amplius adulterantem queat aspicere: ita certè dominus synagogæ adulterio apuriatus, ait, *Ecce ego demoliar aras vestras, & confringam simulacra, & deijciam interfectos vestros ante idola vestra, & interibunt aræ vestræ, & cessabunt idola vestra*: tūc ait Dominus quasi vindictam quam sumpsit de adultera synagoga commemorans: *Contriui cor eorum fornicans*. Addit autem interlinialis *(Cum idolis) & oculos eorum a dulterio plenos fornicantes*.

Cōminatur Deus synagogā propter idolatriā.

Interlin.

Tam certe Deus hoc synagogæ oculorum adulteriū præcauere conatus est, vt in ipsius statim synagogæ pueritia, & quasi primæua ætate illi obuiari destinauerit *(Conheceolhe a natureza, & quislhe acodir logo no principio com o remedio lançandolhe grilhões em os olhos)* dum libro Numer. cap. 15. iussit, vt facerent sibi filij Israel, fimbrias per quatuor angulos palliorum ponentes in eis vittas hiacynthinas, quas cum vidissent recordarentur omnium mandatorum Domini, nec sequerentur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes. Fuisse autem has vittas hiacynthinas, quasi quædam vincula, quibus Dominus synagogæ oculos ligare voluisset, ne in adulteria prorumperent, præterquam quod ipsa legis verba clarè demonstrēt, affirmant Doctores, & præcipuè Hugo Cardinalis in expositione cap. 3. Esaiæ, & Lusitanus interpres in expositione eiusdem cap. 5. Num. vbi ait. Vsque hodie vti Iudæos vittis illis hiacynthinis, in quibus peculiarem quandam virtutem aduersus malam concupiscentiam inesse dicunt; quos vt simul cum matre synagoga in cæcitate sua deprehendamus interrogare licet, qua de causa vtentes hodie suis vittis hiacinthinis secundum legis literam adeo incontinētes sint? Quod certe prouenit ex pertinacia sua, cordisque duritia, qua demisso ipsius legis spiritu, literæ siue vmbræ adhærere nituntur, & ideo legis virtutem, & spiritum non percipiunt, quos alloquens Sanctus Pater Gregor. Moralium lib. 23. cap. 25. ait: *Dum literæ ò Iudæi specimem attenditis spiritalis intelligentiæ saturitatem amittitis*. Sed vt ad intentum redeamus, non satis

Statim Deus in synagogæ pueritia, eius meretricio obuiari decreuit.

Num. 15.

Synagogæ oculos vittis hyacinthinis alligauit Deus cur.

Hugo.

Cur hodie Iudæi, legis spiritū non percipiunt.

Gregor.

certe fuit statim in pueritia Dominum synagogæ oculos vinculis alligasse, vt in abominanda adulteria postea non prorumperet, sed illo relicto cum lapide, & ligno fornicata est, vt ipse Dominus Hieremiæ. 3. attestando conqueritur, quem locum dum Origenes homilia. 4. in Hieremiam, exponit, quomodo synagoga cum lapide, & ligno, contra Deum mechata sit bene ostendit dicens. *Fornicata dicitur Iuda cum lapide, & ligno, vt intelligas quod quando duro corde peccauit nihil aliud fecit quam cum lapide fornicari.*

Hierem. Origen. *Quomodo synagoga cum lapide, & ligno fornicata fuerit.*

Ex quibus omnibus iam ó Iudæi manifeste patet quãta cum ratione Dominus se se non crediderit matri vestræ, quantoque iure illam semper intra Hierosolomitanum templum quasi inclusam tenuerit, & legis præceptis quasi vinculis alligauerit, nouam autem sponsam, idest catholicam Ecclesiam vbique vagari, ac dilatari permiserit: ex quo secundo, & quasi consequenter profluxit, vt vos omnes tanquam filij matris despectæ, & vinculis mãcipatæ paulatim deficiatis semperque ad exiguiorem numerum redigamini (*vos vades consumindo poucos, & poucos*) in deteriusque ruatis, & præsertim á die, qua nefandum illud scelerum scelus perpetrastis: Ecclesiæ verò filij, idest, fideles Christiani in dies multiplicentur, & acrescant, vt S. Eusebius Emisenus homilia secunda de Sancto Ioanne Baptista annotauit dicens. *Synagoga legis vinculis quasi viri iugo subdita per sensum male fæcunda carnalem, in Domini passione filios suos perdidit: Ecclesia autem totum mundum fructu Sacræ generationis impleuit.* In quo certe infortunio mater vestra Synagoga cõqueri minime potest, cum ei non inopinanter acciderit, immó multoties fuerit illius supplicio comminata, in eiusque conspectu noua Ecclesia in Christi sponsam electa, & ad multos filios gignendos, ac procreandos incitata. *Lauda,* inquit Dominus Esaiæ. 54. *sterilis, quæ non paris, decanta laudem, quæ non pariebas, quia multi filij desertæ magis quam eius, quæ habebat virum.* Quanquam enim locum istum mater vestra, & vos de se, & de vobis præparé intelligatis, vel, vt bene agere possitis intelligere, vt intelligendum erat, non volueritis: tamen

Ratio ob quam Iudæi ad exiguiorem semper numerũ rediguntur.

Fideles multiplicantur in dies. Emisen.

Nõ potest synagoga de Deo cõqueri ob repulsam.

Esaiæ 54.

Esaia locus prepare de synagoga intellectus.

De noua vero Ecclesia optime intelligitur.

velitis, vel nolitis, ad ita de Ecclesia intelligendum vos ipsa dominica verba cōpellūt: quis namque est illa, cum qua in istis verbis comparatur illa, quæ paritura est quādo dicitur: *Quod multi filij desertæ, magis quam eius, quæ habebat virum?* aut quis nam fuit illa, quæ prius virum habuit, nisi mater vestra synagoga? Illa certè prius virum Deum habuit, vt ad hunc locum annotauit Hugo Cardinalis, sed per adulteriū repudiata fuit: Ecclesia ergo de gētibus plus Deo genuit quam synagoga judæorum, quia pauci conuersi sunt de judæis. Audite autem S. Patrem Hieronym. cōtra vestram sinistram istius loci intelligentiam ex ipsius contextus verbis argumentantem. *Ne putemus*, inquit, *hoc iuxta friuolam Hebræorum contentionem dici de Sion, quæ in antiquum statum restituenda sit, ponit Dominus manifestius quod latebat dicens, & semen tuum gentes hæreditabunt, quod semen etiam ciuitates desertas faciet inhabitari, vt Ecclesiæ gentium in toto orbe consurgant.* Hæc Hieronym. post quem, & sanctum Dionysium eundem locum exponentem audite. *Semen tuum*, inquit Dominus, *gentes hæreditabit, & ciuitates*

Hug. sup Esaiā. 54.

Hier. sup eundem locum.

Demonstrat Hieronymus non posse predictā Esaię locum de synagoga intelligi.

Dionys. sup. Esaię cap. 54

A

B

C

D

desertas inhabitabit, ex quo innotescit ista non dici de terra illa Hierusalem, nec de populo Iudæorum: quandiu enim sola Iudæa gratiam Dei consequuta est nō nisi in Iudæa notus erat Deus, & in Israel magnum nomen eius: cum verò gentilitati impartita sunt beneficia Christi, de quibus nunc agitur, Christus saluator non tantum Iudæorum, sed omnis terræ vocatus est Deus ab omnibus gentibus.

Id ipsum de eodem Esaiæ loco ostendit Dionysius.

Psal. 75

Quando Deus ab omnibus uctus.

Quid igitur ó cæci nimis, & pertinaces Iudæi ritus, & sacrificia, quæ nisi intra templum exerceri, & offerri licitum erat, extra templum & locum vobis, matrique vestræ tam astrictē definitum exercere, & offerre procuratis? quid destructo templo solemnia celebrare contenditis? Quid vitulos, quid hædos extra domesticum altare immolare paratis? quid ad aliena hospitia amplius diuertitis? nonne genuinos Ecclesiæ filios ad sanctæ matris Ecclesiæ mensam accubare, ibi solum refici, ibique de solo eius pane satiari cōspicitis; ibi gratiarum actiones pro acceptis beneficijs proprio patri referre, nunquam ad aliena conuiuia diuertere, sed semper inter domestica limina residere? de quibus pro

Fideles intra matris Ecclesię sinum habitare cōgandēt, neq; ad idolorum hospitia aliquādo diuertūt.

tanto-

tantorum filiorum obedientia, & submissione, quasi matri gratulando, ait Psalmista; *filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ*: in hunc enim sensum verba ista Dauidica exponit Origenes homiliā 20. super cap. 15. Num. dicens. *Est illa vere beata soboles, vbi concubitus factus fuerit cum Diuino Verbo, inde nascitur generosa progenies, inde pudicitia oritur, inde iustitia, inde mansuetudo, atque omnium virtutum proles veneranda succedit*: & paucis interiectis cōcludit dicens: *Isti sunt filij de quibus Propheta dixit, filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ.* Hæc Origen.

Psal. 127. | Origen. | *Ex Ecclesiæ cū Christo conexione, nascitur beata soboles.* | Origen. ibid.

Si ergo ó Iudæi miserabilis mater vestra synagoga ad tantam inopiam redacta est, vt propria mensa, siue altari, quo vos alat; destituta manserit, cur ad Ecclesiæ matris mensam accumbere renuitis, cum illa non tamquam nouerca, sed vt pijssima mater vos sustentare exoptet? Quid ad idolorum hospitia diuertitis? Quid mansueti agni dapes despicitis, vt rudibus nociuisque epulis vescamini? Cur ad instar Patris Isaac. rusticis semper escis oblectamini? Affer, inquit, mihi de venatione tua, vt comedam, &c. Cur māsueto potius hædo seu agno, ex quo vera mater Rebecca dulcissimas escas componit non vescimini? Nō ne experiméto didicistis quātum Deus vestrum carnis Ægyptiacæ vorandæ desiderium, domesticique, & salutiferi cibi tædium quo animæ vestræ nausearunt semper fuerit abominatus? Non ne Numer. vndecimo, sicut noster Rabanus obseruat, vt vos á nociuis, & rudibus Ægyptiorum escis abduceret, dum Angelicas fastidiebatis, volatilia saltem exhibuit, ne præberet venalia? *Non certe ferarum, non quadrupedum* (vt idem quem superius retulimus Auctor obseruat) *nec terrestrium animalium esum tribuit, sed volucrum, vt disceretis superna magis desiderare, quam terrena: spiritualia, quam corporalia: auiū enim natura ex aquis processit, sed in aere habitationem sibi acquisiuit: qui ergo volucres comedunt, ab imis ad superna cor leuare monentur, vt licet in terris corporibus degant, animo semper cælestia petant, iuxta illud Apostoli ad Philipenses 3. In carne ambulantes non secundum carnem militamus nostra autem conuersatio in cælis est.*

Synagoga caret mēsa, qua filios alat | *Ecclesia non se nouercā, sed matrē ostendit in dais.* | Genes. 27. | Num. 11. | ad Phil. 3

Quid igitur semper fugitiui inceditis? quid ad hyrcorum consortium semper aufugitis? quid matris mores adulterando imitatis? Scitis quid de vobis non temere suspicemus; cum præsertim ex adultera matre vos productos agnoscimus, & ad vitulorum cõsortium adeo propensos videamus? quod ex nefando alicuius vituli concubitu procedatis, & quod ex coniugali toro non proficiscamini. Neque ex hoc mirari habetis qui enim in adultera matre filij concipiuntur, semper cum vehementi de paternitatis origine suspitione procedunt (*A filhos de mãy adultera não se pode asinar pay certo*) ex hoc enim fundamento vos ipse Dominus Hieremiæ 30. vt adulterinos recusauit dicẽs. *Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis; sed quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israel.* Eodemque ducti fundamento Patres fere omnes vos adulterinos proclamare consuescunt, & præsertim Eusebius Emissenus in caput Matthæi 12. ad illa verba, *Generatio mala, & adultera signũ quærit &c.* vbi sic ait. *Generatio certè mala & adultera estis Iudæi siquidem mater vestra synagoga toties cum idolis fornicata, & Deus gentium est sequuta.*

Iudæi dum ad vitulorũ ritus adeo propensi sũt ex vitulorũ cõbitu cõceptos fuisse demonstrant.

Adulteræ mulieris filij semper cum suspitione procedũt.

Hiere. 30

Iudæi cur vt adulterini a Deo repodiati.

Emissen.

Ad hanc autem de vobis suspitionem augendam nonnulla accedunt, inter quæ illud non minus præcipuum est, quod quãquam mater Ecclesia non vt nouerca, sed tanquã vera, pijssimaque mater pijssimis, intimisq; visceribus vos educare, & fouere nitatur, nunquam tamen vt domestici quiescatis, sed semper in Iudæam idest, ad vestros vmbraticos ritus aufugere conemini: quæ detestanda mentis vestræ cæcitas á sancto Patriarcha Iob fuit antiquitus promulgata. dum cap. 24. ait. *Oculus adulteri obseruat caliginem*, nam doctrina, quam S. Pater Gregor. in expositione affert, võs certé comprehendit. *Adulter*, inquit, *in carnali cobitu non prolẽ sed voluntatem quærit.* Quod quidem dictum adulteram voluntatem vestrã, & animũ comprehendit, nam in vestris sacrificijs vestro potius appetitui, quã Dei honori incumbitis, vnde optime de vobis ait Salamõ Sapiẽtiæ 30. *Filij adulterorum imperfecti erunt, & ex iniquo cobitu semen extreminabitur*, de vobis enim locum istũ intellexit Origenes dicens. *Quia infelix synagoga diuini verbi reliquit sancta Connubia,*

Iudæi matris Ecclesiæ dictis, nõ acquiescunt sed semper in Iudeam idest in synagoge ritus aufugere conãtur.

Iob 24.

Gregor.

Adulterorum intentio, & intẽtum.

Quid Iudæi in suis ritibus intendant.

Sapient. 30.

Orig. su. eundem locũ.

& in adulterinos se cumplexus tradidit, genuit filios, de quibus scriptum est filij adulterorum imperfecti erunt &c. Neque de adulterino matris vestiæ cohitu Dominus dubitare permisit dum vobis propriũ patrem Diabolum assignauit dicens. *Vos ex patre diabolo estis:* ita vt iam nulla amplius vobis fiducia sit ad dicendum: *Nos ex fornicatione non sumus nati, vnũ Patrẽ habemus Deũ,* quia tandem vltra id, quod dictum est mater vestra (ait Rupertus in hunc locum) *ab antiqua illa nobilitate generis in fornicationẽ idolorum declinauit.* Perbelle quidem ex 70. versione illorum verborum Cât. in cap. 1. *Indica mihi quem dilexit anima mea,* enarrat. 2. in Psalm. 118. infert Ambrosius synagogã ab antiqua sui spõsi dilectione declinasse, & ad incredulitatem perfidiamque fuisse dilapsã. *Cur,* inquit Ambros. *quem dilexit anima mea dicis, & non quem diligit? Cur dimisisti quem tenebas? Dilexisti Patrum fide, amisisti incredulitate: tenebas charitatis vinculis, amisisti lõgo fune perfidiæ.* Hæc Ambros. Et elegantius adhuc idẽ lib. 4. Examerõ ex eadem 70. & ex vulgata eiusdẽ loci versione eandem Synagogæ inconstantiam nouæque Ecclesiæ firmitatem, & fidem elicit dicens. *Synagoga dicit in Canticis. Annuntia mihi quem dilexit anima mea, sed cur nõ potius dicit, quem diligit? sed synagoga dilexit, Ecclesia diligit, nec vnquam circa Christum, suum mutat affectũ.* Quia igitur mutabilis semper, varia, & incõstans synagoga fuit, ideo a Deo non solum vinculis mancipata, sed vt adultera repudiata est, bonisque omnibus spoliata, publicoque repudij libello (idest legis littera) eiecta. Ecclesia vero ideo dilatata, ideo dilecta, ideo bonorum omnium charismatibus referta, aucta, & cumulata, quia castũ sponsi seruat connubium, vt serm. 1. de Natiuit. Domini, noster Garric. obseruat dicẽs. *Misera & cæca synagoga, cur non aduertit quã manifestè Deus eius, ad nos transierit? quam euidenter ipsa repudiata, solumque retinente libellum repudij, litterã dicõ legis, quæ adulteria ipsius coarguit, vniuersam eius dotem ad nouam sponsus nuptam transtulerit? Ecce in manibus nostris tabulæ matrimonij in duobus testamentis, ecce Sacramenta vnctionum, dignitas Regum, ordo Sacerdotum, cultus templi, sacrificiorum veritas, omnis denique ipsius gloria trãslata est ab ipsa, & collata est nobis.*

Iudæi imperfecti, qui filij adulteræ sunt.

Iudæi Deum, patrem vocare non possunt.

Rupert. in cap. 3. Sap.

Cant. 1.

Ambros.

Garric.

ANNOTATIO XX.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

Quomodo omnia festa legalia, quæ Iudæis secundum literam, & carnaliter exerceri prohibētur secundum spiritū in Ecclesia exerceantur.

ET

In quo vera festiuandi ratio consistat.

Iudæi nihil spiritu ale in lege inquirebant.

CVM semel iterumque á nobis dictū sit judæos nihil spirituale in lege, quā acceperant cogitasse, sed omnia, quæ in illa continebantur carnaliter accepisse, & secūndum literam, cum ipsa certé lex multarum rerum in lege gratiæ exequendarum spiritū sub literali vmbra contineret: iam occasio postulat vt, amota vmbra corpus aspiciamus, vt reiecta cortice percipiamus medullā, & fracta nuce nucleum degustemus; idest vt demissa litera quidquid spirituale legalia festa significabāt inquiramus, vt omnes patres passim solent inquirere, & præsertim Origen. homil. 2. in Leu. & lib. 9. in epistolam ad Romanos in expositione illorum verborum capitis. 12. *Fratres obsecramus vos vt exhibeatis corpora vestra Deo hostiam viuentem* &c. Hieronymus in cap. 58. Esaiæ: Theodoretus in quæstionibus in Exodum quæst. 24. & quæst. 54: Diuus August. lib. contra Adimantū Manichei discipulum, qui tom. 3. suorum operum continetur, idéque August. tom. 6. oratione aduersus Iudæos: Ioan. Chrysost. in expositione capitis 12. eiusdē Epistolæ ad Romanos: Petrus Chrysol. serm. de verbis illis iam die festo mediante, Pater Gregorius homil. 22. & hom. 68. Gregor. Nazianzenus oratione 2. de sancto Paschate: Diuus Thomas 1. 2. quæst. 102. per totos sex quæstionis articulos, & cōmētator Caietanus ad eundem locum. Ex quorum dictis aliqua in medium afferre non grauabit, vt manifestum fiat quomodo á legalium festiuitatum litera spiritus auferatur: quod certè cautè faciendum fore necessarium esse putamus, ne dum aliquis audit posse de his so-

Lex continebat sub umbra multaque secundum spiritum, in lege gratię exequenda.

Origen. Hieron. Theod. August. Ioann. Chrisost. Petrus Chrysol. Gregor. Naziāz. D. Tho. Caietan.

Cum Iudæis secũdum literam sabbatizare hæreticũ, & perniciosum est

lemnitatibus quæ præcesserunt spiritualiter agere, existimet licitum esse cum Iudæis secundum literam sabbatizare, vel Neomeniam agere, aut scænophegiam celebrare, hoc enim, & perniciosum, & mortiferum cũ Diuo Hieronym. proclamamus, qui in epistola ad Augustin. cui titulus est de Petro reprehenso à Paulo, ita ait. *Ego reclamante mundo libera voce pronũcio cæremonias iudæorum, & perniciosas esse, & mortiferas Christianis, & quicumque eas obseruauerit siue ex Iudæis, siue ex gentibus eum in baratrũ diaboli deuolutum.*

Hieron.

Posse legalia festa mystice seu spiritualiter exponi docẽt patrès

Origin.

Posse igitur legalia festa mysticè exponi spiritualiterq; celebrari expresse docet Origen. locis superius allegatis, & homil. 23. in cap. 18. Num. vbi Iudæorũ, & legis festiuos dies mystice exponit, traditq; eorum spiritualem colendi modum, quod idẽ repetit in expositione epistolæ ad Roman. vbi sic ait: *Cultus quidudum in corporibus pecudum mutorum consistebat, nunc in corpore hominis rationalis offeratur, & corpora magis vestra, quam pecudum fiant sacrificium Deo, atque in sacris altaribus collocentur.* Optime quidem dictum: nam qui membra sua mortificant ab incentiuo libidinis, & furoris, & actus corporis sui Deo placitos habent: hostiam viuentem sanctam, Deo placentem rationabiliter offerũt: & legem sacrificiorum, quæ in Leuit. lata est, secundũ spiritualem intelligentiam complent, verbi gratia, vt dum offerebant vitulum primo loco, vel secundo arietem, aut tertio hyrcum, aut quarto turtures, vel etiam pullos colũbarum, vt in his vniuscuiusque anima purificaretur pro qualitate gestorum: hæc nunc in suo corpore vnusquisque purificans, & spirituali sensu discernens rationabili obsequio viuentem hostiam offert Deo. Siquis superbiam corporis sui vincit, immolat vitulũ: si iracundiã superat, immolat arietẽm: si libidinem vincit, in holocaustum offert hyrcum: si vagos, lubricosque conscientiæ resecet volatus, columbas, & turtures immolat.

Origin.

Spirituales oblationes offerẽdi ritus.

Leuit. capit. 1.

Animalium quæ offerebantur mystica significatio.

Hoc etiam despirituali festorum exercitio argumentum prosequitur Sãctus Pater Augustin. contra Adimantum loco superius allegato dicens: *Nunquid, & nos nõ dicimus sabbata, & reliquas festas Iudæorũ non esse celebrandas, sed illa potius quæ his significantur. Iudæi enim illa seruiliter obseruabant non intelligentes ad quarum rerum*

Aug. ...

Iudæi nesciebant, quid suis festiuitatibus significabatur.

rum significationem, & prænuntiationem, pertinerent: nos verò dominicam diem, & Pascha solêniter celebramus, & quaslibet alias Christianorum festiuitates: sed quia intelligimus quo pertineant, non tempora obseruamus, sed quæ illis significantur temporibus. Sicque sabbati quietem nô obseruamus in tempore, sed signû têporale intelligimus, & ad æternam quietem, quæ illo signo significantur aciem mentis intendimus, repudiamus itaque temporum obseruationem, & temporalium signorum intelligentiam tenemus, duorumque testamentorum differentiam sic probamus, vt in illo sint onera seruorum: in isto gloria libertorum: in illo cognoscatur præfiguratio possessionis nostræ, in isto teneatur ipsa possessio. Et cætera quibus claré ostendit August. posse in lege gratiæ, legis scriptæ festa, secundum spiritum tractari, cum illa tanquam signa præcesserint festiuitatum nostrarum.

Fideles ideo festa celebrât, quia eorû spiritum percipiût.

Vetus testamentû lex seruorû: nouû autê gloria libertorum.

Idemque August. ibidem, agens de eodem argumento sic ait. *Sunt iam volumina innumerabilia, in quibus ista exposita sunt, nobis tamen ad Iudæos refellendos satis est quod eas obseruationes vmbram esse futurorum non ego, sed Apostolus dicat: cum etiam vetat ad Colos. 2. eas seruiliter obseruari: sed tamê aliquid significare declarat dicens. Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, Neomeniæ, aut Sabbatorum, quod est vmbra futurorum. Illa itaque futura, quæ illis obseruationibus significabantur postea quam per Dominû Iesum Christum venerunt: ablatæ sunt seruiles obseruationes, sed earum interpretationes tenentur à liberis.* &c. Adhuc tamen clarius idem argumentum prosequitur idem Pater oratione aduersus Iudæos tom. 3. suorum operum dicens. *In Christo requiem cum inuenimus, vere sabbatizamus, & luna noua obseruatio vitæ noua est sanctificatio, & Pascha nostrum, immolatus est Christus, & azimû nostrum est synceritatis, & veritatis fermentum non habens vetustatis, & si quæ alia sunt, in quibus amplius opus non est immorari, quæ illis veteribus adumbrata sunt signis, in isto habent finem, cuius Regni non erit finis: in illo quippe omnia oportebat impleri, qui venit legem, & Prophetas non soluere, sed ad implere.*

August.

Iudæorû obseruationes vmbra fuerunt, nostrarû festiuitatû.

Quando, & per quê fuerût ablatæ seruiles illarum obseruationes.

August.

Spiritualis legaliû festiuitatum significatio.

Omnia quę in lege veteri fuerût significata in lege gratia fuerût impleta.

ad quod etiam argumentû amplius corroborandum, firmiusque, & clarius demonstrandum posse in lege gratiæ legalium festiuitatum spiritû exerceri audiendus est Greg. Nazianz. oration. 2. de Sancto

Naziâz.

Paschate

Paschate dicens: sacrificia, & festa veteris legis esse exemplaria nostrarum festiuitatū, esseque vmbras illarum, & ideo nostras spirituales festiuitates ab illarum spiritu, & mystica significatione esse auferendas. *Enim vero*, ait, *legem totam futurorum atq; eorum quæ animo, & ratione intelliguntur vmbram fuisse diuinus Apostolus ante nos pronuntiauit, ac Deus, qui ante, cum Moisi oracula dedit cum de his rebus leges illi præscriberet, vide*, inquit, *vt omnia facias secundum exemplar quod tibi in mōte monstratum est. Ea nimirum, quæ aspectu sentiūtur quasi adumbrationem quandam, & prasculturam earum rerum, quæ oculorū sensum fugiunt esse ostendens. Atq; illud persuasum habeo nihil temeré, nec incōsideratè, nihilq; Deo legislatore, ac ministro Moise parum dignū, & indictum, atq; constitutum esse: tametsi diffieile factu sit, vt suā cuiq; vmbræ figuram, & allegoriam cogitemus, subtiliter ad ea omnia decendentes, quæ tunc de arca, & de modo, & materia, ac ministris eam gestantibus: tum etiam de sacrificijs, & lustrationibus, atq; oblationibus, lege sancita sunt.* Hæc S. Gregor. Nazianzen.

Exod. 25.

Omnia quę in veteri lege continebantur erant exemplaria futurorum.

Nihil in lege veteris frustra mandatū.

His addenda sunt illa, quæ loco superius à nobis allegato habet Chrisologus. *Etsi*, inquit, *aliqua videantur occulta sui profunditate mysterij: nulla tamen est ecclesiastici cultus infructuosa solēnitas.* Ex quibus, & ex reliquis superius allatis iam patet fuisse in antiquis Iudæorum festiuitatibus tanquā subvmbra, nōnulla quæ in lege gratiæ spiritualiter deceat exerceri: dummodo tamen id superstitiosè non fiat, neque Iudaica intentione, sed secundū spiritum, mysticamque intelligētiam. Nam vt ibidem ait idem Pater Chrisolog. *Diuina festiuitas non pro nostris est voluntatibus exercenda, sed pro suis est percolenda virtutibus.*

Chrisol. vbi sup.

Nulla in Ecclesia infructuosa solemnitas.

Chrisol. ibid.

Vnde iam fit vt Iudaica festa mystice exponere eorumque spiritum exercere nō solum irreligiosum non sit, sed proficuum, & bonum, vt homil. 68. aduertit noster S. Pater Gregor. dum Iudæorum Pascha, eiusque leges, & cæremonias mysticè exponit dicens. *Hæc cuncta magnam nobis ædificationem pariunt, si fuerint mystica interpretatione discussa.*

Gregor.

Patet etiam ex dictis quam meliorē partem fuerint Christiani assequuti, quam Iudæi, illi siquidem vmbram tātum, nos autē corpus, illi tenebras, nos autem lucem, vnde quod illi sub vmbra tantum exercebant

Longe melior fidelium pars quam Iudaei.

bant, nos manifesta luce peragemus, latuit illos in vmbra legis Christus Dominus; manifestè auté in lege gratiæ ostéditur, & demonstratur, quod noster Rupert. intulit ex illo eiusdem Christi facto, quod refert Ioan. cap. 7. sui Euangelij dicens. *Ipse ascendit ad diem festum nõ manifestè, sed quasi in oculto. Non vacat mysterio,* inquit Rupert. *hoc Domini opus; nam omnes dies festi Iudæorũ in figura fuerũt, ideo Christus latuit in illis populo priori ocultus, modo vero meliori populo manifestus, quia quod ille populus in vmbra agebat, nos iam manifesta luce facimus.*

Rupert.

Christus latuit in veteri lege manifestatus autem in Euangelio fuit.

Patet etiam ex dictis, quod festa eadem, quæ neque secũdum literam, & in vmbra tẽpore in lege præmisso Iudæi debité exercere curarunt, nos secundum spiritum, & veritatem non certis statutisque téporibus, vt illi, sed omni loco, tempore, & die exercere valeamus: nam vt docet Pater Ioan. Chrisost. homil. aduersus eos, qui tantũ in festis cõcurrunt, quæ habetur tom. 5. suorum operum: *Licet nobis per singulos dies, si velimus, festũ celebrare, si virtutẽ exerceamus, & conscientiam purificemus.*

Fidelium festiuitates, nec tẽpore, nec loco præfinitæ.

Chrisost.

Relinquẽtes igitur Iudæorum adumbratas festiuitates, ad quarum exercitium, & obseruantiam tota illorum purificatio in quorundam ciborũ abstinentia, & internis lotionibus consistebat, qualiter in lege gratiæ spiritualiter exercere fas est debite celebremus, & etiam á Sanctispatribus addiscamus; qui omnes docent debitum festiuandi fundamẽtum, non in legali munditia, neque in ciborum abstinẽtia, sed in internæ conscientiæ puritate, animi synceritate, & in intentione ab omni prorsus peccaminosa actione aliena consistere. Quod idem Sanctus Pat. Chrisost. homil. 8. de Resurrectione docuit dicens. *Ita nobis sanctarum dierum festiuitas agenda est, vt relaxatione ciborum puritas non corrumpatur animarum, sed potius abstinentes ab omni luxu, & ebrietate, & lasciuia, dantes operam sanctæ, & sobriæ synceritati, id efficere tentemus, vt quidquid corporali abstinẽtia nõ adipiscimur mentiũ puritate quæramus.* Hæc Chrisost. Ex quibus certé patet quod vt festiuos dies celebret Christianus, animi potius synceritati, quam ciborum abstinentiæ studere teneatur.

In quo munditia legal. cõsistebat.

In quo cõsistat debitum festiuandi fũdamentũ

Chrisost.

Ne tamen dum Caribdim nitimur euitare in Silam deuenire contingat, necesse est

vt ad-

vt aduertat Christianus, quod dum non in ciborum esu, sed in internæ conscientiæ puritate festorum obseruantiam cõsistere affirmamus, non ideo gulæ inseruire, vel murigerari permittimus: sunt enim nonnulli, qui ita ciborum opulentiam ad festa transigenda præparare student, ac si in solo copioso edulio, & in præmeditatis ex cogitatisque ciborum differentijs festiuale iubilum, obseruantiaque consisteret, de quibus idem Pater Ioann. Chrisost. loco superius Adducto conquæritur dicens. *Nonnulli ex fratrum nostrorum numero festiuos se esse dubitant, nisi gulæ, nisi ventri satisfecerint, sed non est hoc fratres festiuitatem colere, sed coinquinare.* Quod igitur ad festa verè celebranda requiritur est modulata externa morum consuetudo, & interna conscientiæ puritas cordisque munditia singularis, quæ si adsunt internè, externèque hominem festiuum faciunt, & in festiuali iubilo perpetuo conseruant.

(∴)

Festiuale iubilum, nec in copioso edulio, nec in sumptuoso apparatu consistit.

Chrisost.

In quo verè festiuitatis ratio præcipuè consistat.

A

B

C

D

ANNOTATIO XXI.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

De mystico, & spirituali sabbatismo, siue de festiuarum dierum obseruantia.

PRIMVM, & præcipuum festum, & quod apud Iudæos frequentius obseruabatur sabbatum erat, quod tanto rigore custodiebant á seruilibus operibus ita abstinẽtes, vt neque pedem loco mouere in die sabbati ausi essent: circa cuius obseruantiam stricta illis fuit imposita lex cap. 20. Exodi, quæ sic habebat. *Memento vt diem sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, septima autem die sabbati Domini est, non facies omne opus in eo, tu, & filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancila tua, iumentum tuũ, & aduena, qui est intra portas tuas* &c. Circa quã legem, eiusque adeo strictũ mandatum S. Patrẽ Gaudentiũ tractatu 11. in Ioann. iuuabit audire. *Procliuum est*, inquit, *ex voluntate humanum genus, & maxime Iu-*

Præcipua, & cõmunioriudæorum festiuitas.

Exod. 20.

Gaudent.

De noua vero Ecclesia optime intelligitur.

velitis, vel nolitis, ad ita de Ecclesia intelligendum vos ipsa dominica verba cōpellūt: quis namque est illa, cum qua in istis verbis comparatur illa, quæ paritura est quādo dicitur: *Quod multi filij desertæ, magis quam eius, quæ habebat virum?* aut quis nam fuit illa, quæ prius virum habuit, nisi mater vestra synagoga? Illa certè prius virum Deum habuit, vt ad hunc locum annotauit Hugo Cardinalis, sed per adulteriū repudiata fuit: Ecclesia ergo de gētibus plus Deo genuit quam synagoga judæorum, quia pauci conuersi sunt de judæis. Audite autem S. Patrem Hieronym. cōtra vestram sinistram istius loci intelligentiam ex ipsius contextus verbis argumentantem. *Ne putemus*, inquit, *hoc iuxta friuolam Hebræorum contentionem dici de Sion, quæ in antiquum statum restituenda sit, ponit Dominus manifestius quod latebat dicens, & semen tuum gentes hæreditabunt, quod semen etiam ciuitates desertas faciet inhabitari, vt Ecclesiæ gentium in toto orbe consurgant.* Hæc Hieronym. post quem, & sanctum Dionysium eundem locum exponentem audite. *Semen tuum*, inquit Dominus, *gentes hæreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit, ex quo innotescit ista non dici de terra illa Hierusalem, nec de populo Iudæorum: quandiu enim sola Iudæa gratiam Dei consequuta est nō nisi in Iudæa notus erat Deus, & in Israel magnum nomen eius: cum verò gentilitati impartita sunt beneficia Christi, de quibus nunc agitur, Christus saluator non tantum Iudæorum, sed omnis terræ vocatus est Deus ab omnibus gentibus.*

Hug. sup Esaiā. 54.

Hier. sup eundem locum.

Demonstrat Hieronymus non posse prędictā Esaię locum de synagoga intelligi.

Dionys. sup. Esaię cap. 54

Id ipsum de eodem Esaia loco ostendit Dionysius

Psal. 75

Quando Deus ab omnibus notus.

Quid igitur ó cæci nimis, & pertinaces Iudæi ritus, & sacrificia, quæ nisi intra templum exerceri, & offerri licitum erat, extra templum & locum vobis, matrique vestræ tam astrictè definitum exercere, & offerre procuratis? quid destructo templo solemnia celebrare contenditis? Quid vitulos, quid hædos extra domesticum altare immolare paratis? quid ad aliena hospitia amplius diuertitis? nonne genuinos Ecclesiæ filios ad sanctæ matris Ecclesiæ mensam accubare, ibi solum refici, ibique de solo eius pane satiari cōspicitis; ibi gratiarum actiones pro acceptis beneficijs proprio patri referre, nunquam ad aliena conuiuia diuertere, sed semper inter domestica limina residere? de quibus pro tanto-

Fideles intra matris Ecclesię sinum habitare cōgaudēt, neq; ad idolorum hospitia aliquādo diuertūt.

tantorum filiorum obedientia, & submissione, quasi matri gratulando, ait Psalmista; *filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ*: in hunc enim sensum verba ista Dauidica exponit Origenes homiliā 20. super cap. 15. Num. dicens. *Est illa vere beata soboles, vbi concubitus factus fuerit cum Diuino Verbo, inde nascitur generosa progenies, inde pudicitia oritur, inde iustitia, inde mansuetudo, atque omnium virtutum proles veneranda succedit*: & paucis interiectis cōcludit dicens: *Isti sunt filij de quibus Propheta dixit, filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ.* Hæc Origen.

Psal. 127.

Origen.

Ex Ecclesia cū Christo coniunctione, nascitur beata soboles.

Origen. ibid.

Si ergo ó Iudæi miserabilis mater vestra synagoga ad tantam inopiam redacta est, vt propria mensa, siue altari, quo vos alat; destituta manserit, cur ad Ecclesiæ matris mensam accumbere renuitis, cum illa non tamquam nouerca, sed vt pijssima mater vos sustentare exoptet? Quid ad idolorum hospitia diuertitis? Quid mansueti agni dapes despicitis, vt rudibus nociuisque epulis vescamini? Cur ad instar Patris Isaac. rusticis semper escis oblectamini? Affer, inquit, mihi de venatione tua, vt comedam,

Synagoga caret mēsa, qua filios alat.

Ecclesia non se nouercā, sed matrē ostendit iudæis.

Genes. 27.

A

B

C

D

&c. Cur māsueto potius hædo sea agno, ex quo vera mater Rebecca dulcissimas escas componit non vescimini? Nō ne experiméto didicistis quātum Deus vestrum carnis Ægyptiacæ vorandæ desiderium, domesticique, & salutiferi cibi tædium quo animæ vestræ nausearunt semper fuerit abominatus? Non ne Numer. vndecimo, sicut noster Rabanus obseruat, vt vos á nociuis, & rudibus Ægyptiorum escis abduceret, dum Angelicas fastidiebatis, volatilia saltem exhibuit, ne præberet venalia? *Non certe ferarum, non quadrupedum* (vt idem quem superius retulimus Auctor obseruat) *nec terrestrium animalium esum tribuit, sed volucrum, vt disceretis superna magis desiderare, quam terrena: spiritualia, quam corporalia: auiū enim natura ex aquis processit, sed in aere habitationem sibi acquisiuit: qui ergo volucres comedunt, ab imis ad superna cor leuare monentur, vt licet in terris corporibus degant, animo semper cælestia petant, iuxta illud Apostoli ad Philipenses 3. In carne ambulantes non secundum carnem militamus nostra autem conuersatio in cælis est.*

Num. 11.

ad Phil. 3

Quid igitur semper fugitiui inceditis? quid ad hyrcorum consortium semper aufugitis? quid matris mores adulterando imitatis? Scitis quid de vobis non temere suspicemus; cum præsertim ex adultera matre vos productos agnoscimus, & ad vitulorum cōsortium adeo propensos videamus? quod ex nefando alicuius vituli concubitu procedatis, & quod ex coniugali toro non proficiscamini. Neque ex hoc mirari habetis qui enim in adultera matre filij concipiuntur, semper cum vehementi de paternitatis origine suspitione procedunt (*A filhos de māy adultera não se pode assinar pay certo*) ex hoc enim fundamento vos ipse Dominus Hieremiæ 30. vt adulterinos recusauit dicēs. *Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis; sed quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israel.* Eodemque ducti fundamento Patres fere omnes vos adulterinos proclamare consuescunt, & præsertim Eusebius Emissenus in caput Matthæi 12. ad illa verba, *Generatio mala, & adultera signū quærit &c.* vbi sic ait. *Generatio certè mala & adultera estis Iudæi siquidem mater vestra synagoga toties cum idolis fornicata, & Deus gentium est sequuta.*

Iudæi dum ad vitulorū ritus adeo propensi sūt ex vitulorū cōbitu cōceptos fuisse demonstrant.

Adultera mulieris filij semper cum suspitione procedūt.

Hiere. 30.

Iudæi cur vt adulterini a Deo repodiati.

Emissen.

Ad hanc autem de vobis suspitionem augendam nonnulla accedunt, inter quæ illud non minus præcipuum est, quod quāquam mater Ecclesia non vt nouerca, sed tanquā vera, pijssimaque mater pijssimis, intimisq; visceribus vos educare, & fouere nitatur, nunquam tamen vt domestici quiescatis, sed semper in Iudæam idest, ad vestros vmbraticos ritus aufugere conemini: quæ detestanda mentis vestræ cæcitas á sancto Patriarcha Iob fuit antiquitus promulgata dum cap. 24. ait. *Oculus adulteri obseruat caliginem,* nam doctrina, quam S. Pater Gregor. in expositione affert, vōs certé comprehendit. *Adulter,* inquit, *in carnali cobitu non prolē sed voluntatem quærit.* Quod quidem dictum adulteram voluntatem vestrā, & animū comprehendit, nam in vestris sacrificijs vestro potius appetitui, quā Dei honori incumbitis, vnde optime de vobis ait Salamō Sapiētiæ 30. *Filij adulterorum imperfecti erunt, & ex iniquo cobitu semen extreminabitur,* de vobis enim locum istū intellexit Origenes dicens. *Quia infelix synagoga diuini verbi reliquit sancta Connubia,* &

Iudæi matris Ecclesiæ dictis nō acquiescunt sed semper in Iudeam idest in synagoga ritus aufugere conātur.

Iob 24.

Gregor.

Adulterorum intentio, & intētum.

Quid Iudæi in suis ritibus intendant.

Sapient. 30.

Orig. su. eundem locū.

& in adulterinos se cumplexus tradidit, genuit filios, de quibus scriptum est filij adulterorum imperfecti erunt &c. Neque de adulterino matris vestræ cohitu Dominus dubitare permisit dum vobis propriũ patrem Diabolum assignauit dicens. *Vos ex patre diabolo estis*: ita vt iam nulla amplius vobis fiducia sit ad dicendum: *Nos ex fornicatione non sumus nati, vnũ Patrẽ habemus Deũ*, quia tandem vltra id, quod dictu m est mater vestra (ait Rupertus in hunc locum) *ab antiqua illa nobilitate generis in fornicationẽ idolorum declinauit*. Perbelle quidem ex 70. versione illorum verborum Cãt. in cap. 1. *Indica mihi quem dilexit anima mea*, enarrat. 2. in Psalm. 118. infert Ambrosius synagogã ab antiqua sui spõsi dilectione declinasse, & ad incredulitatem perfidiamque fuisse dilapsã. *Cur*, inquit Ambros. *quem dilexit anima mea dicis, & non quem diligit? Cur dimisisti quem tenebas? Dilexisti Patrum fide, amisisti incredulitate: tenebas charitatis vinculis, amisisti lõgo fune perfidiæ*. Hæc Ambros. Et elegantius adhuc idẽ lib. 4. Examerõ ex eadem 70. & ex vulgata eiusdẽ loci versione eandem Synagogæ inconstantiam nouæque Ecclesiæ firmitatem, & fidem elicit dicens. *Synagoga dicit in Canticis. Annuntia mihi quem dilexit anima mea, sed cur nõ potius dicit, quem diligit? sed synagoga dilexit, Ecclesia diligit, nec vnquam circa Christum, suum mutat affectũ*. Quia igitur mutabilis semper, varia, & incõstans synagoga fuit, ideo a Deo non solum vinculis mancipata, sed vt adultera repudiata est, bonisque omnibus spoliata, publicoque repudij libello (idest legis littera) eiecta. Ecclesia vero ideo dilatata, ideo dilecta, ideo bonorum omnium charismatibus referta, aucta, & cumulata, quia castũ sponsi seruat connubium, vt serm. 1. de Natiuit. Domini, noster Garric. obseruat dicẽs. *Misera & cæca synagoga, cur non aduertit quã manifestè Deus eius, ad nos transferit? quam euidenter ipsa repudiata, solumque retinente libellum repudij, litterã dico legis, quæ adulteria ipsius coarguit, vniuersam eius dotem ad nouam sponsus nuptam transtulerit? Ecce in manibus nostris tabulæ matrimonij in duobus testamentis, ecce Sacramenta vnctionum, dignitas Regum, ordo Sacerdotum, cultus templi, sacrificiorum veritas, omnis denique ipsius gloria trãslata est ab ipsa, & collata est nobis.*

Iudæi imperfecti, qui filij adulteræ sunt.

Iudæi Deum, patrem vocare non possunt.

Rupert. in cap. 3. Sap.

Cant. 1.

Ambros.

Garric.

ANNOTATIO XX.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

Quomodo omnia festa legalia, quæ Iudæis secundum literam, & carnaliter exerceri prohibêtur secundum spiritū in Ecclesia exercentur.

ET

In quo vera festiuandi ratio consistat.

Iudæi nihil spirituale in lege inquirebant.

CVM semel iterumque á nobis dictū sit Iudæos nihil spirituale in lege, quā acceperant cogitasse, sed omnia, quæ in illa continebantur carnaliter accepisse, & secundum literam, cum ipsa certé lex multarum rerum in lege gratiæ exequendarum spiritū sub literali vmbra contineret: iam occasio postulat vt amota vmbra corpus aspiciamus, vt reiecta cortice percipiamus medullā, & fracta nuce nucleum degustemus; idest vt demissa litera quidquid spiri-

Lex continebat sub umbra multaque secundum spiritum, in lege gratiæ exequenda.

A tuale legalia festa significabāt inquiramus, vt omnes patres passim solent inquirere, & præsertim Origen. homil. 2. in Leuit. & lib. 9. in epistolam ad Romanos in expositione illorum verborum capitis. 12. *Fratres obsecramus vos vt exhibeatis corpora vestra Deo hostiam viuentem* &c. B Hieronymus in cap. 58. Esaiæ: Theodoretus in quæstionibus in Exodum quæst. 24. & quæst. 54: Diuus August. lib. contra Adimantū Manichei discipulum, qui tom. 3. suorum operum continetur, idéque August. tom. 6. oratione aduersus Iudæos: Ioan. Chrysost. in C expositione capitis 12. eiusdē Epistolæ ad Romanos: Petrus Chrysol. serm. de verbis illis iam die festo mediante, Pater Gregorius homil. 22. & hom. 68. Gregor. Nazianzenus oratione 2. de sancto Paschate: Diuus Thomas 1. 2. quæst. 102. per totos sex quæstionis articulos, & cōmētator Caie- D tanus ad eundem locum. Ex quorum dictis aliqua in medium afferre non grauabit, vt manifestum fiat quomodo á legalium festiuitatum litera spiritus auferatur: quod certè cautè faciendum fore necessarium esse putamus, ne dum aliquis audit posse de his so-

Origen. Hieron. Theod. August. Ioann. Chrisost. Petrus Chrysol. Gregor. Naziāz. D. Tho. Caietan.

lemnitatibus

Cum Iudæis secundum literam sabbatizare hæreticũ, & perniciosum est

Hieron.

lemnitatibus quæ præcesserunt spiritualiter agere, existimet licitum esse cum Iudæis secundum literam sabbatizare, vel Neomeniam agere, aut scænophegiam celebrare, hoc enim, & perniciosum, & mortiferum cũ Diuo Hieronym. proclamamus, qui in epistola ad Augustin. cui titulus est de Petro reprehenso à Paulo, ita ait. *Ego reclamante mundo libera voce pronũcio cæremonias judæorum, & perniciosas esse, & mortiferas Christianis, & quicumque eas obseruauerit siue ex Iudæis, siue ex gentibus eum in baratrũ diaboli deuolutum.*

Posse legalia festa mysticè seu spiritualiter exponi docẽt patrès

Origin.

Posse igitur legalia festa mysticè exponi spiritualiterq; celebrari expresse docet Origen. locis superius allegatis, & homil. 23. in cap. 18. Num. vbi Iudæorũ, & legis festiuos dies mysticè exponit, traditq; eorum spiritualem colendi modum, quod idẽ repetit in expositione epistolæ ad Roman. vbi sic ait: *Cultus quidudum in corporibus pecudum mutorum consistebat, nunc in corpore hominis rationalis offeratur, & corpora magis vestra, quam pecudum fiant sacrificium Deo, atque in sacris altaribus collocentur.* Optime quidem dictum: nam qui membra sua mortificant ab incentiuo libidinis, & fu-

Origin.

A

roris, & actus corporis sui Deo placitos habent: hostiam viuentem sanctam, Deo placentem rationabiliter offerũt: & legem sacrificiorum, quæ in Leuit. lata est, secundũ spiritualem intelligentiam complent, verbi gratia, vt dum offerebant vitulum primo loco, vel secundo arietem, aut tertio hyrcum, aut quarto turtures, vel etiam pullos colũbarum, vt in his vniuscuiusque animã purificaretur pro qualitate gestorum: hæc nunc in suo corpore vnusquisque purificans, & spirituali sensu discernens rationabili obsequio viuentem hostiam offert Deo. Siquis superbiam corporis sui vincit, immolat vitulũ: si iracundiã superat, immolat arietẽm: si libidinem vincit, in holocaustum offert hyrcum: si vagos, lubricosque conscientiæ resecet volatus, columbas, & turtures immolat.

Spirituales oblationes offerendi ritus.

Leuit. capit. 1.

B

Animalium quæ offerebantur mystica significatio.

C

Hoc etiam de spirituali festorum exercitio argumentum prosequitur Sãctus Pater Augustin. contra Adimantum loco superius allegato dicens: *Nunquid, & nos nõ dicimus sabbata, & reliquas festas Iudæorũ non esse celebrandas, sed illa potius quæ his significantur. Iudæi enim illa seruiliter obseruabant non intelligentes ad quarum re-*

D

Aug. ...

Iudæi nesciebant, quid suis festiuitatibus significabatur.

rum

rum significationem, & prænuntiationem, pertinerent: nos verò dominicam diem, & Pascha solêniter celebramus, & quaslibet alias Christianorum festiuitates: sed quia intelligimus quo pertineant, non tempora obseruamus, sed quæ illis significantur temporibus. Sicque sabbati quietem nõ obseruamus in tempore, sed signũ tẽporale intelligimus, & ad æternam quietem, quæ illo signo significantur aciem mentis intendimus, repudiamus itaque temporum obseruationem, & temporalium signorum intelligentiam tenemus, duorumque testamentorum differentiam sic probamus, vt in illo sint onera seruorum: in isto gloria libertorum: in illo cognoscatur præfiguratio possessionis nostræ, in isto teneatur ipsa possessio. Et cætera quibus claré ostendit August. posse in lege gratiæ, legis scriptæ festa, secundum spiritum tractari, cum illa tanquam signa præcesserint festiuitatum nostrarum.

Fideles ideo festa celebrãt, quia eorũ spiritum percipiũt.

Vetus testamentũ lex seruorũ: nouũ autẽ gloria libertorum.

Idemque August. ibidem, agens de eodem argumento sic ait. *Sunt iam volumina innumerabilia, in quibus ista exposita sunt, nobis tamen ad Iudæos refellendos satis est quod eas obseruationes vmbram esse futurorum non ego, sed Apostolus dicat: cum etiam vetat ad Colos. 2. eas seruiliter obseruari: sed tamẽ aliquid significare declarat dicens. Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, Neomeniæ, aut Sabbatorum, quod est vmbra futurorum. Illa itaque futura, quæ illis obseruationibus significabantur postea quam per Dominũ Iesum Christum venerunt: ablatæ sunt seruiles obseruationes, sed earum interpretationes tenentur à liberis.* &c. Adhuc tamen clarius idem argumentum prosequitur idem Pater oratione aduersus Iudæos tom. 3. suorum operum dicens. *In Christo requiem cum inuenimus, vere sabbatizamus, & lunæ nouæ obseruatio vitæ noua est sanctificatio, & Pascha nostrum, immolatus est Christus, & azimũ nostrum est synceritatis, & veritatis fermentum non habens vetustatis, & si quæ alia sunt, in quibus amplius opus non est immorari, quæ illis veteribus adumbrata sunt signis, in isto habent finem, cuius Regni non erit finis: in illo quippe omnia oportebat impleri, qui venit legem, & Prophetas non soluere, sed adimplere.*

August.

Iudæorũ obseruationes vmbræ fuerunt, nostrarũ festiuitatũ.

Quando, & per quẽ fuerũt ablata seruiles iudæorum obseruationes.

August.

Spiritualis legaliũ festiuitatum significatio.

Omnia quę in lege veteri fuerãt significata in lege gratia fuerũt impleta.

ad quod etiam argumentũ amplius corroborandum, firmiusque, & clarius demonstrandum posse in lege gratiæ legalium festiuitatum spiritũ exerceri audiendus est Greg. Nazianz. oration. 2. de Sancto Paschate

Naziãz.

Paschate dicens: sacrificia, & festa veteris legis esse exemplaria nostrarum festiuitatū, esseque vmbras illarum, & ideo nostras spirituales festiuitates ab illarum spiritu, & mystica significatione esse auferendas. *Enim vero*, ait, *legem totam futurorum atq; eorum quæ animo, & ratione intelliguntur vmbram fuisse diuinus Apostolus ante nos pronuntiauit, ac Deus, qui ante, cum Moisi oracula dedit cum de his rebus leges illi præscriberet, vide*, inquit, *vt omnia facias secundum exemplar quod tibi in mōte monstratum est. Ea nimirum, quæ aspectu sentiũtur quasi adumbrationem quandam, & præsculturam earum rerum, quæ oculorū sensum fugiunt esse ostendens. Atq; illud persuasum habeo nihil temeré, nec incōsideratè, nihilq; Deo legislatore, ac ministro Moise parum dignū, & indictum, atq; constitutum esse: tametsi difficile factu sit, vt suā cuiq; vmbræ figuram, & alegoriam cogitemus, subtiliter ad ea omnia decendentes, quæ tunc de arca, & de modo, & materia, ac ministris eam gestantibus: tum etiam de sacrificijs, & lustrationibus, atq; oblationibus, lege sancita sunt.* Hæc S. Gregor. Nazianzen.

Exod. 25.

Omnia quę in veteri lege continebātur erant exemplaria futurorum.

Nihil in lege veteri frustra mandatū.

His addenda sunt illa, quæ loco superius à nobis allegato habet Chrisologus. *Etsi*, inquit, *aliqua videantur occulta sui profunditate mysterij: nulla tamen est ecclesiastici cultus infructuosa solēnitas.* Ex quibus, & ex reliquis superius allatis iam patet fuisse in antiquis Iudæorum festiuitatibus tanquā subvmbra, nōnulla quæ in lege gratiæ spiritualiter deceat exerceri: dummodo tamen id superstitiosè non fiat, neque Iudaica intentione, sed secundū spiritum, mysticamque intelligētiam. Nam vt ibidem ait idem Pater Chrisolog. *Diuina festiuitas non pro nostris est voluntatibus exercenda, sed pro suis est percolenda virtutibus.*

Chrisol. vbi sup.

Nulla in Ecclesia infructuosa solemnitas.

Chrisol. ibid.

Vnde iam fit vt Iudaica festa mystice exponere eorumque spiritum exercere nō solum irreligiosum non sit, sed proficuum, & bonum, vt homil. 68. aduertit noster S. Pater Gregor. dum Iudæorum Pascha, eiusque leges, & cæremonias mysticè exponit dicens. *Hæc cuncta magnam nobis ædificationem pariunt, si fuerint mystica interpretatione discussa.*

Gregor.

Patet etiam ex dictis quam meliorē partem fuerint Christiani assequuti, quam Iudæi, illi siquidem vmbram tātum, nos autē corpus, illi tenebras, nos autem lucem, vnde quod illi sub vmbra tantum exerce-

Longe melior fidelium pars quam Iudæos.

vt aduertat Christianus, quod dum non in ciborum esu, sed in internæ conscientiæ puritate festorum obseruantiam cõsistere affirmamus, non ideo gulæ inseruire, vel murigerari permittimus: sunt enim nonnulli, qui ita ciborum opulentiam ad festa transigenda præparare student, ac si in solo copioso edulio, & in præmeditatis ex cogitatisque ciborum differentijs festiuale iubilum, obseruantiaque consisteret, de quibus idem Pater Ioann. Chrisost. loco superius Adducto conquæritur dicens. *Nonnulli ex fratrum nostrorum numero festiuos se esse dubitant, nisi gulæ, nisi ventri satisfecerint, sed non est hoc fratres festiuitatem colere, sed coinquinare.* Quod igitur ad festa verè celebranda requiritur est modulata externa morum consuetudo, & interna conscientiæ puritas cordisque munditia singularis, quæ si adsunt internè, externèque hominem festiuum faciunt, & in festiuali iubilo perpetuo conseruant.

(⁂)

Festiuale iubilum, nec in copioso edulio, nec inhonestum apparatu consistit.

Chrisost.

In quo vera festiuandi ratio præcipuè consistat.

A ANNOTATIO XXI.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

De mystico, & spirituali sabbatismo, siue de festiuarum dierum obseruantia.

PRIMVM, & præcipuum festum, & quod apud Iudæos frequentius obseruabatur sabbatum erat, quod tanto rigore custodiebant á seruilibus operibus ita abstinẽtes, vt neque pedem loco mouere in die sabbati ausi essent: circa cuius obseruantiam stricta illis fuit imposita lex cap. 20. Exodi, quæ sic habebat. *Memento vt diem sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, septima autem die sabbati Domini est, non facies omne opus in eo, tu, & filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancila tua, iumentum tuũ, & aduena, qui est intra portas tuas* &c. Circa quã legem, eiusque adeo strictũ mandatum S. Patrẽ Gaudentiũ tractatu 11. in Ioann. iuuabit audire. *Procliuum est*, inquit, *ex voluntate humanum genus, & maxime Iu-*

Præcipua, & cõmunior iudæorum festiuitas.

Exod. 20.

Gaudent.

Ad quid sabbati requies inuenta.

daorum ad carnalia opera, potius quam ad diuina, & idcirco constitutus est vnus in hebdomada sabbati dies, in quo à carnalibus cessare cogerentur, & vacare solum diuinis: neque cibum coquere, neque iter facere in sabbato concedebatur, ne quis sub prætextu necessitatis humanæ præponeret terrena diuinis. Hæc ille. Ex quibus certè verbis clarissimè patet aliquem spiritualem sensum in ista sabbatisma obseruatione latere, quem illum exercere docet Origen. hom. 23. in cap. 20. Num. qui ab omnibus desinit operibus secularibus, nihil mundanum gerés, sed diuinis mysterijs, & operationibus vacans, ad Ecclesiam conueniens lectionibus diuinis, & tractationibus aurem præbés de cælestibus cogitat, & de futura spe solicitudinem gerit, & qui denique cessat ab operibus sæculi: *Is certé*, inquit Origen. *sabbati festum dignè exercet, & vt sancta mater iubet Ecclesia dum sub precepto festiuos dies sanctificandos proponit.*

Cur à deo stricte præcepta sabbati requies.

Origen.

Qui vere dicatur sabbatizare.

Sed ne quis incauté hoc legens offendat in eo, quod de sabbati obseruatione tractamus, existimetque nos in aliquo cum Iudæis cõuenire, aut Iudaicum sabbatum obseruãdũ esse docere, non pauca annotabimus, ex quibus mentis nostræ ad sanctæ matris Ecclesiæ ordinationes, & statuta cõformitas manifestissimè cõprobetur: qui enim Iudæorũ sabbata Deo odibilia prædicamus, ab eorum certè obseruãtia penitus abstinendum esse, verè sentimus.

Nota.

Cum igitur, vt 2. 2. q. 127. aduertit D. Thomas præceptum de sabbato fuerit quodãmodo morale, & quodãmodo cæremoniale, & in quantũ cæremoniale fuerit figura quietis Christi in sepulchro, quæ quidẽ quies, quia prẹterijt, eius vmbrã, & figuram simul præterijsse non solum non dubitamus, verum etiam cum matre Ecclesia firmiter confitemur, quæ ita tenendum docet. inde consecratione, dis. 3. vbi sic habet. *Qui die sabbati prohibent operari, prædicatores ante Christi dicimus.*

D. Tho.

Preceptũ de sabbato morale, & cæremoniale fuit.

Cap. de cõsecrat. dist. 3.

In quantum veró præceptũ de sabbati obseruantia morale erat, vnum esse in hebdomada diem diuino honori singulariter deputatum designabat, in quo ab omni opere seruili esset penitus quiescendum (quid autem per seruile opus intelligatur postèa cum patribus explicabimus.) Hæc igitur sabbati obseruãda festiuitas sãctissimæ matris Ecclesiæ

decreto

Festiui tas sabbati in dominicam diē translata fuit.

decreto in dominicā diē multis rationibus olim translata fuit, inter quas duæ præcipuè fuerunt, primanépe, quia dominica die Christus ab inferis rexurrexit, vt habetur eodem cap. de consecrat. vbi sic legimus. *Diem dominicam propter venerabilem Christi resurrectionem non solum in Pascha, sed singulis dominicis celebramus.* Ex quo obiter aduertendum est Christum Dominum sabbatum non euertisse, sed in meliorem sensum, & in maiorem claritatem immutasse, vt S. Petr. Chrisol. ser. 75. diligenter annotauit. *Illuminatur*, inquit, *per Christum sabbatum non deletur, non enim venit soluere legem, sed adimplere: illuminatur, vt in die dominico luceat, & clarescat in Ecclesiæ, quod in synagoga Iudæis obscurantibus fuscabatur.*

1. Ratio cur sic fuerit translata.

Christus Dominus Dominica die resurrexit.

Chrisol.

Illuxit in Ecclesia sabbati dignitas, quę in synagoga obscurabatur.

2. Ratio.

Secunda veró huius sabbati translationis ratio fuit, ne cum Iudæis in aliquo conuenire videremur. Hanc quidem sabbati in dominicam diem translationem multo anteá fuisse à Deo præsignatam docent Orig. & Diuus Augustin. quorum primus homil. 7. in Exodum dum caussam reddit cur Manna illud diuinum in deserto Israeliticis populis ministratum dominica die, non autem sabbato cadere consueuerit, ita proloquitur. *Ex diuinis scripturis apparet quod in die dominica primum in terris datum est manna, & sabbato manna non pluit de cælo, vt intelligant Iudæi, iam tunc esse dominicum diem Iudaico sabbato, prælatū & etiam tūc indicatum esse, quod in sabbato ipsorum gratia Dei ad eos nulla descenderit.*

August. Origen.

Cur manna dominica die ceciderit.

Origeñ. hom. 7. in Exod.

Dies dominica sabbato prælata.

Nec certe hæc sabbati in dominicam diem immeritò ab Apostolis fuit translata festiuitas, cùm domina dies multis de caussis omnium dierum princeps sit, & Regina, sicque á patribus appelletur, & præsertim à Diuo Ignatio epistola ad Magnezeanos. Nāque si nobilitatem principatumque dierum ab antiquitate petamus, quis dies dominica antiquior, à qua tempus ipsum sui decursus sumpsit exordium? dominica enim die rerum omnium opificium incæpit, vt auctor est S. Leo Papa epistola 81. ad Dioscorum: atteitaturque Diuus Basilius homilia. 2. in Hexameron, ad illa verba Genesis primo. *Factum est vespere, & manè dies vnus.*

Dies dominica omnium dierū princeps.

D. Ignatius.

LeoPapa

Basil.

Iam veró si eadem de qua nobis sermo est dierum nobilitas á claritate, & splendore

proueniat, quis in hebdomada clarior, dilucidiorque dies, quam Dominica, in qua ipsius solis lux, & splendor creatus est? vt ex diuino cōtextu Exodi cap. 20. & 31. clarissimé infertur.

Sol dominica die creatus.

Exod. 20 & 31.

Neque minorem principalitatis causam eidem diei attulisse dicendum est diuinæ iustitiæ solis incomprehēsibilem claritatem, fulgoremque illū mirabilem, quo vel dum ex virgineo vtero exortus tātam mundo attulit lætitiæ claritatem, vt iure optimo S. mater Ecclesia ad tanti diei tam ingentem fulgorem perfruendū omnes filios suos canendo inuitet dicens. *Dies sanctificatus illuxit nobis venite gentes adorate Dominum.* Nam de dominica die docet sexta Synodus cap. 8. esse hanc lætam Ecclesiæ inuitationem intelligendam dum Christum initio dominici diei ab intemeratis virginis visceribus fuisse natum testificat: vel illum fulgorem, incomprehensibilemque claritatem, qua ab inferis eodem die resurgēdo pulsis peccatorum tenebris fidelium cordibus illuxit: dominica enim die Dominum á mortuis resurrexisse docent patres, & præsertim Diuus Athanasius explicans illa verba

Dominica die Christus Domin⁹ natus est

Ecclesia in Christi natali tio

6. Synod. cap. 8.

Christus Domin⁹ dominica die natus est, & in eadem resurrexit.

Athanas.

Omnia mihi tradita sunt à patre meo: & diuus August. ser. de tempore 25. vbi de huius diei nobilitate multa affert: quæ omnia, & multa alia de dominici diei antiqua obseruantia referuntur à synodo Agathensi Canone 47.

Math. 11 August.

Synod. Agath. Cano. 47

Ex quibus omnibus iam certé patet quanta cum ratione à primæuis Ecclesiæ Patribus, idest, ab Apostolis Iudaici sabbati, vel vt melius dicamus legalis sabbati in diem dominicam hæc fuerit translata solemnitas. Vnde cum deinceps de sabbati obseruātia, & de eius spirituali exercitio nobis sermo fuerit de dominica festiuitate intelligendus est: quæ quomodo à vero Christiano debite obseruetur, quanquam cum Origen. superius demōstrauimus, quia tamen breuius quam par erat id effecimus, nunc cum reliquis patribus fusius pertractare curabimus. Circa quam materiam sanctum Pat. Augustin. primo loco audiamus, qui tractatu 20. in Ioann. de huius festiuitatis exercitio ita proloquitur. *Sacramentum sabbati est antiquis patribus præceptum, quod nos Christiani spiritualiter obseruamus, cū ab omni seruili opere id est peccato abstinemus.* Hæc August. Cui addenda sunt

Quidquid hic de sabbati a obseruatione dicitur de dominica die intelligendum est.

August.

Quomodo festiuus dies obseruandus sit.

Lyran.

da sunt verba Glosæ ordinariæ ad cap. 5. Deuteronomij, quæ ita habent: *Quidquid agimus si propter futuram requiem facimus sabbatum obseruamus.* Ita eandem sabbati obseruantiam docet S. Pat. Hieronym. explicans verba illa Esaiæ. 58. *Si auerteris à sabbato pedem tuum facere voluntatem tuam in die sancto meo &c.* Sic enim ibi ait. *Nunc præmia repromittit Dominus si cohibere voluerit homo pedem suum in sabbato, ne faciat voluntates suas, nec diem sanctum Domini suis commaculet voluptatibus.*

Hieron.

Sed quia hæc sabbati obseruantia, isteque sabbatismi colendi modus omnibus licet hebdomadæ diebus exerceri (vt idē Hieronymus loco nuper allegato annotauit dicēs. *Sabbatum quod interpretatur requies omni tempore sanctificatur à fidelibus dum non carnis, sed animæ faciūt voluntatē*) Nunc autem nobis de speciali festorum dierum obseruantia sermo sit, prius de eorum literalis intelligentiæ sensu disputabimus, mysticam postéa, siue spiritualem eiusdem præcepti de sabbato obseruādo significationē explanaturi.

Hieron. ibid.

Omnibus diebus licet sabbatizare, & quomodo

ANNOTATIO XXII.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

De literali præcepti, de festiuis diebus obseruandis intelligentia.

CVM sabbati obseruantia in lege veteri tanto rigore indita nostrarum festiualiū dierū obseruantiā significaret: necesse est, vt ex illius literali intelligentia istarū intelligētiam accipiamus.

Circa igitur de sabbati obseruatione præceptū duo sunt notanter aduertenda, quæ ex verbo græco, *Cadas*, in tali præcepto appositū eruuntur; non solum enim significat (vt Lusitanus interpres ad cap. 1. Genes. aduertit) sanctificare, cultuiq; diuino aliquid applicare: sed etiā separari, & segregari á rebus profanis, ita vt efficiat hūc sensum legis præceptū. *Memento, vt diē sabbati ab alijs diebus in quibus profana consueuisti operari separando sanctifices*, idest, *cultui diuino applicare studeas.* Ex quo iam fit vt duo importet præsens præ-

Oleaster

Exponitur de sabbati obseruatione præceptū.

Duo importat præceptum de sabbato obseruando.

ceptū, & scilicet quod ab alijs diebus separetur sabbatum in quibus opera seruilia exercentur, ita vt seruile opus in eo nō exerceatur: & quod ea, quæ in sabbato fiunt talia sint, vt digna Dei videantur conspectu: idest, in sabbato virtutibus, rebusque spiritualibus intenti: omnes nostræ actiones sanctæ sint, & virtuosæ, quæ duo in omnibus festiuis diebus, & præsertim in dominica die maxime sunt obseruanda. Innuit duplicē hāc huius præcepti obligationē Damianus epistola. 16. ex his quæ lib.4. suarum epist. continentur in qua mysticā, siue spiritualem eiusdem præcepti expositionem prosecutus sic ait. *Ille porro Domino sabbatum veraciter celebrat, qui sic ab his quæ mundi sunt operibus vacat: vt ab spiritualibus tamen actionibus non quiscat.*

Omnia, quæ in festiuis diebus operātur sācta, & virtuosa esse debent. Damian.

Quod autē attinet ad primum, quod verbum (*cadas*) significat nempe separare diē festiualem & sanctum ab alijs diebus, in quibus seruiliter operatur aduertendum est ex Ruperto in expositione capitis 9. Euangelij Ioannis omne opus trifariè diuidi, aliud enim est opus Dei, cuius fructus vita æterna, aliud opus peccati, cuius finis mors, aliud opus mercenariorum, cuius retributio quotidianum stipendium est: opus peccati, & opus mercenarij rectè vtrumque seruile opus dicitur, verū, vt ipse auctor aduertit, alter eorum in die Sancto non licet exerceri, alterum, idest opus peccati nunquam debet fieri, alterum verò, idest opus Dei nullo vnquam tempore, vel die debet omitti: ex cuius patris doctrina iam apparet seruile opus bifariè diuidi, nempe in opus peccati, & in opus mercenarij, sed quia abstinentia à peccaminoso opere in diebus festiuis ad spiritualem intelligētiam expectat, de qua nobis sequenti annotatione fusè loquendū est, nunc tantū de mercenaria operatione à qua lex iubet abstineri agendum.

Rupert. in Ioan. 9 *Trifariā operū diuisio in opus Dei, peccati, et mercenarij.*

Opus peccati, & opus mercenarij sunt seruilia opera

Quando opus seruile liceat exerceri.

Opus peccati nunquā liceat exerceri. Opus Dei nunquam debet omitti.

Operū seruilium bipartita diuisio.

Quanto igitur rigore Sancta mater Ecclesia iubeat Dominicos, & reliquos festiuos dies obseruari ex verbis sancti Concilij Parisiensis, quod sub Gregor. 4. anno. 829. habitū fuit bene apparet, sic enim cap. 5. literalem huius præcepti significationem, & sensum commendant Sancti Patres. *Multi nostrorum visu, multi etiā quorundam relatu didiscimus quosdam in dominica die ruralia opera exercētes fulmine interēp-*

Concil. Parisiēs. cap. 5.

Quāta integritate iubeat Ecclesia festiues dies obseruari.

tos

Ex suppliciis illatis illis, qui dies festiuos non obseruãt, infertur quam grauiter Deus ex eorum dehonestate offendatur.

tos: quosdam confractione multatos: quosdam etiam visibili igne corporibus, ossibusque simul sub momento assumptis, in cinerẽ subito resolutos pænalitèr occubuisse: & multa alia iuditia extitere rũt, quibus declaratur, quod Deus in tanti diei dehonestatione grauiter offendatur. Hæc in Concilio. Quibus certè verbis ab omni seruili opere, & quæ manuum ministerio exercẽtur in diebus festiuis abstinendum esse comprobatur.

Licet aliquãdo aliqua seruilia opera festiuis diebus operari, & quę.

Hæc tamen sancti Concilij verba venerantes non ita astrictè summenda esse sentimus, vt aliquod aliquãdo seruile opus sine mortali in dominica die exerceri posse non fateamur. Quod certè cõprobat Sancta mater Ecclesia dũ tolerat, & permittit, illa nempe exerceri, quæ à temporũ, siue elementorum occasione dependent, vt scilicet in nauigando laborare, & in fructibus colligendis opus seruile exerceri. Item mortuos sepelire, & reliqua charitatis opera facere: nam vt ait Clemens Alexandrinus lib. 1. strom. *Nõ prohibuit Dominus à bono feriari, neq; in bonis iussit sabbatum agere, idest quiescere*: quod quidem argumentum doctè fuseque prosequitur Sanctus Pater Epiphanius. lib. 2. contrà Hæreses. tom. 2. suorum operum Hæresi 66. dicens. *In sabbato certe euellebant discipuli espicas, & in sabbato curauit Dominus infirmos: & non hoc solum, verum etiam dixit tolle grabbatum tuũ, & vade in domũ tuam.* Tunc exclamãdo, ait Epiphanius. *O ingentem ignorantiam! nihil certè peius est imperitia: multos excæcauit ignorantia, quando enim ob bonam causam sabbatum solutum non est? quando vero non ligatum est à malitia non modo sabbatum, sed omnis dies? IESVS enim Naué successor Moysis, qui inter prophetas numeratur, qui electus est à Deo, qui per orationem detinuit Solem, & Lunam, non statim reperitur sabbatum soluere proprer bonam actionem. Nam per septem dies circundat muros Hierichumitis, & non licebat ire in sabbatis vltra mensuram sex stadiorum, at mẽsura ambitus Hierico stadia viginti excedit: cum autem per septem dies circumdiderit ipse ciuitatem omnino incidit sabbatum in vnam ex his diebus. Erat autem hoc præceptum Dei: vt ostẽderet voluntatem suæ miraculorum editionis.* Et reliqua, quæ ibi habet Epiphanius, ex quibus colligitur aliqua posse dominicis diebus sine mortali corporaliter exerceri. Quod latè probat Diuus Thomas 2. 2. quæst.

Alexand. — Epiph. — Ioan. c. 5 — Idem ibidem. — *Imperitia, & ignorantia excæcat multos.* — *Sine peccato solui turaliquãdo sabbatum propter aliquã bonam actionem.* — D. Tho.

In quibus fine pecca to liceat infestiuo die operari.

2.quæst.122. vbi quatuor ponit, in quibus etiamsi contingat laborare manualiter festiualẽ tamẽ obseruantiam nõ transgredimur. Vbi cand dus lector inueniet, dum nos ad mysticam eiusdem præcepti obseruantiam, siue spiritualẽ intelligentiam, quæ ad nostrũ pertinet institutum explicandandam transimus.

ANNOTATIO XXIII.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

De spirituali festiualium dierum obseruantia.

CVM (vt superiori annotatione mõstratum est) duo importet præceptũ de festiuis diebus obseruandis nempe abstinentiã ab opere seruili: & Dei cultum, venerationẽ, & seruitium internã animi puritate exhibitũ, quæ omnia à verbo *(Cadas)* erui cũ Oleastro affirmauimus, & iam de primo superius nobis actũ sit, nunc secũdum prosequamur: parum enim prodest á seruili opere abstinere in die festo, & prauis actionibus turpitudinique studere, qui enim ita se gerit dimidium præceptum tãtum adimplens legem proculdubio spiritualiter non obseruat, immo i frangit legem: quanquam enim sabbatũ, siue festum á reliquis hebdomadæ diebus in eo quod manualiter non operatur separare præsumat, dum tamen Deo non vacat, sed vitijs studet, id quod separat Deo non offert, sed diabolo. Vnde bene ait Orig. homil.23. in cap.28. Numer. *Qui peccat diem agit peccati, & non diem festi.*

Qui in festiuis diebus, seruiliter non operatur, & peccaminosas actiones facit legem non obseruat, sed frangit.

Origen.

Neque in hac materia cõtẽnenda est valde vtilis Oleastri doctrina, quã affert in expositione cap.20. Exodi notãtèr aduertens ad quid sabbati obseruantiam Deus tantopere inculcauerit. *Nota*, inquit, *Deum non dicere quod sabbati recorderis, vt in eo gaudeas, tripudies, aut tibi vaces, sed vt sanctifices:* & bene: multi enim sunt qui dierum festorum memorantur ante quam veniãt, non vt sanctificent, aut Deo vacent, sed vt ludant, comedant, & bibant ijs diebus licẽtiosius, & quod deterius est tũnc vitijs indulgeant, ita vt peccata

Oleaster

Cur sabbati obseruatia a deo in lege inculcata, & commendata.

Qui in diebus festiuis licẽtiosius comedũt, & exultant sabbati quiete al vtuntur.

peccata, ac flagitia seruasse in diem festum videantur, ac si bona opera essent cum Dominus ad hoc sabbati nos memores esse voluerit, vt tunc maximè eum colamus, & pro beneficio creationis cunctarum rerũ ei gratias agamus. Quod laté prosequitur S. Pater Basilius in expositione capitis. 1. Esaiæ, vbi aduersus detestandum otium, cui nefarij homines student diebus festiuis argumentatur sic dicens. *Inter ea quæ odio prosequitur Dominus vnum est segne, & iners otium, nimirum cessatio ab his quæ nos ex officio attinẽt facere, proinde otium huiusmodi in speciem videtur consequi ex celebratione festi omnis: cui ab operibus feriatio annexa sit: nam omne opus seruile non facietis, inquit Dominus. Quodque isti nefarij vacantes inerti otio ab his, quæ præsentem concernunt vitã diebus festis. Nihil interim non proficiũt obsurdæ improbitatis, ideo merito prædicantur vacare odibili otio: quomodo enim non odio prosequendum est otium animæ inimicum?* Cæterũ quonã genere otij nos feriari vult Deus, ostendit idem pater ibidẽ dicens. *Vt nimirum non operemur cibum qui perit, nec ad vllam vanitatem sustollamus oculos, ne inanes fabellas, & rumusculos excipiamus auribus, manus vt excutiamus ab omni munere, ne veloces habeamus pedes ad effundendum sanguinem: vtq; vno sermone concludam, ne omnem curam expleamus in desiderijs istius corporis.*

Basil.

Segne, & iners otiũ Deo maximè detestabile.

otiũ animæ inimicum.

Quodnã sit otium quo nos sabbatizari congaudeat Deus.

Eleganter certè idem circa veram festiuãdi rationem argumentum in ser. de festiuis diebus, & dignitate diuinorum mysteriorum prosequitur S. Ephræm Cyrus, vbi laté ostendit in quo veræ festiuitatis pulchritudo solemnitas, & obseruantia consistat. *Festiuitas, inquit, pulchra est, & diuina, pænitentia cũ lachrimis: festiuitas hæc est quã Christus ipse concelebrat factus pauper cum esset diues. Festiuitates hasce dominicas honorare studiosè contendite, celebrantes eas non panegyricè, sed diuine, non mundanè, sed spiritualiter, non ad instar gẽtilium, sed Christianorum.* Et cætera quæ ibi habet idem Pater valdè certé ad hoc argumentum conducentia: ad quod etiam corroborandum optima sunt ea, quæ ser. de Beato Philogonio sub finem habet Chrysost. tom. 3. suorũ oper. & ea etiam, quæ hom. 60. & 61. ad pop. Antioch. tom. 5. habet idẽ Chrysost. de quo etiã argumento pulchrè agit Damascenus lib. 4. Orthodoxæ

S. Ephrẽ Cyr.

Quæ nã sit vera festiuitas & quomodo exerceatur.

Chrisost.

Damasc.

fidei

Naziãz. Auguſt. Idem Nazianz.

fidei cap. 14. & Gregor. Naziãz. in Apologetica oratione 1. & in poſteriori in Iulianum Apoſtat. inuectiua, nec non & Auguſt. ſer. 12. & 253. de tẽpore: cũ quibus valde quadrãt ea quæ idẽ Nazianz. affert in ſua ſecunda inuectiua contra eundem Iulianum Imperatorem, vbi inter alia ſic habet. *At primum quidem fratres, feſtum celebremus, non corporis nitore, non veſtitus mutatione, ac magnificentiá, non commeſſationibus, & ebrietatibus,* & cætera quæ ibi loquitur Nazianz. nõ minus eleganter, quam pié, ac copioſè oſtendens, quo pacto feſta Chriſtianis celebranda ſint: quemquidem Naziãz. locum doctè certe Elias Cretẽſ. illuſtrauit. De quo etiam argumento eundem Nazianz. iterum audire non grauet, de eo enim pulchre agit oratione ſua panegyrica in Chriſti natiuitatem non longe ab initio. *Quo circa,* inquit, *non vt in publicis feſtis, & mundanis fieri ſolet, ſed diuine, ſed ſupramundane celebritatem agamus*, quem Nazianz. locum fuſè nimis Nicetas eius ſcholiaſtes amplificauit.

Elias Cretenſ. Idem Nazianz. Nicetas.

Hanc certè feſtorum dierũ obſeruantiam, & ſpiritualem colendi modũ Dominus ipſe præcepit, ſeq; obſeruãti remu-

A neraturum policetur Eſaiæ cap. 58. dicens. *Si auerteris à ſabbato pedem tuum facere voluntatem tuam in die ſancto meo, & vocaberis ſabbatum delicatum, & ſanctum Domini glorioſum, & glorificaueris eum dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris*

Eſaiæ. 58. Quid vere ſabbatizantibus promittatur.

B *ſermonem tuum: delectaberis ſuper Domino, & ſubſtollam te ſuper altitudinem terræ, &c.* Quorum verborum explicationẽ habet Hugo Cardin. ad hunc locum Eſaiæ dicens. *Sabbatum Domini, eiuſque otium ſanctum, & purum debet eſſe ſine fece carnalis concupiſcentiæ, purum puritate data à Domino: debet etiã*

Hugo. Quale debeat eſſe otium ſanctum quo Deus nos ſabbatizare cogat dei.

C *ſabbatum eſſe glorioſum, ideſt, vt in omnibus, quæ in illo exercentur quæratur gloria Dei, & non propria; quod quidem ſabbatum, vel feſtiuus dies tunc ſanctificatur, dum non ſequimur concupiſcentias noſtras, carnalium nempe voluptatum, diuitiarum, honorum, ſecundum quod dicitur Eccleſiaſtici 18. Filij poſt concupiſcentias tuas non eas.* Sic ergo

Quomodo feſtiuus dies ſanctificetur. Eccleſ. 18

D cuſtoditur ſabbatum in opere: quomodo autẽ in locutione ſabbatum ſpiritualiter cuſtodiatur docet idem autor ibidem. *Quando,* inquit, *non ad arbitrium voluntatis loquimur, ſed frangimus voluntatem noſtram, & ſtringimus vanam locutionẽ,*

Quomodo ſabbatum ſeu feſtiua dies in locutione obſeruetur.

& ini-

& iniquam: tunc secundum locationem, festiuum diem spiritualiter obseruamus.

Vt autem clarius procedamus festiualiumque dierũ obseruationem, in quo consistat dilucidius monstremus; aduertenda sunt ea, quæ in expositione eiusdem capitis 58. Esaiæ aduertit Diuus Hieronymus docens. Quod illud, quod in præcepto de sabbati obseruatione ad literam non potest omnimodè obseruari aliquo mystico intellectu siué spirituali, carere non debere: lege igitur præceptũ erat ne in sabbato opus seruile faciamus, nec accendamus ignem, & in vno sedeamus loco, quod si iuxta literam accipimus penitus impleri non potest: quis enim potest hoc facere, vt tota die ac nocte sedens in sabbato de vno loco nõ recedat? immo nec leuiter quidem se commoueat? quod si fecerit transgressor legis sit. *Ex vno igitur mãdato,* inquit, Hieron. *quod iuxta literã impossibile est, & cætera cogimus spiritualiter intelligere nẽpe, vt nõ faciamus seruile opus, & perdamus animæ libertatem, qui enim facit peccatũ seruus est peccati.* Hæc Hieronymus: ex cuius verbis iã patet totam de sabbati, vel de festiui diei spirituali obseruãtia difficultatem in mystica seruili operis intelligentia cõsistere, vnde vt intentum consequamur, népe vt monstremus, quomodo Christianus sabbatum non secundum literam, sed secundum spiritum valeat obseruare, necesse est, vt quid pro seruili opere mystice intelligendum sit inquiramus: non solum enim omne illud opus seruile esse iudicamus, quod corporeis viribus exercetur sed etiã quidquid contra Deum, eiusque sanctissimam legem, & bonorum morum instructionem perpetratur: quam quidẽ opinionẽ, siue conclusionem, ex verbis sancti Concilij foro Iuliensi sub Pipino habiti cap. 13. eruimus, sic enim ibi dicitur, dum de dominica obseruantia sermo est. *Abstinere in ea primo mandamus ab omni peccato, & ab omni opere carnali, etiam à proprijs coniugibus, & ab omni opere terreno, & ad nihil aliud vacare, nisi ad orationem, concurrere ad Ecclesias cum summa mentis deuotione: & cum charitate, & cum dilectione benedicere Dominum, qui hac die pluit manna in deserto, & tot milia hominum quinque panibus pauit:* Ex quibus verbis Spiritu Sancto assistente prolatis omnes peccaminosas actiones

Marginalia: Hieron. — *Quod circa sabbati obseruantiam secũdum literam impleri nõ potest mystice debet impleri.* — *Qui seruile opus, idest peccatũ operatur, animæ libertatem deperdit.* — *Quid per opus seruile mystice intelligatur.* — Concil. forosuliẽse sub Pipino habitum cap. 13. — *A quibus in festiuis diebus maxime sit abstinẽdũ & quibus vacandũ.*

Omnes peccaminosæ actiones, opera seruilia sunt.

tiones seruilia opera reputari conspicitur, per quæ legis præceptum de festiuis diebus spiritualiter obseruandis transgréditur. *Quid enim laboriosius,* ait S. P. Gregorius Moralium lib. 19. in cap. 28. Iob. cap. 25. *in hac vita, quam terrenis desideriis æstuare? aut quid hic quietius, quã huius sæculi nihil appetere?* Tunc addit idem Pater, *Hinc est quod Israeliticus populus custodiam sabbati accepit in munere: hinc è contra est Ægyptus muscarum multitudine percussa; populus namq; qui Deum sequitur accepit sabbatum, idest requiẽ mentis, vt nullo in hac vita carnalium desideriorum appetitu fatigetur.* Hæc S. Pat. Gregorius, ex cuius verbis bene infertur omnes peccaminosas actiones esse pondera in gentia, quibus cum implicatur homo festa, Dei spiritualiter nõ custodit. Neque certé sine cõuenientia magna, peccaminosæ actiones opera seruilia reputantur; nam, cũquis peccat diabolo mancipetur, tãquam mancipatus, & seruus pensum Domino reddit, cuius dictioni, & imperio ad scriptus est, quodquidem argumẽtũ prosequitur S. Petrus Apostolus cap. 2. epistolæ 2. dicens. *A quo quis superatus est, eius seruus est:* Vnde se seruum onustum, seruileque redentẽ pensum, Dei festiuitates non obseruantẽ se Sanctus Propheta confitetur, dũ peccatis in seruiuit: dicens. *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & tanquam onus graue grauatæ sunt super me:* ad hunc enim sensum docet Pater Hieronymus ducenda esse hæc sancti Prophetæ verba superius adducta, ita nãque, ait lib. 13. in cap. 44. Ezechielis. *Sanctificat sabbata Dei, qui non portat onus peccati in sabbato, nec dicit. Sicut onus graue grauatæ sunt super me iniquitates.*

Gregor.

Cur Israelitico populo sabbatum cõcessum Egyptiis vero denegatum.

Cur præcipue peccaminosæ actiones, seruilia opera fiat, & nuncupẽtur.

Petr. cap. 2. epist. 2.

Psal. 37.

Hieron.

Qui Dei sabbata vere sanctificat.

A B C D

Ex quibus omnibus iam manifestissime patet nostræ annotationis tituli responsio: illos nempe sabbatum quod iusto Dei iuditio à Iudæis ablatum fuit, nunc vere colere, spiritualiterq; obseruare, qui ab omni peccaminosa actione abstinendo se se vitijs mãcipare recusant immò opera, quæ festiuis diebus exercent in Dei honorem, & laudẽ dirigere contendunt, qualiter se se habent viri religiosi, & virtute præditi de quibus ait, Emissenus: *Viri sancti à vitæ initio vsque ad sæculi consummationem à seruili opere, idest iniquo, quiescentes in bono opere perseuerant.* Quæ omnia cõplectitur Damianus noster docens Christiani viri sabbatum esse,

Emisen.

Sancti & iusti viri continuo sabbatizant.

Dam. lib. 4. epist. epist. 16

esse, ab omni rerum humanarum cupiditate feriari, & in sola rerum speritualiũ meditatione conquiescere.

A N N O T A T I O
X X IIII.

Circa idem verbum contextus.

F E S T V M.

Quid propriè sabbatismus adũbrauerit, siue de requie, qua beati perfruuntur in patria.

PROCVL certè ab ista, de qua nobis nunc agendum est spirituali sabbatismi intelligentia semper Iudæi ambularunt, quia illud quod Dominus ad perpetuã requiem significandam posuit: ita carnaliter acceperunt, vt contra ipsum Dominum indignarentur, quia nostræ salutis operibus die sabbati intenderit, vt cap. 17. in Genesim ad literam Diuus Augustin. aduertit dicens. *Ad æternam requiem significandam*

Aberrarũt in Dei ab spirituali sabbatismo.

August.

A *mandauit Deus Hebræo populo vnum diem obseruãdum, quod tam carnaliter agebant, vt eo die videntes Dominum nostram salutem operari criminarentur.* Quod certè quanquam semper in illis vitiosum, ac reprehensibile fuerit, maiori tamen hodie reprehensione, vehe- B mentiorique obiurgatione, & supplicio dignum est: siquidem idem Dominus, qui de sabbato obseruando mãdauit, quid sabbati obseruatione mãdauerit clarissimis verbis exposuit dum carnale cooperimentum amouit: amoto tamen spiritum non accipiunt, quia solo pallio, siue operimẽ- C to intenti, quidquid sub ipso operimento continetur quanquã pulchrum, & delectabile sit, parui pendunt, & despiciunt, quos summoperè obsecramus, vt ad Christum iam aliquando accedant, eumque humiliter deprecentur, vt oculos eorum adaperiat, velámenque amouere dignetur, D quemadmodum eos obsecrat Diuus Augustinus lib. 1. contra Manicheum dicens. *Transeat ergo istorum vnusquisque ad Christum, vt auferatur velamen sicut Apostolus dicit 2. Chorint. cap. 3. velamen enim aufertur quando similitudinis, & allegoriæ cooperimento ablato*

Ad æternã requiẽ significandã imposita fiunt à Deo sabbatina requies.

Iudæi literalẽ tantũ legis operimẽto intendebãt.

August.

2. ad Cor. 3.

veritas nudatur, vt possit videri.

Dum tamē illi infidelitatis velamine perpediti quidquid spirituale sub sabbatismi vmbra continetur non vident, nos, qui internæ fidei claritate illustrati sumus, quidnam in præcepto de sabbato post sex laboriosos dies quietè obseruando significetur cum patribus exponamus. Sabbatum igitur requies interpretatur, & post sex operationis hebdomadæ dies obseruari mandabatur, vt clarissimé intelligeremus non nisi post omnes huius vitæ labores cuius decursus per sex dies significatur ad septimum diem, idest, ad verum sabbatum, ad veramque quietem nobis esse deueniendum; quod Sanctus Pater Theodoretus in expositione capitis 4. epistolæ ad Hebræos annotauit dum illa verba exposuit. Relinquitur sabbatismus populo Dei. Sic enim ait. *Sabbatismum appellauit quietem, quoniam septimo die quieuit Deus ab omibus, quæ fecit operibus, in futura autem vita curæ, & tristitiæ expers, & à laboribus ac solicitudinibus vita agetur libera. Appellauit ergo sabbatismus liberationem à corporalibus operibus. Hoc enim deinceps Paulus significat dicens. Qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis sicut, & a suis Deus.*

Sabbatū interpretatur requies.

Cur post sex laboris dies ob seruabatur.

Theodor

Cur requi eueit Deo die septimo.

ad Heb, 4

Quæ autem sint istius requiei bonæ conditiones á patribus addiscamus, & præcipué ab August. qui epistola. 119. quæ est ad Ianuarium, & de ritibus Ecclesiæ nuncupatur. Æternam huius sabbati durationem ex sacro contextu Genesios. 1. subtiliter eruit, ex eo nempé quod de reliquis diebus referatur, quod mane, & vespere cōpleantur, & terminentur, septimo autem diei solum mane assignetur non vesperum, quia quanquam beatorum requies principietur in tempore, nullo tamen vnquam tempore terminabitur: nec vesperascet: *quia ergo per requiem*, ait August. *ad primam vitam reditur anima vnde lapsa est in peccatum, propterèa sabbato requies significatur: illa autem vita prima, quæ de perigrinatione redeuntibus, & primam stolam accipientibus redditur, per vnam sabbati, quem diem dominicam dicimus figuratur. Quare septem dies Genesim legens inuenies septimum sine vespera, quia requiē sine fine significat. Prima ergo vita nō fuit sepiterna requies peccāti, requies*

August.

Genes. 1

Cur septimo die in quo quieuit Deus mane tātum assignetur, & non vesperum.

autem vltima sempiterna est. Hæc August.

Quid auté dulcius ex cogitari potest quā inefabilia gaudia posſidere, de qua testatur Apostolus. 1. Cor. cap. 2. quod *nec oculus vidit, nec auris audiuit, neq; in cor hominis ascendit quæ præparauit Deus diligentibusſe.* De qua quidem requie multa cōtemplans, & intimis cordis viſceribus meditans Sāctus Pat. Bernardus ferm. 2. in festo omnium Sanctorū in illa Dauidica verba prorūpit. *Conuertere anima mea in requiē tuā quia Dominus benefecit tibi* Sed quod magis hác requiem subleuat est posſeſsionis certido, qua fruūtur beati, quāquā enim in patria incredibili iocunditate quieteque perfruātur, nullo tamen amittēdi metu cruciantur: in quo certe san ctorū quies, à viatorum quiete, vtqui maxime diſtinguitur, vt loco ſuperius à nobis alegato tetigit Sāctus Pat. Bernardus dicens. *Quanta est fælicitas Sanctorum, quam immensa lætitia, qui nimirum triplici gaudio de recordatione scilicet transactæ virtutis, de exhibitione præsentis quietis, de certa poſſeſsione suæ consummationis exultabunt.*

Secūdum veró, quod inuenitur in hac requie, ideſt, in Sanctorum beatitudine, quæ in ſabbato ſignificatur idem Auguſtinus loco ſuperius adducto obſeruauit dicens. *Inest autem in illa requie non desidiosa segnitia, sed quædam inefabilis tranquilitas actionis otiosæ: sic enim ab huius vitæ operibus in fine requiescitur, vt in alterius vitæ actione gaudeatur, sed quia talis actio in Dei laude agitur sine labore membrorum exercetur, non ad eam sic transitur per quietem, vt ipse labor succedat, idest, non sic esse incipit actio, vt esse desinat quies, neq; enim in opere laboratur, neq; in cogitatione fluctuatur.*

Hanc quidem admirabilé huius quietis proprietaté iocundumque laborem Ioannes Euangelista cap. 4. ſuarum viſionū inculcat, dum de quattuor animalibus, quæ ſe vidiſſe teſtatus eſt, ait; quod etiam ſi nūquam à diuinis laudibus ceſſarent tamen non fatigaréturtur. *Et requiem*, inquit, *non habebant die, ac nocte dicentia. Sāctus, Sanctus, Sanctus. &c.* Qué locum pōderans Auguſt. lib. 4. de Geneſi ad literam ſic ait. *Non ceſsabāt hæc semper decātare, nā maxima, & vnica est sāctis requies in cælo, laudē Sūmæ Trinitatis indefeſſa voce dicere.* Itaque nec aſsiduitas in patria laborem, nec aſſuefatio tædiū parit: nam vt homil. 36. ait Pa-

Marginalia: 1. ad Cor. 2. — Bernard. — *In quo differat æterna quies, à temporali quiete.* — Bernard. — *Triplici gaudio perfruuntur beati in patria.* — August. — *In patria tranquilitas quadā est, actionis otiosæ actiones Deū laudantium, sine labore mēbrorum exercentur.* — Ioann. 4. Apoc. — August. — *Nunquā cessāt beati à diuinis laudibus, neq; in illis proferendis fatigātur*

ter Gregorius. *Augent spiritua- les delitiæ desiderium in mente dum satiant, quia quanto magis earum sapor percipitur, eo am- plius cognoscitur, quod auidius ametur.*

Gregor. Gaudia cælestia, dũ satiãt, in sui appetitũ magis inflamant.

Quid igitur iocundius po- test ex cogitari, quam in diui- nis laudibus proferẽdis perpe- tuo detineri, nunquam tamen in illis decantandis fatigari? immo maiorem semper quie- tem, consolationem, solatium que experiri? quid dulcius quã Dei pulchritudine, tanquam cibo vti, nunquam tamen de tali cibo tædere, aut illo vn- quam satiari, neque ipso, quem habent edendi appeti- tu molestari? Optimo certè iure grauissima pœna mulctã- dos illos esse docet Theodo- retus, qui ad tantam requiem consequendam non anhelant, explicans enim verba illa ca- pitis 4. epistolæ ad Hebræos. *Festinemus ergo ingredi in illam requiem.* Sic ait. *Qui in socordia vitam transigit, & promissis bo- nis non frui desiderat, iisdem, qui- bus illi qui non paruerunt obno- xius erit reprehensionibus.*

Qui ad sempernagau dia nõ aspirãt grauissimis supplicijs puniendi Theod.

Sed illud certè maximé do lendum est quod velint multi ante sex dierum discursum ad septimum diem peruenire, & in media hebdomadã sabba- tisare, idest, hanc requiẽ in hac vita consequi, cum præsens sta tus, qui laboriosa hebdomada significatur, laborãtium sit, & non quiescentium, & perquã maximè eidem quieti obuiet, & repugnet. Vnde cũ Domi- nus quosdam in foro otiosos inuenit, illos obiurgatus est di- cẽs. *Quid hic statis tota die otiosi?* quasi dicat. Quid laboriosum tempus, & ærumnosum in re- quiem, & solatium conuerte- re frustra nitimini? Quod qui- dem argumentum in epistola superius alegata docte prose- quitur August. demonstrans minime posse fideliũ animas extra suum proprium centrũ, quod est Deus, & solum in pa tria vere possidetur, hãc quie- tem obtinere. *Amant*, inquit Augustinus, *hanc requiem siue piæ animæ, siue iniquæ, sed an perueniãt, ad illud quod plurimũ amant nesciunt, nec appetunt etiã ipsa corpora ponderibus suis gra- uata, nisi quiescere à motibus suis. Nam sicut corpus tandiu nititur pondere, siue deorsum versus, siue sursum donec ad locũ, quo nititur veniens quiescat, sic animæ ad ea quæ amant, propterea nituntur peruenire, vt perueniẽdo requies- cant: & multa quidem corpus de- lectant, sed non est in eis æterna quies, nec saltem diuturna, cum ergo anima in se ipsa delecta- tur nondum re incommutabili*

Quid sit in media hebdomada sabbatizare.

Math. 20.

August.

Omnis tã proba quã improba animę, ad Dei fruitionẽ, & ad æternã requiem anhelant.

delectatur

Anima quę in se ipsa delectatur superba est, & cur.

delectatur, & ideo adhuc superba est, quia se pro summo habet, cum superior sit Deus: nec in tali peccato impunita relinquitur, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam: cū autem Deo *delectatur ibi veram, certam, æternamq́, inuenit requiē quam in aliis quærebat, nec inueniebat.* Quod etiam argumentum prosequitur idem Pater lib. 4. de Genesi ad literam dicens. *Hæc ergo erit summa minimeque superba quies, & vera requies nostra, vt sicut* Deus *requieuit ab omnibus operibus suis in se, quia non ei opera sua, sed ipse sibi bonū est, quo beatus est, ita & nos ab omnibus operibus non tantum nostris, verum etiam, & ipsius, non nisi in illo requieturos nos esse speremus, idque desideremus post bona opera nostra, quæ in nobis agnoscimus, illius potius esse, quam nostra, vt etiam post bona opera sua ipse requiescat in nobis, cū post bona opera, quæ ab illo iustificati fecerimus ipse nobis in se requiē præstet: magnū enim est nobis ab illo extitisse, sed maius erit in illo requieuisse.* Ex quibus verbis iā apparet nec Dominum suam requiē in rebus, quæ sex diebus fecit collocasse, nec in ipsis diebus requieuisse, sed in septima die, quæ quia ipsius Dei beatitudinē significat ab eodem Deo benedicta est. Patet etiam non esse nobis quiescendū in sex istis diebus, idest in tota vitæ periodo, nec in operibus eius, nec in nostris, neque in suis, sed in ipso, cūius beatitudo benedicta, & quies suauis in die septimo designatur.

In solo Deo vera requies inuenitur.

August.

Quenā sit vera quies

Non in nostris neq́, in Dei operibus requiescē dū, sed in illo tantū

Bonū est extitisse à Deo, meliuſ autē in illo requiescere.

Septima dies cur à Deo benedicta.

Vnde iam patet quod qui ante septimum diem requiem obtinere nituntur Dei procul dubio dispositioni obuiare intendant. Nam ipse die septimo sibi quiescendum proposuit. *Septimo,* inquit sacer contextus, *die quieuit Dominus ab omni opere, quod patrarat.* Quæ quidem verba Sanctus Pater Augustin. multis in locis nititur conciliare cum verbis illis dominicis. *Vsque nunc Pater meus operatur, & ego operor,* & præsertim lib. 4. de Genesi ad literam, & lib. contra Adimātum Manichei discipulū, tom. 3. suorum operum. Sed quia id non est nostri instituti ad ostendendum quomodo neque Dominus ipse stāte huius æui duratione a laborando quiescat cum Origene transimus; qui homil. 23 in cap. 28. Numer. ita ait. *Perfecta, & vera sabbata si videamus qualia sint, videbimus quod vltra hunc mundum est vera sabbati obseruatio· quod enim scriptum est in Genesi quia requieuit*

Qui ante septimum diem quiescere intēdit Dei dispositioni cōtradicit.

Genes. 2.

August.

Origen.

Deus die sabbati ab operibus suis non videmus nunc fieri, semper enim Deum videmus operari, & nullum sabbatum est, in quo Deus non operetur producens fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum. Bene certè rerum enim cōditor vsque ad consummationē sæculi à prouisione, & dispensatione creaturarum non cessat: erit autē verum sabbatū, in quo quiescet Deus ab omnibus operibus suis sæculo futuro, tunc cum aufugiet dolor, & tristitia, & gemitus, & erit omnia in omnibus Deus, in quo sabbato concedat nobis offerre cum Angelis sacrificium laudis reddentes altissimo vota nostra, quæ hinc distinxerunt labia nostra.

Vsque ad mundi finem operatur De⁹ nec ab operando manū amouet.

ANNOTATIO

XXV.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

De Neomeniæ festi spirituali intelligētia, & exercitio: siue de memoria circa Dei beneficia multoties renouanda.

A ETIAM si Christus Dominus Ecclesiæ suæ amantissime copulatus, varia sacrificiorum, oblationum, & hostiarum genera: quæ Iudæi celebrabant ad vnum verum, & Deo Patri, per quam maxime acceptabile sacrificiū B reduxerit: nempe ad sui corporis, & sanguinis sub panis vinique speciebus oblationem & hostiam: id tamen non vetat, vt vnusquisque Christianus varias in anima sua oblationes, & hostias Deo spiritualiter offerat, quæ dum offerūtur festiuam ingerant in corda lætitiam, vt homil. in psal. C 95. docte annotauit Chrisost. tom. 1 suorum operum dicēs. *Est quidem in nobis varia sacrificiorum differentia: quanquam enim lex in veteri testamēto multas habuit, aliā pro peccatis, aliā quæ dicta est holocaustomata, aliam vocata in laudis, aliam salutaris, aliam pro leprosis mūdandis, & multas alias, & varias.* D *Nam omnino erat magnus, & modo carens numerus sacrificiorum in lege, quæ omnia noua gratia superueniens vno complectitur sacrificio, vnam, ac veram statuens hostiam: habemus tamen nos in nobis ipsis varias immolationes, non quæ iuxta legem incedunt, sed quæ decent Euāgelicam*

Omnia ceteris legis sacrificia ad vnum præstitum ... corporis, & sanguinis reduxit Domini.

Multa possunt offerri in anima sacrificia, & oblationes.

Chrisost.

innumerabilis fere erat in lege sacrificiorum genera.

gratiam.

Multis modis licet spiritualiter festiuare.

gratiam. Hæc Chrisostom. ex cuius certé verbis manifestissime patet multis nobis modis conuenire festiuam agere in corde lætitiam, dum varias in nobis Deo hostias immolamus, dummodo non secundũ legis literam, sed secundũ spiritum, mysticumque intellectum eas offerre distinemus. Nam literalis, siue legalis earum executio, & intelligentia à Iudæis tenaciter apprehenditur, nos veró earundem spiritum, & mirabilem significationem prosequimur, vt prosequi solent Sancti Patres, & catholici Doctores, inter quos præcipué S. Pater Bernardus audiẽdus est, qui sermone 73. in cantica, ita ait. *Litera tenor Iudæorum portio, ego vero quem admodum accepi à Domino in profundo sacri eloquij gremio spiritum mihi scrutabor, & vitã, & pars mea hæc, qui in Christum credo. Quid ni eruam dulce ac salutare epulum spiritus de sterili, & insipida litera, tanquam granum de palea, detesta nucleum, de osse medullam? Nihil mihi, & literæ huic, quæ gustata carnem sapit, glotita mortẽ affert. Sed enim quod in ea tectum est de Spiritu Sãcto est: Spiritus autem loquitur mysteria, teste Apostolo.* 1. *Cor. cap.* 14. *Sed Israel prouelato mysterio velamen tenet: quare? nisi*

Bernard.

Litera tenor Iudæorũ portio.

Literalis veteris legis obseruãtia gustata carnẽ sapit.

1. ad Cor. 14.

A

B

C

D

quia adhuc velamen est positum super cor eius. Ita quod sonat litera illius est, quod designat meũ est.

Populus Iudaicus velamine litera contentus.

Quod etiam argumentum non minus erudite, prosequitur Petrus Damianus lib. 4. epistolarum, epistola 16. dicens. *Si in his omnibus solum exterior ille solemnitatum ritus accipitur, non tam ex his utilitatis aliquid nobis videtur posse conferri, sed superstitiosa potius exigi, aut friuola iudicari: quod ergo fuit vmbra futurorũ Iudæo, nunc est exhibitio præsentium Christiano: & quod illis datum est sub exterioribus ceremoniis, nobis factum est instrumentum intelligentiæ spiritualis.* Et cætera, quæ ibi affert Damianus, ad omnium Iudæorum festiuitatum spiritum, & mysterium percipiendum.

Damian.

Vltra igitur sabbati festiuitatem, in qua ab omni peccaminoso opere spiritualiter quiescentes mundæ conscientiæ hostiam Deo offerimus, Neomeniæ solemnitatem nõ sicut Iudæi literaliter, sed vt veri Christiani spiritualiter exercentes acceptabile sacrificium Deo nostro in ara cordis libare, & de eius libatione festiuando gaudere, nemo certè irreligiosum iudicabit, cũ præsertim judaica festa spirituali-

Neomeniam spiritualiter celebrare irreligiosum nõ est

ter colere, & exercere iustum esse, & bonum semel ac iterũ fuerit á nobis cum patribus demonstratum.

Inter illa igitur festa, quæ Iudæi colere solebant, & in quibus Deo hostias immolare tenebantur Neomeniæ festum recensetur, quod calendis vniuscuiusque mensis luna in nouari incipiẽte celebrare cõsueuerunt, vt ex cap. 28. Num. apparet, sub cuius celebritatis festiua obseruantia quemadmodum sub sabbatismi vmbra multa latebãt futura mysteria post literæ terminationẽ spiritualiter exercenda, vt homil. 23. in cap. 28. Num. annotauit Orig. dicens. *Sicut vmbra futurorum est sabbatum, ita & Neomenia, vnde Paulus ait. Nemo vos iudicet in cibo, & potu aut parte diei festi, aut Neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt vmbræ futurorum.*

Num. 28.

Sub Neomenia sicut sub sabbatismo multa latebãt mysteria.

Origen.

ad Col. 2.

Vt igitur ex ista antiqua Iudæorũ Neomenia, ab eiusque festiuali exercitio, aliquẽ spiritualem festiuãdi modum auferamus, eius fundamentũ, & causam prius inquirere necesse est: non enim facile percipitur quid sibi velit, huius festi duodecies iterata solemnitas, cum in Scriptura sacra nullibi comperiatur exposita, & quanquam sicut cæteræ solemnitates ad alicuius beneficij memoriam renouandam institutam fuisse non dubitemus; cur tamen duodecies in anno á Deo celebrari præciperetur clare, & distinctè non nouimus: nempe in vniuscuiusque mensis principio, vt ex cap. 28. Num. apparet. Vt igitur rem attingamus maximè conducit huius vocis græcæ, *Chodes*, quod idẽ significat atque latiné, *Mensis*, Ethymologiam diriuationemque cognoscere: deducitur igitur nomen, *Chodes*, à verbo, *chadas*, quod idem Græcè significat atque latinè, *innouare*, inde nomen, *Chodes*, idem est atque, *innouatio*, quoquidem vocabulo, siue nomine illum temporis discursum Iudæi significabant, quem nos latino sermone *mẽsem* appellamus, & quẽadmodum nos duodecim mẽses numerando annum implemus, ita & Iudæi duodecim innouationibus lunæ annum constituebant: incipiebãt enim apud eos menses à nouilunio, ita vt illa apud eosdem esset prima mensis Dies, qua primo luna innouabatur, siue innouata apparebat. Vnde vera huius Neomeniæ festi appellatio, erat festiuitas, seu solẽnitas renouationis, seu nouæ recordationis. Ex quo iam patet ad

Neomeniæ festum duodecies in anno iteratum.

Num. 28.

Huius nominis (mẽsis) græca Etymologia.

Iudæi lunæ innouationibus duodecim annũ implebant.

Quãdo apud eos mẽsis incipiebat.

Quomodo festiuitas Neomeniæ appellabatur.

Ad quid fuit hoc festum a Deo Iudaeis impositum.

tet ad quid fuerit hoc festum á Deo Iudæis iniunctū, nempe ad multoties innouandam, siue renouandam beneficiorū memoriam, quæ non semel tantum, sed multoties Deus in eos conferre consueuit. Quod quidem fundamentum ponit Diuus Thomas. 1. 2. q. 102. art. 4. in respons. ad decimum argumentum. Atque hoc fundamentum optimum est: hæc enim beneficia semel, multotiesque exhibita in luna vel maximè significantur, quæ non semel tantum est hominibus concessa, sed multoties innouata: vt eisdem hominibus claritatem impartiatur, & lucem: cum enim Iudaicus populus á patre Manasse, qui oblitus, siue obliuiosus interpretatur acceptorum á Deo beneficiorum obliuionem tāquam ius hæreditarium sibi vendicauerit, vnde de illis dicitur quod non fuerint memores beneficiorum Dei, & mirabilium eius, quæ ostendit eis. Et quod ipsius Dei, qui saluauit eos fuerint obliti ideo Deus eorum memoriam duodecies in anno renouare instituit, ipsamque totidem renouatam lunam quasi quoddam rememoratiuū apposuit, quæ illis non semel exhibuit sed in eosdē multoties contulit. Erat

D. Tho.

Iudaei obliuiosi, a patre Manasse qui obliuiosus interpratatur.

Psal. 77.

Luna multoties innouata rememoratiuū est beneficiorū Dei, multoties iteratorum.

A

B

C

D

namque Iudæorum mens velut ferax quædam gleba, quæ si multoties non excoleretur nociuis quas generabat curis Dei memoriam ipsiusque acceptorum beneficiorū recordationem penitus suffocabat. Vt igitur memoriam augeat, renouat, multiplicatque Deus recordationem, vt vel sic vicē quoad possint reddere laborent. *Grati enim animi est*, vt ad idem Numerorum caput, ait Oleaster, *non solum beneficia referre cum primum dantur, sed plus cum eadem repetuntur, & multiplicantur. Si ergo obnoxius beneficijs es quia tibi semel data sunt, cur non eris quia tibi singulis mensibus quasi exhausta reparantur?* Hæc Oleaster.

Iudaeorū mens ferax gleba qua beneficiorum memoriā suffocabat.

Grati animi conditio.

Oleast.

Ex hoc ergo innouationis, siue nouæ recordationis festo Iudæis á Domino iniūcto, eius in filios prouidentia amorque singularis perquammaximè illucescit, qui, quia suorum beneficiorum, mandatorumque obliuionem illis maximè perniciosam nouit, eam ab illis arcere contendit, vt quatenus debitorum recordantur, vicéque reddere laborant maiora beneficia consequantur. Et hinc fuit, vt vult Lyranus ad Cap. 16. Exodi, vt in arca testimonij cum lege, quam iusserat obseruari, Manna simul, &

Ex huius festi fūdamēto Dei amor infertur in filios Israel beneuolētia singularis.

virgam

Manna, & virga archa asseruata, quadã rememoratiua beneficiorum Dei erãt.

virgam Moysi quasi quædam suorum beneficiorum rememoratiua asseruari constituerit (*como despertadores de seus beneficios & merces*) vt dum Iudæi suorum patrum expulsæ per Manna famis recordarentur, tantis Dei beneficijs deiũcti eius legem plenissimè obseruarent, similiaque ab eius libera manu beneficia reportarent. *Hoc*, inquit Lyra, *factũ est in memoriam accepti beneficij, vt ea scilicet recordatione alia denuo mererentur accipere.* Suffragatur Interlinialis, quæ annectit: *Reseruandum in memoriam æternam.* Et eadẽ de causa, vt suspicamur eandem arcam, in qua hæc de quibus mentionem fecimus claudebantur arcam testimonij nominauit Exodi cap. 25. quasi ostendens ibi esse testimonia beneficiorum suorum, nempe Manna, & virga, vt sic vel quasi testibus locupletissimis dãnarentur, qui illius legem obseruare obliuiscebantur, á quo tãta beneficia acceperũt. Ex quo non solum Iudæorũ incredulitas, verum etiam omnium nostrorum ingratitudo incusatur, quæ tãta est, vt Deo opus sit testes ad beneficia sua nobis suggerenda, & inculcanda aduocare, vt ad cap. 12. Exodi aduertit Lusitanus Péthatheuchi interpres dũ postquam omnia festa quod mense, *Nisam*, idest, *Martij*, Dominus populo iusserat celebrare recensendo numerauit ita pro locutus est. *Ad quid quæso hæc annualis obseruantia? nisi quia timuit pius Pater Iudæos tantorũ beneficiorum fuisse immemores.* Hæc ille.

Exod. 25.

Eadẽ testes locupletissimi cõtra Iudæorũ ingratitudinem.

Olcaster

Ad hanc quoque beneficiorum obliuionem repellendam, & ad eorum recordationem, memoriamque renouãdam docet sacra pagina Iosue cap. 4. Deum lapides à Iordanis alueo extractos intra Israeliticа castra collocare iussisse. *Defecerunt*, ait, *aquæ Iordanis ante arcam fœderis* Domini *cũ transiret eum idcirco positi sunt lapides isti in monumentum filiorum Israel vsque in æternum.* Quemadmodum etiam ante mentis oculos ab Egypto liberationis beneficium, vt rememoratiuum monumentũ semper illis obseruari mandauit, ne tanti beneficij recordatio ab eorum mentibus excideret dicens Exodi. 13. *Et erit beneficium hoc quasi signum in manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos.* Et rursus. *Erit quasi appensum quid ob recordationem ante oculos tuos.*

Iosue. 3

Ad quid la pides à Iordanis alueo extracti intra Israeliticа castra collocãtur

Exod. 13

Hoc certe ducti fundamẽto sancti veteres Patriarchæ

in locis

in locis vbi aliquod præcipuũ beneficiũ á Domino recipiebant lapidum aceruum congregare, vel grandem lapidẽ erigere cõsueuerũt, quæ quasi rememoratiua quædam signa essent, memoriæque innouatiua gratiæ cõsequutæ, qualiter fecisse Sanctum Patriarcham Iacob semel ac iterum docet sacra pagina Geneseos. 28. & 31. vt ad idem cap. 28. Exodi Eustachius vnus ex auc thoribus græcæ catenæ obseruauit dicens: *Lapidem, seu columnam erexit Iacob suæ visionis monumentum.* Quiquidem mos á signis circa accepta beneficia memoriæ renouandæ adeó inualuit, vt ad nostra quoque tempora, ad nostrãque antiquam Lusitaniam vsque peruenerit, in qua adhuc monuméta conspiciũtur quæ in recordrtionem victoriarũ, ex Mauris á Christianissimis Portugaliæ Regibus quondã reportatarum erecta sunt, & corrupto loquẽdi more, *Moumentos*, appellare consueuerunt rustici.

Genes. 28. & 31.

Monumẽta lapidea in nostra veteri Lusitania, ad quid erecta.

Vnde iam tã ex huius festi nominis ethymologia, quã ex his, quæ Dominus circa beneficiorum recordationem faciendã mandauit, quin & ex veteri Heroum consuetudine monumenta ad memoriã renouandam construetium clarissime conspicitur, illos nunc in lege gratiæ Næomenicum festum spiritualiter exercere, qui Dei beneficiorum memoriam quotidie renouare student, & vicẽ reddere, quoad possunt laborant.

Quomodo in lege gratia Neomeniæ festum celebretur, & à quibus.

A

Circà huius festiuitatis spirituale exercitium non minus solicitum Deum nostrum in nouo testamento, siue in lege gratiæ conspicimus, quam in veteri lege fuisse mõstrauimus, in qua etiã ad acceptorũ beneficiorum memoriam renouandã rememoratiua quædam monuméta reliquit, quibus ad vicem reddendã magnopere excitemur. Nam (vt illud omnium rememoratiuorum præcipuum rememoratiuum deponamus quod Regius vates mirabiliũ Dei memoriam appositissimè appellauit, de quo longus à nobis contexendus est sermo) ideo panes qui ex abundanti saturitate, quam mirabiliter intulit populis Ioãnis 6. superarũt in cophinis asseruare instituit, vt vnum quodque illorũ fragmentum maximum esset tanti beneficij rememoratiuum monumentum, præsensque recordatio, qua nostra erga eũ memoria quotidie innouata nos ad vicem pro virium fragilitate

B

etiam in lege gratia, rememoratiua suorũ beneficiorũ apposuit Christus.

C

Psal. 110.

D

Ioan. 6.

Fragmẽta panis quę ex saturitate populi remanserũt Dei beneficiorũ rememoratiua

Bernard.

gilitate reddendam incitaret: quæ mẽs nõ nostra est, sed san ctissimi patris nostri Bernardi, qui serm. 57. in Cantica, ita ait. *Disce ad singula dona gratiæ agere diligenter: considera quæ tibi apponuntur, vt nulla videlicet Dei dona debita gratiarũ actione frustrentur, non grandia, non mediocra, nõ pusilla, deniq; iubemur colligere fragmenta ne pereant, idest, nec minima beneficia obliuisci: numquid non perit quod donatur ingrato?* Hæc Bernardus. Ex quo loco certè apparet Christum Dominum tunc festũ innouationis, siue nouæ recordationis memoriæ, circa beneficia accepta fideliũ mentibus ad celebrandum suggere voluisse: cui certe intensioni adhæsit Gregor. Naziázenus dũ oratione in sancta lumina pagina 410. agens de recta festorum celebratione ita congruenter ait. *Dei memoria præcipuum est festi caput, idque maxime Deus exigit à nobis in diebus festis, vt scilicet eius recordemur operaque, & beneficia, & cõmunia, & priuata præceptaque eius memoria recolamus.* Hæc Nazianzenus.

Dispergitur frustra, & perit, quod donatur ingrato.

Naziáz.

Quid festiuis diebus à nobis præcipue exigat Deus

Ex quibus certe clarissime colligitur nullũ esse Deo gratiosius acceptabiliusque festũ, quam beneficiorum suorum recordatio, quæ ad peccata vitanda, & ad gratias persoluẽdas, vt qui maxime conducit. Quod sãctus Propheta Dauid expresse testatur cum ait psal. 75. *Cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.* In hunc enim sensum accipienda esse hæc Dauidica verba docet S. Pater August. in expositione eiusdem psalmi, vbi inter multa alia huic argumento valde consona hæc ita proloquitur. *Cogitatio confessionem habet, & recessionem à veteri vita, sed si oblitus fueris à quibus malis liberatus sis, non agis gratias liberatori tuo, & non celebras solemnia Deo tuo.* Tunc autem inducit S. Pater August. Sanctũ Apostolum Paulum hoc Neomænicum festum spiritualiter exercentem, & acceptorum beneficiorum memoriam renouantem, sicque dicentem. *Prius fui blasfemus persecutor, & contumeliosus.* Tunc ait August. *Commemorat quid illi donatum est, & reliquijs cogitationum diem festum agit Deo: nam per ipsas reliquias cogitationis solemnia celebrabat, in memoriã reducens peccata præterita iam demissa.* Concludit tãdem Augustin. dicens *Etenim fratres mei ecce innouauit nos Christus, donauit omnia peccata, contulit beneficia, & conuersi sumus, sed si*

Ad quid Dei beneficiorũ recordatio conducat.

Psal. 75.

August.

Quid Dei beneficiorum non recordatur illi gratias nõ rependi.

1. ad Tim. 1.

obliuiscamur

obliuiscamur quid nobis donatum est, obliuiscimur munus Saluatoris: precemur igitur vt quotidie nos innouet, qui prima gratia sua nos innouauit.

Ad hoc quoque Neomæni cum festum spiritualiter exercendum nouus sponsus sanctã innouatamque spõsam, idest, Ecclesiam prouocare videtur dum sic ait. *Pone me vt signaculum supra cor tuum, vt signaculũ supra brachiũ tuũ.* Hæc enim verba attribuit venerabilis ad modũ, & cõmunis omniũ Magister Pater Ludouicus Soto Maior, qui cũ Deo est: sponso inbẽti sponsæ suæ charissimæ de more amatorio, vt perpetuo, & sine vlla, si fieri potest, intermissione, illius recordetur. Nihil enim tam gratũ est diuino spõsoChristoDomino, quã vt ipsius multoties meminerimus, & cum mẽte, & memoria teneamus, cogitemusq; assiduè de illo, refricãtes, & recolẽtes opera, & mirabilia, beneficiaq; ab eo in nos collata. Vnde in hoc quidẽ Neomæni co festo spiritualiter exercẽdo idest, in perpetua Dei beneficiorũ recordatione, & memoria se se cõtinuo exercere optabãt Sãcti, qualiter se exercere optabatSãctus pat. August. cũ libro meditationũ cap. 36. ita anxius precabatur. *O dulcissime IESV infunde obsecro multitudinem dulcedinis tuæ, & charitatis tuæ pectori meo, vt nihil terrenum, nihil carnale desiderem, vel cogitem, sed te solum amem, te solum habeam in corde, & in ore meo: scribe digito tuo in pectore meo dulcem memoriam tui nominis, nulla vnquam obliuione delendam.* Hæc August. Quã etiã Dei beneficiorũ recordationẽ, memoriæq; renouationẽ maximè cõmendans Nazianz. orat. 1. de Theologia sic ait. *Neque tam sæpe spiritũ ducere quam Dei meminisse debemus, immo si dici hoc potest aliud nihil quam hoc faciendum: nam eam legem probo, quæ die ac nocte Deum iubet meditari.* Vnde Paulus ad Hebræos 12. ad hanc nouæ recordationis, seu memoriæ circa Christi beneficia renouationis solẽnitatẽ suggerendã ait. *Recogitate eũ, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes.* Vbi certè Paul. non solũ vtilitatẽ ponit quę nobis ex assidua Christi passionis recordatione prouenit, cũ ideo ait esse inmemoriã ad ducendũ ne deficiamus, sed & multoties faciẽdũ docet, idest eiusdẽ passionis recordatione esse crebo memoriã innouãdã, vt nõ solũ grati

Cantic. 8

Soto maior in Cãt.

Nihil tã gratũ Deo quã vt illius multoties meminerimus.

August.

Naziã z.

Ad Heb. 12.

Quomodo in beneficijs a Deo acceptis memoria innouetur.

animi eſpecimē prebeamus, verū & cōmodū exinde vtilitatēq; auferre poſſimus: vnde nō cogitare tātū, ſed recogitare exorat, ſeu profūde cōſiderare, ac multoties ad memoriam adducere, eandēque memoriam ſemel ac iterum eadem cogitatione renouare: quod vt fiat facilius, & vt exerceatur intenſius eodem ſe vti documento teſtatur ad Galat. 6. dicens. Ego *autem ſtigmata Domini Ieſu Chriſti in corpore meo porto.* Ac ſi diceret. Vt ſemper Chriſti beneficiorum memor exiſtam, meaque ſemper eorum recordatione memoria innouetur, ipſum in corde, ipſum in brachio, ipſū in toto corpore meo flagellis cæſum ſignatum porto. In quo certè ad morē quarundam gentiū alluſiſſe videtur Paul. quæ eorū quos diligūt notas, & ſigna quædā igne ſibi imprimūt, vel ſuper cor, vel ſuper brachia, quibus ipſos, licet abſētes intueātur, & aliquo modo præſentes habeāt, ne in eorū cordibus vlla illos deleat obliuio.

Ad Gal. 6.

Alluſio Pauli.

Aliquarū gentium mos in memoria innouanda.

Igne igitur ardentiſſimi amoris iubet Chriſtus Eccleſiæ amantiſſimæ ſponſæ ſuæ ipſum, vt imprimat tā in corde, quam in brachio dicens. *Pone me vt ſignaculū ſupra cor tuum, vt ſignaculum ſupra brachium tuum.* Per cor internas & per brachiū externas actiones deſignās, ita nāq; S. Ambroſ. lib. de inſtit. Virg. cap. 17 hæc verba intellexit. Quæ quidē, tā internæ, quam externæ actiones ſi Dei beneficiorum memoria communitæ exerceantur, ab ipſius lege, & mādatis neutiquam diſcedent, immo ad eorundem beneficiorum tenorem componentur, & fient. Nam ſi cū colaphis cædimur Chriſti Ieſū colaphis cæſi meminerimus ſua uiter colapha ſuſtinebimus. Si ab inimicis læſi fuerimus, & Chriſti Ieſu pro inimicis patrē exorantis recordabimur, ita pro inimicorū bonis læti deprecabimur, vt feſtiuale gaudiū in eadē deprecatione experiamur. Si laborū crucē ſuſtinēdo grauamur, Chriſtū crucē proprijs humeris aſportātē in memoriam reuocemus, ita leue ōne pōdus reputabimus, vt refugiū poti⁹, & delitias, quā laborem reputemus, ad hunc enim modū, & in hunc ſenſū exponit Pat. Ambroſ. hæc ſpōſi verba. *Pone me vt ſignaculū, &c.* Cantic. 8. Nam in expoſitione Pſal. 118. ita congruēter ait. *Reſpondit ſpōſæ ſpōſus. Pone me vt ſignaculū ſupra cor tuum, quaſi dicat ſignaculum meū es ad imaginem meam, & ſimilitudinē*

Cant. 8.

Ambroſ.

Ad quid Chriſti beneficiorū recordatio vtiliſſima.

Math. 26

Luc. 23.

Ioann. 19

Chriſti paſsionis recordatio laborum leuamen.

Cantic. 8

Ambrof. *fulgeat in te imago iustitiæ, imago sapientiæ, imago virtutis, & quia imago Dei es: Deus in corde tuo est, sit ergo & in operibus tuis; sit effigies Euangelij in tuis factis, vt in tuis moribus mea præcepta custodias, ideo effigies Euangelij erit in te si percutienti maxillam, alteram præbeas, si diligas inimicum tuum, si crucem tuam tollas, & me sequaris, recordatus quod ideo crucē ego pro te portauerim, vt tu pro me portare non dubitares.* Hæc Sanctus Pat. Ambrosius.

Quando effigies Euangelij apparet in Christianis.

Sed iuuat hanc renouationis, siue nouæ recordationis spiritualem festiuitatem ab ipsius Christi seruatoris ore iterum inculcatam percipere, qui postquam illud in enarrabile sui corporis, & sanguinis beneficium in nos contulit, hoc Neomęnicum festum, vt maximé necessarium comendasse videtur dicens. *Hæc quotiescumque feceritis in mei memoriam facietis.* Luc. 22. quasi mandans, vt hoc diuinum Sacramētum tanquam quoddam suæ passionis reliquorumque beneficiorum rememoratiuum monumentū acciperemus, & quotiescunque sumeremus nostra illius recordatione memoria renouaretur, vt Opusculo 77. Diu. Thom. diligenter obseruauit dicens. *Vt tanti beneficij iugis in nobis maneret memoria, corpus suum in cibum, & sanguinem suum in potum sub specie panis, & vini sumendum fidelibus dereliquit*, quod itidem in officio eiusdem mysterij commendat dum exclamando sic ait. *O sacrum conuiuium in quo Christus sumitur recolitur memoria passionis eius &c.*

Luc. 22. — D. Tho. — Idem.

Ex quibus, & ex reliquis, quę allata sunt iam patet etiā in lege gratiæ Neomæniæ festū Dominū mādasse spiritualiter exerceri. Idest memoriā circa eius beneficia renouare, ne obliuionis causa euacuentur, & deperdantur, illa enim beneficia, quæ obliuionis causa gratiarūm actione non recompensantur, beneficia attenuata, & euacuata frustraque difusa appellat Hieronymus cap. 1. epistolæ ad Ephes. quæ vero perpetua recordatione obseruantur plena, & nō frustra exhibita, siue accepta esse affirmat dicens. *Diuitias gratiarum ille in se non facit vacuas, qui quantum valet humana fragilitas, nititur laborat, atque contendit recordari, & cum Apostolo dicit, gratia Dei in me vacua non fuit. Qui verò beneficij magnitudinē nō recordans ad deteriora delabitur, in isto diues gratia, & opulenta largitio pau-*

Etiam in lege gratia Neomenia celebratur, & quomodo.

Hieron.

Beneficia quæ gratiarum actione non recompensātur, deperdita, & euacuata iure dicuntur.

Memoria beneficiorum illorum est coopertura, quæ illa diffundi nō finit.

pertate tenuatur. Hæc Hieronymus. Ex quibus verbis certè patet recordationem beneficiorum à Deo acceptorum esse quasi quandam animi coopertura, quæ ipsa beneficia frustra diffundi non patitur. Nam vt Pat. Ioann. Chrisost. aduertit homil. 26. in Matheū. *Optimus beneficiorum custos est ipsa memoria beneficiorum.* Vnde ingratum, & beneficiorum acceptorum immemorē vas pertusum appositissimè appellauit Cornarius Poeta Græcus ita scribens.

Crisost.

immemor beneficiorum, vas pertusum

Cornar.

Pertusum vas est ingratus homuncio semper,
Omne quod infundis perfluit in nihilum.

Inquem sensum siué ad quam ingratitudinem obliuionemque incusandam Psalm. 21. in Christi persona locutum fuisse existimamus Psalmistam, cum ipsius Christi passionem comemorans, simul, & beneficia, quæ passionis tempore in ingratos Iudæos contulerat enumerans ait. *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.* Quasi dicat euacuata, & exinanita, & deperdita sunt omnia quæ pro perfidis Iudæis passus sū, quia fuerunt immemores tanti in ipsos collati beneficij cum præsertim beneficij accepti memoria deficiente quanquam eius pretium non deficiat, deficit tamen, impeditur, & euacuatur ipsius effectus, vt deperditur, atque euacuatur aqua quæ in vas absque coopertura infunditur: ac proinde iure optimo in veteri lege, quin, & Christus in lege gratiæ coopertura vasorū, idest, memorias beneficiorum semel ac iterum iubet reformari, & innouari, quod idem est atque Neomanicum festum spiritualiter exercere: vt dum quotidie acceptorum beneficiorum memoramur, quotidie pro ipsis Deo gratias persoluamus, aliaque denuo mereamur accipere.

Psal. 21.

Beneficia in ingratum collata, sunt tanquam aqua frustra disper sa.

Num. c. 4. & 19.

Ad quid vtilis beneficiorum recordatio.

Ad hoc tandem Neomæniæ festum spiritualiter exercēdum nos inuitat prouocatque Sanctus Pat. Ioan. Chrisost. homil. 72. ad populum dicens. *Itaque rogamus ne torpeatis, sed quisq; vestrum si fieri potest per singulos dies intra se computet non tantum communia beneficia, verum & propria sibi collata: non tantum promulgata, & omnibus manifesta, sed etiam peculiaria, multosq; latentia, sic enim gratiarum actionem Deo poterit exhibere: hoc maximum est sacrificium : hoc oblatio perfecta &c.* Circa cuius etiā festiuitatis spirituale exercitium valde consentanea

Chrisost.

Dei beneficiorum memoria & gratiarū actio gratū illi est sacrificium.

consentanea sunt ea, quæ sermone 15. in psalmum: *Qui habitat*, habet Pat. Bernardus vbi postquam ad gratias pro beneficijs acceptis Deo reddendas inuitat, ita concludens ait. *Hoc facile menti persuadet diuinæ munificentiæ frequens immo continua recordatio, alioquin quomodo implebitur Apostolicum illud, in õnibus gratias agentes, si ea pro quibus gratiæ debentur à corde recesserint, nolo vos judaico notari opprobrio, de quibus dicitur quod non fuerint memores beneficiorum eius, & mirabilium eius, quæ ostendit eis.*

Bernard.

Iudæorũ in beneficijs à Deo acceptis obliuio in seruum est opprobriũ

A N N O T A T I O X X V I.

Circa idem verbum contextus.

F E S T V M.

De eiusdem Neomaniæ festi spirituali exercitio, siue de gratijs Deo reddendis pro superni luminis claritate, qua sanctam matrem Ecclesiam illuminare, illustrareque dignatus est ad Hæreticorum tenebras perpulsandas.

S I V E.

Pro lumine diuinæ gratiæ, quo vniuscuiusq; peccatoris animam vitiorum caligine perpeditam, & obcæcatam illustrare sæpe dignatur.

CIRCA hoc Neomæniæ festum multa dicenda occurrunt, quia sub innouata luna multa significantur: præcipuéque per eam nouam Ecclesiam à Christo vero iustitiæ sole illustratam mysticé significari docent Patres, & præcipué Diuus Thomas 1. 2. q. 102. art. 4. in responsione ad 10. argum. Quin & dicũt per eandem innouatam lunam animam renouatam per gratiam significari.

D. Tho.

Vtrumque in hac Iudæorũ festiuitate mysterium epistola 16. quarti lib. suarum Epistolarum nouit noster Petrus Damianus dicens. *Festiuitas Neomaniæ eadem est atque nouæ lunæ. Tunc autem innouari luna dicitur, cum soli coniungitur, & ab eo ad concipiendum splendorem velut amissi luminis reparatur: Sol iustitiæ Christus: luna autem primo facta vniuersalis Ecclesia*

Petr. Damian.

deinde quæque fidelis anima eius, qui splendor est gloriæ, & figura substantiæ, de radijs illustrata: cum ergo sancta quælibet anima Redemptori suo veraciter in amore coniungitur, cum ei denique velut in sponsali thalamo per oblectationis intimæ glutinum copulatur, tunc proculdubio Neomeniæ solemnitatem celebrat, dú reformatam se à supremo lumine, fratrum suorum aspectibus representat.

Vnde cum inter omnes re memoratiuas festiuitates hæc Neomæniæ duodecies iterata festiuitas maior fuerit donorum Dei rememoratiua recordatio, eo plus nos recordatos monstrabimus beneficij illuminationis sanctæ matris Ecclesiæ, nostrarumque animarum per gratiam, quo maiori diligentia, & quo sæpius Neomæniæ festú spiritualiter exercere curauerimus, Deo nostro pro tanto beneficio gratias persoluendo, & confessionis hostiam in ara cordis libãdo.

Quo sæpius beneficiorum Dei meminerimus eo plus ad gratias illi persoluendas incitabimur.

Vt igitur spiritum, qui sub huius Neomæniæ festo claudebatur aliter iterum auferamus aduertendum est primo Ecclesiam multis in locis Sacræ Scripturæ, & passim á Patribus, lunæ nomine designari: ita illam appellauit Sanctus Propheta Abacúc dum de ea-

Ecclesia, luna passim à patribus appellata et prophetis

Abac. 3.

A dem, & de Christo veró iustitiæ sole vaticinãs sic ait. *Eleuatus est Sol, & luna stetit in ordine suo*, vbi per solem Christum, per lunam autem Ecclesiam docet Sanctus Pater Hieronymus esse accipiendum commentarijs in húc Prophetam, qui tom. 5. suorum operum

Hieron.

B continentur dicens. *Post passionem, & resurrectionem suam eleuatus est sol iustitiæ in cælum, & emisso Spiritu Sancto illuminauit Ecclesiam*. In quem etiam sensum eadem verba explicat August. lib. 18. de ciuitate Dei cap. 32. *Ascendit*, inquit, *Christus in cælum, & ordinata est Ecclesia sub rege suo*. Cui Ecclesiæ

Christ. Sol eleuatus in resurrectione.

August.

C appellationi sub lunæ nomine consentit Arnobius in expositione psalmi 135. ad illa verba. *Fecit duo luminaria magna*, sic enim habet. *Ecclesia luna est, quæ crescit in Sanctis, & decrescit in peccatoribus*. Magis tamé ad nostram mentem accedit Pat. Hieronymus dum in epistola de celebratione Paschæ,

Arnob.

Ecclesia decrescit in peccatoribus, crescit in Sanctis.

Hieron.

D quæ tom. 4. suorum operum continetur non solum Ecclesiam lunam appellat, verum & lunam innouari incipienté ait enim. *Ecclesia in hac mortalitate carnis adhuc cóstituta propter ipsam immortalitatem nouæ lunæ appellatione in sacris scripturis significatur*. Et bene nam

Ecclesia cur nouæ lunæ co[m]paretur

Ecclesia

Ecclesia, idest, fideles, qui per gratiæ claritatem in hac vita mortali incipiunt innouari, & illuminari: postquam in futuro sæculo diuino iustitiæ soli penitus fuerint coniũcti eiusdem solis clarissima visione plenissimè illuminabuntur attestante Paulo. 1. Corint. cap. 13. & dicente. *Cũ venerit quod perfectum est euacuabitur quod ex parte est.* Circa quam deficientem adhuc Ecclesiæ siue animæ plenitudinẽ mira sunt, quæ habet Sanctus Pat. Bernardus serm. 38. in Cantica, vbi eandem Ecclesiam, siue Christianam animam allocutus sic ait. *An nescis quia quandiu viuis in hoc corpore peregrinaris à Domino, siue à luminẽ? quomodo ergo quæ nec dum tota plena es idoneam te existimas vniuersitatem pulchritudinis intueri? quomodo quæris me in mea claritate videre, quæ adhuc ignoras te? Nam si teplenius nosces, scires vtique corpore, quod corrumpitur aggrauatam animam nullatenus posse attollere oculos, & figere in illum fulgorem, in quẽ prospicere Angeli concupiscunt: erit autem cum apparuero, quod tota pulchra, & plena eris: tunc autẽ audies: macula non est in te.*

Quãdo fideles sunt plenissime illuminãdi. 1. ad Cor. 13.

Bernard.

Ecclesia vilicans, ... quisq; deliũ ... ima non ... est in ... omni ... ode illu... inari, ... super... lumi... is clari... te ad ... pleri.

...uando ...clesia lu... omni... de ple...

Ex quibus certe iam apparet, quam apposité Sanctus Hieronymus loco supracitato Ecclesiam, lunã adhuc innouari incipientẽ appellauerit. Elegantiùs tamen, & huic argumẽto, quod sequimur accommodatius loqui videtur lib. 2. in cap. 4. Amôs vbi petità à duodecim lunæ innouationibus similitudine Ecclesiã duodecies innouari demonstrat per duodecim Apostolos, impleri tamen per Christum dicens. *Quomodo sol iste, quem cernimus annuum cursum donec ad pristinam metam redeat, duodecim implet mẽsibus, & luna solis illustratur radijs ab ea parte, qua ei vicina est, vel plus, vel minus pro varietate temporum lumen accipiens; sic & Ecclesia veri solis decorata splẽdore, duo decim implet Apostolorum numerum.* Hæc Hieronymus.

Hieron.

Ecclesia duodecies innouata per duodecim Apostolos, & semel plena per Christum

Vnde iam patet non solũ Ecclesiam lunæ nomine designari, verum & á Sole iustitiæ Christo lumen claritatemque accipere, qua innouatur duodecim Apostolis mediantibus, & ab eodem sole illustratis, quemadmodum luna duodecim mensibus innouatur in anno. Nam neque ipsa luna á se ipsa, nec Sancti Apostoli aliquam sibi vendicabant claritatem, siue virtutem ad Ecclesiam innouandam nisi illam á diuino iustitiæ Sole Christo acciperent. Vt doctè

Gregor. aduertit Sāctus Pater Gregorius, Moralium. 17. cap. 10. Exponens illud Iob cap. 25. *Ecce luna non resplendet, & stellæ non sunt mūdæ in conspectu eius. Nec sancta*, inquit, Ecclesia *virtute propria tot miraculis emicat, nisi præuenietis gratiæ dona perfundant, nec singulorum bene viuentium mentes à peccatorum maculis mundæ sunt, si semota* Dei *claritate, & pietate iudicentur*. Ex dictis igitur, iam fit, vt quemadmodum in lege veteri pro materiali luna duodecies innouata, duodecies quoq; Deo hostiam immolari Iudæi tenebantur, pro innouato in suos vsus lunæ resplendore gratias rependētes, ita, & in lege gratiæ pro mysticæ lunæ claritate Neomæniam duodecies saltem in anno spiritualiter exercere fas sit, & religio, ideſt, vt in duodecim Apostolorū solemnijs gratias, laudisque hostias Christo iustitiæ soli offeramus, qui sanctam matrem Ecclesiam eorū doctrinæ splēdore, claritate, & luce dignatus est illustrare. Quod quidē Neomæniæ festi spirituale exercitium inculcat Sanctus Pat. Ioan. Chrisost. in expositione Psalmi 71. dicens: *Quæ est obscura luna nisi persecutionē passa* Ecclesia, *quādo despicit eam Sol, & caret claritate tempore*

Cur in duodecim Apostolorum natalitijs duodecies Ecclesia festiuare soleat.

Chrisost.

Ecclesia persecutionem passa luna est eclipsata, & quia.

A *persecutionis? sentiamus ergo tū occultum secretum, appertum nobis à Deo, & factum manifestū: lunamq; iam non obscuram, sed innouatam, quia quæ fuerunt in lege ante vellata, sunt in* Euangelio *reuellata: aperta est ergo ianua scientiæ cordis, quapropter quærite, & reddite ei quæ voluistis, &* B *distrinxerunt labia vestra.*

Vetus Ecclesia luna obscura Ecclesia vero noua, clara luna.

Vnde apparet ex sancti patris doctrina, quod qui Deo pro Ecclesia contra hæreticorum prauitates, & contra cæcas tyrānorum mētes illuminata debitas gratias rependūt Neomæniæ festum spiritualiter exerceant: ita nāque spirituale huius festi exercitiū ho- C mil. 23. in cap. 8. Num. exponit Origen. dicens. *Neomæniam dicimus appellari, cum luna innouari incæperit, & soli proxima fuerit, penitusq; coniuncta: Sol iustitiæ Christus est: huic si luna, ideſt* Ecclesia *sua, quæ lumine ipsius innouatur iuncta fuerit, &* D *penitus ei adhæserit, tunc festiuitatem Neomaniæ agit.*

Qui Neomania festum spiritualiter exerceāt.

Origen.

Christus Sol, Ecclesia, luna.

Locuti sumus adhuc de cōmuni Neomæniæ spirituali celebratione, qua vniuersa Christianorum adunatio, quæ Ecclesia nominatur hoc festū spiritualiter exercere tenetur pro communi illustratione, & cōtra hæresum tenebras per-

fulgenti

fulgenti claritate á Christo iustitiæ sole sibi communicata, & impartita: restat nunc vt ostẽdamus quomodo vnusquisque Christianus pro lumine gratiæ ab eodem Christo peculiariter consecutæ, qua á peccatorum tenebris deducitur ad lumen gratiæ, & à vetustate culpæ iam liber iterum in Dei amorem renouatus reducitur, quomodo, inquã hoc Neomænicum festũ celebret spiritualitèr: Nam etiam per lunæ mutabilitatẽ vniuscuiusque peccatoris animam intelligendam esse docet Sanctus Pat. Hieronymus, epistola de celebratione Paschæ, quæ habetur tom. 4. suorum operum, vbi obiter exponens illud sapientiæ cap. 1. *Stultus, vt luna mutatur,* ita ait. *Quis est ille stultus, qui vt luna mutatur, nisi peccator? anima quippe humana recedens à sole iustitiæ, ab illa scilicet interna contemplatione incommutabilis veritatis, omnes vires suas in terrena conuertit.* (Ecclipsase a alma com a interposição das cousas da terra, entre ella, & Christo verdadeiro Sol) *& eo magis, magisque obscuratur in interioribus, ac superioribus suis.* Ecce luna obscurata: vide ergo ex ijsdẽ patris verbis quomodo denuo illuminetur, ac renouetur. *Sed,* inquit, *cum redire cæperit ad illam incommutabilem sapientiam quanto magis ei propinquat affectu pietatis, tanto magis exterior homo corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem.* Hæc Hieronymus, quibus addenda sunt illa, quæ superius allegata epistola habet Damianus, & mysticum hunc intellectum optime demonstrant. *Tunc,* ait, *Neomæniam, idest noua luna colimus ortum, cum veterem deponimus hominem, & sanctæ conuersationis induimus nouitatem.*

Mutabilitas lunæ peccatoris designat stultitiã.

Sap. 1.

Hieron.

Quando vnusquisque fidelis anima ecclypsatur, & a quo.

Quando & luna illuminatur, & impletur.

Damian. vbi sup.

Cum igitur quisque Christianus in vnaquaque Sanctorum solemnitate Deo gratias reddit ex animo, quia illius sancti doctrina, & clarissimis vitæ moribus animam suam, quæ antèa obscura, & vetus erat renouauit in gratiam, & si tunc quasi de nouo illuminatus á peccatorum tenebris, in quibus sopitus turpiter iacebat, turpiter dormiebat exurgẽdo resurgat, pænitensque confitendo hostiam immaculatæ conscientiæ pro tãto beneficio referẽdo offerat, is certé tunc Neomæniæ festũ spiritualiter exercere dicetur. Quemquidẽ spiritualẽ Neomæniæ colendæ modum loco superius allegato ponit Orig. dicens. *Anima cum tota se so-*

Quando vnusquisque Christianus specialiter Neomæniam spiritualiter celebrat.

Origen.

ciauerit

ciauerit Domino *nihil omnino terrenum cogitans, nihil iam mundanum requirens, nec hominibus placere studens, sed totam se sapientiæ, totam calori, totam lumini* Sancti *Spiritus mancipauerit, tunc dignissime diem festũ aget, & hostiam Neomeniæ Domino, vtpote per ipsum innouata ingulabit.*

Quãdo anima fidelis digne Deo festiuum diẽ agit.

Non posse autem hoc festum á nobis dum in hac vita sumus omnimodè perfecteque exerceri docet idem Origen. homil. 23. in cap. 18. Numer. dicens. *Huiusmodi festiuitates animæ, & si magnæ sunt, magnæ tamen ex parte sunt, non ex integro, sicut enim prima Cor. cap. 13. dicit Apostolus, nunc ex parte scimus, & ex parte prophetamus:* ita igitur cõsequens est, vt ex parte diem festum geramus: vnde idem Paulus ad Col. cap. 2. de Neomenijs agẽs dixit. *Nemo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei festi. Attende,* inquit Orig. vbi sup. *quomodo non dixit in festo, sed in parte diei festi, ex parte enim, & non ex integro diem festum in hoc mundo positi celebramus: interpollamur enim etiam si nolumus ab onere carnis, pulsamur à concupiscentijs eius, curisque, & solicitudinibus tenebramur.*

Nõ potest hoc Neomeniæ festũ á nobis omnimodè in hac vita celebrari. Origen.

1. ad Cor. 13.

ad Col. 2.

Quibus impediatur Christianus ne diẽ festũ perfectè agat in via.

Hoc tamen non obstante videte matrẽ Ecclesiam, siue vnamquamque iustorum animam pro virili parte agentẽ, vt continuo acceptorum beneficiorũ recordetur, & præsertim Christi passionis, & mortis beneficij: cuius validissimis meritis pretiosissimique sanguinis vnda, innouationẽ, nouamque claritatem consecuta est: illamque in tantorũ beneficiorum memoriam indelebilem, hoc Neomænicum festum spiritualiter celebrare pollicentẽ audite. *Fasciculus,* inquit, *mirrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur.* Quasi dicat. Ne vllo vnquam tempore á mea memoria illũ discedere contingat, cuius sũ sanguine renouata, beneficijsque repleta, ipsum tanquam omnium eius beneficiorũ recordatiuum, præsensque monumẽtum in imo pectore collocabo, affixumque geram, vt illius memoria, multotiesque iterata recordatione impulsa illi gratias referam: & secundum saltem imbecilitatis meę fragilitatem vicem persoluere contendam: ad hoc enim, vt serm. 41. in Cantica prope finẽ obseruauit Bernardus mirrhæ meminit, quæ amára est, vt se impulsam à tantorum beneficiorum memoria fateatur ad omnia etiam si ardua sint, & amara pro Christo Domino ala-

Sãcta mater Ecclesia, siue fidelis anima sæpe studet, & exoptat, memoriã renouari Christi passionis recordatione.

Cant. 1.

Cur Ecclesia mirrhæ meminit quando Christi sui recordatur.

no alacriter tolleranda. *Tribulationum amaritudines*, ait Bernardus, *sub mirrhæ nomine dicit se paratam esse subire pro amore dilecti.*

Bernard.

Ne tamẽ aliquis sit qui hãc allegoriam impropriam, fundamentisque carentem iudicet: eam sanctorum patrum authoritate, & dictis iuuat cor roborare: audiamus igitur primo Sãctum Pat. Hieronymũ, qui lib. 2. aduersus Iouenianũ per duo vbera sponsæ, intra quæ ipsa beneficiorum monumentum collocare promittit intellectum, & voluntatem ænigmaticé significari testatur. *Per vbera*, inquit, *seu mamillas sponsi figurate significatur ipsum principale animæ, seu cordis archanum, atque intimum, idest intellectus, & voluntas.* Hæc Hieronymus. Si igitur per duo vbera sponsæ intellectus, & voluntas accipiuntur, sponsaque inter eadem duo vbera hoc monumentum sibi collocandum promittit, in memoriam, & in intellectum se collocaturam proculdubio policetur: nam quid aliud in anima inter intellectum, & voluntatem mediat nisi memoria, á qua ad vtrumque extremum eius effectus deducitur? recordans enim anima, memoransque Dei dona, se deuinctam intelligit: ecce ad vber vnũ effectus á memoria profectus: cum autem beneficiorum recordatione ad gratias Deo reddendas impellitur; tunc effectus alter á memoria profectus volũtatem attingit. Vnde iam clarissimé patet idẽ esse inter vbera sponsæ Christi sponsi monumentum collocare, atque se in perpetuum memorẽ monstrare, illiusque recordationem se multoties innouaturam policeri.

Per duo vbera spõsæ, intellectus, & memoria designantur.

Hieron.

Inter intellectum & voluntatem mediat memoria, & ad vtrũque suas dirigit actiones.

Quando memoria actiue intellectum attingit, & quãdo voluntatẽ.

Idem est Christi passionẽ inter vbera gerere, atque illius continuo recordari.

Esse autem per mirrhæ fasciculum beneficiorũ á Christo in suos collatorum aggregatiuum quoddam, & memoriæ impulsiuum intelligendũ, quod ipsam memoriã, vt qui maximé valeat renouare, animumque ad gratias ei persoluendas impellere: docent Patres, inter quos præcipuus est Ambrosius commentarijs in psalmum 118. serm. 3. vbi sic ait. *Corpus suscipiens Dominus IESVS charitatis se vinculis alligauit, & tanquam fasciculum se nobis dedit, quem inter vbera nostra contineamus, cuius lætemur aspectu, fruamur amplexu, roboremur contactu, memoria impellamur, recordationeque in eius dilectionem renouemur.* Hæc Ambrosius vbi supra: idemque argumentum, dum hunc Canticorum locum exponit, prose-

Quid per mirrhæ fasciculũ intelligatur.

Ambros.

quitur

Origen.

quitur Orig. aitque spõsam ijs verbis ænigmatice significare, atque prophetice insinuare, corporeę spõsi natiuitatis, & mortis beneficium, quod quidem, ait ipse, non minus suaue, & amabile, ac delectabile esse, quam fasciculos, seu alligamentum mirrhæ, sed etiam multo magis. *Nihil, inquit, ita poteſt eſſe ſuauius, vel ad attrahendas animas, vel ad amorem ſponſi conciliandum, hoc alligamento: atque proinde dignisſimum eſt hoc monumentum, quod ſemper inter vbera ſponſi commoretur hoc eſt in medio cordis noſtri reponatur, memoriaque ſempiterna renouetur.* Hęc omnia Orig. Quibus addenda sunt ea, quæ serm. 43. in Cantica habet Bernardus, dum enim eadem sponsæ verba exponit, mẽtem, quam excitamus valde comprobat. Sic enim ait. *Tu si ſapis imitaberis ſpõſæ prudentiam, atque hunc mirrhæ tam charum faſciculum principali tui pectoris, nec ad horam patieris à velli, amara ſcilicet omnia illa quæ pro te pertulit ſemper in memoria retinens, & aſsidua meditatione reuoluens.* Et cætera quę ibi in eandem sententiam habet Bernardus valde subtilia, & deuota.

memoria paſsionis Christi dignisſima, quæ in anima ſẽper verſetur.

Bernar.

Ex quibus iam clarisſimè, & manifestisſimè apparet spõsam diuinam, siue Ecclesiam, seu deuotam, beneficiorũque memorem animam ijs verbis nempé *faciſculus mirrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur* hoc Neomæniæ festum se multoties celebraturam polliceri, tantorumque beneficiorum memoriam renouaturam affirmare, vt ad debitas Deo gratias persoluẽdas impellatur. Quod itidem vnusquisque certe Christianus qui Neomænicum festum exercere desiderat, ideſt, animam suam innouare, & reformarę á veterique vilitate reductam, Christo amãtisſimo, castisſimoque sponso immolare exoptat, facere certe tenetur: nempe ipsius Christi passionem, mortem, & crucẽ inter vbera collocare, ideſt memoriæ cõtinuo tradere, vt tãtorum beneficiorum recordatus, á concupiscentijs carnis, mundique illecebris perseueranter abstineat, se que purũ, & castum in Neomænicum holocaustum offerat: est enim hæc istorum beneficiorum recordatio, ad bene, sanctè, deuoteque operandum perquã maxime impulsiua, vt in commentarijs epistolæ ad Rom. cap. 6. Origenes obseruauit dicens: *Certũ eſt quia vbi mors Christi animo circumfertur, non*

Cantic. 1

Quid faciendũ illi qui Neomænia feſtum ſpiritualiter celebrare exoptat.

Origen

poteſt

Christi [illegible] corda- [illegible] omniũ [illegible] [illegible]

potest regnare peccatum, est enim tanta vis crucis Christi, vt si ante oculos ponatur, & in mente fideliter retineatur, ita vt in ipsam mortem Christi intentis mentis oculis conspiciatur nulla concupiscentia, nulla libido, nullus furor, nulla superari possit inuidia, sed continuo ad eius præsentiam, totus illis peccati, & carnis fugatur exercitus.

ANNOTATIO XXVII.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

De altero spirituali Neomæniæ colendi modo.

SIVE.

De Beata Virgine colenda, & veneranda.

QVAMQVAM, vt superiori ãnotatione monstratum est Ecclesia soleat per lunam designari: nihil tamen prohibet Beatissimam semperque Virginẽ Mariam, per candem lunam mystice posse intelligi: cum præsertim inter lunam, & ipsam multa reperiãtur, quibus hæc similitudo, conuenientiaque cõprobetur,

B. Virg. [illegible] lunã ipe sapi[illegible] significata

A & vt á nominis ethymologia exordiamur: quã non parũ cõducere existimamus ad hanc conuenientiam astruendã: nomen *Maria* non temere huic Sacræ Virgini impositũ fuisse putamus. Nec misterijs vacuũ esse cũ fuerit á Deo præmiditatũ (vt nostro loquamur more) & ab eodẽ per Angelũ eidem Sacrosanctissimæ Virgini impositũ inditũq;. Cũ præsertim doceat S. Pater Ioann. Chrisostomus hom. 4. in cap. 1. Mathæi, reliqua Prophetarum nomina, quæ illis á parẽtibus indita fuerũt peculiares sensus, siue mysteria continere: neque otiose, aut vacue illis fuisse imposita. Quod etiã 3. p. q. 37. art. 2. aduertit D. Tho. dum de cõuenienti nominis IESV impositione late diserit.

Maria, & lunaiu nominis ethymologia conueniunt.

B

Nomen Maria mysterijs plenum.

Chrisost.

Propheta rum nomina mysterijs etiã plena.

C

D. Tho.

Reperiri igitur inter Virginẽ Beatissimã, & materialẽ lunam similitudinẽ maximã docet nomẽ *Maria*, idẽ namque significat, atq; *illuminatrix*, siue *illuminata*, vt docent Patres & præsertim Diu. Bernardus tractatu super Missus est. Magnus Albertus cap. 167. Diuus Hieronymus lib. de nominibus Hebræis tit. de nominibus ex lib. Exodi, & in tit. Euãgelij Mathæi. Eucherius lib. 2. institutionũ cap. 1. D. Epiphanius

D

Bernard. Albert. Magn. D. Hier. Eucher. Euthim.

mon. de laudibus Virginis Diuus Ioan. Damacenus lib. 4. fidei Orthodoxæ cap. 15. Petrus Chrysologus serm. 146. Et denique noster venerabilis Beda in cap. 1. Lucæ.

Damac. Chrisol. Beda.

In quo præcipuè conueniant, nomē Mariæ, & lunæ.

Præcipua igitur inter Mariam, & lunam conuenientia posita est in eo, quod vtraque illuminet simul, & illuminetur, quā conuenientiā á *Mariæ* nomine petitam, vt melius teneamus illud aduertere necesse est, quod serm. de laudibus Virginis obseruauit Epyphanius, nempe, quidquid a Deo creatū est secundū subiectam materiā de qua loquimur in triplici esse differentia. Est nāque aliquid, quod illuminat, & non illuminatur, vt *Sol*, habet enim natiuam lucem secundū quam essentialiter lucidus, siue lucens est. Est aliquid quod illuminatur, & illuminat, nempe *luna*, quæ à solis claritate illuminata, lucē, quā ab eo accipit, nobis illuminando communicat. Sunt denique cætera omnia creata, quæ sub solis ambitu continētur, quæ illuminantur, & non illuminant. Quod itidem in Sancta Ecclesia spiritualiter reperitur, est enim Christus verus iustitiæ Sol, qui secundū quod Deus est illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, & á semetipso lucem habet, eandemque cum patre claritatē, cum quo in essentia vnus est Deus: est Beata Virgo, quæ á diuino Sole plenissime illuminata reliquas animas illuminat, quod accute tetigit Diuus Fulgentius dū serm. de laudibus Virginis eam fenestram cæli appellauit, *quia*, inquit, *per illam Deus fudit sæculis lumen*: sunt denique cæteræ creaturæ rationales, quæ á Christo illuminantur, non tamen illuminant, in quarum persona loqui videtur Regius vates dum ait *Domine in lumine tuo videbimus lumen*.

Triplex rerū creatarum differentia.

Sol illuminat, & nō illuminatur.

Luna illuminat, & illuminatur.

Reliqua vero creata, illuminātur, & non illuminat.

Christus in Ecclesia apemi ne illuminatus illuminat.

Ioan. 1.

B. Virgo à Christo illuminata, illuminat.

Fulgen

Psal. 35.

Ex qua certe triplici differentia iam Beatissimam Virginem militantis Ecclesiæ lunam non incongruè, sed optimo quidem iure nominādam cōspicimus, quæ ad instar materialis lunæ spiritualiter illuminata illuminat, vt ab eius nominis Ethymologia conijcitur, quod illuminatrix, & illuminata sonat.

Ratio cur B. Virgo Ecclesiæ luna nominetur.

Quod siquis obijciat Sanctos Apostolos ab Spiritu Sācto illuminatos scientiarūque lumine illustratos, tanquā fulgentia quædam sydera mundum illuminasse vniuersum. Quod itidem, & de reliquis sanctis affirmari potest, secundum

Sancti Apostoli sydera fulgentia.

Esdræ li 4. c. 7.

Omnes sancti stellæ fulgentes.

cūdum id quod cap. 7. libri 4. Esdræ diuinū oraculū testificatur dicens. *Super stellas fulgebunt facies eorū, qui abstinentiā habuerūt.* Respōdemus ab eodem maxime fundaméto clarissimè cōprobari beatissimā Virginē lunæ nomine designari, & á similitudine effectuū, lunæ nomine cōuenientissimè insigniri: nam quemamodum vbi primū luna in cælo innouata exurgit *(em nacendo alua noua)* reliquorum Planetarum lumē cōprimitur, ita vt solius lunæ claritas conspiciatur, ita ad Mariæ lucē, & claritatē hebescit, & quodámodo cōprimitur reliquorū sanctorum lux, & splēdor, quia huius diuinæ lunæ, idest Mariæ claritas omniū syderū lumē claritatéque superat: quod de Virginis splēdore fulgēti in prologo super Sophoniam Prophetā obseruauit Hieronymus dum postquā sanctas mulieres recēset, quæ in veteri testamento claruerunt, & in nouo cōmemorantur, ita ait. *Taceo de Anna, & Elisabeth, & cæteris sanctis mulieribus, quarum velut syderū igniculos clarum Mariæ lumen abscondit* Hæc Hieronym. qui ad rē adhuc accōmodatius loqui videtur in epistola ad Paulam, & Eustochium dicens. *Sicut comparatione Dei nemo bonus, ita*

Conuenientia in modo illuminādi Mariæ Virginis, & lunæ.

Hieron.

dem.

A

comparatione matris Domini nemo inuenitur perfectus quamuis eximijs virtutibus comprobetur. Quod quidem argumentum prosequitur Sanctus Pat. Bernardus serm. de eiusdem Virginis natiuitate dicens. *In Maria laudibus legitur. Multæ filiæ congregauerūt diuitias tu supergressa es vniuersas, licet enim in*

B

parabolis loqueretur ad turbas: licet omnia Apostolis nota faceret, vt amicis: quædam tamen credendum est præ cæteris matrē suam quem admodum dilexisse, ita etiam propensius erudijsse: quædam ei secretius intimasse frequentius eam in cellam vinariam occultasse prout nouit, &

C

voluit gloriam Deificam, & super cælestem reuelasse notitiam: Vnde Ioannes in Apocalypsi ait. De trono, idest de Maria procedebant fulgura, & voces, & tonitrua, quia Maria parabolas, ænigmata legalia, & mirifica gesta, dicta, & opera auidius ebibit. Et infra ait, idem Bernardus. *In Virgine habitauit Pater, & filius, vt creator in mundo, imperator in regno, Pater familias in domo, Pontifex in tēplo, spōsus in thalamo, prius enim altissimus eam quasi mundum specialissimum creauit, quam iniustitia, & sanctitate coram ipso fundaret, & fluenti sapientia irrigaret, & cælesti-*

D

Maria Virginis perfectio cum nulla alicui creaturæ perfectione compatabilis.

Bernard.

Plura Christus B. Virgini, quā reliquis sanctis reuelauit.

Apoc. 4.

Bernard.

Quibus modis in Maria habitauerit Deus.

Maria mundus specialissimus ōnib⁹ ellemētis & planetis decoratus.

tibus desiderijs instar aeris sublimaret, & igne dilectionis accedẽdo illustraret, hinc in eius mente tanquam in quodam firmamento solem posuit rationis, & lunã sciẽtiæ, & virtutes tanquam stellas speciei omnimodæ, solem qui lucẽ diuinæ cognitionis faceret, lunam quæ cum stellis noctẽ actionis splẽdidam redderet. Hæc omnia S. Pat. Bernardus.

Ex his certe, & ex omnibus alijs quæ superius allata sunt iam sumpto fundamento á nominis *Mariæ*, ethymologia euidentissimè patet Beatã Virginẽ esse militantis Ecclesiæ velut quandam clarissimã lunã, quæ á Sole diuino, idest, Christo eius filio, & spõso, impensius quam cæteri sancti illuminata illuminat, ad cuius clarissimam lucem reliquorũ Sãctorũ lux, & splẽdor quodã modo hebetescit: de qua mysticè locutũ fuisse sapiẽtẽ Ecclesiastici cap. 43. testificatur Hugo Cardinalis dũ ait. *Luna in firmamento cæli resplẽdens gloriose.*

Lux, & splendor sanctorũ ad B. Virginis splẽdorẽ quodãmodo hebetescit Hugo.

Hæc igitur spiritualis Ecclesiæ luna tunc præcipuè cæpit innouari quando in Annæ matris vtero concepta est, ab eo namque instanti diuini Solis radijs perfusa illuminationis cepit initium, quamquam eius lux nostris statim oculis illapsa nõ fuerit, vt vel sic nouæ lunæ in omnibus assimilaretur, quæ non statim vbi primũ innouatur apparet, sed aliquibus saltem decursis instantibus, & paulatim increscit donec totum compleat orbem.

Quãdo B. Virgo cæpit innouari.

B. Virgo in omnibus assimilatur lunæ

Cum igitur beata Virgo nata est, vt noua luna comparuit peccatorum tenebras pellens, & gratiæ lucem diffundens, orbemque vniuersum illuminans vehementer. Vehementius tamen, & amplius cũ assecutis nouę gratiæ incrementis ad completudinis implementum tandem deuenit, dum incomprehensibilem claritatem, Deique inaccessibilẽ lucem suis visceribus conclusit, tunc enim sole vndequaque amicta veram, plenamque noui luminis plenitudinẽ est consecuta, vt Sanctus Angelus attestatur dum ad eam loquens sic ait Lucæ cap. 1. *Aue gratia plena.* In quo etiam euentu eandem virginem plenam lunam appellauit Bernardus illud Appocalypsis cap. 12. exponens. *Signum magnum apparuit in cælo mulier amicta sole.* Vbi sic ait. *Candidissimus sanè, sed & calidissimus huius mulieris amictus, cuius omnia tam excellenter irradiata noscuntur, vt nihil in ea non dico tenebrosum, sed obscurũ saltem vel minus lucidum liceat suspicari*

Quãdo B. Virgo Ecclesiæ luna primũ cõparuit

Quando andẽ plena omnino facta fuit.

Luc. 1.

Apoc. 12

Bernard.

suspicari. Hæc Bernard. Quin & Rupertus lib. 6. in Cantica sacrosanctã Virginẽ Mariam in Verbi cõceptione pulchrã plenamque lunam appellandã esse docet, ipseque appellat dũ ait. *Quando ò Beata Virgo Spiritus Sanctus in te superuenit, & filium Virgò concepisti: tunc fuisti pulchra vt luna: sicut enim luna lucet, & illuminat luce non sua, sed aliena, idest, à Sole concepta, sic tu hoc ipsum quod tã lucida es non ex te habes, sed ex diuina gratia*. Hæc Rupertus. Ex cuius sentẽtia, & ex supradictis iam abunde monstratur Beatissimam Virginem esse spiritualem Ecclesiæ lunam, quæ suæ claritatis radijs illam totam illustrat, vt ipsamet Ecclesia fatetur cum inter eiusdẽ Virginis laudes decantandũ, ita ait: *huius vita inclita cunctas illustrat Ecclesias*.

Maria in Christi cõceptione, luna pulchra, & plena.

Rupert.

Mariæ plenitudo à gratia.

A

B

C

Ex quo iam fit vt Virgo hæc beatissima multo meliori iure Neomænia, idest innouata luna, quam luna ipsa materialis appellanda sit, cum illa á diuino, hæc à materiali sole luminis claritatem, innouationemque accipiat, immo illa semper noua sit, & plena, neque vllam immutationem, siue diminutionem patiatur, nec euacuationis modũ nouerit, sed perpetua sẽper superabũdãtiq; gratiæ plenitudine repleatur: vt pleno pietatis eloquio ser. 4. de Assũptione asseuerat Bernard. dicẽs. *Verè plena est Maria pietatis, & gratiæ, plena mãsuetudinis, & misericordiæ*. Quãquã si ad humilẽ eius mentẽ attẽdamus ipsa se euacuare, & exinanire optasse inueniemus, vnde cap. 43. Ecclesiastici de eadẽ Virgine dicitur, quod sit *luminare se in cõsũmatione minuens*. Nam de B. Virgine locũ intellexit Hugo Cardinalis, quod itidẽ de omnibus viris sanctis, & iustis etiã intelligendũ docet dicens. *Sãcti viri quanto maiores sunt, & perfectiores tanto minores, & viliores se reputant, sed tunc magis lucẽt in se, & illuminãt alios, quod specialiter conuenit Beatæ Virgini, quæ cum salutaretur ab Angelo, vt Dei mater respõdit: Ecce ancilla Domini*. Hæc Hugo. Ex quo certe loco Beatissimæ Virginis humilitas per quã maxime cõmendatur, vbi ad instar materialis lunæ se in consummatione minuere exoptabat, Angelo enim eius plenitudinẽ testificanti, & dicenti, *Aue gratia plena*, ipsa se ipsã minuẽs respõdit, *Ecce Ancilla Domini*: quamquidẽ animi deiectionẽ, & depressionem ex ijsdem Virginis verbis eruit Cassianus dicẽs. *In profunda se Virgo*

B. Virgo maiori iure Neomænia appellãda, quã luna, & Cur.

B. Virgo luna, & plena, & nunquã deficiat.

D

Bernard.

Eccle. 43

Hugo.

Luc. 38.

B. Virgo quãquam semper plena, ipsa tamẽ se exinanire exoptabat.

Cassian.

deiecit quæ inuitabatur ad alta, & à dominatu ad ăcillatū animū conuertit, & corpus. Bene igitur iam apparet esse Beatā Virginem luminare illud, quod vt ait sapiens. *Inconsummatione minuitur*.

Luna in veteri lege signum dies festiui.

Quod si ad officium, quod in veteri lege luna exercere consueuit attendamus, quod idem sapiens eodem loco protulit dicens. *A luna signum diei festi*, clarissimé apparebit esse beatam Virginem nouæ Ecclesiæ spiritualem Neomæniam. Quemadmodum enim luna, statim vt innouabatur, siue innouata apparebat festiuale iubilum indicabat: ita vbiprimū beata Virgo nata fuit, & apparuit, statim omnes, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedebant lætitiæ signum acceperunt, gaudijsque perfusi festiuarunt, vnde in eius natiuitate conuenienter canit Ecclesia. *Natiuitas tua Dei genitrix Virgo gaudium annūtiauit vniuerso mundo &c.* Quod etiā Virginis officium, & festiuādi rationem attestatur Diuus Thomas 1.2.quæst. 103. art. 3. ad 4. dicens. *Festo Neomaniæ succedit in Ecclesia festum Beatæ Virginis, in qua primo apparuit illuminatio solis, idest Christi, per copiam gratiæ*. Quæ igitur Virgo in verbi Incarnatione plena luna dicitur, in propria natiuitate Neomænia fuit, idest innouata, & illustrata, gratiæque lumine, & claritate cæpit impleri, quinimmo iam tunc tantis est gratiæ plenitudinibus repleta, vt creaturis vniuersis lucem impartiretur. Vnde Bernardus serm. de natiuitate ipsius Virginis ita ait. *Tolle corpus hoc solare, quod à diuino sole illuminatum illuminat mūdum, vbi dies? tolle Mariam quid nisi caligo inuoluens, & densissima tenebra relinquuntur? &c.*

Eccles. 3

Beata Virginis natiuitas signum dies festi.

Ecclesia in Virginis natalitio.

D. Tho.

Beata Virgo statim vt nat. est lumen cæpit diffunde re

Bernar.

Ab hac igitur huius perfectissimæ lunæ plenitudine, ab eiusque lucidissimo splēdore, quo omnes illuminamur argumentatur idē Bernardus multis in locis, & præsertim serm. de natiuitate Virginis, & ser. 4. de ipsius Assumptione, vt ad eam colendam, & venerādam eique pro acceptis beneficijs aliqualiter gratias persoluendas inducat dicens. *Altius ergo intuemini quanto deuotionis affectu eam à nobis voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in Maria*. Et paucis interiectis. *Totis ergo medullis cordium, totis præcordiarum affectibus, & votis omnibus Mariam hanc veneremur, quia sic est voluntas eius, qui totum nos habere voluit per illam.*

Bernard

Ex omnibus, quæ in præ-

senti

Optimus Neomeniā colendi modus

senti annotatione allata sunt, iam clare colligitur quomodo Neomæniæ festum hodie in Ecclesia spiritualiter exerceatur: is enim id vere efficere dicetur, qui Beatissimæ Virginis seruitio deuotioni, & obsequio impensè studuerit, & qui in eius laudibus debite persoluēdis totus fuerit, qui denique inter peccatorum tenebras, vitiorumque cæcam caliginem constitutus eius auxilium, & lucem deuote innixèque implorare consueuerit. Ad quod Neomænicum festū spiritualiter exercendum nos prouocat S. Pat. Innocentius 3. serm. 2. de Assumptione dicēs. *Qui iacet in nocte culpæ respiciat lunam, deprecetur Mariam, vt ipsa per filium cor eius ad compunctionem illustret.* Ad quam etiam lunæ claritatem nos cōfugere docet S. Pat. Bernardus homil. 2. supermissus est dicens. *Si criminum immanitate turbatus, conscientiæ fœditate confusus? iudicij horrore perterritus baratro incipias absorberi, vel desperationis abysso: respice lunam, voca Mariam: in periculis, in angustijs, in rebus dubijs Mariam cogita, Mariam inuoca, non recedat à corde, nō recedat ab ore, & vt impetres eius orationis suffragiū, nō deseras ipsius cōuersationis exemplum.* Hæc S. Pat. Bernardus. Circa cuius extrema verba, iterum ponderandum est, in quo vera Beatæ Virginis, seu reliquorum sanctorum festiuitatis celebratio consistat S. in illius sanctissimos mores imitando, cuius gloriosa merita festiuātes imploramus, rationi enim cōsentaneum est, vt *Imitari non pigeat quod celebrare delectat*, vt ser. 24. de Sanctis loquitur Augustinus. Quod etiam S. Pat. Ioan. Chrysost. sermone de martyribus, qui tom. 3. suorū operum continetur mirificis verbis edocere contēdens ait. *Qui sanctorum merita religiosa charitate miratur, quiq; iustorū glorias frequenti laude colloquitur, eorum mores sanctos, atque iustitiam imitetur, quoniam quem delectat sancti alicuius meritum: delectare debet par circa cultum Dei obsequium, quare aut imitari debet, si laudat: aut laudare nō debet, si imitari detractat.* Quod etiam argumentum serm. 2. in festo omnium Sāctorum prosequens ait Bernardus. *Fidelis quidem sermo, & omni acceptione dignus, vt quos solemni veneratione prosequimur, etiam simili cōuersatione sequamur: quos beatissimos prædicamus, ad eorū beatitudinem tota auiditate curramus, vt quorum delectamur preconijs, eorum subleuemur pa-*

Innoc. 3.

In omnibus periculis ad Mariam confugiendum.

Bernard.

Nunquā Virginis imploratio, à corde, neq; ab ore recedere debet.

In quo tā B. Virginis, quam sanctorū deuotio consistat.

August.

Chrisost.

Quibus sāctorū merita delectāt debēt & delectare in eos pia obsequia.

Bernard.

trocinijs.

Vnde iã qualiter hoc Neomænicum Virginis festum deceat celebrare conspicitur? illius nempe laudibus ita vacãdo, vt eius virtutes imitari laboremus, ne Iudæis similes simus, qui Iosiæ regis sanctissimi laudes multa cum delectatione, & loquebantur, & audiebãt, ita vt memoria eius in compositione odoris facta in omni ore quasi mel indulcorabatur, & tamen illius vacãtes laudibus, nec vitam imitabantur. Quodquidem (flentes dicimus) multis Christianorum contingit, qui in Mariæ laudibus cõtinuo occupati, eius vitam imitari non curant. Maxima igitur morũ reformatione, maxima animi pietate, eximio consciẽtiæ cãdore ad hoc Beatissimæ Virginis festum exercendum accedere necesse est, depositis scilicet, & procul amãdatis carnalibus concupiscentijs accedere debet, qui ad tantæ puritatis subiecti laudes decantandas præparatur: lucidis actionibus nitidissimisque moribus comitetur necesse est, qui ad lucidam nitidissimamque lunam diuini solis claritate intensissimè illustratam congratulandum exponitur: humilitate, vt qui maximé fulsiri studeat, qui illius intercessionem implorat, cuius humilitas tanta fuit, vt diuinæ clemẽtiæ ocũlos ad se attraxerit. *Respexit* enim, vt ipsa testatur, *humilitatem ancillæ suæ.* Ista certè humili animi submissione S. Pat. Ioan. Chrysost. ad tantæ Virginis implorandum auxilium accessisse videtur cum in Lyturgia eandem Virginem per quamhumiliter allocutus sic dicebat. *Qui tuam oppitulationem adepti ò intemerata Virgo, & tuis intercessionibus à malis eruti sumus, ex debito humiliter, & pie te magnificamus.*

Teneri autẽ omnes Christianos ad hoc Neomænicum Virginis festũ multoties exercendum, & quotidie renouãdũ illud certé persuadet quod priusquam hæc diuina Neomænia, idest beata Virgo fuerit concepta, & nata iam eius memoriam recolere tam gentiles, quam pagani consueuerunt, quasi si iam tunc vaticidico intuitu huius innouatæ lunæ claritatem aspicerẽt, qua erant postea illustrandi: nam Sacellum ad hanc spiritualis Neomæniæ festiuitatem colẽdam constructum fuisse referunt Galiarum historiæ, quæ narrant Carnutos quosdam gentiles, qui in celebri quondam Lugdunensis Galiæ ciui-

tate

Eccle.49

Quanã requirantur ad Virginis laudes debite persoluẽdas.

Luc.1.

Chrisost.

B. Virgi humilit. & pie magnificandi

Gentili exemplis prouocamur ad Virginis obsequia sectanda.

Galiarũ historia.

tate habitabant aram sub terra profunde cauatam habuisse hoc titulo insignitam VIRGINI PARITVRÆ quem locum postèa fideles magnificentissimè ampliarũt, ibique Ecclesiam cathedralem in eiusdem Virginis laudem constru xerunt. Quod itidem á paganis factum fuisse ostendit nos ter Osorius in chronicis de rebus Emmanuelis Portugaliæ Regis inuictissimi, ex auctoritate nobilissimi cuiusdã viri ab eodem Rege in Indiam Orientalem missi, qui inter Mauros reperijsse retulitquodda magnũ tẽplũ sub nomine MARIEN ab antiquo tempore á paganis religiosissime cultum. Ex quo certe Christianorum incuria per quã maxime incusatur, qui tãtis huius Sanctissimæ Virginis patrocinijs adiuti, toties que huius lunæ splendore perfusi, & illustrati, ad illius tamen obsequiũ venerationem, & reuerẽtiam exhibendam desidè, pigrê, & negligenter accedunt, quos certé confundit & gentium anticipata deuotio, & infidelium huic Sanctissimæ Virgini exhibita reuerentia.

Osorius

Maurorũ exẽplo prouocamur ad B. Virginis deuotionem.

Ab hoc certè incuriæ somno obliuionisque desidia in huius nouæ lunæ festo celebrando nos excitare videntur Dauidica verba. *Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob: sumite psalmum, & date tympanũ, psalterium iocundum cum cythara: buccinate in Neomenia tuba in insigni die solemnitatis vestræ.* De inuitatione enim ad Virginis natiuitatem celebrandam accipienda esse docet hæc Dauidica verba, Didacus de Iang. s ferm. I. de natiuitate Virginis. Quæquidem inuitatio ad concionatores præcipué dirigi videtur, qui buccinatores sunt, & per ministros festi tubarũ designantur, vt nos latissime demostrabimus, illosque adhortantur prædicta psalmi verba, vt in Virginis Mariæ natiuitate, quæ secundum Diuũ Thomam loco supracitato festum Neomæniæ est, eius laudes, & beneficia populo denuntient, gratiasque ingentes Deo reddere persuadeant pro tantæ Virginis natalitio, á quo in Ecclesia festiuandi ratio cæpit initium. Quinimo, & nos omnes Christianos supernorum ciuium in huius clarissimæ lunæ celebratione inuitat conti nuata lætitia, qui non solum quando illis primo hæc luna resplenduit Neomæniæ festũ celebrarunt dicentes. *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna,*

Psal. 80.

Iangas.

D. Tho.

Ad verbi Dei concionatores præcipue pertinet ad B. Virginis laudes incitare.

electa

Cælicolæ continuo in B. Virginis laudibus decantãdis occupãtur

electa vt Sol? verum, & perpetuo celebrant eius laudes semel ac iterum recitando, eique debitas gratias persoluẽdo, vt S. Pat. Hieronymus in epistola de Assumptione Mariæ ad Paulam, & Eustochiũ obseruauit dicens. *Nulli dubiũ est quod in die assumptionis Mariæ in cælum omnem illam cælestem* Hierusalem *exultasse ineffabili lætitia: tuncque cum omni gratulatione iubilasse, quoniam festiuitas hæc, quæ nobis semel reuoluitur annua: illis omnibus facta est continua.* Et paucis interiectis concludit dicens. *Quod si gaudium sit in cælo de quolibet peccatore conuerso, multo magis putandũ pro tanta virginis exaltatione, & gloria, quod fiet exultatio in superis: vnde credimus quod non hunc tantum diem solemnem ducunt, verum etiam continuum, & æternum iocunditatis, ac venerationis obsequiũ cũ omni colũt tripudio amoris, & gaudij.*

Hieron.

Idem Ibidem.

ANNOTATIO XXVIII.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

De spirituali exercitio festi nouorum fructuum.

SIVE

De animi cultura, oblationisque munditia, & puritate.

Omnia quæ Dominus in veteri lege mandauit pulchro ordine distribuit.

PVLCHRO quidẽ & conuenienti distributionis ordine omnia disposuit Dominus, quæ in veteri lege adimplenda mãdauit: prius enim apposuit, quæ ad beneficiorũ memoriam renouandam conducerent, & postea leges circa beneficia soluenda sanciuit, vt rationalis creatura intelligeret, ideo iuberi beneficiorũ acceptorum recordari, vt ad ea persoluenda impelleretur. Quid enim proderit beneficiorum recordatio si illã operis exhibitio, acceptique beneficij compensatio neutiquã comitetur? postquam igitur festa quædam beneficiorum rememoratiua exercere man-

Ad quid vtilis acceptorum beneficiorũ recordatio.

dauit, qualia erant sabbatum: festum Neomæniæ, festa Paschalia, & azymorum: statim de primiciis siue de nouis frugibus sibi offerēdis præcepit, vt qui accepta beneficia, quæ illis festa illa ante oculos proponebant, parpari referre non poterant, leuidensibus saltem donis, & munusculis persoluere conarentur, idque ter in anno, vt ex capite 23 Exodi comprobatur; post festum scilicet Paschæ de nouis granis: in festo Penthecostes de nouis panibus, & in mensi Septembri de nouis frugibus illius anni, vt illi laborū, frugumque suarum primicias consecrarent, qui omnibus dat initia, incrementaque confert, de quibus festis, de eorumque fundamētis laté disserit Theodoretus *lib. quæstionum, in Exodum* quæst. 54. Consultò igitur festa Paschalia, & Azymorum in vltimum locū reseruamus, vt contextus seriei adhærētes de eisdem sub verbo, *Pascha*, latius disputemus.

Exod. 23.

Ter in anno sibi de frugibus offerri mādabat De⁹ & quādo.

Theod.

Ad hoc igitur nouorum, siue primiciarum festum spiritualiter explicandum, & ad spiritum ab eius litera aufe. rendū, valde conducere existimamus huius vocis, *Charmel*, qua vsus est Dominus dum de nouis frug. bus oblationē sibi offerendam mandauit, significationem radicitus cognoscere, de qua quanquam Rabbi Dauid in suis radicibus idem significare dicat, atque *spica viridis*, seu *terrena*: libentius, tamen Pagnini, & Oleastri versionem amplectimur, qui in expositione cap. 2. Leuitici, *spicam plenam*, & *selectam* vertunt, idque docent significare vocem, *Charmel*. Ex quo fit vt non sine maximo fundamento Deum hoc vocabulo fuisse vsum cogitemus, cum de nouorum fruguum oblatione sibi offerenda mandauit, sed quasi innuēs nō futiles, inanes vacuas, aut, imperfectas oblationes; sed perfectas, selectas, maturas, & plenas sibi esse præsentādas; quēadmodum eius in nos collata beneficia, operaque in nostrū commodum, & seruitiū exercita non inania, aut diminuta, sed plena sunt, & perfecta, Sacra Scriptura attestante, & dicēte Deut. 32. *Dei perfecta sunt opera*, quod adhuc clarius apparet ex cap. 1. Genes. vbi non solum omnia, quæ in hominū vsus Deus condiderat riguroso examine approbauit, verū etiam lucem ipsam, qua mediante omnia examinantur examinare decreuerit, ipsa Scriptura dicente. *Et vidit*

Rabbi Dauid.

Pagnini, & Oleast

Dei oblationa plena, & perfectas, esse debent.

Deut. 32.

Genes. 1.

Deus

Genes. 1. *Deus lucem quod esset bona &c.* Ex eodem namque loco eandem mẽtem quam prosequimur probat S. Pat. Basilius magnus, dum eundem scripturæ locum exponit dicens. *Nostrum erat cum Dei opera facimus solicitos esse, vt talia essent, quod illi merito possent præsentari, & cum facimus, semper super hoc solicitari, vt solent, qui magnis principibus operantur: sed indignum certe videtur quod tanta magestas sic solicitetur, sic examinet quod nostris vsibus operaretur: sed ijs voluit nos docere, vt quoniam ipse, quæ nobis munera erat traditurus tãta solicitudine expendit, nos etiã quæ eo iubente, aut volente facimus, talia fabricemus, vt nullus in eis defectus inueniatur: commonemurque in his talia facere opera tam probata, toties examinata, vt Deus noster læto corde, & hilari oculo illa videat, & accipiat.* Quod tunc fiet, quando exteriora, quæ offerimus interioribus commitentur, & simul cum externis oblationibus interiora offeramus, aliter enim, *Charmel*, idest plenã spicam non offerimus, sed vacuam, & inanem, nam exteriora tantũ offerre, vt ad cap. 30. Num. ait Orig. Est offerre paleam, idest exteriorem hominem, *omnis* enim *caro fenũ*, se autem totum offerre hoc perfectius, & eminentius est, quod qui facit verus Christi cultor est, eiusque oculos oblationibus suis adimplere videtur (*obras vazias não enchem os olhos de Deos*).

Basil.

In Dei operibus, & maxime in perfectis exquisitissime solliciti esse debemus.

Vacuum Deo munus offert qui exteriora tantũ offert.

Origen.

Esaiæ. 40

Id certè eodem capite clarissimè Dominum indicasse obseruant Patres dum eundẽ Exod. locum expendunt, in quo nempe apud se nimirum vacuũ apparere præcipiebat, quod de virtutũ potius plenitudine, quam de munerum quantitate intelligendum esse docet noster Laudunensis Anselmus dum in sua interliniali ad hęc legis verba. *Non apparebis in conspectũ meo vacuus*, annectit· á *bonis operibus*. Suffragatur, Theodoretus quęst. 53. in Exod. dicens. *Animus virtutis diues sua Deo munera innocẽtiæ ferat.* Clarius adhuc & de more luculentius Pater Greg. Moral. 7. c. 17. *In conspectu, inquit, Domini vacuus apparet, qui nihil secum de fructu laboris sui portat, alius namque adipiscendis honoribus insudat, alius multiplicandis facultatibus æstuat, alius promerendis laudibus anhelat, sed quia cuncta hæc quisq; moriens deserit, ante Dominum vacuus apparet, qui secũ ante iudicem nihil tulit:* nõ igitur de euacuatione muneris intelli-

Laudun.

Theodo.

Gregor. Magn.

intelligendum est Dei præceptum, sed de plenitudine actionis: nam, vt optime August. obseruat: *Ante Dei oculos nunquam est vacua manus à munere, si arca cordis plena est bona voluntate.*

August.

Aliter tamen hoc fere euenire ingemit Oleaster ad idem 1. cap. Genesis dicens. *Qualia quæso sunt nostra jejunia? quales eleemosinæ? orationes, vigiliæ, cæteraque id genus bona opera? in operibus Dei artificiū materiam, & substantiam superat, in nostris vero defectus, negligētia, omissiones, operis substantiam excedunt, ita vt si aliquod opus eius substantiam animaduertens acceptare velit ab eo ob modi faciendi defectum abhorreat.* Hæc Oleaster.

Oleast.

In operibus Dei artificiū materiā superat, in nostris vero defect⁹ substātiā excedunt.

Ob imperfectionē nostrorū operū abillis abhorret Deus.

Vt igitur plenas selectas, maturasque spicas Deo offerentes nouorum frugum solemnia spiritualiter exercere possimus, cōscientiæ glebā excolere á vitijs purgare lachrimarū imbribus emollire necesse est. *Ille enim fructum Deo profert amabilem*, vt homil. 23. in cap. 28. Num. docet Orig. *qui tristabili inuidia de proximorum bonis expulsa, de eorum virtutum prouentu festiue congaudet: qui amicam pacem inter proximos ingerit, qui laborū, & aduersitatū imbribus irrigatus, in Deū nō superbiendo luxuriat, sed humiliter sustinēdo virescit: qui enim hos, & alios similes fructus colligit dignissime Deo nouorū festiuitatē agit*. Hæc omnia Orig.

Qui nouorū frugū solemnia digne exequitur.

Origen.

Qui tales esset fructus, qui Dei conspectu digni sint.

Cui mystico intellectui epistola à nobis sępius allegata adhæret Damianus noster dicēs. *Nosquoq; nouorū solēnia gerimus si prius agrū nostri cordis disciplinæ vomere proscindētes virtutū germina spargimus; vt boni postmodum operis frumēta metamus.*

Damian.

In his certe ad morē agricolæ marginem impensē colētis alusisse videtur Damianus, & bene, nam vt lib. 1. Pedagogi cap. 7. ait Clemēs Alexādrinus *Siluescit vitijs nisi putetur, ita & homo &c.* Quēadmodū si agrū, in quo seminamus excolere nō curauerimus superuenientes spinæ sizaniæq; messem suffocabunt, neque spicas impleri, seu maturari permittent, ita, & conscientia nostra, mensque si non fuerit exculta á vitijsque purgata plenas perfectasq; quas Deo offeramus primicias, idest virtutes, & plena pietatis obsequia non solum non feret, sed omnia vacua, futilia, & imperfecta germinabit, & quæ merito indigna Dei cōspectu iudicētur. Quodquidē argumentum docte prosequitur S. Pat. Emiss. hom. 8. ad Monachos dicens

Clem. Alexand.

Debemus cōscietiā, vt agrum excolere, vt fruct⁹ perfectus producat.

Emissen.

Quomodo conscientia ager debet excoli.

Non nobis sufficere putemus terram corporis nostri vigiliarum exercitijs edomare, vel jejuniorũ labore conficere: sed imprimis mẽtem extirpatione vitiorum mundare conemur, circũcidere mores, excidere passiones, eradicare superbiam, plantare humilitatem, effodere iram, fũdare patiẽtiam, amputare inuidiam, inserere beneuolentiam.

In hunc etiam sensum mira sunt illa, quæ in expositione capitis 24. Prouerbiorum habet Hugo Cardinalis ad illa verba. *Per agrum pigri hominis transiui, & ecce totum repleuerant orticæ*, sic enim ait. *Ager seu vinea spiritualiter idẽ sunt, quod mens, vel conscientia vniuscuiusque hominis: ibi enim quasi in agro seminato virtutibus crescit seges bonorum operum, ibi quasi in horto oriuntur flores Sanctorum desideriorum, ibi quasi in vinea Domini nascitur vinum compunctionis, ac lætitiæ spiritualis inebrians, & præclarum. Si autem piger est homo maledicetur terra in opere suo, & spinas, & tribulos germinabit.* Hæc ille. Cui consonat Sanctus Pater Bernardus serm. 58. in Cantica dicens. *Tolle superflua, & salubria surgunt, vtilitati accedit quidquid cupiditati demis, non possunt virtutes cum vitijs pariter crescere: eradicetur ergo cupiditas vt virtus roboretur.* Circa quam tam vtilem doctrinam Origenem audiamus, qui exponens verba illa Psalmi 30. *Fac bonitatem, & inhabita terram*, Sic ait. *Terram vocat cor nostrum, quam iubemur inhabitare, & considerare diligenter, atque effici eius agricolam, sicut fuit Noe, & plantare in ea vineam, & excolere terram, quæ intra nos est nostra anima: innouare noualia, & non seminare super spinas, videlicet cum animam nostram purgamus à vitijs: & incultos atque asperos mores ad mansuetudinem Christi imitationemque excolimus.* (saõ os frutos de nossas consciencias frutos agrestes se senão enxertão na aruore da Cruz, & nas obras de Christo.) In quem etiam sensum aurea sunt omnia, quæ habet idem Origen. in expositione illorum verborum Hyeremiæ 4. *Innouate vobis noualia, & nolite seminare super spinas.* Quæ breuitatis causa omittimus, vt cum Paulo, & Chrysostom. ostendamus, quam ineptos ad Deo præsentandos fructus producat, qui conscientiæ glebam pænitentiæ vomere non scindit, carnisque espurcitias concrescere, ac inualescere sinit. *Manifesta sunt*, inquit,

Hugo.

Ager, seu vinea cuiusq; idẽ est, atque eius conscientia & illius similitudinis ratio.

Bernard. *Virtutes simul cũ vitijs conseruari, & augeri non possũt vnde eradicãda est vitium vt virtus crescat.*

Origen.

Homo sui cordis colonus.

Mores nostros in Christi mãsuetudine, debimus inserere.

Origen.

Conciẽtia inculta ineptos fructus producit.

inquit Paulus ad Galat. 5. *Opera carnis nempe adulterium, immundicies, lasciuiæ, veneficium, simulacrorum cultus, inuidia, contentio, emulationes, iræ, cæditiones, hæreses, & his similia, quæ qui faciunt non erunt hæredes regni Dei.* Non ne iam ex Paulo conspicitis quales ñam spicas, & quã vacuas proferat conscientia inculta, & quæ nõ secundum spiritum, sed secundum carnem operatur? quomodo igitur hæ inanes, & vacuæ incultæ conscientiæ spicæ Deo præsentabũtur, qui, *Charmel*, idest, plenam selectam, & maturam spicam sibi offerri mandauit? vacua quidẽ sunt omnia quæ á nobis incultis animis Deo offeruntur. Nonne totum Balthasaris imperium vacuum, futile, inane, & diminutum inuenitur dũ iusta Dei tructina ponderatur? *Ponderatum est*, inquit Scriptura, *regnũ tuum, & inuentum est minus habens.* Sed quid mirũ, si omnia, quæ sub cæli ambitu continẽtur vacua, futilia, & inania á sapiente proclamãtur dum ait: *vanitas vanitatum, & omnia vanitas.*

ad Galat. 5. *Quales nam sint incultæ cõsciẽtiæ fructus.*

Omnia quæ inmũdo corde Deo offerũtur vacua sũt & inania neque digna quæ illi præsẽtentur.

Daniel. 5

Ecclef. 3.

Non est tamen nobis desidendum dum oblationes nostras vacuas, inanesque esse conspicimus, si tamen quidquid in nostra est potestate facimus, vt impleantur. Amoris enim industria fit, vt Dei nostri oculi, vt ita dicamus, obcæcati sint, ne tructinã deficientem videant cum offerimus (*cega o amor os olhos a Deos para que não veja em nossas obras as faltas dellas*) Quod in expositione cap. 1. Genesis accute tetigit Magnus Basil. dicens. *Nisi Dominus nimio, quem erga nos gerit amore se se, vt ita dixerim, excæcare pateretur, nihil, quod nostrum erat acceptaret.* Cui consonat S. Pet. Chrysologus serm. 3. dicens. *Delicta non videt vis amoris.* Quales igitur sunt oblationes nostræ Dominus nõn dedignatur acceptare dummodo põsitiua præposteraque intensio id non impediat: neque propriẹ conscientiæ neglectus illum á vacuis, & deminutis oblationibus acceptandis amoueat: nihil enim est, vt superius tetigimus, quod propriæ conscientiæ actiones, & opera deteriora efficiat, reddatque, quam in ipsa conscientia excollenda incuria. Vnde in corde negligentium, vt ad cap. 24. Prouerbiorum aduertit Diuus Hieronymus, nihil nisi terrena desideria, & punctiones pullulant vitiorum.

Nõ est illis desidẽdum qui parua offerunt, si quod in se est faciũt vt magna sint.

Obcæcat amor Dei oculos ne videat in nobis defectus nostros.

Basil.

Chrysol.

Nõ dedignatur Dominus oblationes nostras acceptare si vella intẽsione offerantur.

Hieron.

In corde negligentiũ, nihil nisi vitia pullulãt.

Hæc quidem in propriæ

A quo perniciosa negligentia, in conscientia excolenda proueniat.

conscientiæ glebam excolêdo desidia, perniciosaque negligentia ex eo, vel maxime prouenit, quod nostri muneris penitus obliti diaboli, carnis, mũdique obsequijs mãcipemur, & dum eorum opera impense exercere curamus, ad propriæ conscientiæ bonum non attendimus, & sic vitia pullulare permittimus, quæ segetũ nostrarum spicas, reliquosque fructus suffocando ad perfectionis plenitudinem accedere non permittunt: nam si vbi vigilans est colonis cura, diligensque solicitudo in agrorũ cultura multoties nocentia erradicata iterum renascuntur, quæ semina suffocare cõsueſcunt, vt S. Pat. Bernard. serm. 58. in Cãtica aduertit dicens. *Crede mihi, & putata repullulãt, & effugata redeunt, & reaccenduntur extincta, & suppita denuo excitantur.* Quid in illorũ cõsciẽtia fiet, qui onerosæ peccatorũ seruituti mãcipati nocentes herbas, idest vitia, ab ea erradicare non curant: impossibile namque est vtriq; inseruire, nẽpe propriæ conscientię in Dei obsequio, & mundi cupiditatibus attestante, & dicẽte seruatore, *Nõ potestis Deo seruire, & Mammonæ*: ad hanc enim mẽtẽ, quã sequimur cõprobãdã adducit Magnus Basilius eadẽ Christi verba ser. 2. de Baptismo cap. 7. tom. 1. suorum operũ, vbi disputans, an gratũ, & acceptũ sit Deo illũ, qui peccato seruit iustitiã facere, sic proloquitur. *In veteri testamento dixit Deus, peccator, qui vitulũ mihi immolat perinde est, atq; carnẽ mactet, & qui simi lam offert quasi qui offerat sanguinẽ suillũ: tantũ scilicet de his, quæ ad sacrificiũ offeruntur cautionis, & diligẽtiæ legislator exposcit, & tam horrendũ aduersus offerentes delinquẽtes statuit supplicium, in nouo vero testamẽto Dominus dixit, non potestis duobus Dominis seruire Mathæi 6. & nõ potestis Deo seruire, & Mamonæ, & Lucæ 14. decernens ait. Quisquis ex vobis non renuntiauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus: vnde iã si de rebus medijs talis est sententia, quid dicẽdũ est de vetitis? per Apostolũ sic dicit 2. Chor. cap. 6. quæ participatio est iustitiæ cũ iniquitate? aut quæ cõmunicatio lucis cũ tenebris? quis cõsensus Christo cũ Belial? aut quid cõuenit tẽplo Dei cũ idolis? quibus omnibus declaratur quã hoc, quod quæritur sit impossibile, Deoq; nõ gratũ, quapropter, vt faciamus arborẽ bonam, & fructum eius bonum, & repurgemus prius quod intra poculũ est, & catinũ & tũc etiã quod extra est mũdum erit totũ, & per*

Bernard.

Vitia semel erradicata iterum pullulant.

Impossibile est Deo simul, & mundo obsequiis inseruire.

Math. 6

Basil.

Nõ acceptat Deus oblationes ab immũdo corde profectas.

Math. 6.

Luc. 14

2. Cor. 6.

Quid nobis faciendũ, vt animi nostri oblationes Deo sint acceptabiles.

Apostolum

Apostolum instructi mundemus nos ab omni inquinamento carnis ac spiritus, atque ita perficiemus sanctificationem, oblationemque in dilectione Christi, vt Deo grati, & Domino accepti reddamur, qui propter bonam agriculturam noua poma siue fruges acceptat. Hæc Magnus Basilius. Cui cõsonant ea quæ circa primitiuos terræ colonos Chaim, scilicet, & Abel, circaque eorum nouorum frugum oblationes commentatur Hieronymus dicens. *Inflammauit Dominus super Abel, & super sacrificium eius in signum, quod & sacrificium, & persona acceptabatur.* Immo addit Liranus; *sacrificium propter personã* (pella bondade da terra lhe contentou o fruto.) Vnde Origen. dum nos ad nouos Deo fructus offerendos inuitat sic homil. 23. in cap. 28. Num. conuenientissime infert, & concludit. *Si ergo tu vis nouorum festũ agere cum Domino vide quomodo semines, vt tales metere fructus possis ex quibus lætari facias Deum, & agere diem festum.*

Propter bonã animi culturã acceptat Deus oblationes nostras, & nos propter nos.

Hieron.

Lyranus

Origen.

Ad nostrã in propriæ cõscientiæ gleba excolenda, disidiam, aut curam diligẽtẽ examinandam Dominus aliquãdo descendisse, velutiuineç cultor fructum à nobis bonorũ operum requisiturus Canticorum in cap. 6. ipse testatur dicens. *Descendi in hortum meũ, vt viderem poma conuallium &c.*, quem locum Rabbi Salom., & alij HebræiDD. de solicitudine sponsi circa viridarium Ecclesiæ exponunt: vnde maximé vnumquemque nostrũ locus iste perstringit, qui plantę sumus huius horti, ac viridarij, seu vineæ à Deo cõsitæ: si enim ille solicitus est de pomis, idest, de operibus nostris, nos vtique profectò solliciti esse debemus de cultura agri conscientiæ nostræ, vt fructum ferat tanto Domino dignũ, aliter enim securim iuste timeamus, nã vt apud Math. in cap. 3. Baptist. Ioan. testatur *Securis ad radicem arboris posita est*, & quæ bonum non profert fructum statim exciditur, vnde Dominus eiusdem Math. in cap. 21. execratus est ficum sola folia sine fructu proferẽtem. Hinc etiam fuit quod vineam Israel, idest, Judæorũ conscientias idem Dominus reprobauit Oseæ in cap. 10. dicens. *Vitis frondosa Israel*; quasi dicat, infrondes creuit, non in fructum, quam vt reduceret ad officium, fructiferãque redderet passim ferro recindebat; vtpote quia sicut lib. 2. epistol. epistol. 7. quæ est ad Simplicianum Ambrosius obseruat

Cantic. 6

Rabb. Salom. Hebbræi DD.

Per quam maxime debemus esse solicitì circa agrũ conscientia nostra.

Math. 3.

Math. 21

Osc. 10

Ambros

seruat. *Recisa vinea falce agricolæ, fructum affert, semiputata frõdescit, neglecta luxuriat.*

Ambro. Pergentes autem vlterius audite eundem Ambrosium lib. 2. de pænitentia cap. 1. fideles omnes commonentem, vt propriæ consciẽtiæ agrum cultiuare, excolere, & fouere laborent, vt plenos, & maturos fructus ad præsentandum Deo producat: *Stercoremus, inquit, & nos agrum hunc, quem possidemus, & imitemur laboriosos agricolas, quos non pudet fimo pingui satiare terram, vt fructus vberrimos colligant, & quemadmodum stercoremus docet Apostolus ad Philip. cap. 3. Omnia æstimo vt stercora, vt Christum lucrifaciam,* & optime quidem nam Abraham dum se stercus, & cinerẽ fatetur summa humilitate inuenit Dei gratiam: Iob in stercore sedẽs omnia, quæ amiserat recuperauit: & Dauid ait, quod Deus de terra suscitet inopem, & de stercore erigat pauperem.

Ad instar agricolæ agrũ consciẽtiæ pinguem reddere laborare debemus. ad Philip. 3. Genes. 27. Iob. 42. Psal. 112.

Excolat igitur quis conscientiam suam, criminaque confitẽdo eradicare studeat, etsi pudor est vnicuique propria crimina prodere, sciat illũ pudorem agrum suum arare, spinas tollere, perpetuas sentes amputare, fructus adolere, quos iam mortuos esse credebamus: ad quod maxime audire iuuabit S. Patrem Hieronimum lib. 3. in cap. 14. Oseæ ad hanc propriæ glebæ culturam exercendã Dei opẽ implorantẽ, vt optimos, quos Deo offerat fructus accipiat. *Omnem* inquit, *Domine aufer à nobis iniquitatem, nihil in nobis langoris pristini derelinquas, ne rursus mali seminis pullulent inter res diuinas plãtaria: nisi enim tuleris mala nostra, bonum, quod tibi offeramus non habebimus.*

Hieron. *Hieronymi ad Deum cordis munditia deprecatio*

ANNOTATIO XXIX.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

De tubarum solemnitate spirituali, siue mystica intelligentia.

SEV.

De concionatorum munere, & qualitatibus.

INTER solemnitates, & festa, quæ Iudæi colere consueuerũt, illud præcipuum fuit, quod prima die mensis septimi (qui totus ferẽ festiuus erat) tubarum sonitu

Quando tubarũ solemnia celebraban Iudæi.

Tubarū festi fundamentū non facile colligi potest & cur?

nitu celebrabant. Cuius festi fundamentum non facile assignari posse dicūt Patres ob varias traditiones, & figmenta quæ ab ipsis Iudæis circa hanc festiuitatem referuntur.

1. Fundamentum, quod apponunt Iudæi Tubarum festū celebrādi

Quidam enim dicunt hoc festiuandi munus ad Sancti Patriarchæ Isaac liberationis beneficium, & rememorādum, & persoluendum fuisse institutum, qui immolato ariete liberatus est: ideoque arietum ex cornibus tubas has confici perhiberi. Ita sentit D. Thomas 1.2. quæst. 102. art. 4. in resp. ad 3. argumentum. Lusitanus nihilominus interpres hoc Iudæorum figmentū fuisse affirmat in exp. cap. 23. Numer.

D. Tho.

Refellitur ab Oleastro hoc fūdamētum

2. Eiusdē festi fūdamentum.

Alij vero dicunt hoc festiuādi genus fuisse inuentum, & ordinatum prima septimi mensis die á primitiuis eorū patribus in memoriam beneficij acceptæ legis, quam eodem die susceperunt: adduntque illarum tubarum sonum, & strepitum, fulgura, & tonitrua repręsentare, quæ in eiusdem legis datione contigerunt.

Mos Iudæorū fuit & in cōniuijs, & festis, & in bellis vti tubis di-

Pro faciliori autem tam istius festiuitatis fundamenti, quam eiusdem spiritualis significationis intelligētia aduertendum est semper Iudæos, & inconuiuijs agendis, & in

A

bellis iniendis tubis vsos fuisse, quin etiam in festis celebrādis. Quanquam enim in his similibusque actionibus reliquæ nationes varijs instrumentis vterentur, nempe Arcades fistula, Cretenses Lyra, Lacedamonij tibia, Thraces cornu, Ægyptij tympano, Arabes cymbalo, vt cap. 4. sui pędagogi obseruauit Clemens Alexandrinus, Hetrusci tamē, & Iudæi semper ad tubarum sonum bella gerere consueuerunt, vt etiam patet cap. 10. Numer. Hoc igitur ductus fundamento Origenes hom. 7. in Iosue hoc tubarum festum ordinatum fuisse docet in memoriam victoriarū, quas populus Iudaicus fuerat consecutus, & tubarum clangore (vt dictum est) incipere consueuit, & præsertim in memoriam, & recordationem illius, quam ex Hyericoitica ciuitate aspórtauit, cuius muri ad tubarum clangorem ad solum corruerunt: à quo Pat. Ambrosius non dissentit dum lib. de Helia, & jejunio cap. 1. sic ait. *Diuinum ad patres resultauit oraculum, vt cum egrederentur ad bellum tuba canerēt, cuius sonitu* Dominus *reminisceretur populi sui, quo petitum conferret auxilium, posteàque miseriæ suæ incentiua cognoscentes in*

B

C

D

uersa vero nationes diuersis vtebantur instrumentis.

Clem. Alexād.

Hetrusci sicut, & judæis tuba vsus familiaris.

Origen.

3. Huius festi fundamentū ex Orig.

Ambros.

diebus lætitiæ suæ, in momentis suis concinerent tubarũ sono vnde Dauid dicit Psalm.80. Canite initio mensis tuba.

Psal. 80.

Quartum huius tubarum festi fundamentum colligitur ex cap.2. Ioelis, vbi ad jejuniũ indicendum tuba vti præcipitur Sacerdotibus: sic enim ibi habetur. *Clangite buccina in Syon, sanctificate jejunium*, idest, inuite tempus, in quo populus jejunando, orando, & lachrimas effundẽdo Deo placationis hostiam offerre tenetur: quasi si clarissime demõstraretur tubarum festiuitatẽ subsequentis festiuitatis, nempe afflictionis, & humiliationis, quandam indictionem, & admonitionem esse: ideoque prima septimi mensis die agi, vt per octo subsequentes se se judæi in humiliationis hostiam jejunando prępararent. Quod 1.2. quæst. 102. art. 4. in resp. ad 1. argumentum expressè docuit Diuus Thomas dicẽs: *erat festum tubarum quasi quædã inuitatio, vt præparent se ad subsequens festum quod celebrabatur decimo die, & hoc erat festum expiationis.*

4. Eiusdẽ festi fundamentũ ex Ioel cap. 2.

Tubarũ solẽnitas quad am quasi inuitatio erat, ad p ̃ræparationẽ festi afflictionis.

D. Tho.

Hoc certe fundamentum Græco contextui maximè adhæret, quem ita vertunt Pagninus, & Oleaster. In mense septimo vno die mensis con-

Pagnin. & Oleast.

A uocatio sancta erit vobis, idest in septimo mense omnes in sanctam ciuitatem, & in templum quotanis cõuenietis, ad hostias festiuas Deo vestro immolandas pro omnibus beneficijs, quæ vos, & patres vestri ab eo recepistis, & vt nemo ab hac coniunctione, festorũque celebratione se ignoranter B abducat, aut indebitè præparetur à prima eiusdem mẽsis die á templi ministris tubarum sonitu omnes admoneantur: fauet huic expositioni Lyranus ad verba Ioelis *Canite tuba in Sion*, hæc annectẽs *Ad populi cõuocationem*. Quodquidem fundamentũ expresse indicat D. Ambrosius verba illa Dauidica psalmi 80. exponens. *Exultate Deo adiutori nostro iubilate Deo Iacob: buccinate in Neomænia tuba in insigni die solemnitatis vestræ. Canamus*, inquit Ambrosius, *& nos tuba annuntiemus solemnitatis diem.*

Lyran.

Ambros.

Psal. 80.

D Huic etiam intelligentiæ maximè adhæret Oleaster in expos. cap. 29. Numer. Ex eaq; nostram negligẽtiam ad Dei festa peragenda incusat dicẽs. *Neglectus maximus apud Christianos est in præparando se ad festa ventura, cum tamen Dominus eos semper voluerit ad ea celebranda præparari, maxime*

Oleast.

Ex huius festi intẽtione, cõdẽnatur incuria, quã habemus in præparatione ad Dei festa celebranda.

mundando

mundando se, hic vero ante multos dies admonentur cornuum sonitu, vt se praparent ad festum. Neque certè displicet id, quod idem auctor ex hac colligit consuetudine, nẽpe ex ea prouenire cãpanarũ vsum, quo fideles ad conueniendũ ad Ecclesias festiuis præsertim diebus admonentur.

Vnde in Ecclesia ortus cãpanarum vsus.

Vel igitur tubarum vsus ad bella ineunda, vel ad festa indicanda inuectus sit, illud vnũ, vt certissimum existimamus, mysticum scilicet, & spirituale huius festiuitatis exercitiũ in lege gratiæ ad verbi Dei cõcionatores pertinere, tubãq; prædicationẽ significare. Nã, vt ad cap. 58. Esaiæ obseruat Hugo Cardinalis; prædicatio inuitat ad bellum in præsenti, & ad festum in futuro: dicit enim resistentiam cõtra vitia, & inuitat ad promissa præmia. Item festum expectat ad gaudium animi: bellũ ad laborem corporis, & ad ista duo inuitat prædicatio, vt laboremus in corpore, & gaudeamus in mente. Quod etiã attestatur Clemens Alexãdrinus oratione adhortatoria ad gentes vbi Christi Euangeliũ, siue prędicationem ad instar tubæ extitisse affirmat, ad cuius sonum omnes, qui sub eius signo militant fidei scuto,

Qui nam sit mysticus huius festiuitatis sẽs, & ad quẽ in noua Ecclesia eius exercitiũ pertineat.

Hugo.

Clem. Alexand.

Christi Euãgeliũ ad instar tubæ, animos fideliũ ad idolatriã obruẽdam impulit.

A

& iustitiæ torace muniti contra aëreas potestates, & hæreticorum phalãgas strenuè decertare consueuerunt. *Tuba*, inquit Clemens, *Est Christi Euãgelium, is quidem tuba cecinit, nos autem audiuimus, armemur ergo pacificè induamus toracem iustitiæ, & fidei clypeum assumentes, galeamq; salutis imponentes, accuamus gladium spiritus, quod est verbum Dei.*

Christus Euãngelij tuba cecinit omnium primus.

B

Loculentius de more verbis libro. 4. Epistolar. epistol. 16. mysticum huius festiuitatis sensum protulit Damianus noster dicens. *Quis est autem clangor ille tubarum, cui debeamus annua festa persoluere nisi Euangelica, simul & Apostolica doctrina? quæ tanquam caleste tonitruum ac terribilis buccina nos ad procinctum spiritualis militiæ prouocat: atque vt pro Castris Imperatoris æterni contra nequitiæ spiritus infaderabiliter dimicemus instigat?* Homines igitur contra vitia ad procinctum exhortare ad nouæ Ecclesiæ prædicatores attinere valde certe conuenienter docet Hieronymus dum eundẽ Ioelis locum, cuius nuper meminimus exponẽs sic ait. *Prædicatores hortatur sermo diuinus vt prædicent pœnitentiam, antequam veniat hostilis gladius.* Consonat Laudunẽsis noster

Damian.

Euãgelij tuba tonitruũ celeste.

C

Ad prædicatores attinet homines ad procinctum contra vitia exhortare.

D

Hieron.

Laudun.

dum

dum supra eiusdem Ioelis verba, *Canite tuba in Sion*, sic habet. *Publicè prædicate pœnitentiam in Ecclesia.* In eandem venit Augustinus sententiā ser. de tempore 106. vbi veterem tubarum vsum & sonum, cōsonā Euangelicæ prædicationis vocem significasse testatur dicens. *Sacerdotales illius tēporis tubæ præfigurabant Sacerdotum nostrorū prædicationes, per quas non cessant peccatoribus terribili sono austerum iudicium nūtiare, tristemque gehemnæ interitum prædicare, & quodam comminationis strepitu aures delinquentium verberare.*

Anselm.

August.

Verberat delinquētiū aures euangelica tuba.

Hæc certe expositio optima est, concionatorumque officio maximé cōueniens: quid enim est aliud in initio quadragessimæ jejunandi tempus populo prædicando indicere, nisi Christi milites ad certamen cum vitijs iniūdum conuocare? quid aliud de moribus componendis, & de excolenda internæ consciētiæ gleba verba facere, nisi tanquam tuba canendo ad festa ventura, idest ad beatitudinem consequendam incitare? Ita certe de se, de cæterisque verbi Dei concionatoribus circa huius festiuitatis spirituale exercitiū lib. 1. de Helia, & jejunio philosophatur Ambrosius dicēs.

Prædicatorum in quadragesima præsertim munus militesad bella contra vitia excitare.

Ambros.

A *Simul nobis certamen imminet, & victoria repromittitur, canamus tuba tamquam ad bellū progredientes, canamus tuba vt anunciemus solemnitatis diem, vt victoria nostra Crux Christi est, trophæum nostrum Pascha est Domini Iesu, certamen nostrum jejunium est, quo Christus Dominus* B *præliatus est, vt vinceret, & formam nobis bellandi præscriberet.*

Christianorū victoria in Christi Cruce posita est, in ieiuniū certamē est: pascha vero trophæum.

Prædicatorum mysteriū, & prædicationis effectum in hac tubarum solēnitate vsuq; adumbrari cælicolæ ipsi testificāt dum ad cremandum fænum, & tertiā terræ partē tubis insonant, vt cap. 8. suarum C visionum se vidisse testatur Ioannes noster nam communis est Authorū sententia per septem quos vidit Angelos tubas præ manibus gestantes, sacrosancti Euangelij prædicatores designari: ita sentiunt Aymon, Ricardus, & noster Rupertus, adhunc locum Eusebius Emissenus ser. 4. de aduē D tu vbi sic ait. *Lege in Apocalypsi, & septem Angelos inuenies tubis canentes, per quos omnes Ecclesiæ prædicatores ab ipsis Apostolis vsque in finem sæculi significantur.* Ad intētum certe loquitur Alexandrinus Clemēs Stromat. 1. cum ait prædicandi scientiam esse quodammo-

Præd icatorū munus, in Angelis adūbratum.

Apoc. 8.

Aymon. Richard. Rupert. Eusib.

Clem. Alexand. Prædicādi sciētia Angelic

do

do Angelicam, siquidē vtrouis modo iuuat, seu per manum, seu per linguam operetur.

Assimilantur ergo istis Angelis verbi Dei cōcionatores, & duobus pręcipuè fūdamētis hæc inter vtrosq; similitudo fulcitur, primo quia tam Angeli, quam cōcionatores verè missi dicantur, fuerunt enim missi primitiui Ecclesiæ prædicatores á Christo Domino in vniuersum mūdum Marci 16. illis verbis. *Ite in vniuersū mūdum, & prædicate Euangelium omni creaturæ*, quemadmodū, & cælestes spiritus, ideo Angeli nūcupātur, quia è cælo in terram in hominum commodum à Deo missi sunt. Secūdo verò quia in officio conueniūt, vtrisuis enim competit hominum mentes purgando illuminare, & illuminādo perficere, vnde iure optimo à Malachia verbi Dei concionatores Angelico idiomate sunt insigniti dum cap. 2. sic ait. *Labia sacerdotis custodiunt sciētiam, & legem requirunt ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.* Quodquidem de Sacerdotibus quatenus legis diuinę promulgatores sūt intelligendum esse docet Hieronymus in exp. cap. 2. 1. Petri epistolæ, vbi hæc verba affert sicque explicat. *Sacerdos*

1. In quo inter Angelos, & prædicatores similitudo cōsistit.

Marc. 16

Cur spiritus calestes Angeli nuncupantur.

In quo inter Angelos, & prædicatores similitudo consistit.

Malach. 2.

Prædicator Angelus & cur

Hieron.

A *Angelus dicitur, idest nuntius, quia Dei ad populum nuntiat voluntatem, & idcirco in Sacerdotis pectore rationale, & in rationali doctrina, & veritas ponitur, vt discamus sacerdotem doctum esse debere, & præconem dominicæ veritatis.*

B Multa præterea reperiuntur in istis Angelis, de quibus loco superius adducto agit noster Ioan. vt concionatorū figurā gessisse existimemus de quibus imprimis dicitur quod tubas præmanibus gestarent, semper enim tuba, vt iam annotatum est cōcionis typum, concionatorisque insigne fuit. Vnde dum Dominus electo

C concionatori suo Esaiæ munus prædicationis cōmisit, tubæ vocis insonare præcepit cap. 58. dicens. *Quasi tuba exalta vocem tuam, & anuntia populo meo scelera eorum.*

Vt autē hoc præcipue septem istorum Angelorum ministerium, cum nouæ Ecclesiæ

D prædicatorum munere apte conuenire ostendamus illud iuuat expendere, quod statim vt eorum primus tuba cecinit Ioannes accidisse ait, tertiam nempè terræ partem ac omne fœnum fuisse combustum: vtpotè quia prædicatorum verba ignea sunt, & carnalia desideria concremant, & combu-

Sacerdotem, & doctum, & verbi Dei præconē esse decet

Tuba prædicatoris insigne.

Esaiæ 58.

Prædicatorū verba ignea esse debēt.

burunt,

burunt, peccatorumque fœnum in cinerem conuertunt, iuxta illud Esaiæ, *Omnis caro fænum, & omnis gloria eius, vt flos agri, exciccatum est fænum, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflauit in eo:* Nam nomine terræ, arborum, & fœni hæreticos, & omnes simul impios designari docet Aymon ad hunc locum Apocalypsis, dicens. *Tertiam partem arborũ concrematam, & omne fænum combustum impios accipimus hæreticos, & malos viros, qui terra dicuntur quoniam non cælestibus, sed terrenis rebus per affectũ, & amorẽ adhærent, ob instabilitatẽ arbores, quæ vẽtis huc inde agitati, continuo nutant, fænũ ob illecebras, & mundi gloriam, quã appetunt appellantur.* Omnes etiam impios fœni nomine designari docet Pat. Gregorius Moral. 16. cap. 15. dicens. *Iniquorum gloria fæni floribus comparatur, quia carnalis gloria dũ nitet cadit, & dum apud se extollitur repẽtino intercepta fine terminatur.*

Esaiæ. 40

Aymon. Apoc.

Quid per terrã, & fænum an gelorũ tubis cõcrematũ significetur.

Gregor.

Iniquorũ gloria fæno, & eius floribus cõparatur

Quod autem magis in hoc Angelorũ euentu, de quo agimus mirãdum venit, illud est, quod de illis non quod aures tubarum sonu obturarent, sed quod cremarent perhibeatur, in quo effectus verborum cõcionis conuenientissime inuitur. Sunt enim Dei verba per concionatorum ora in populũ transmissa, quasi igniti carbones, ad incendia maxima excitanda aptissimi: illum enim ignem, & ardorem, quem lex sancta á Deo per Moysen populo exhibita continebat non amisit, de qua dicitur Deut. 33. *In dextera eius ignea lex.* Vnde ipse Dominus Hieremiæ 23. ait. *Nunquid nõ verba mea, quasi ignis?* Ignea igitur profecto sunt Christi verba, & ad animos inflammãdos, omneque incredulitatis fænum comburendum aptissima, vt discipuli illi itinerantes experiendo cõfessi sunt dicentes. *Nonnè cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur?*

Dei verba per cõcionatorũ ora pro la carbones igniti sunt.

Deut. 33

Hier. 23

Lucæ. 24

Quod veró Christi verba per concionatorum ora in populos transmissa hũc inflammandi effectum nõ amiserint ipse Dominus testatur dũ Cãticorum 4. ad sponsam, idest Ecclesiam (cuius labia cõcionatores sunt) loquitur dicens. *Vitta coccinea labia tua.* In hunc enim sensum accipienda esse hæc Christi verba docet Theodoretus eundem locum exponens, & dicens. *Labia tua ò sponsa instar purpuræ aut sanguinis cuiusdam ardẽtia, & flagrantia sunt, ideſt, vehementer efficacia ad persuadendũ;*

Cant. 4.

Theod. *Prædicatorũ labia vitta coccinea, [illegible] ...tores capiuntur.*

duxisti

duxisti enim calorem ex sanguine meo, & verba profers veritatis, quibus tãquam funiculo coccineo capiũtur auditores, & vincitur ad salutem. In quem etiam sensum eadem Cãticorum verba accipit Ambrosius, dum exponit verba illa Psalmi 116. *Ignitum eloquium tuum* sic enim ait. *In cocco species ignis, & crucis dominicæ, sanguisq; irrutilat, per resticulam igitur vinculum persuasionis cognoscimus: per coccũ verò cupiditatis ardorẽ, qui scintillat in animis audientium.*

Amb. Psal. 118.

Hunc eundem ad inflãmãdũ ardorem in concionatorũ verba emissũ suo eximio prędicatori Ezechieli Dominus mõstrauit in animalibus illis, quæ de medio ignis electri procedebant ignitas scintillas quasi cãdẽtis æris demittẽtia, nam per inflãmatũ electrũ Verbũ Patris, quod inflãmata charitas, ardẽsq; dilectio humanũ cõpulit assũmere, intellexerũt patres, & per quatuor animalia de medio electri exientia, a quibus ęris cãdẽtis scintillę defluebãt sãctos verbi Dei cõcionatores verba ignita ad vitia cõcremãda, hominũq; corda in Dei amorẽ accẽdẽda, & inflãmãda proloquentes, præter alios intellexit S. P. Greg. hom. 3. in Ezechi. dicẽs *Æris metallũ valde sonorũ est, & rectẽ voces prædicantiũ ei cõparãtur, quia in õnẽ terrã exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorũ: bene autẽ æs candẽs dicitur, quia vita prædicãtiũ, sonat, & ardet, ardet enim desiderio, sonat verbo: æs ergo candens est prædicatio accẽsa, sed de cãdẽte ære scintillæ prodeũt, quia de eorũ exhortationibus verba flãmãtia ad aures audiẽtium procedunt: rectẽ ergo verba prædicãtiũ sciptillæ appellatæ sũt, quia eos, quos in corde tetigerũt incendũt.* Hæc Pat. Gregor.

Ezech. 1. — *Verbũ diuinum à more inflãmatũ, per electrũ ostenditur.* — *Ezechielis animalia verbi Dei concionatores.* — Gregor. — *Vita prædicantiũ sonat verbo, & ardet affectu.* — *Æs cãdẽs prædicatio accẽsa* — *Verba prędicantiũ inflãmata scintilla & cur.*

Neq; solũ cõcionatorũ verba ignea esse debent, sed ipsos totos igneos esse oportet: igneiq; certẽ sunt illi cõcionatores, qui officiũ suũ tã aptẽ exercẽt, vt in populis, quibus prædicãt maxima dilectionis, & charitatis incẽdia excitẽt. Vnde eos *Ignẽ vrẽtẽ*, seu *flãmã ignis* psalmographus appellauit Psalm. 103. dum de eisdem ad Deũ verba faciẽs sic ait. *Qui facis ministros tuos ignẽ vrẽtẽ.* De veris nãq; & sanctis verbi Dei cõcionatoribus locũ exponit August. selectũq; verbi Dei cõcionatorẽ Paulũ proximorũ charitate æstuãtẽ in exẽplũ adducit dicẽs. *Si cũ audis, ignis est õnis minister Dei, incẽsurũ illũ putas, incẽdet certẽ, sed fanũ tuũ, id est, carnalia omnia desideria tua: vrit minister Dei prædicãs verbũ Dei: ardebat minister Dei Pau*

Verbi Dei cõtionatores, totos igneos esse debere. — Psal. 103. — August.

lus cum diceret os nostrū patet ad vos ò Corinthij, cor nostrū dilatatū est. Ardebat certe tūc minister Dei Paulus, & flagrabat charitate, & ibat in eos, vt incēderet.

2.Cor.6.

Hæc eadem Psalmographi verba de eisdem verbi Dei cōcionatoribus proximorū charitate æstuantibus intellexit Laudunensis noster postquā illa de illis Angelis expendit qui aliquādo in igne apparuerunt sicque ait. *Facit Dominus Angelos cum mittit, ignem, vt in rubro: sic & in Ecclesia facit spirituales nuntios verbi Dei, carnalibus loquentes, & spiritu ardentes, qui incendunt alios charitate, & consumunt vitia.* Huc expectat Augustini constructio illorum eiusdem Psalmistæ verborum Psal. 7. *Sagittas suas ardentibus effecit:* ita enim construxit. *Sagittas suas ardere faciunt, idest, verba ardentia immittunt, quod vtique præstare non possent nisi arderent, & ipsi.* His consonat illud Ecclesiastes 48. quod de eximio cōcionatore verbi Dei Helia dicitur, surrexisse nempe quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardere: & nequid ommittamus quod ad hoc intentum pertineat iuuat etiam afferre id quod Dominus concionatori suo Ieremiæ ait: *Ecce dedi verba tua in ignem ecce.*

Laudun. Anselm.

Verbi Dei cōcionator igni ardens.

August.

Psalm 7

Verba cōcionatorū sagitta ignita.

Eccles. 48.

Ierem. 5.

A Quem locum de inflammato animi ardore incensaque charitate, qua verbi Dei concionatores æstuant, suosque auditores inflammant exponit Origenes dicens. *Quare dixit in ignem quia sermones quos loquuntur accendunt auditores, & nihil tepidum in eis neq; frigidum permanet, sed sicut ignis cōsumit* B *omnem materiam, nec immundū quid recipit, ita & hi, quorum cor diuini verbi ignis accenderit non patientur vltra mundanis sordibus cæteros pollui.*

Origen.

Nihil in selectis verbi Dei concionatori bus tepidum, nihil que frigidum.

Totos certe prædicatores igneos esse, Deique amore, & proximi charitate inflammari necesse esse, Ioanni nostro C Dominus significauit dum prima sua visione se se igneos gerentem oculos, pedesque demonstrauit, vt ipse Ioannes testatur dicens. *Oculi eius velut flamma ignis, & pedes eius similes auri calco, sicut in camino ardenti:* nā tam per Christi oculos, quam per eius pedes concionatores designātur. Vere enim D Christi oculi illi censendi sunt quibus ipse ait. *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Ab istis certe ignitis, luminosisq; oculis ad se, & ad reliquos incendendos ignem, & ardorem accipisse verbi Dei concionatores docet noster Rupertus ad hunc locū: immo, &

Apocal.

Verbi Dei cōcionatores Christi oculi, eiusque pedes.

Zachar.

Rupert

oculos

los ignitos lucidosq; fieri testatur dum sic ait. *Profectò si qui luce ista siue oculis istis fuerint illuminati, vt alijs quoque verbo simul, & exemplo lucere possint benedicentur lux, & oculi.*

Quod autem sancti prædicatores pedes Christi sint docet Aretas, dum eundem hūc Apocalypsis locum exponit, & bene: nam illis tanquam pedibus vtitur Christus, vt eius nomen, & notitia totum orbē possit peragrare, sicut in cap. 8. lib. 2. Pędagogi obseruauit, Clemens Alexādrinus dicēs. *Itaque Apostoli qui vniuersum orbem terræ obierunt, & Euangelium prædicarunt per allegoriā dicuntur pedes* Domini, *de quibus per psalmographū quoq; prædicit Dominus: adoremus in loco vbi steterūt pedes eius, hoc est quo pedes eius peruenerūt, idest, Apostoli per quos prædicatus venit ad fines terræ.* Quā etiā expositionem, & intelligentiam tradidit Ericus ad cap. 7. Ioan. exponens verba illa. *Quo ego vado vos non potestis venire.* Sic enim ait. *Sancti prædicatores pedes Christi erant propheta dicente. Quam speciosi pedes* Euangelizantium pacem, *Euangelizantium bona: per hos pedes iturus erat ad gentes, vt fidem, & salutem, quam Iudæi spreuerāt gentes reciperent.*

Aretas.

Clem. Alexand.

Cur prædicatores dicantur Christi pedes.

Ericus.

A

Iuuat autē expendere cur Dominus tam oculos, quā os etiam, & pedes ignitos se gestare demonstret, nam in ore etiam ignem habuisse cap. 20. testatur Ieremias dicēs. *Factus est sermo Dei in me quasi ignis æstuans:* igitur illud subit in mētem quod ipse apud Lucam cap. 12. testatus est, se nēpe ignem in terram missurū aduenisse, ac proinde auidissime exoptare, vt accendatur, ergo vt quod auide exoptauit celerrime compleret pedibus, ore, & oculis operatur, sicut qui toto animi conatu totoq; corpore laborat vt id, quod habet in votis celerius faciliusq; perficiat. Vel saltem vt ostendat verbi Dei concionatores ad ipsius imitationem á planta pedis vsque ad verticē capitis igneos esse debere, charitateq; erga suos auditores æstuare.

B

C

Huc spectat illud Cant. in cap. 3 fecisse nēpe Salomonē de lignis Lybani sibi ferculū, cuius medium charitate constrauit, seu vt ex verbo Hæbraico *(Ratsupb)* vertunt Hæbræi Doctores, *medium eius cōbussit:* quippequi Salomonem qui ferculum sibi construxit, Christū qui Ecclesiam sibi ex peccatoribus ædificauit significasse docēt ōnes ferē Patres ad hūc locū; & præcipué Gre-

D

Cur Christus Dominus tā caput quam pedes ignitos gerat.

Ierem. 20

Luc. 12.

Verbi Dei cōcionatores à planta pedis vsque ad verticem capitis charitate debent æstuare.

Cantic. 3

Hebræi. DD.

Gregor. Nissen. Psell. Cassiod. Gregor. Magn. Phil. Carph. Inst. Orgel. Beda.

gor. Nissenus, Psellus, Cassiodorus, Pat. Gregor. Mag. Philo Carpophorus, Iustus Orgelitanus, & noster tandé venerabilis Beda: & bene quidem nam ex Cedris Lybani, ideft, ex peccatoribus (vt cómentatur Nissænus secundū illud Psalm. *Confregit Dominus Cedros Lybani, & comminuet eas &c.*) admirabili assumptæ humanitatis dispendio Christus Dominus Ecclesiam ædificauit, quam cum totam charitatis ardore inflammari auidissimè exoptauerit, (secundum illud superius adductū. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur?*) eius medio dilectionis ignem applicauit, vt inde ad omnes huius ædificij partes se flamma diffundens totum facilius igniret. Tunc autem Christus Dominus Ecclesiæ, siue orbis medio ignem imposuit, cum salutem in medio terræ operatus est, vtpote quia tunc suæ dilectionis flammam ad hoc amoris incendium inferendum vehementius æstuare experiebatur.

Psal. 28. Luc. 12. *Quando Dominus ignem Ecclesiæ applicauit.* Psal. 73.

Eadem fortasis intensione dum Apostolos ad prædicandum mittit, & stat in medio, & insufflat, vt quatenus medium tenet omnes simul inflammet, & quatenus sufflat

Ioan. 20. *Cur Dominus dū Apostolos in mundū mittit & stat in medio & insufflat in eos*

A ignem quem mittit fortius accendat: vt vel sic celerius obtineat quod vehementer exoptat. Ita fere ad hunc Ioannis locum meditatur Rupert. noster. *Stans*, inquit, *in medio eorum tam grandem flatum immisit vt cunctos afflaret simul, non autem insufflauit, vt homo, sed vt Deus, qui ergo tunc insufflauit, vt homo in animam viuentem fieret, nunc insufflauit, vt animæ viuentium ignem Spiritus Sancti acciperent.*

Rupert.

B

Aliquid etiam sublime cogitamus dum ex Ioanne vehementiori igne Christi pedes inflammari conspicimus. *Pedes eius similes aurichalcho sicut in camino ardenti*, ait Ioannes noster: velle nempé vt vbicumque plantam fixerit statim ignem accendat, & quia totum simul orbem huius ignis ardore inflammari exoptat, ideo per totum orbem pedes suos extendit dicens. *Ite in vniuersum mundum, & prædicate* Euangelium *omni creaturæ*, vt totus simul inflammetur orbis.

C Apoc. 2. *Cur Domin⁹ verbi concionatores in totum orbē mittat.* D Matt. 16.

Quo autem ignis ardore mysticos Christi pedes, ideft, verbi Dei cócionatores deceat inflammari, ex ardore pedum eiusdem filij hominis, ideft, Verbi Incarnati intulit Lyranus dicens, per hunc ardoré

Lyran.

significari

Quo nā ardore verbi Dei prędicatores liceat inflāmari
Luc. 12.

significari feruorem affectionis ad procurandum honorē Dei, & salutem proximi. Consonat ipse sibi dum de igne inquirit quem Lucæ 12. Dominus se missurum venisse dicit in terram, aitque esse Dei, & proximi charitatem. Non dissentit Interlinialis dū per eundem ignem Spiritus Sācti feruorem intelligit, ab illo quippe hi Christi pedes, idest sancti prędicatores, inflāmantur, vt orbē vniuersum incendant.

Interlin. Glos.

Vt igitur ignis iste, quem Dominus per prædicatores in terrā mittere decreuit in eorum animis non extinguatur, per quam maxime refert vt á frigidis terrenarum rerum desiderijs auocentur. Si enim frigidis huius mundi substantijs subcumbunt charitatis igne extincto, & depresso dilectionis ardore, alios inflammare non poterunt, vt libro. 8. Moralium cap. 6. Pater Gregorius obseruauit Dicens. *Mens concupiscentijs exterioribus occupata igne diuini amoris non calet, & idcirco ad supernum desiderium inflammare auditores nequeunt verba, quæ frigido corde proferuntur, neque enim res, quæ in se ipsa non ardet aliud accendit*. Hæc Pater Gregorius. Ex quo iam fit, vt prædicatores illi, qui quotidie ad populum verba faciunt, illum tamē in Dei amorem non inflammant, neque peccatorum sentes ignito eloquio comburūt, frigidi potius tibicines, quam Angeli inflāmati dicendi sint.

Quid verbi Dei cōcionatoribus faciēdum vt á charitate non decedant.

Gregor.

Hi certe prædicatores ferrea, & non ænea tormēta bellica iure optimo possūt appellari, quæ quanquam dum exonerātur maximum strepitum concitent, ingentes tamē globos admunitissima propugnacula concutienda, & vastāda non impellunt (*saõ artelharia de ferro, & não de bronze, q̄ dà grande estrondo, & arremessa pequeno pilouro.*) In quorū verborū ornatu, vocisque elatione quamquam flamma ignis appareat, est tamē flāma stupis, vel fæno applicita per quā citissime finitura, neq; ad incēdium inferendum apta.

Predicatores qui nō ex caritate bacciferātur, non ęnea sed ferrea tormenta belica appellādi.

Suauiter certè S. Pat. Laurentij Iustiniani nobis olet doctrina, quam cap. 11. sui amoris fasciculi ad hoc argumentum confirmandum tradit, non enim qualicunque igne inflāmari exoptat verbi Dei concionatores, sed illo duplici, cuius sæpè meminimus, Dei nempè, & proximi, cuius accensa flamma audientium animos validissime accendat. *Sana prorsus*, inquit *doctrina hæc est, vt duplici charitate ante*

Laurent. Iustinian

homo inardeſcat intus, quam ex locutione aſsidua exire aſſueſcat foras: qui tepeſcit corde vaniloquus erit: qui vero dilectione igneſcit, charitatis telo audientium transfiget corda.

Ex omnibus quæ hucuſq; in præſenti annotatione allata ſunt bene infertur concionatores illos, quorum pectus nõ ardet, quorum verba nõ vrũt, quorum admonitiones nõ inflammãt, quorum tubę, ideſt, voces idolatriæ mœnia peccatorũque receptacula nõ proſternunt, quorum clamoribus bellum vitijs nõ inuitur, quorum perſuaſiones ad Dei feſta celebranda nõ præparant, neque eſſe tubarũ feſti idoneos miniſtros, neque Angelos tuba canentes iure aliquo reputari, nam neceſſe eſt, vt bellum contra vitia cõmunia inclament, & a clamando non abſtineant, ſed quaſi tuba vocem exaltando obtuſas peccatorum aures penetrare nitantur, vt illis perſuadere laborat S. Pat. Auguſt. ſerm. de tempore 166. vbi adducit ruinam Hyericho ad tubarum ſonũ aitque. *Ita nunc oportet, vt ciuitas mundi, ideſt, ſuperbia cũ ſuis turribus, auaritia cum cum omnibus concupiſcentijs malis corruat aſsidua ſacerdotum prædicatione, vnde non oportet, vt Sacerdotes in Eccleſia taceant, ſed vt audiant Dominum dicentem, quaſi tuba exalta vocẽ tuam, & anũtia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.*

Auguſt

ANNOTATIO XXX.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

De ſpirituali intelligentia, & ſignificatione tubarum miniſtrorum.

SIVE.

De conditionibus requiſitis ad concionandi munus recte exequendum.

QVANQVAM verbi Dei concionatores per tubarũ feſti miniſtros ſignificari dicamus, per illoſque ſacerdotes deſignatos fuiſſe exiſtimemus, qui tubarũ ſonu Hyericoitica mœnia ſolo æquarunt, & per ſeptem itidẽ Angelos, qui tubis canentes, arbores, fœnumque inflammãdo conſumpſerũt, ſemperque tubam prædicationis inſtru-

mentum

Multi reperiũtur qui cõcionãdi munere insigniri cõtendent, qui illo indigni sunt.

mentum fuisse manifestissime conspiciamus: inficiãdum tamen non est aliquos esse prædicatores, qui etiamsi hoc munere insigniri maxime gestiãt, ad hanc tamẽ tubarum festiuitatem spiritualiter exercendã, idest ad prædicationis munus debite obeundum idonei non sint. Nam dum tuba canunt, idest, dum prædicationis munus exercent, vel ob muneris imperitiam, vel ob vitæ improbitatem à recto tramite discedentes, illos, quibus prædicãt indesidiam potius vitæque inertiam, quam in Dei amorem, proximorũmque charitatem inducunt: hi nostro quidẽ judicio intibicinibus illis fuerũt adumbrati, quos simul cũ turba tumultuante Dominus iussit recedere dũ puellã á morte auocare dignatus est dicens. *Recedite non enim mortua est puella sed dormit.* Et conuenienter quidem à tubarũ exercitio Dominus recedere iussit illos, qui inter turbam tumultuantem, & non inaltiori loco positi tubarum ministerio vtebantur: vt scilicet ostẽderet tali munere indignos esse, qui per vitæ sanctitatẽ supra reliquos populos nõ eminẽt. Altior enim, & sublimior prædicãtiũ vita, & conuersatio esse debet, quam eorum qui cum

Concionatorũ improbitate aliquãdo contingit, vt indesidiam potius quã in amorẽ inducant auditores

Math. 9.

Prædicatorum vita, & conuersatio sublimis esse debet

turba commorentur: vnde Esaias optimus concionator á diuino oraculo admonetur, vt ad alta conscendat cap. 40. *Super montem excelsum*, inquit, *ascende tu qui* Euangelizas *Sion*, quem locum de prædicatorũ vitæ sublimitate intellexit Hieronymus dicens. *Vno verto præcipitur Apostolorum choro, vt ad prædicationem omnis carnis, quæ visura sit salutare Dei excelsa cõscendãt: de magnis nãq; dicturi in sublimibus cõmorẽtur.*

Esaiæ. 40

Hieron.

Circa quã etiam vitæ prædicantium sublimitatem audiendus est S. Pat. Gregorius Magnus homil. 11. in Ezechielem, exponens verba illa. *Speculatorem te dedi domui Israel. Non est*, inquit, *speculator, qui in immo est, quisquis populi speculator ponitur, in alto debet stare per vitam, vt possit prodesse. Vnde propheta alius dicit. Super montem excelsum ascende, tu qui Euãgelizas Sion: vt videlicet qui locum prædicationis suscipit ad altitudinem bona ascẽdat actionis: ad excelsa trãseat, & eorum, qui sibi comissi sunt opera transcendat, vt subiectorum vitam tanto subtiliùs videat, quanto & terrenis rebus, quas despicit animum non supponit.* Hæc S. Pater Gregorius. Quod etiã argumentum de excelsa cõcionatorum vita in expositione

Gregor.

Concionator speculator est ideo in sublimibus decet cõmorari.

Debet cõcionator operando opera audientium transcendere.

 capitis

capitis. 58. Esaiæ prosequitur Hugo Cardinalis, vbi etiã eadem verba adducit dicens. *Su. Super montem excelsum ascende tu, qui Euangelizas Sion, vt scilicet eminentia vitæ eleuet vocem, vnde Esdras qui interpetratur adiutor, vt concionaretur stetit super gradum ligneum, de quo dicitur, quod super vniuersum populum eminebat.*

Hugo.

Concionarii vitæ eminẽtia eius vocẽ exalt.

Vt igitur vnusquisquẽ verbi Dei concionator spiritualis, & idoneus tubarum festi minister sit, tribus indiget, quæ ad illum, qui tuba canit per quam maximè requiruntur. Vis nempe in flatu. Modus in manu. Scientia in intellectu. Nam frustra laborat qui debilem immittit flatum, dum tuba insonare contendit. Quod si fortitér sonet canendi tamẽ peritiam non habeat vociferari certè videbitur potiús, quã canere. Et denique si fortis peritusque sit ad canendum, & tubæ vocem digitorum dexteritate nõ modificet audientiũ corda ad bellũ non solum nõ excitabit, sed animis terrorẽ incutiet. Quod itidem verbi Dei concionatori contingit. In quo primo prærequiritur vis inflatu, idest, arguitiua verba, & valida ad increpãdum, & persuadendum; nam quomodo qui blanda verba dum concionatur auditoribus morigerando loquitur ambas audientium aures tinire efficiet? vel quomodo qui scientiã non percalet, in diuinisque Scripturis peritus non est, Dei legem edocebit, salubremque animabus doctrinam oportuno tẽpore impartietur? & denique quid proderit populum increpando arguere, scripturarũq; notitiam maxime percalleret, si increpantia verba, quæ prædicat sanctæ operationis manu non modificet? Nam vt loco superius adducto ait Hugo propter istã similitudinẽ, & conuenientiam verbi Dei prædicatio tubæ nomine significatur. *Recte*, inquit, *nomine tubæ accipitur prædicatio, quia tuba manu applicatur ori, & sic spiritus oris impleta sonũ immittit, aliter enim non: sic prædicatio nisi ope adiuuetur inanis est, & inutilis.* Sub comparatione etiam cuiusdam modulatissimi soni concionandi munus declarauit Hieronymus exponens verba illa. *Super hoc venter meus ad Moab quasi cythera sonabit, & viscera mea ad murũ cocti lateris. Quomodo*, inquit, *cythera non immittit compositũ sonum si saltem vna chorda rupta fuerit sic spiritualis venter prophetæ, si qua in eo virtutum chorda defuerit non poterit melos* dulces

Asimilitudine tuba conent is tria infe- rũtur qua ad cõcionatoris manuum apte exercẽdum necessaria sunt.

Quid primo verbi Dei cõcionatori bus ex optetur.

Hugo.

Cuiuerb Dei prędicatio tub nomine designatur.

Esaiæ. 1

Hieron

Prędicator absq virtutũ composita modulamen nõ profert.

dulces resonare, nec ad lateritium murum cunctis clamare visceribus. Hæc Hieronymus.

Cæterũ cum, vt monstratũ est, cõcionandi munus his tribus indigeat, de quibus superius egimus, necessarium duximus de eisdem tribus, quæ ad cõcionatorem apprime instituendum requiritur diffuse sermocinari.

Primum igitur quod in viro tubarum ministro, idest, in eximio selectoque concionatore requirimus est vis in flatu, idest arguitiua verba, & increpãtia, quæ, vt diximus, ambas audiẽtiũ aures tinnire efficiant, & quæ peccatores pũgant, & non demulceant: vox enim tubæ ad incitandum potius quam ad demulcendum, seu delectandum semper edi cõsueuit, vt optime annotauit pater August. serm. 106. de tẽpore, dum eandem quam in prędicatoribus requirimus cõditionem demonstrat. *Clamare,* inquit, *iubemur peccatori ne quis se non audiuisse dicat, & vehementer clamare, ne vox lateat sacerdotis, vnde dicitur. Sicut tuba exalta vocem tuam : tunc addit idem August. Scitis quod tuba non tam oblectationis esse soleat quam terroris, non tam delectationem inferre, quam formidinem? tuba itaq́ peccatoribus necessaria est, quæ non solum aures eorum penetret, sed cor concuciat, nec delectet cantu, sed castiget auditu, & strenuos quosq́ hortetur in bonis, & remissos terreat pro delictis.* Hæc S. Pat. Augustinus. Et conuenientissimè quidem de prædicatoris voce dictum est, quod potius castiget auditu, & hortetur, quam delectet cantu: quemadmodum enim ridiculosum certe esset, si quis milites suos ad prælium cum hostibus ineundũ suauissima cythara, vel melifluis cãtilenis adhortaretur: ita plane irridendus ille cõcionator est, qui dum Christianos ad bella spiritualia contra spirituales nequitias aggrediẽda impellere, & incitare contendit, affectatis verbis, delicatis, & blandis vti solet.

Quod si qui sunt concionatores, qui in munere obeundo ita se gerant, illos certe potius fœminas prædicatrices appellandos esse, quam mares cum Origen. sentimus, qui exponens verba illa Ezechielis. *Et tu fili hominis pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetant &c.* notanter obseruauit cõcionatores illos de quibus hic sermo est, nõ filios mares, sed fæminas filias á diuino oraculo appellari. *Bene potuit,* inquit, *propheta, dicere super filios*

Marginalia: *Quod primũ inuenio concionatore requiratur.* — August. — *Quemadmodum vox tubæ nõ ad delectandũ, sed ad incitãdum inuenta est ita: & Euangelica prædicatio.* — *Irridendus illecõcionatores qui in concionandum, verbis vtitur delicatis.* — Origen.

Section letters: A, B, C, D

Qui inter concionandum blandis & affectatis verbis vtuntur non mares prædicatores sed fæminæ prædicatrices appellandi sunt.

lios populi tui, qui prophetāt, sed melius dixit filias, & fæminatæ enim sunt eorum concionatorū animæ, & voluntates, qui semper sonantia, semper canora componūt, & vt quod verum est dicam, nihil virile, nihil forte, nihil Deo dignum est in his, qui iuxta gratiam, & voluntatem audientum prædicant, idcirco omnes filias potius, quam filios dixit propheta.

Origen.

Eodem quoque ductus fūdamento idem Origenes eodem loco tales concionatores puellas cōsuentes, & inter cōsuendū cantilenas guture in flectētes appositissime nominauit, nihil enim istiusmodi prædicatores aliud faciunt dū peccatoribus prædicando blā diuntur, quam seruicallia consuere, quibus ipsi peccatores capita reclinantes dormiant, siue exitialle somnum capiant (fazē trauesseiros brandos, em que os peccadores recostados adormeçāō em seus vicios) *Cū aliquis, inquit Origenes, docuerit ea, quæ aurem populi mulceāt, & strepitum potius laudatorum, quam gemitum moueant, si potius palpauerit, quam secuerit vulnera, talis seruicallia cantando consuit.*

Concionatores quiblāda, & affectata prædicāt puellę, quę inter consuendum canunt appellandi.

Origen.

Itá grauiter certè innchitur Origenes in similes concionatores, vt varijs nominibus, & opprobrijs illos impetere non vereatur. Quos igitur puellas, quæ canendo consuunt appellauit, illos etiam Antechristos appellare nō dubitat, dum eodem loco sic ait. *Quomodo vt faciat signa, & portenta ad decipiendos, si fieri potest etiam electos falsus Christus, & falsus propheta, similiter hi, qui aduoluntatem meditata deportāt & ista semper inquirunt, quæ delectant potius audientes, quam conuertant à vitijs.*

Qui placentia, & delectabilia prædicant Antichristi sunt.

Hi certé á veritatis scopo penitus aberrant, nam si ideo peccatorum voluntatibus mo rigerantur, & lenis, tenuisque verbis vtuntur, vt placeāt, portentosique prædicatores appellentur *(para que diga o mundo que saō monstros em pregar.)* Aduertere certè debebāt non hac viá inceciſſe, illos, qui clarum nomen suum concionando reddiderunt, sed acrioribus semper verbis vitia increpasse, qualiter in cōcionando se gessit Helias, & S. Ioannes Baptista, qui selectiſsimorum prædicatorum nomen sunt assecuti, vt homili. 46. in Mathæum obseruauit Chrisostomus dicens. *Quod signum Ioannes fecit, qui tot tantasq́ ciuitates erudiuit? vnde Helias mirabilis factus est? Nonne quia Regem liberè alloquebatur?*

Quo modo eximij concionatoris nomē acquiritur.

Chrisost.

Neque solum Origenes in

tales

tales concionatores insurgit, verum & omnes fere patres illos opprobrijs insectare consuescunt: nam S. Pater Gregorius ex eo, quod verba, quæ prędicant non ad audientium vtilitatem, sed ad proprium commodum dirigāt, illos verbi Dei adulterantes appellat varijs in locis, & præsertim libro 6. Moral. cap. 25. vbi adducens verba illa Pauli 1. ad Chorint. cap. 2. *Non sumus sicut multi adulterantes verbum Dei*: sic ait. *Adulter quippe in carnali coitu, non prolem, sed voluptatē quærit, & peruersus quisq; ac vanagloriæ seruiens prædicator recte adulterari verbum Dei dicitur, quia per sacrum eloquium nō Deo filios gignere, sed suam scientiam desiderat ostentare, quem enim libido gloriæ ad loquendum trahit, voluptati magis, quā generationi operam impendit.* Quod etiam de adulterātibus verbum Dei concionatoribus argumentū prosequitur lib. 8. Moral. cap. 6. dicens. *Prædicatores hypocritæ, & mali frequenter sacræ legis eruditione fulciuntur: doctrinæ verba proferunt, omne quod sentiunt testimonijs accingunt, nec tamen per hæc vitam audientiū, sed proprios fauores quærūt, quia nec proferre alia nouerunt, nisi quæ auditorum corda ad rependendas laudes excitent, non autē ad lachrymas accendāt.* Hæc Pater Gregor.

Sed quid mirum, si S. Patres hosce concionatores verbum Dei adulterari conquesti sint? cum Dominus ipse Ierem. 23. de eisdem conqueratur dicens. *In Prophetis Hierusalem vidi similitudinem adulterantium, & iter mendatij.* Quē certè Ieremiæ locum, siue Dei querelam, de falsis & improbis huius sæculi concionatoribus non possumus non intelligere, cum supra verbū (*Hierusalem*) habeat Interlinialis (*Ecclesiæ*) maximè cū Lyranus, & Abulensis in eandem veniant sententiam. Placet igitur Lyranum audire, similitudinē inferentem, quæ inter adulteros, & verbum Dei adulterantes reperitur. *Per adulterium*, inquit, *procreantur filij falsi, & per prædicationem quæstualē fiūt auditores decepti.* Hæc ille.

Optimo ergo iure verbum Dei adulterari dicuntur, qui illud á proprio scopo, ad quem tendit, qui est audientium salus deuiantes, in propriam vtilitatem dirigunt. Adulterant quidem verbum Dei dū molle, frigidumque reddunt, cum sit ipsum in se vehementer ignitum. Adulterantque intentionem verbi Dei, dum semota charitate loquuntur, quæ si adesset

Marginalia: Gregor. | 1. Cor. 2. | Prædicatores quiverbum Dei [...] prædicant illud adulterare dicuntur. | Gregor. | Mali prædicatores verbum Dei [...] adulterant [...] | Iere. 23. | Glos. interl. Abulēs. Lyran. | Similitudo inter adulteros & verbū Dei adulterantes in quo posita sit. | In quo primo verbū Dei adulteratur. | In quo verbi Dei intentio adulteratur.

adesset non quæreret quæ sua sunt. Ex quo iam fit, vt tales prædicatores prophetæ Esaiæ maledictioni subiaceant, qua ipse tales cõminatur dũ cap.5. ait. *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes amarum dulce, & dulcẽ amarũ*: nam eidẽ propheticæ maledictioni eosdem subiacere obseruauit Hieronymus lib. 1. in Threnos dicens. *Qui peccanti, & iniquis operibus attendenti, promittit impunitatis securitatem, prophetica maledictioni subiacebit.*

Esaiæ. 5.

Hieiron.

Ab ista certe maledictione se alienum ostẽdebat Paulus. 1. ad Thess. 2. cũ dicebat. *Nũquã in sermone adulationis fuimus, sicut nouistis, neq̃ in occasione auaritiæ: Deus testis est, neq̃ quærentes gloriã ab hominibus, neq̃ à vobis, neq̃ ab alijs*; Quẽ Pauli locũ lib. 1. Stromatum adducit Clemens Alexandrinus, vt ostendat quam sit fugiendum, vel auditoribus adulando, vel popularem aurem captando verbum Dei adulterari. *Consequẽs,* inquit, *est, vt qui vt proximis prosit, prædicandi curam suscipit consideret, nùm gloriam aucupetur eius verbi communicatio? nũ hanc solam accipiat mercedem, eorum scilicet qui audiũt salutẽ? num loquẽdi ad gratiam, sordiũq̃, acceptorũ munerũ criminationem effugerit? nam ait Apostolus nunquam in sermone adulationis fuimus.* Hæc omnia Clemens Alex. á quibus certe non cauẽt verbi Dei adulteratores, sed pseudoprophetæ realiter effecti semper dulcia loquũtur, & quæ ad modicum placent, vt lib. 2. contra Iouenianũ Hieronymus obseruauit.

ad Thess. 2.

Clem. Alex.

A quibus concionatores inofficio exercere debẽt

Qui nõ recta intẽtione verbum Dei prædicant, pseudopropheta sũt

Hieron.

Ridiculoso certè idiomate illos concionatores nominant Patres, qui Dei verbum adulterant, & Euãgelicæ tubæ sonum in melifluas cantilenas conuertere nõ verentur: nam eos verbi Dei cauponatores appellant (*chamamlhe vinhateiros que vendem vinho aguado.*) Nam illud Pauli. *Nõ sumus sicut multi adulterantes verbũ Dei*; ita legunt Græci, & præcipuè Theodoretus ad idẽ Pauli locũ. *Non sumus sicut multi cauponantes verbũ Dei.* Quod de illis ait Theodoretus esse intelligendum qui verbi Dei energiam, & vim blanditijs, & fabulis commiscentes, illud attenuare contendunt. *Illi certe* inquit Theod. *diuinum sermonem cauponantur, qui fabulam efficiunt, & sua cogitata admiscẽt, quemadmodum, qui vinum purũ aqua miscent, sicut est in propheta, quæ dicit Esaiæ 1. caupones tui vinum aqua miscent.*

2. Cor. 2.

Theodo

Concionatores qui verbum Dei cum fabulis, & verbis iocosis miscẽt caupones ridiculosè appellãtur.

Esaiæ. 1.

Eodem prorsus modo legẽdum esse docent multi eundẽ

Esaiæ

Esaiæ locum nuper adductum vt illum legit Theodoretus, & de concionatoribus, & doctoribus intelligendū esse dicunt, qui miscent sacra profanis, & verbi Dei ignitum ardorem, & vim ad peccata cōburenda deprimere, attenuare, & eneruare contendunt. Inter quos præcipuus est Hugo Cardinalis qui ita legendum, & intelligendum esse docet, dum idem Esaiæ caput explicat: & optimé quidé de huiusmodi concionatoribus, sic dictum est, nam postquā semel cū Ecclesia matre á Domino in cellam vinariā introducti fuerūt, charitatem ordinatam & feruidā, quæ ad instar ardentissimi vini hominū corda inflammabat in semetipsis deordinantes frigidam reddiderūt, & tepidam, dum proprijs lucris studentes proximorum salutem non curát, sed proprijs laudibus intenti, simul cum diuinis verbis placentia, & ridiculosa admiscere consuescunt, vt S. Pat. Hieronymus obseruat dum verba illa capitis. 20. Ecclesiastes exponit. *In risu faciunt panem, & vinum, vt epulentur bibentes. Accusant hæc verba*, inquit, Hyeronymus, *eos, qui loquuntur quidem in Ecclesia, sed ea docent, quæ populi audire delectāt, quod peccatores palpent vitio, & strepitus concitent audientium.* Quod etiam idem Hieronymus confirmat dū in expositione loci Esaiæ superius adducti ita ait. *Omnis prædicator, qui austeritatem scripturarum, per quam potest audientes corripere vertit ad gratiam, & ita loquitur, vt non corrigat, sed delectet audiētes, vinum sanctarum scripturarum violat, atque suo corripit sensu.*

Hugo.

D. Hiero

Idem.

Resipiscant igitur, obsecramus, si qui sunt, huiuscemodi cōcionatores, iāq; Dei verbū desināt adulterari. alioquin ipsū Dei verbū cōtra se pugnaturū expectent, illos nāq; cōminatio illa cōprehēdit Apoc. cap. 2. *Ego veniam, & pugnabo cū illis in gladio oris mei*, vt noster Rupertus ad hūc locū aduertit dicēs. *Iudicabit Dominus non solū fornicatores, verū etiā & adulteros illos qui adulterant verbū Dei: qualis fuit Balaā, qui verba benedictionis adulterauit.*

Christus Dominus in iudicio illos obiurgatur qui eius verbū adulterarunt.

Rupert.

Neq; minori cōueniētia similes prædicatores, quos verbi Dei adulteratores vocarūt patres, homicidas appellari posse existimamus, vt illos appellat Hieronymus dū exponit verba illa psal. 13. *Veloces pedes eorū ad effundendū sanguinē. Hoc*, inquit, *de illis intelligi valet, qui interficiūt animas adulā-*

Hieron.

Concionatores adulatores auditentium homicidæ

Acto. 20.

do:vnde in Actis Apostolorū dicit Paulus. Mūdus sū à sanguine omniū nō enim subterfugi quominus vobis nūtiarē ōne cōsiliū Dei. Bene certé homicidæ illi habendi sunt, qui gladiū, quē Dominus tradidit, vt contra vitia pugnantes auditores, tuerentur euaginare noluerunt, & si aliquando euaginant non cō. tra vitia decertant, sed contra miseros auditores, quibus inter concionandum adulātur, quosque laūdant, vt ab eisdem laudentur, eisq; placeant· nam vt in explicatione illorū verborum Psalmi decimi. *Quoniā laudatur .peccator in desiderijs animæ suæ*, ait Hieronymus. *Quando peccator peccatorem laudat, alius alium, dum se inuicem laudant occidunt.*

Psal. 10 *Qui aliū per adulationē laudat, gladio oris, hūc occidit.*

Prædicatores qui blāda prædicāt, nimis affectuosæ nutrices.

Eosdem etiam prædicatores qui dum auditoribus suis morigerari student blanda, placentia, & suauia loquuntur parentes siue nutrices in pueros, quos alūt nimis affectuosas appellat Chrisostomus, quæ dum eorū potius appetitui, quam saluti studēt, perniciosa illis, & nociua permittunt á quibus prohibere tenebantur (*Asemelhamnos a amas, que criā meninos ao pādar de seu desejo*) Ita namque homil. 30. in Acta Apostolorū ait Chrisostomus. *Nos quidem cōcionatores frigidè, & miserè facimus nostras affectiones sequentes, quas eijcere oport ebat, & idem fit ac si pater, siué nutrix videns puerū, quem supra modum tenere amabat ægrotum, illi frigida, & quæ eum delectant porrigat, quæ autē sint vtilia minimè curat: deinde quando obiurgatur à medicis ait. Videns flentem puerum ferre non potui* (venceo o amor a rezão) *O miser erumnose, & proditor! Neque enim talem patrem dixerim. Hoc etiam nobis accidit concionatoribus flosculos verborum ac compositionem, & harmoniam curiosius sectamur, vt canamus, non vocem vt profimus* (Vertemos em voz de frauta o som de trombeta, & assi cātamos, & não pregamos) *Vt simus in admirationem, non vt doceamus vt oblectemus, non vt compungamus vt plausu, & laudibus obtentis abeamus, & non vt mores componamus.* Hæc omnia S. Pat. Chrisostomus.

Chrisost

Inter concionatores, morigerantes auditorib. & patrés, siue nutrices affectuosas cōparatio.

Concionatores qui blanda & placentia prædicant tuba sonū vertūt in cantilenā.

Hos etiam concionatores nutrices steriles, & quæ vbera vacua infantibus præbent nominat idē Pater quæ eos neq; alere sciūt nec vim illis valēt cōferre, immó perniciē inferre, ita nāq; philosophatur homil. 46. in Mathæū. *Verbū quod non habet in se virtutem Dei mortuum est, quemadmodum sine sanguine corpus. Propterea*

Idem steriles nutrices appellandi.

Chrisost

Concionatorū sermo sine spiritu, est sicut sine sanguine corpus.

omnia

Verba diuina quãquã rudia videãtur sunt tamẽ viua, & efficacia.

omnia verba diuina, quamquam rustica sint, & incomposita viua tamen sunt quoniam intus in sensibus suis habent positam veritatem Dei quasi sanguinẽ in venis inclusum, & ideo viuificant audientem: omnia autem sacularia quoniam non habent in se virtutem Dei quamuis sint composita, & ingeniosa mortua sunt, quoniam in venis sensuum suorum non habent virtutem Dei, proptereà nec audientẽ saluant. Hæc Chrisost.

Verba secularia, quãquã composita & ingeniosa videãtur, sint tamen inefficacia, & velut mortua.

Ex ijs certé iam apparet quod prędicatores, qui secundum Apostolũ nutrices sunt à quibus auditores, id est infantes doctrinæ lac suggunt, & composita verba ornata, & affectata, qualia sunt mundana, potius quam arguitiua solida ac deifica infantibus suis, id est auditoribus, præbent, illos non alere, nec viuificatiuum lac, sed mortiferum prębere, & non illud, de quo ait Apostolus, *lac vobis potum dedi.* Quã etiam mentem S. Pat. Gregorius confirmat dum in expositione primi Regum cap. 9. ponderans verba illa, quibus S. Propheta ad comedendum inuitauit Saul; sic ait: *Quando Prædicatores sancti cælestia loquuntur, electorum suorum auditorum corda reficiunt: attestante veritate, cibus animæ est verbum Dei. Panis namque alimentum corporis est, verbum mentis, qui vero corpus sine mente reficiunt mente mortui sunt, carne viui.* Hæc ille. Futile, & innane harum nutricum alimentum cap. 23. Ierem. (secundum Hieronymi intellectum) reprobat Dominus dicens. *Quid paleis ad triticum? Pulchræ*, ait Hieronymus, *doctrina talium prædicatorum paleis comparatur quæ medullam nõ habet, nec refectionem præbet.*

Concionatores nutrices sũt, auditores autẽ infantuli.

Quæ sint, quæ infãtes suos, non alũt, sed occidunt.

Gregor.

Quãdo cõcionatores audiẽtium corda reficiunt.

Quinam sit animæ cibus.

Ierem. 23

Hieron.

Aliquorũ concionatorũ verba paleæ sunt.

Eosdem quoque concionatores, qui ne peccatorum aures offendant, quibus morigerari student, vocem contrahunt, & tanquam tuba nõ exaltant, canes mutos non valentes latrare appellat Dominus Esaiæ 56. de talibus enim prædicatoribus istum Esaiæ locum intelligunt omnes fere patres, & præcipuè Hugo Cardinalis in sua postilla in Esaiã ad hunc locum Pater Gregorius in expositione capitis 3. primi libri Regum, & homilia in caput Lucæ 17. Pater Ambrosius cap. 4. in Examerõ

Hugo.

Greg.

Ambros.

Est tamen aduertendum non omnes prædicatores canes mutos ibi á Domino appellari, sed illos tantum, qui verba increpantia, & viuificatiua nõ edũt, quibus peccatorũ scelera arceantur, hæresũq;

pitulātia cōprimatur, vt notāter obseruauit Augustinus dū in expositione Psalmi 67. exponens verba illa. *Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso:* inter vtrosque distinxit dicēs. *Quidam canes reprehensi sunt à Propheta non ideo, quia canes sunt, sed quia latrare nescirent, & dormitare amarent, vbi vtique demonstrauit, quia si vigilarent, & pro Domino suo latrarēt, laudabiles canes essent, sicut laudantur isti, de quibus dicit. Linguam canum tuorum, ex inimicis ab ipso.*

August.

Laudabiles in Ecclesia canes sunt prædicatores, qua illa arguūt quæ argue re conueniūt.

Quam itidem distinctio nem inter fideles canes, & qui validissimos latratus edere so lent contra vitia, & illos qui vt vitijs morigerētur ora clau dere consuescunt loco supe rius allegato intulit S. pater Gregorius dicens. *Quia canū nomine prædicatorum lingua designatura Domino, per Psalmistam dicitur. Linga canum tuorum ex inimicis ab ipso. Ex Iudæis quippe fidelibus sancti prædicatores electi sunt, qui assertione veritatis contra fures, latronesque venientes magnos pro Domino (vt ita dicam) latratus dederunt: quod contra de quorundam reprobatione dicitur. Canes muti non valentes latrare &c.* Vnde optimi concionatores, & qui ad instar tubæ peccatores increpando validé sonant, in vinea Dñi Sabaoth, idest in Ecclesia, fideles canes appellantur, qui vero vocem non exaltant, & latratus edere recusant canes muti cēsentur, qui Ecclesiæ viridarium á latronibus inuadi permittūt, eiusque poma, idest virtutes surripere, deperdereque consentiūt: quod Dominus signi ficauit dum loco superius ad ducto sic per eūdem prophetam ait. *Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum, quia speculatores eius cæci, canes muti non valentes latrare. Quasi dicat,* inquit Hugo Cardinalis, *ideo liberè potestis venire quia cæcos habent custodes, & canes mutos latrare non valentes.*

Gregor.

Sācti apostoli, prouinea Domini custodienda, maximos dedere latratus.

Conticescentes, qui ad instar canum, in Ecclesia vocē a reprehensione contra hūs fures in vineā Domini intrare permittūt.

Esaiæ v supra.

Hugo.

Sed é heu! liceat nunc per quam dolenter hanc miserā dominicæ vineæ sortem, & cō ditionem exclamando deplorare, in qua tot sunt hodie cæci speculatores, & muti canes, qui claudunt oculos suos ne videant, & ora sua ne loquantur: è heu! (flentes dicimus) infelix aduenisse tempus illud existimamus, in quo magistros, Doctores, & Prædicatores, peccatoribus coaceruandos esse dicebat Paulus, qui auribus prurientes fabulas potius, quam verba viuifica, & arguitiua proferrent, qui-

Non desunt in Ecclesia speculatores cæci, & canes muti.

2. ad Thi 4.

bus

bus vitia exugerent, pullularentque, & non fugarentur. Heu me! vbi cæci sunt custodes, & muti canes, quid restat nisi vastatio, spoliatio, & disruptio? (*Ayda vinha onde oguar dador he cego, & os cães mudos.*)

Sed á quo iam tantum malū proueniat inquiramus; pro quo ad illud est maxime aduertēdum, quod in expositione capitis 3. primi regum notanter obseruauit Pater Gregorius, dum de eisdem mutis canibus, ideft, de prædicatoribus conqueritur, qui vt auditoribus morigerentur in vitijs proferendis, & obiurgandis obmutescūt. *Non dixit*, inquit Gregorius, *Propheta non volētes, sed non valētes latrare* (querem ladrar & não podē) *Quia certe dum mundi gloriam ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente diligunt, volunt populis sublimia dicere, vt de sublimitate verbi possint gloriam habere: canes ergo muti volentes latrare non possunt, quia dum prauo corde terrena meditantur occulta veritatis, quæ proferant reuelatione nulla comprehendunt.* Hæc Pat. Gregorius. Vnde certè canes muti non valentes latrare iure dicuntur.

Gregor.

Non artrunt, quia nō possūt, ū ora ba[...] eāt obtu[...] ata pro[...] missa, lau[...] libus im[...] plicata.

Hāc etiam silentij causam ad idem Esaiæ caput assignat Hugo Cardinalis dicens. Hos canes mutos latrare non posse propter tumorem, & quæstum. Quod certè aliter euenit canibus illis, qui quia maximos latratus liberè edidērunt, & ad instar tubarum validissimè sonuerūt idolatriam, hæreses, & scelera toto orbe propulsarunt: nempe sancti Apostoli, qui vt homilia 46. in Mathæum aduertit Chrisostomus mundum conuerterunt non propter miracula, quæ fecerunt, sed quia in ipsis erat verus gloriæ, atque pecuniæ contemptus, & quia nulla sæcularum rerum curam habebant. Audiant igitur iam istiusmodi muti canes, qui latrare non valent S. Patrem Ambrosium, qui cap 4. Exam. ita vnumquemque hortatur. *Disce in ore tuo verbum tenere, ne quasi mutus canis commissam tibi fidei custodiam quodam præuaricationis silentio deseruisse videaris.*

Hugo.

Cur prædicatores libere non prædicāt.

Chrisost.

Cur sancti Apostoli adeo valide in toto orbe sonuerūt.

Ambros.

Iam ergo tantis tantorum patrum dictis vocibusque incitati labiorum reatum soluant huiusmodi canes muti: Iam verbum Dei adulterantes ad debitum propriumque institutum prædicationis munus reducant: iam effæminatæ istæ, & nimis affectuosæ nutrices pueros suos letargo laborantes excitent, illisque

 increpantia

increpantia verba loquantur. Iam puellas cernicalia consuentes esse desinant, & sint validissimi tibicines, qui prædicationis tuba strenuè inclamâtes non delectent auditum, sed stimulent conscientiam: nam sapientum cōcionatorum verba, vt stimuli esse debent, vt cap. 12. Ecclesiastici perhibetur. Circa quæ verba sic ait S. Pater Hieronymus. *Verba sapientum in similitudine stimulorum corrigunt delinquentes, & pigros mortalium gressus aculeo pungente cōmouēt.* Vbi notandum est quod dicantur *verba sapientum pungere, & nō palpare neq; molli manu attrahere lasciuiam, sed errantibus, & vt ita dicamus tardis pœnitentiæ dolores, & vulnus infligere: si cuius igitur sermo non pungit, sed oblectationem facit audienti, iste non est sermo sapientis, verba quippe sapientum, vt stimuli.* Hæc Hieronymus. Vt igitur vere sapientes reputentur cōcionatores stimulent verbis, quod tunc facient si vt tuba exaltauerint vocē suam, populorūque scelera arguerint, & in Dei obsequium, & seruitiū gētes dirigere studuerint.

Ecclesi.12

Hierōn.

Verba veri concionatoris aculij sūt & stimuli quibus peccatores stimulantur.

Qui nam sit sapientis sermo

Quid prædicatoribus faciendū, vt prudentes habeantur.

Sed veniamus nūc ad leuissimas excusationes, frigidasq; rationes, quibus huiusmodi canes muti latrare non valentes se se ab his criminibus leuare contendūt: ideo enim dicūt se tubæ voce non vti increpantiaque verba, & arguitiua, non proferre, quia oleum, & operam perdunt, dum auditores non solū non corriguntur, verum & exasperantur, non medentur, verum & vlcerantur. Sed has, similesque excusationes irrisorias, ne inuericūdas dicamus, esse certe sentimus, quarum si labile fundamentum euersum videre non piget, audiant selectos verbi Dei cōcionatores Hieronymū, & Bernardum, vt vel sic aliquando resipiscant, & ad munus suum recte obeundū redeant: dum namque Hieronymus verba illa cap. 3. prouerbiorum exponit. *Non contendas aduersus hominem frustra.* Sic congruenter ait. *Nō vetat contendere aduersus eum qui mala facit, vt corrigatur, quia hoc nimirum frustra nō fit, quod certè necessitas cogit, vt fiat, immo etiam qui ait. Si peccauerit in te frater tuus increpa illum, vult vt errantem quantum vales ad viam veritatis reducere contendas.* Hæc Hieronymus. Et optime quidem, nam duo debet intendere in concionādo prædicator, proximi nēpe bonū, & debitam proprij muneris executionem: si igitur dū proximum

Leuespradicatoris, qui suum munus nō explentis excusationes.

Hieron.

Nūquam frustra fit illud quod ex officio fit.

Duo sibi inter concionādum debet intēdere cōcionatores.

ximum increpādo corrigit eū meliorē non reddit, non ideo ab increpatione cessare debet; siquidem increpando, sui saltem muneris obligationem adimplet, & sic iam non frustra laborat, sed sibi laborat dū arguit, quia & si proximi emēdationem nō consequitur, dū tamen munus ad quod tenetur persoluit, debitum sui muneris stipendium non amittit. Quodquidem argumentū eleganter prosequitur S. Pat. Bernardus lib. 4. de cōsideratione ad Eugenium, dum docet, munus prædicatoris esse mederi nō curare, aut sanare. *Noli*, inquit, *deficere, curam exigere nō curationem: audisti enim, curam illius habe, & non cura aut sana illum, vnde bene dixit quidam.*

Bernard.

Debitum concionatoris munus.

Non est in medico sēper releuetur vt æger.

Et Paulus loquitur 1. Corint. cap. 5. Plus omnibus laboraui, nō plus omnibus profeci, vel fructificaui: aliàs enim non erat homo secundū cor Dei, quē Deus docuerat, quia vnusquisque secundum suum laborem accipiet, non secundum suū prouētum. Ita quæso fac tu, quod tuum est, nam Deus quod suū est absq; tua solicitudine curabit, plāta, riga, fer curam, obsecra, increpa, & tuas expleuisti partes, sane prouentum, vbi voluerit dabit Deus, non tu.

1. Cor. 5.

Exprimitur in defessa prædicatorū solicitudo

Quod pec- catores cor- rigantur, Deiest, nō concionatorum.

Neq; in hac materia prætermittēda est valde vtilis Sācti patris Hieronymi doctrina, quam affert in expositione cap. 11. Ecclesiastes dum illa verba exponit. *Qui obseruat vētum non seminat, & qui aspicit nubes non metet.* Vbi prædicatores, qui ob friuolas rationes superius adductas verbū Dei valide nō deseminant agricolas inertes, desidesque appellat dicens. *Qui tantum eo tēpore verbum Dei prædicant, quo populus libenter auscultat, & secūda aspirat aura rumoris, is sator negligens, & ignauus agricola est: in ipsis enim prosperis dum nescimus aduersa consurgunt, sed opportunè, & importunè suo tenore sermo Dei est prædicandus, nec aduersariarum nubium considerāda potestas: absq; consideratione ergo nubium, & timore ventorum, in medijs tempestatibus verbum Dei seminandum est, nec dicendum: illud tempus commodum est, hoc inutile, cū ignoremus quæ via, & quæ volūtas sit spiritus vniuersa disponentis.*

Hieron.

Prædicatores qui verbum Dei non deseminant: desides & formidolosi agricolæ sunt.

Omne tēpus ad verbum Dei deseminandū aptum est.

Attendant igitur verbi Dei concionatores ad illud dominicum de sacerdote præceptū tabernaculum ingrediēte, tintinabulis nempe circūuestiri iuberi, vt quoties pedem, vel

Exod. 39

brachium amoueret, sonum ederet, quodquidē præceptū S. Pat. Isidorus in expositione 39. cap Exodi de prædicatoris voce non reticēda exponit dicens. *Tabernaculū sacerdos ingrediens tintinnabulis in tunica ambitur, vt videlicet voces prædicationis habeat, nec superni inspectoris iudicium ex silentio offendat.*

Isidor.

Prædicatoris vox non debet vnquam reticere.

Acuté nimis circa concionatorum munus philosophatur Hugo Cardin. dum illud Ecclesiastici 11. *Breuis in volatilibus est apis, & initiū dulcoris habet fructus illius*, de concionatoribus exponit, recensens enim ibi aliquas apū proprietates. ex eisdē colligit cur apum nomine prædicatores designentur, & primo ex eo quod cum breuis sit apis exiguoque corpore, maximam tamen vocem emittat. *Vocem* inquit, *habet apis maiorem, quā corpus, ideo prædicator vocē debet habere a deo magnā, quod audiatur à peccatoribus iuxta illud Esaiæ. Exalta in fortitudine vocem tuam tu qui Euangelizas Syon.* Hæc ille.

Ecclef. 11

Cur prædicatores apum nomine designati.

Apis proprietas. Hugo Card.

Esayæ. 40

Est autem aliquid etiam in ape quod prædicatori aptius conuenire cum eodem Hugone subtilius meditemur, quod nempe pereat vncta oleo. Iuuat igitur inquirere quid per

Altera apis proprietas.

A oleum significetur, vt hāc apū proprietatem verbi Dei concionatoribus apte conuenire monstremus: atqui demissis multis alijs olei symbolicis significationibus Cassiodorus in Psalm. 54. per oleum adulationem, seu mollia adulantiū verba significari exstimat. Consonat Lyranus dum illa Psalmi

Oleū peccatoris idem est atque adulatio.

Cassiod.

B 140. exponit verba. *Oleum autē peccatoris non impinguet caput meum.* Moritur ergo apis vncta oleo, perit & cōcionator, qui caput, seu vt habet Interlinialis, *mentem* adulantiū verbis inungi cōgaudet: perit certe, & perit Deo dum adulatoris aura commotus vaniloque

Lyran.

Psal. 140

Interlin

C extollitur, perit proximo dum oleo peccatoris inunctus adeo eius verba mitescunt, vt non pungant, sed delectent. Aliter tamē illis cōtingit quorūverba quāquā eodē peccatoris oleo inuncta sint, rigescunt tamen, & peccatorum corda iaculare non desistūt. De quorum vnoquoq; dicitur in Psalmo. *Molliti sunt sermones eius super oleū,*

Cur & quo do pereat Deo concionator & proximo.

D *& ipsi sunt iacula*, vt in expositione eiusdem Psalmi Cassiodorus obseruat dicens. *Illorum sunt sermones iacula, qui molliti non perdiderunt virtutem, sed eis armati feriunt corda hominū ad amorē pacis.* Sed ipsum iam Hugonem audiamus. *Perit*, in-

Psal. 54.

Cassiod.

quit

Hugo. vbi sup.

quit, *uncta oleo apis, sicque prædicator si oleo adulationis ungatur, spiritualiter moritur, iuxta il lud Psalmi. Oleũ autem peccatoris non impinguet caput meum.* Hæc.ille.

A

Placet autem ad istius argumenti cõfirmationem eundem psalmi locum latius expendere, ad cuius verba ita ha bet Interlinialis. *Falsa laus adu latoris non impinguet caput meũ.* Seu vt transtulit D. Hieronymus. *Oleum amaritudinis non impinguet* &c.& bene, nã vox Hebrea, *Ros*, hic apposita, æquiuoca est, & tã caput, quã fel significat: vertitur igitur in concionatore Euangelicæ vocis dulcedo in fel amaritudinis, quando vt adulctur blanda, & suauia loquitur, stati mque moritur, quia apis, cui assimilatur non ex amaritudine felis viuit, sed ex mellis dulcedine sustentatur.

B

Interlin.

D.Hiero

Quãdo cõcionator Euangelicaverba adulterari cõgaudet, tunc in fel vertitur ipsius Euãgelij dulcedo.

Sed neque solos prædicatores comprehendit hoc detestandum crimen, verum & auditores, qui ad fabulas jam cõuersi sanam doctrinam sustinere recusant, & prædicatores, quos Dominus ignem ad cremandum posuit, confabulationis ministros, & cantionum inflectores esse compellunt: eoque animo ad conciones audiendas concurrunt ac

C

Incusantur auditores, qui blanda tãtũ, & suauia a prędicatoribus expectant.

si ad spectacula properarent, quos lib.1.Stromatum cap.1. admonens Clemens Alexandrinus sic ait. *Multa certè ratione eis, qui sunt diuinorum verborum participes obseruandũ est, num nimio curiosi animi vitio inducti, tanquam vrbium ædificia visuri, ad id accedant? num veniant, vt sint rerum sæcularium participes, cum audierint eos, qui sunt Christo consecrati?* (se vem com animo de achar na boca dos ministros do Euangelho de Christo, as graceras, & fabulas dos comediantes do mundo.

Clem. Alex.

In eos profecto qui hoc animo ad conciones conueniunt acriter insurgit Chrisostomus hom.3. in Acta Apostolorum dicens. *Hoc subuertit Ecclesias quod vos nõ quæratis audire sermonem, qui compugere possit, sed qui oblectet, & tinti nullo strepitu, & verborum compositione, quasi cytharædos, & cantores audientes.* Et quod in hoc abusu adhuc medulitus sentiendũ euenit est, quod velint potentes, verbi Dei concionatorum linguas alligare, ora retundere, & illos quasi quibusdam frænis constringere, & coercere, ne quæ expediunt libere proferant: quibus illud fere contingit quod Herodiæ, & Herodi, qui dum sanctissimi ver-

D

Perniciosum in ecclesia malũ est, vbi Dei cõcionatores, tãquã cytharedos audire.

Volũt potentes, cõcionatorũ ora obtũdere.

bi Dei

bi Dei concionatoris Baptistæ vocem increpantem reprimere conantur, ne eorum scelus proderetur eiusdẽ sceleris nõtitiam toto orbe seminarunt, vt sermone 2. de decollatione eiusdem Baptistæ docte prosequitur S. Pat. Petrus Chriso.

Chrisol.

Vt igitur iam tam concionatores, qui vt morigerentur tacent, quam potẽtes auditores, qui ea, quæ decent liberè prædicare nõ permittunt à tãto scelere resipiscant audiant S. Patrem Ambros. ad Imperatorem Theodosium scribẽtem, illumque ab hac periculosa intẽsione amouere conãtem epistola 29. vbi sic scribit. *Non est imperiale libertatem dicendi negare, neque sacerdotale, quod sentiat, nõ dicere* (Nem he de animo real não ouuir o q̃ conuem da boca dos prêgadores, nem he de peito sacerdotal, & Euangelico não prêgar liuremente o que entẽde) *Nihil in sacerdote tam periculosum apud Deum, tam turpe apud homines, quam quod sentiat non libere denuntiare, siquidem scriptum est, & loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar.* Et alibi. *Fili hominis speculatorem te posui domui Israel, in eo,* inquit, *vt si auertatur iustus à iustitijs suis, & fecerit delictum, quia non distinxisti ei, hoc est, non dixisti, quid sit cauendum non retinebitur memoria iustitiæ eius, & sanguinem eius de manu tua exquiram. Si autem dixeris iusto vt nõ peccet, & ipse non peccauerit, iustus vita viuet, quia dixisti ei, & tu animam tuam liberabis. Malo igitur ô imperator bonorum mihi esse tecũ, quam malorum consortium: & ideo clemetiæ tuæ displicere debet sacerdotis silentium, libertas placere. Nam silentij mei periculo inuolueris, libertatis bono iuuaris. Cum autem silentij mei dissimulationisq́; culpa me ingrauet, non te liberat, malo importuniorẽ me, quam inutiliorem, aut turpiorem iudices. Siquidem scriptum est dicente Sancto Apostolo 2. ad Thimo. cap. 4. insta opportunè, & importunè argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Habemus enim, & nos, cui displicere plus periculi sit, præsertim cum etiam imperatoribus non displiceat suo quẽq́; fungi munere, & patienter audiatis vnumquemq́; pro suo suggerentẽ officio, immo corripiatis, si non vtatur militia sua ordine. Quod ergo in his libenter accipitis, qui vobis militant, num hoc in sacerdotibus potest molestum videri, cum id loquamur, non quod volumus, sed qua iubemus? scis enim, lectum dum steteritis ante Regem & Præsides. Nolite cogitare quid*

Ambros.

Quid in sacerd te apud Deũ & homines det estabile,

Psal. 118.

Ezech. 17.

Prædicatoris silentium, displicere debet, libertas vero in arguendo, placere.

2. ad Thimot. 4.

loquamini

loquamini non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.

ANNOTATIO XXX.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

De secunda conditione, & qualitate, quæ in tubarum festi ministro exoptatur.

SIVE

Quid secundo in verbi Dei concionatore maximè prærequiritur.

QVOD secundo in tubarum ministris maximè prærequiritur, est digitorum dexteritas, qua vocis flatum, & comprimendo modificent, & modificando componant, nam si digitos tubæ non applicẽt bucciferatores potius, quã cantores iure censentur. Ille igitur qui validum tantũ flatum in tubam immittit, & digitos eidem tubæ dexterè, velociterque nõ applicat, imperfectissimus huius muneris minister iure censetur: vnde certe iam patet secundum quod in vero verbi Dei concionatore, siue in spirituali huius festiuitatis, de qua mystice loquimur, ministro requiratur; nẽpe opera bona, dexteraque intẽsione exercitaquæ in Scripturis sacris per manus, & per digitos designari consuescũt, vt docte de more docet Pater Gregorius dum illa verba cãticorum cap. 5. exponit. *Manus meæ distilauerunt myrrham, digiti mei pleni sunt myrrha probatissima.* Sic enim ait. *Quid per manus nisi operationes, quid per myrrham nisi mortificatio carnis accipitur, manus ergo spõsæ myrrham prædicationis stillãt, quia quicumque alijs prædicant necesse est, si multis prodesse voluerint, vt in opere suo carnalem vitã mortificare cõtendãt.* Vnde qui increpantia verba, quæ prædicat bene operando non mod ficat, aures solum obtundit, & ad vitia profligãda auditorum corda non impellit; immo quod verbis docet operibus dissuadet. Vnde dũ Dominus nominis magnitudinẽ cõcionatoribus suis pollicetur vtrumque exercẽdum imponit nempe opera, & verba dicens. *Qui autem fecerit, & docuerit magnus vocabitur in regno Cælorum:* ad hunc enim sensum, & in hanc mentẽ docet

In sacra pagina per manus opera designantur

Cantic. 5

Gregor.

Conciona tor, qui bona prædicat & male viuit operibus dissuadet quod persuasit verbis.

Math. 5.

Chrisostomus

Chrisost. Chrisostomus lib. 4. de Sacerdotio esse adducenda hæc Christi seruatoris verba, sic enim ait. *Neq; nuda facta satis sunt nisi & cum his verba accedant, quæ vox non mea est, sed seruatoris nostri Iesu Christi, qui ait. Quisquis fecerit, & docuerit hic magnus vocabitur in Regno Cælorum.*

B Vt autem hanc tam necessariam, tamque infalibilē doctrinam nostri temporis concionatoribus suggerere valeamus appositissimum quoddā exemplum apponemus. Quēadmodum si archipsalex vocem, quam ore profert manus actione non demitiatur *(Se o mestre da capella não for fazendo o compaço)* musicæ statim harmonia deperdetur, concentusque perturbabitur. Ita & inconcionandi munere cōtingit, quod ad musicam proculdubio expectat siquidem tubæ cantu designatur, in quo si verba, quæ vnusquisque concionādo profert proprijs manibus, idest operibus, non mēsuratur audientium aures offendit, & corda demulcendo non attrahit.

Prædicatio cōparatam musica, & in quo

Debent ergo cōcionatores verba, quæ prędicant proprijs operibus mensurari. *(Aóde andar no prēgador as obras ao compaço das palauras)* vt ex vtroque modificatus in sancta Dei Ecclesia, sonorusque resultet cōcētus, harmoniaque suauis, quod scribens ad Balduinū Abbatem epistola 101. ei persuadere nitebatur Bernardus dicens. *Memento dare voci tuæ vocem virtutis, vt opera tua verbis concinant, immo verba operibus.* Quod etiam argumentum oratione adhortatoria ad gentes prope finē, prosequitur Clemens Alexandrinus dicens. *Res ergo nostræ ita se habeant, qui sumus ministri Dei, vt qualia sunt consilia tales sint sermones, & quales sunt sermones, tales etiā sint actiones.*

Bernard.

Clem. Alexand.

C Hæc certe harmonia, quæ ex verborum operumque cōiunctione resultat adeo suauis est, vt Etnicorum etiam aures valeat demulcere, ab illa namque quam Socrates Philosophus inflectebat dum quod loquebatur opere exercebat se illectū fatebatur Plato in comædia de fortitudine, vbi de eodem Socrate loquēs sic ait. *Profecto hic vir musicus esse mihi videtur harmoniam suauissimam modulatus, non lyram, neq; iocularia quædam instrumenta, sed vitam re vera contemperās concordia verborum, & operum concinentem, secundum doricam videlicet melodiam.*

Plato.

D Sed quid hanc operum ver

borum

borũque harmoniã de Socrate cõmemoramus, cũ iuuet potius in selectissimo magnoque verbi Dei concionatore Baptista eã salubrius experiri, qui omnia, quæ acri voce prædicabat ita consona operatione exercebat, vt opera verbis adamussim responderent, semper enim opere adimpleuit, quod verbis docuit: nam vt de eodem attestatur Ambrosius sermone de eiusdem natiuitate in deserto prædicãs, dilitias hominum, corporisq; lasciuiã magna animi virtute depressit: ex qua certe verborũ, operumque resultante harmonia vox antonomasticè meruit appellari.

Ambros.

Cur Ioannes Baptista appelletur vox.

Qui igitur ex cõcionatoribus ad se se auditores allicere exoptant, hanc operũ, verborũq; harmoniam studeãt obseruare: quia quẽ admodũ qui suauiter, & modulaté canit, audiẽtes ad se se quodãmodo allicere videtur, vt Orpheo contigisse fingunt externi, ita ille concionator, cuius vitæ probitas cũ verbis, quæ concionando profert, vnanimitér cõcordat, auditores suos recreando attrahit. Quod in illis animalibus reperit Pat. Gregorius, de quibus apud Ezechielem multa referuntur, & præsertim quod tantus esset in

Quid illis concionatoribus faciendũ est qui multos volũt habere auditores.

Ezech. 1.

A proprijs alis mouendis concẽtus, & harmonia, vt, vbi primum volãdo eleuabantur, statim ad se rotas attrahere valerent, dicente Propheta. *Cum eleuabantur animalia de terra, eleuabantur pariter & rotæ*: Sic enim Moral. 19. cap. 14. ait Pater Gregorius. *Eleuantur cum animalibus rotæ, quia cum auditorum mentes prædicantium vitam cum verbis concordantẽ suscipiunt, necessario vtiq; etiam vim prædicationis admirantur.*

Gregor.

B

Quod si non tantum auditoribus suis sed etiam diuo sponso Christo placere cõcionatores exoptant, ab illoque laudari gloriantur, illis canticorum verbis. *Vox tuà dulcis, & facies tua decora,* hãc venustam morum, verborumque harmoniã accuratissime studeant obseruare: nam ad concionatores illos, qui quod verbis docent, operibus exequũtur, verba hæc dicta esse sentiũt Patres, & præsertim D. Bernardus homil. 62. in Cantica, vbi sic ait. *Quantum sponso placeat cum puritate mentis prædicatio veritatis, ostendit cum dicit. Vox tua dulcis: Quod autem non placeat vox, si displiceat facies, demõstrat, cum illico subdit. Et facies tua decora. Quid enim internæ decor faciei nisi puritas? In pluribus hæc absque præ-*

C

Cant. 2.

Illorũ cõcionatorũ vox dulcis, qui quod verbis docet operibus implent.

D

Bernard.

Plus Deo placẽt opera quàm verba.

absque prædicationis voce complacuit, illa absque ista in nemine. Vnde eleganter in suo amoris fasciculo sic ait Laurent. Iustinianus: *Parum sine operibus prosunt verba, virtus autem absque sermone plurimum:* quin etiam, vt ipse aduertit, ex morũ probitate virtus hominis decoratur. Hinc etiam est quod illius tantum prædicatoris animam pulchram, ac decoram facie spõsus agnoscat, qui moribus optimis decoratur: vt in expositione eiusdem Canticorum loci Hugo Card. meditatur dicens: *Vox, inquit Christus ad cõcionatorem, tua dulcis, quia laudem, & gloriam meam resonat: & facies tua decora, idest intentio, vel conscientia, vel vita voci consona moribus, & virtutibus ornata, nulloque peccati fuco denigrata.* Vbi obiter aduertẽdum est quantus sit Christi in suos amor, quamque eius in eos sit dilectio singularis, qui omne illud insipidũ inuenit, quod eorum non est emolumentis conditum. Ideoque prædicationis vocem proprias ipsius laudes exprimentem sibi dulcem non fatetur, nisi bonis virtutum condimentis, quæ ad commoda nostra spectant, informetur, vt in expositione cap. 5. Mathæi Chrysostomus obseruat dum dominica verba eodem capite contenta expedit. *Si offers munus tuũ ante altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuũ, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuũ:* vbi optimo sané iure admiratur Chrisostomus dum Dominũ proximi potius satisfactioni, quam proprio honori studẽtẽ videt. *O admirabilem,* inquit, *benignitatem, atque ineffabilem erga homines amorem Dei! honorem suũ despicit, dum in proximo charitatem requirit, plus enim diligit fidelium concordiam, quã munera sibi oblata.*

Sed quia de eximia hac Christi in suos dilectione nobis latissimé differendũ est, cũ circa illa verba contextus, *In finẽ dilexit,* aliqua annotauerimus; nunc ad dulcẽ harmoniã modulatũq; operis, verborũq; concentũ iterũ reuertamus, quẽ cõcionatores illi edũt, qui quod voce docẽt, operibus adimplent: ad quẽ ostẽdendũ nõ certé grauabit illa in medium afferre, quæ habet Pater Gregorius dum homil. 10. in cap. 3. Ezechielis illud Domini ad eundem prophetam dictũ exponit. *Comede volumen istud, & comedi,* inquit Propheta, *& factũ est in ore meo tanquam mele*

Marginalia (left): Laurent. Iustinia. — Verba sine operibus nihil prosunt. — Virtus probitate morum decoratur. — Hugo. — Singularis Christi in suos dilectionis affectus.

Marginalia (right): Math. 5 — Plus vero rum concordiam quam honorem suũ facit Deus. — Chrisost. — Grego. — Ezech.

Tunc concionatoris doctrina, vt mel dulcis, quādo cōsonat operibus.

dulce. De prædicatorū, inquit Gregorius, *ore prædicatio facta est vt mel dulcis, quādo eorum actio cōtraria suis prædicationibus non est, quia de propria vita summūt, quod per linguam proximis inferant.*

Veri concionatoris doctrina ideo dulcis, quia à pura conscientia procedit.

Eundem hunc dulcem cōcentū, harmoniāque ad attrahendum suauem ideo in veris verbi Dei concionatoribus reperiri obseruat Hugo Cardinalis, quia à pura eorū cōsciencia tanquā á limpidissimo fonte diriuatur: dum enim illud Cant. in cap. 4. exponit. *Eloquium tuum dulce*; sic cōgruenter ait. *Doctrina Ecclesiæ prædicatorum dulcis ideo est, quia de fonte dulci procedit, & quia nihil nisi dulce resonat: vocatur etiam dulce eorum eloquium, quia sonorum est, nam cum vox & vita non discrepant, dulcis est symphonia.*

Cant. 4.

Hugo.

Christi prædicatio ad concionatores instruendos efficax est & impulsiua.

Iuuat autem ad hāc suauē harmoniam melifluūque cōcentū, qui ex operū cū verbis concordantia prouenit inculcandum summi concionatoris operum cūverbis harmoniam delectabilem, simulque proficuam in exemplum adducere, vtpote quia ad reliquos omnes concionatores instruendos admodum efficax est, & impulsiua. Ille namque vere docuit, nam quod ore protulit, opere adimpleuit: vt cap. 2. sui amoris fasciculi late prosequitur Laurent. Iustinian. dū suauia, dulciaque eius verba expēdit, quæ in nostro hoc nostri Euangelistæ capite cōtinentur. *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Commendaturus*, inquit Laurentius Iustinianus, *mandatū charitatis mandati ipsius voluit prius iura seruare: nouerat nempè facile contemptui haberi quod præcipitur, si non operis attestatione muniatur: mandatum dilectionis instituit, & ipsius dilectionis iussa perfecit: fecit & docuit, ideo maximus vocatur in vtroque Regno Cælorū: nemo quicquam illi obijcere in huiusmodi valet lege mandati, quando quod præcepit præ cæteris perfectius adimpleuit.*

Ioan. 1.

Lauren. Iustinia.

Christus fecit & docuit.

Doctrina prædicatorum quæ operibus non fulcitur, facile contemnitur.

Optimum docēdi genus.

Neque ad audientium animos alliciendos minus aptum in concionatoribus hoc docēdi genus est, operibus nempè adimplere quod verbis edocetur, vt idem autor obseruat dicens. *Nobile profectò docendi genus est, & ad se alliciendum animos incentiuum, laudabilibus instruere gestis, & discipulis præire exemplis*

Idē Laurēt. Iust.

Vnde iam cōcionatores illi qui auditorū corda dulcorari eosq; verè alere, & fructuose enutrire exoptāt, ac eorum

Quid facere debent concionatores, qui glorio\[s\]um nomẽ sibi comparare exoptãt

internas mentiũ aures demulcere desiderant, gloriosũmque sibi nomen acquirere, & cõparare contendunt, laborent, vt illa, quæ operãtur, á verbis, quæ prædicant non discedãt: non sufficit enim in vero tibicine vis inflatu, dummodo digitorum operatio nõ accedat, nam muti certè sunt prædicatores illi, in quibus ipsæ, ipsorum operationes non loquuntur: de quo vt admonerentur in eorum vestibus tyntinabula illa, de quibus superius actũ est apponi mandabantur, vt in expositione cap.9. 1. lib. Regum Pater Gregorius obseruauit dicens *Dum sacerdos incedit, quod portat, clamat, quia ellectus prædicator se tactãdo nõ indicat, sed bene viuẽdo loqui nequaquam cessat.* Quę quidem tyntinabula ideò aurea fuisse insinuat Cyrillus lib. 11. de adoratione in spiritu, vt sicut in sono prædicantis vocem adumbrat, ita & in auri puritate eiusdem vitæ probitatẽ demonstret, sic enim ait. *Minimè obscuru ænigma prædicationis sunt, facta ex auro tyntinabula.*

Prædicatores quorũ opera non loquuntur muti sunt.

Gregor.

Quomodo sacerdos seu cõcionator tacẽdo prædicat.

Cyrill.

Cur tyntinabula in veste sacerdotali posita, ex auro conficiebãtur

Quod si eidẽ sponso Christo placere exoptant concionatores ab illoque laudari desiderant, deseque illud audire gestiunt, quod iam ab alio fundamento de optimis, & charitate inflãmatis verbi Dei concionatoribus exposuimus nẽpe. *Vitta coccinea labia tua,* si, inquam, placere exoptãt, verba quæ prædicant, operum actionibus conectere, & ligare contẽdant, quiã tunc erũt, vt eorum est mater Ecclesia, charitate feruidi, operibus alligati, verbis proficui, Deoque cari, quod vt adiscant audiant reuerendum Cardinalem Hugonem hunc eundẽ Canticorum locum exponẽtem, cuius authoritate ideo dicta nostra passim fulcimus, quia in eius doctrina ad mores corrigendos, & componẽdos admirabilem vim, & spiritum experimur. *Sicut vitta,* inquit Hugo, *crines ne effluant capiti, & sibi inuicem constringendo adiuuat, ita Doctores, & prædicatores, qui verbo, & exemplo fideles quosque capiti suo, idest Christo constringunt: ne per errores aut vitia dispergantur, & eos vinculo pacis, & mutuæ charitatis colligant, cocco vero siue coccino comparantur, quia pretium sanguinis quo colorata, & redempta fuit Ecclesia prædicare nõ cessat, non solũ verbo prædicando, sed corde, & opere imitando dicentes cum Apostolo. Mihi autẽ absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quẽ mihi mũdus crucifixus est, & ego mundo.*

Cant. 4.

Hugo.

Cur prædicatores vitteis cõparentur.

Cur eorum labia cocco, siue coccino comparentur.

Ad Gal. cap. vlt.

Egimus

Egimus vsque nunc de dulci harmonia cōsonātiaq; suaui qua & Deū, & auditores suos recreāt, & delectant cōcionatores illi, qui opere adimplēt, quæ verbis prædicāt. Agemus autē vlterius de dissonātia, & deordinatione, quā in Dei Ecclesia faciunt, illi, quorū actiones, & opera, cū his, quæ prædicant nō cōcordāt. Quā fugiendam disonātiā, vt qui maximé incusat. Pat. Ioan. Chrisostom. homil. 3. in acta Apostolorū dicēs. *Si nō habueris opus bonū non solū non proderis loquēdo, sed etiā plus nocebis, vtiliusq; forte fuerat tacere, quia opus mihi proponis ac si impossibile foret. Cogito enim mecū; si tu qui tāt a loqueris nō facis, multo magis ego venia dignus sū nihil tale dicens: maius autē hoc damnū est, quando quis bene docet verbis, & operibus doctrinā impugnat: hoc multorū in Ecclesia malorū causa est.* Quam quidem mentem homil. 10. operis imperfecti confirmat idem author dicēs. *Qui docet, & nō facit multos scandalizat.* Paucisque interiectis, eādem mentem ex communi loquendi Christianorum more cōfirmat, qui cū aliquis suauiter canit & conciné aiunt (*louuado seja Deos q̄ tal vôs te deu*) Cum autem aliquem nomen Dei blasfemātem audiunt, dicere solent (*Escandaliza isto as orelhas dos fieis*) *Per illos*, inquit Chrisostomus, *prædicatores, qui docent, & faciunt magnificatur Deus: per eos autem qui docent, & non faciunt blasfematur.*

Chrisost.
Cocionatores qui impro bè viuunt, minus utiles sunt.
Doctor, aut concionator, qui male viuit, doctrinam, quā tradit, operibus impugnat.
Improba concionatorum vita Christianos offendit.

Dum autem huius deordinati concentus causam inquirit Hieronymus, ex desidia prouenire inuenit. Et optime, nam ex tarditate, & inertia, qua Archipsaltes manum mouet dum vocem, quā ore profert manu mēsura vocū dissonantia resul tat (*de ser tardiono compaço o mestre da capella procede a disonancia da musica, & de ser descuidado, & preguiçoso o prègador em obrar o que prèga nace a disonancia nas orelhas dos Christãos*) Sic enim ait Hieronymus dum verba illa cap. 19. Prouerbiorum exponit. *Abscondit impius manum suam sub ascella, neque ad os suum applicat eam. Nemo ita piger est, vt ad os manum, vel ad comedendū reducere laborem putet: sed pigro labor est manum ad os porrigere, quia desidiosus quisque prædicator, nec ea vult operari, quæ dicit: manum quippe ad os porrigere est vocem operi concordare.*

Per tales blasfematur Deus.
Disonantia inter concionatorū verba, & eorū opera ex desidia prouenit.
Prouerb. 19.
D. Hiero.
Quid significet in Scriptura Sacra; manus ad os porrigere

Optime certe Hieronymus, nam ex desidia reprobauit Dominus multorū millia pugnatorum; ad bellum cum hostibus ineundum trecētis tantū-

Concionatores desidiosi reprobantur à Domino Iudic. 7. Theodor August. Procop.

modo electis, qui aquam ad os manibus porrigétes sitim extinxerunt: Iudicum in cap. 7. quanquã enim Theodoretus, Augustinus, & Procopius, ideo hosce homines ad pugnã fuisse electos dicant, quia desides erát, & imbecilles, vt clarissime appareret Deo potius, quam militũ multitudini, seu robori esse victoriam tribuédam, placet tamẽ Adamantij, Lyrani, nostri Laudunens. Anselmi, & sanctissimi P. Gregorij ad hærere sententiæ qui hos milites ideó a Deo in pugnam electos dicunt, quia non verbis tantum, sed manibus ad præliandum apti erant, vtpote quia electos Christi, milites adumbrabant, Sanctos nempè Apostolos, qui ore, & opere simul contra idolatriæ munitissima castra præliantes gloriosam victoriã reportarunt. *Manu*, inquit Adamantius, *& lingua dicit eos aquam lābere, quia manu, & lingua debēt operari milites Christi, id est, opere & verbo, qui enim fecerit, & docuerit magnus vocabitur in Regno Cælorum*. Hæc ille: cui consonat Laudunensis noster qui ad illa verba. *Qui manu & lingua lãbuerunt aquas*, ita habet. *Qui rectitudinem doctrinæ hauriunt, & rectitudinem operum non flectunt*.

Adamãt. Lyran. Laudun. Anselm. Gregor. Magn.

Christi Apostoli in Gedeonis militibus adumbrati.

Adamãt.

Quid sit lingua, & manu operari. Math. 5.

Laudun. Anselm.

A B C D

Cæterum in hac Gedeonis militum selectione sanctorum Apostolorum electioné, pharisæorumque, & legis Doctorum reprobationem adũbratam fuisse nõ temerè suspicamur, cum præsertim victoriã à Christo per Apostolos suos contra idolatriam reportatã, cum hac Madianitarum euersione conferat Esayas in cap. 9. dicens. *Sceptrũ exactoris eius superasti, sicut in die Madiã*: multis enim legis Doctoribus reprobatis, pauperculos piscatores & paucos ad Euangelicam fidem promulgandam, idolorumque cultum euertédum elegit Dominus, vtpote quia illi manũ ad os porrigere negligentes verbis tantum docebant, & nõ operibus, iuxta illud eiusdem seruatoris Math. 13. *Imponunt onera grauia, digito autem suo nollunt amouere*, seu vt habet Interlinealis. *Neque in minimis proficiunt, quæ docere præsumunt*. Atqui sancti Apostoli operibus testificátes quod verbis docebãt optimo iure ad Christi bella peragenda, idest, ad concionandi munus eliguntur, de quibus sic conueniéter, ait P. Greg. dum lib. 30. Moral. cap. 16. eundem hunc Sacræ Scripturæ locum huic proposito adaptat. *Hi igitur, Christo duce ad bellũ pro-*

Electi Apostolorũ in electione militum Gedeonis significata.

Esayæ.

Math. 13.

Interlin.

Cur Sãcti Apostoli ad concionandi munus electi. Gregor Magn.

Eccles.15 *deunt, qui fluenta doctrinæ spiritualiter audiunt, nec tamen in prauis operibus carnaliter inflectuntur, quia sicut scriptum est. Non est speciosa salus in ore peccatoris.*

Pergamus hinc vlterius videamusq; quibus appellationibus, quibus ve opprobrijs insectētur Doctores istiusmodi concionatores, seu potius desides tibicines, qui quod verbis docent operibus non exequūtur. Hugo igitur Card. dū illud Prouerbiorū cap. 19. exponit. *Testis falsus nō erit impunitus.* Huiusce modi cōcionatores falsos testes appellat. *Sic enim*, ait, *testis falsus est ōnis prædicator bona docēs, & mala faciēs: ore construens, & opere destruens:* in cuius confirmationē addu. cit Hugo illa Pauli verba ad Titum cap. 1. *(Confitētur se nosse Deum, factis antem negant, cū sint abominati &c.* Apposite quidem, nam dū aliter atque docent operantur, falsum esse quod dicunt, ex propria operatione demonstrant, quinimò cōtra semetipsos damnationis sententiam promulgāt, quam proprijs etiam testimonijs confirmant vt lib. sententiar. sent. 6. accutè intulit S. Episcopus Regiēsis dicens. *Bene loqui, & male viuere nihil aliud est, quam sua se voce damnare.*

Hugo. Prouerb. 19.

Qui quod prædicant non operantur, testes falsi dicuntur.

ad Tit. 1.

Ipsi cōtra se sententiā ferunt.

Nec minus apposite loquitur idem Autor dum hosce cōcionatores præcones vini alieni nominat. *Hi*, inquit, *sunt sicut præcones vini alieni, qui nunquam gustant de eo sed alios ad emendum inuitant.* Iterumque eosdem alienarum mercium mediatores vocat. *(Corretores de mercancias alheas)* vtrūque certe optime dictum, nam istiusmodi prædicatores eximiā Christi in homines dilectionem, sanctorumque in Christum flagrantem amorem, accensamque in proximos charitatem (quæ omnia per vinū designantur) prædicando inculcant, ipsi tamen eam extremis saltem labijs nō prælibāt ad cælestiūque merciū emptionem cōducunt, ipsi autem sibi emere non laborant.

Concionatores, qui quæ dicant exercēt non alieni sunt præcones. Item alienarum mercium mediatores seu dictores & cur.

Quæ per vinum designentur.

Neque certe incōgrue loqui videbimur, si quemadmodum illos prędicatores, qui prædicanda, & loquenda tacent, canes mutos cum patribus appellauimus, sic illos, qui prædicando loquuntur, & tamen, quæ loquūtur non operantur, canes alligatos nominemus. Maximum namque strepitum prædicando excitant, sed quia catenis sunt alligati, idest proprijs cupiditatibus, desiderijsque detenti, se se ad opera virtutum exercē-

Idem canes alligati, qui Dei vineā non custodiūt.

da non mouent: & ita quanquã in vinca Domini sabaoth, idest, in Ecclesia Dei maximos latratus edant: illam tamen á latronibus, idest vitijs, & peccatis non custodiunt. Quod sibi aliquando contigisse in lib. de confessione docet Pat. August immo mirabiliter deplorando conqueritur dicens. *Velle meum tenebat inimicus, & inde funes mihi fecerat, quibus quasi compedibus tenebat me astrictè dura seruitus.* Deprecentur igitur verbi Dei concionatores illius misericordiam, & clemẽtiam, vt non solum colligationes dissoluat, verum & labia adaperiat, vt voce, & opere Ecclesiam suam tueantur, & contra hæreticorum incursus saluam incolumemque custodiant.

August.

Nazianzenus Gregor. oratione de laudibus Baptistæ huiusce concionatores luscos appellat, idest, altero oculo orbatos. *Qui verbis tantum*, inquit, *& non opere præstant, hi nihil à luscis differre videntur.* Vnde obseruandum est quod si altero oculo orbati sunt, monstra proculdubio sint: *Est* enim *monstrum ens naturale casu ortũ cum extranea deformitate suæ speciei.* Quæ enim maior deformitas, quam vna præcipua parte illarum orbari ex quibus integrantur, & constant: integratur namque, vt iam dictum est, perfectus verbi Dei concionator á tribus illis quæ superius recésuimus voce nẽpe, opere, & scientia vnde iam certè ille prædicator, cui aliquid ex tribus istis defuerit monstrum proculdubio appellabitur: vt talem concionatorem verbis expressis appellat Bernardus, dum lib. de cõsideratione ad Eugenium, sic ait. *Monstruosa res est sermo multus, & fructus nullus.*

Naziãz. *Idem luscι, idest alteri oculo orbati.*

Idẽ monstra.

Monstri definitio.

Tribus integratur verbi Dei concionator, & pubus.

Verè certè immanissimis illis monstris possunt similes prædicatores comparari, de quibus dicitur Threnorũ 4. quod nudarent mãmas suas non vt alerent, sed vt interficerent: nam secundum Theodoretum ad hunc locum *dracones* sunt, quorũ venenosum lac virus infundit: & secundũ Simachum, *Syrenes*, dicuntur, quæ incautos nautas mortiferis cãtibus pelliciunt, & cõsopitos demergunt, & demersos deuorant; quod itidẽ monstra ista, de quibus agimus, solent efficere, non quos suaui prædicationis cantu alliciunt, veneno malæ operationis interimunt.

Ierem. 4.

Theod.

Symach ibid.

Monstra etiam huiusmodi concionatores ex eo cẽseri debent, quia vno tantum vbere infantes

Cur etiã monstra cantur concionatores, qui sicut verbo ita & exemplo nõ docent.

infantes suos, idest, auditores alunt: altero vero vel carent, vel excicatum habent, aut venenatum; ita vt vnũ occidat, quos alterum viuificat: alunt enim doctrina, occidunt vita: alunt verbis, occidunt operibus, alunt sermone, occidunt operatione, qui bene monstra dicuntur, siquidem á communi nutricum conditione discedunt, & cũ extranea suæ speciei deformitate exurgũt: nam vt veræ, & nõ monstruosæ nutrices haberentur, de vberũq; fœcundia laudarentur plenum vtrunque vber infantibus suis ministrare debuerãt, vt enim sermone 12. in Cãtica ait, Bernardus. *Quisquis inebriat verbis, & flagrat operibus, is sibi dictum putet. Quia meliora sunt vbera tua vino.* Qui igitur, & prædicando, & operando nõ docent vberum sterilitate infantes occidunt, & qui prædicando eisdem operationes bonæ actionis non ostendunt, quos loquendo pariũt, nõ operando interficiunt.

Bernard.

Cant. 1.

Istius modi concionatores, nutrices steriles.

De hac quidem prædicatorum desidia, & sterilitate illud Hyeremiæ Threnorũ 4. *Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis,* intelligendum docet noster Beda in homil. dominicæ septimæ post Trinitatẽ, vbi sic ait. *Infantes quasierunt pabulum verbi Dei, quo ad virtutem bonæ operationis conualescerent, sed deficiebant magistri, qui eos exemplo bonæ actionis ad viam veritatis instruerent.* Steriles ergo, & monstruosæ nutrices sunt huiusmodi concionatores, qui quãquam optima prædicent, quæ tamen verbis prædicant operibus nõ exercent: triplex enim sterilitas in vnoquoque cõcionatore potest inueniri, vt in expositione cap. 4. Canticorũ Hugo Card. annotauit, lactis nẽpe, prolis, & veleris quid nãq; iuuat illũ lacte doctrinæ abũdare, si sterilis est in bona operatione? & quid iuuat filios verbo producere, quos velere honestæ conuersationis non fouet, & cooperire non contendit.

Hyere. 4.

Beda.

Obtriplicem deficientias sterilestius modi concionatores.

Hugo.

Accedat iam S. Pat. noster Gregorius, & quidquid de istiusmodi prædicatoribus sentiat exponat. Illos igitur appellat desides nutrices, & pigras (*Chamalhe amas pouco amorosas preguiçosas, & omicidas de seus proprios filhos*) propriæq; prolis interfectrices, sic enim habet Moraliũ 21. cap. 8. *Doctoris progenies eradicatur, quando is, qui per verbũ nascitur, per exẽplum necatur, quia quem, vigilans lingua gignit, vitæ negligentia occidit:* in cuius confirmationem

Concionatores qui quos verbo gignũ virtuosis exemplis non alunt propriæ prolis interfectores.

Gregor.

illud

illud eleganter adducit Pater Gregorius quod mulieri illi contingit de qua 1. libro Regum cap.3. refertur inter dormiendum filiũ suffocasse. *Neque torpente*, inquit, *est nobis mẽte transeundum, quod apud Salomonem mulier, quæ vigilans lactare consueuerat, dormiens filiũ interemit: quia nimirum magistri vigilantes quidem scientia, sed vita dormientes auditores suos, quos per vigilias prædicationis nutriunt, dum quod dicunt facere negligunt per somnum corporis occidunt, & negligendo opprimunt, quos alere verborũ lacte videbantur.*

3.Reg.1.

Sed quia dum concionatorum vitam incusamus, in nos ipsos tela contorquimus, qui fortasis ea quæ ore prædicamus, opere non adimplemus, nec auditorũ corda bonæ operationis alimẽtis fulsimus: iuuat eiusdem sanctissimi Patris Greg. verba referre, quibus vtitur, dum homil. 11. in Ezechielem concionatorũ vitam, moresque obiurgatur. *O*, inquit, *quam dura mihi sunt ista, quæ loquor, quia me metipsum loquendo ferio, cuius neq; lingua, vt dignum est, prædicationem tenet, neque in quantum tenere sufficit vita sequitur linguam: ecce sermo Dei de concionatoris vita compellit, vt loquar, tacere nõ possum, & tamen loquendo me ferire pertimesco: dicam tamen, dicam, vt verbi Dei gladius etiã per me ipsum ad configendum cor proximi transeat: dicam dicam vt etiã sermo Dei contra me sonet per me.* Cui suffragatur Origen. apud Hugonem Card. in expositione cap. 22. Prouerbiorum, de quo ita dixisse refert. *Nolo duplicitate criminis esse reus, vt & bona non faciam, & bona, quæ noui, taceam.*

Gregor.

Origen.

Vt igitur omnes, qui concionãdi munere fungimur officium nostrum exacte, & irreprehensibiliter exequamur, necesse est vt recordemur ideo officiũ nostrum fuisse per tubam designatum, vt videlicet intelligeremus debere nos opere præstare quod verbis prędicamus, tuba enim (vt sæpius monstratum est) non solũ ori imponitur, sed etiam manibus tenetur: sic ergo debemus Euãgelium quod ore proferimus, manu, idest operatione, fulsire, & quemadmodum auditores, ita & nos metipsos ad vitia profliganda prædicationis sonitu adhortari: quod Dominum nos docuisse testatur S. Pat. Gregor. in mensis illis, de quibus apud Ezechielem mãdauit vt labia reflexa haberẽt intrinsecus (*Que virassem as molduras para dentro*) *Mensarũ,*

Similitudo ingerẽda tuba, & in euãgelio prædicãdo, in quo posita sit.

Ezech. 40.

inquit

Auguſt.

inquit Pat. Greg. *labia intrinſecus reflectuntur quando Doctores, & concionatores ad conſcientiam reuocant tacita cogitatione, quæ dicunt, quando ſemetipſos ſubtiliter perſcrutantur ſi faciũt quod loquuntur, aut iubent: & recte cum reflexa intrinſecus mēſarum labia dicuntur, additur quoque, per circuitum, vt non in vna qualibet ſe parte conſiderẽt, atque ex alia ſemetipſos perpendere prætermittant, ſed vbique ſemetipſos inſpiciant, & in quantum præualent, ſtudeant ſingula opere implere, quæ docent.* Tunc nos omnes admonendo ita S. Pat. Greg. adhortatur. *O doctor ecce iam menſa es, iam vaſa portas, iam in vaſis, ideſt fidelibus, pondus holocauſti, & victimæ ſuſtines, ſed intus reflecte labium, ideſt, ad cor reuoca ſermonem, audi quod dicis, operare quod prædicas.*

In ōnibus ſeſe debēt concionatores examinare, ne in illis virtus aliqua deficiat.

S. Patris Greg. ad concionatores, & magiſtros exhortatio.

Ne tamen aliquis ex hac doctrina, quam ſuperius appoſuimus de concionatorum vita, ſimul cum verbis conſonãte, anſam arripiat ad verbum Dei non exequendum, quod per prædicatores profertur, in quibus vita á prædicatione diſſentit, audiat Sanctũ Pat. Chriſoſtomum hũc errorem confutantẽ hom. 43. operis imperfecti vbi adducit illud Christi ſeruatoris Mathæi. 23. *Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, õnia ergo quæcūq; dixerint vobis ſeruate, & facite, ſecundum autem opera eorum nolite facere.* Sic ibi proloquitur S. Pat. Chriſoſt. *Vos qui ſedetis in Eccleſia quaſi iudices ſacerdotum, & non auditores, aliena diſcutientes, & propria non conſiderantes, ex vobis ipſis iudicate de ſacerdotibus: ſicut vos omnes auditis, & non omnes facitis quod auditis, ſic & ſacerdotes omnes docent, ſed non omnes faciunt quod docent: nam in omnibus dignitas quidem diuerſa eſt, omnium autẽ natura vna eſt, homines enim ab initio creati ſũt propter ſe, poſtea autem ordinati ſunt propter vos, propterea ergo natura eorũ ipſorũ eſt: ordinatio autem ipſorum veſtra: ſi bene vixerint, ipſorum eſt lucrum: ſi bene docuerint, veſtrũ. Accipite ergo quod veſtrum eſt, & nolite diſcutere quod alienũ eſt.* Et paucis interiectis ait idem Pater. *Frequenter de homine malo bona doctrina procedit, ecce enim, & vilis terra pretioſum aurum producit, nunquid propter terram vilem pretioſum aurum contemnitur? Non, ſed ſicut aurũ eligitur, & terra relinquitur, ſic & vos doctrinam accipite, & mores relinquite: nam vt apibus herbæ neceſſariæ non ſunt, ſed flores herbarum, flores enim illæ colligunt, herbas vero relinquunt,*

Aufertur occaſio detrahentibus cõcionatores.

Chriſoſt.

Math. 23

Sunt q. ad Eccl ſias cõcirant, ne vt corrigãtur prædicator. doctrin. ſed vt i. dicent, eorum dic. & vita diſcutiã.

S. Patri Chriſoſt. ad auditores exhortatio.

Auditores inſtar apum legere debẽt quod in concionatoribus melius eſt

A B C D

ſic &

sic & vos flores doctrinæ colligite, & conuersationem relinquite, vt quasi inutilis herba arescat.

Videte autem quam apposita similitudine S. Pat. Greg. hanc eandem doctrinam vos edocere contendat, dum enim exponit illud Lucæ cap. 14. de cæna magna, & de inuitatis, de seruoque inuitante, sic ait. *Quis per hunc seruum qui à patre familias ad inuitandum mittitur, nisi prædicatorum ordo designatur? De quo videlicet ordine quamuis peccatorum ponderibus grauemur, serui tamẽ Patris familias sumus, cùm vos admonemus ad contemptum seculi, inuitare vos venimus ad cænam Dei, nemo nos propter nos in hoc loco despiciat, et si ad inuitandum nequaquam digni appareamus, tamẽ magnæ sunt delitiæ, quas promittimus: sæpe fratres mei solet euenire quod dicimus, vt persona potens famulum habeat despectũ, cumque per eum suis, vel extraneis aliquod responsum mandat, non despicitur persona loquentis serui, quia seruatur in corde reuerentia mittentis Domini, nec pensant, qui audiunt, per quem, sed quid, vel à quo audiant: ita ergo fratres vos agite, & si nos forsitan digne despicitis, in mente tamen vestra vocantis Domini reuerentiam seruate.*

Luc. 14.

Gregor.

Prædicatores serui ad cænam magnam inuitant.

Quando inuitat.

Nõ est despiciendus etiã si bonus nõ sit.

Idem etiam argumentum prosequitur idem Pater in expositione capitis. 5. 1. lib. Regũ vbi obiter adducens, eadem Christi verba Mathæi. 23. *Quod vobis dixerint, seruate, & facite &c.* Sic ait. *Quod vtile pro vobis acceperũt, ab eis quasi vestrum tollite, & in eis quasi suum dimittite, quod non habent ad lucrum vestrum, sed ad suum interitum.* Concludit tandem Euthimius exponens eadem ipsa Christi verba Mathæi. 23. *Secundum opera eorum nolite facere*, sicq; dicens. *Docuit Christus non oportere in præceptores insurgere, etiam si prauam habeãt conuersationem, sed doctrinæ quidem eorum obedire, vitam autẽ eorum indignam non imitari, docentes namq; fide digni sunt, quãquam imitatione digni non sint.*

Gregor

Math. 23

Euthim.

Hoc etiam argumẽtũ prosequitur August. varijs in locis, & præsertim lib. 4. de doctrina Christiana cap. 29. tom. 3. suorum operum, & lib. 2. cõtra Cresconium grammaticũ cap. 28. & lib. 2. contra secundam epistolam Gaudẽtij tom. 7. & Enarratione in Psalmum 36. vbi sic ait. *De malis prædicatoribus Mathæi. 23. dictum est. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi, quæ dicunt facite, quæ autẽ faciut, facere nolite. Vides quia in cathedra Moysi, cui successit cathedra Christi,*

August.

& mali, & tamen dicendo bona non obsunt auditoribus. Quare tu propter malos ipsam cathedram dimisisti? Redi ad pacem, redi ad concordiam, quæ te non offendit. Si bona loquor, & bona facio, imitare me. Si autem non facio quod dico, habes consilium Domini, quæ dico fac, quæ autem facio, noli facere tamen à cathedra Catholica noli discedere.

Non recedendū est à Petri cathedra propter malos magistros.

ANNOTATIO XXXII.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

De tertia proprietate, quæ in tubarum ministro exigitur, vt rectè munus suū obiat.
SIVE.
De tertia conditione, quæ in selecto verbi Dei concionatore exoptatur.

QVOD tertio in vero tibiccine maximè necessariū existimamus, est canēdi peritia, siue scientia, quid enim proderit vis inflatu? quid digitorum dexteritas iuuabit,

A si canendi scientia, siue peritia defuerit? maxime igitur necessarium est, vt qui in sancta Siō canendi tuba officio fungitur, idest, qui in Ecclesia Dei concionandi munere insignitur, scientiam percaleat, sufficientemque scripturarum notitiā consequatur: vt non solum B sciat quæ doceat, sed quo tempore, qua occasione, & quibus personis docenda sint optime noscat: nam vt homil 3. in Cātica, ait Origenes: *Prædicatoris munus est, instar Rebeccæ rationabilis verbi varios condere cibos, vt benedictiones mereamur consequi ab spirituali patre Iacob.*

Maxime necessariū est, vt scripturarū notitiā percaleant verbi Dei concionatores.

Origen.

Concionatoris munus.

C In quem sensum affert Pater Hyeronymus illa Esaiæ verba cap. 50. *Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam sustinere eū, qui lapsus est verbo*: ex quibus verbis hāc quā in concionatoribus aptitudinē requirimus, nēpe scientiam, sanctarumque scripturarum notitiā D comprobare cōtendit dicens. *Hæc verba de Christo Domino, ac de veris prædicatoribus, accipienda sunt, qui sciunt quæ, & quando debent loqui, & quæ, & quando reticere: magnæ namque scientiæ est dare in tempore conseruis cibaria, & audientium cōsiderare personas.* In quē etiā sēsū eadem Esaiæ verba exponit

Esaiæ. 50.

Hieron.

Tēpus, & personas debēt abscultare prædicatores.

Quæ sit linguæ eruditæ.

Hugo Cardin. dicens. *Hic aptissimum mysterium prædicationis ponitur, dum dicitur. Dominus dedit mihi linguam eruditam, id. est, à falsitate, vanitate, loquacitate, scurrilitate, quod est scientia, siue in loquendo sapientia.* Quod quidem argumẽtum bene cõfirmatur septuaginta interpetrum versione, ita enim legũt. *Dominus dedit mihi linguam disciplinæ.* Quæ quidem patrum doctrina illo fulsitur fundamento, quod superius appo suimus: ad officium nempe concionatoris pertinere tanquam prudentissimas nutrices infantes per Christi fidem conceptos, per eiusque sanguinem regeneratos dũ paruuli sunt candidæ doctrinæ lacte alere, & postquam adulti fiunt solidiori cibo sustentare. Quod ad concionatoris officiũ pertinere, ad eiusque prudentiam, & scientiam expectare ait Pater Gregorius 3. p. curæ pastoralis cap. 5. *Sciendũ est,* inquit, *prædicatori ut auditoris sui animũ ultra vires non trahat, ne dũ dicendo plusquam valet tenditur mentis chorda rumpatur, vnde Dominus dicit. Quis putas est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram. Per mensuram quippe tritici exponitur modus verbi, ne cum angusto cordi in capabile aliquid tribuitur, extra fundatur.* Vnde Paulus ait. 1. Chorint. cap 3. *Non potui vobis loqui quasi spiritualibus.* Et iterum. *Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi non escam.*

Septuag. Interpet

Cur prædicatores nutrices dicantur.

Gregor.

Luc. 12.

Secundũ capacitatem audiẽtium est tradenda doctrina.

1. Cor. 3

In hunc etiam fere sensum docet Theodoretus esse accipienda illa Canticorum verba cap. 4. *Fauus destilans labia tua, mel, & lac sub lingua tua:* nam de assidua, necessariaque concionatoribus Sacræ Scripturæ lectione docet esse intelligenda, dum eundem locum exponendo sic ait. *Hic Lectores, & prædicatores Ecclesiæ significantur, qui quasi fauos apum in labijs gerunt, & mellis diffluunt stillis, nec vero mel tantum, sed etiam lac cuique cibum promunt salutarem, & cum infantibus commodum, tum perfectis etiam congruentem, fauum vero mellis, qui in Doctorum gestatur labijs, sunt diuinæ scripturæ.*

Cant. 4.

Theod.

Diuinæ Scripturæ mellis fauum est.

Vnde iam patet necesse esse verbi Dei concionatoribus, quod priusquam officium cõcionandi exerceant Scripturarũ flores diutius legere addiscant, ex quibus mel valeant conficere, quo infantes pascant, idest, auditores reficiãt, eorũque corda valeant dulcorare

Concionator apis, & cur.

rare, alitér enim non solum non alent, sed interficiét, quatenus secundum eorum capacitatem cibum impartiri ignorant, neque salutiferos flores legere sciunt ex quibus suauitatis fauos salubres conficiant. Ob quam rationẽ Hugo Card. ad cap. 11. Ecclesiastici prædicatorem api similẽ esse docuit, quia scilicet quémadmodum illa optime scit nõ obscęna quęque legere, sed flores pascit, vt fauum conficiat, sic prædicator sanctæ Scripturæ, Sanctorumque patrum dicta, & sententias eligere scire debet, & ex illis, & nõ ex poetarum fabulis, vel ex philolosophorum dictis mella conficere, idest, doctrinam componere lacteam, solidam, & veram, qua infantes, idest, auditores, alantur, & viuant.

Hugo.

Nõ expoetarum fabulis, sed ex sanctorum dictis dulcis doctrina componitur.

Sed vt hanc, de qua loquimur proprietatem, eiusque indigentiam, & defectum, in re propriori monstremus, attendatis quæsumus quanta erit in exercitu cõfusio, quã imminens periculum, quam certa militum vastatio, & interitus, si ille qui tuba canendo exercitum ducit, & adhortatur, varios flectendi tubam modos ignoret, nec inter illos nouerit discernere, itavt gradiendi tépore, (*Ao tempo de marchar*) A ad commanendum inuitet, (*faça final de alojar*), & tempore retrahendi pedem, ad congressus iniendos prouocet (*& se no tempo de retirar toque a inuestir.*) Hæc proculdubio tibiccinis imperitia per quam maximas militum copias funditus euertet: eodem prorsus modo si concionator scientiã B non percaluerit, fueritque prudentia destitutus, neque tempus auscultauerit, quo auditores arguere, quo vé solidare, & confortare conueniat, eorum animos confundet, & in errores maximos sæpe sæpius inducet, cum vel, quæ dicit non nouit, vel quo tempore, C & modo dicenda sunt penitus ignoret.

A quo exercitibus imminens periculum.

A quo imminẽs verbi Dei auditoribus periculũ.

Circa hunc certè periculosum errorem in multis Sacræ Scripturę, locis Dominus prouidere curauit, concionatorũ scientiam per quam maximè necessariam esse demonstrãs, & docens. Et præsertim cap. 2. Leuitici dum iubet, vt de D animalibus, quæ offerebantur in sacrificio pectusculum, & armus dexter cedant in primitias Sacerdotum. Nam de concionatorum scientia locũ istum docet Origenes esse intelligendum, dum sic ait. *Ego puto quod si quis dicit se esse Sacerdotem Dei nisi habeat pectus*

Commendatur ex aliquibus sacræ Scripturæ locis concionatorũ scientia.

Leuit. 2.

Origen.

Qualis debeat esse sacerdotis seu concionatoris pectus.

ex omnibus membris electum non est Sacerdos. Tunc interrogat qualis nam debeat esse Sacerdotis, seu Doctoris pectus, & statim ipse respondens ait. *Tale ego esse puto, quod plenum sit sapientia, plenum scientia, plenum omni diuina intelligentia.*

A

De assidua quoque Sacræ Scripturæ lectione, in qua debent concionatores incumbere intellexit Pater Gregorius præceptum illud Exodi 25. de nunquam auferendo à circulis aureis vectes de ligno sitím confectos, quibus testamenti arca asportari iubebatur. *Facies;* inquit Sacra pagina, *quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos, faciesque vectes de lignis sitim, & operies auro, inducesque per circulos, qui sunt in arcæ lateribus, vt portetur in eis, qui semper erunt in circulis, nec vnquam ab eis abstrahentur. Vectes*, inquit Pater Gregor. *de lignis sitim fortes sunt, perseuerantesq; Doctores, siue concionatores, id circo enim lignis sitim imputrebilibus cõparantur, quia instructioni sacrorũ voluminum semper inhærentes Ecclesiæ vnitatem denuntiant, & quasi intromissi circulis arcam portant, vectibus namque arcam portare est per bonos Doctores, & prædicatores Ecclesiam Dei ad rudes infidelium mentes prædicando deducere, qui auro iubentur operiri, vt dum sermone alijs insonant, ipsi etiam vitæ splendore fulgescant: de quibus rectè subiungitur (qui semper erunt in circulis, nec vnquam ab eis abstrahentur) quia nimirum necesse est, vt qui ad officium prædicationis excubant à sacræ lectionis studio non recedant.*

Exod. 25.

Gregor.

Cur per vectes quibus asportabatur arca testamenti concionatores designentur, & cur aurati sint, & ex lignis imputribilibus efficiebantur.

B

Neque solum Dominus in veteri lege de hac maximé necessaria concionatorum qualitate eosdem admonuit, verum, & Christus seruator in noua lege id ipsum eisdem, suggerere, & suadere laborauit dũ priusquã ad officium concionandi accederet lõgum tẽporis spatium á natiuitate intermisit, & qui quatenus Deus, cum Patre, & Spiritu Sancto, eandem illuminandi virtutem, & scientiæ claritatem participabat, non nisi ab Spiritu Sancto de super illuminatus, & experimentali scientia iam prouectus concionandi munus exercet, neque dum inter Doctores repertus est docẽtis vel prædicantis habitu sed interrogantis, & addiscentis voluit inueniri, vt hom. 2. in Ezechielem obseruauit Pat. Greg. dicẽs. *Vigilãti itaq; consideratione pensandũ est, quod*

C

D

Gregor.

cum

Admonitur verbi Dei concionato- [re]s, Christi exēplo.

cum IESVS annorum duodecim dicitur in medio Doctorum sedens, non docens, sed interrogans inuenitur: quo exēplo, scilicet, ostenditur, ne infirmus in scientia docere quis audeat, siquidem ille puer doceri interrogando voluit, qui per diuinitatis potentiā verbum scientiæ ipsis suis Doctoribus ministrauit.

Idem argumentum eiusdé seruatoris exemplo confirmat Laurent. Iustinian. cap. 11. sui amoris fasciculi dicens. *Eruditus corde sapientiaq́; amator cohibendo linguam sustinebit vsque ad tempus, insipiens autem sine discretionis iudicio respōdebit. Mediatoris exemplum verbosus statuat ante se vt illius magisterio eruditus taceat: vsque ad maturam fluit ætatem, quamuis posset sine redargutione loqui vniuersos quippe docere voluit, vt secreta Dei mysteria intelligerent, sicque démum linguæ suæ hostia aperirent.*

Laur. Iustinian.

VerbiDei concionatores priº discant quam doceant,

Optimo certè iure ex hoc Christi facto aliqui nostri téporis concionatores incusantur qui absque vlla scripturarum, sacræque Theologiæ notitia concionandi munus exercere temerê audent, ne inuerecunde dicam. Hi sané virgines sunt fatuæ qui sine oleo in Dei Ecclesia lucere contendunt. *Doctrina stultorum fatuitas,* ait sapiens Prouerb. 16. reddit Lyranus rationem dicens. *Quia de sacco non exit, nisi quod intus habet:* cum ergo fatuitatem intus habeant, hanc proculdubio prædicando edocebunt. Pulchre Hieronymus ad eundem locum. *Qui prius,* inquit, *Doctor esse desiderat, quam discat, stultitiæ noxam non declinat.*

Incusātur concionatores absque scientia.

Huiusmo di fatuæ virgines.

Prouer. 16.

Lyran.

Hieron.

Quid nimirum si á sapiente, & a Hieronymo fatuitatis nota afficiantur hi? afficiuntur certè, & ab ipsa infallibili veritate Hieremiæ 23. *In Prophetis,* inquit, *Samariæ vidi fatuitatem:* quod autem per Samariæ Prophetas hisce intelligendi sint concionatores, Interlinialis non obscure indicauit, quæ ibi sic habet. *Omnes qui iactant falsi nominis scientiā Prophetæ sunt Samariæ.* Fatuæ ergo virgines sunt qui volunt sine scientia docere, & sine aliqua scripturarum notitia prædicare: *magna enim fatuitas est,* vt ibidem ait Lyranus, *Docere, vel prædicare quæ ignorantur.*

Hiere. 23

Interlin.

Qui nam per Samariæ Prophetas designentur.

Lyranus ibidem.

Horum fatuitatem, ne audaciam dicam temerariam, in Sacræ paginæ detrimentum quodammodo vergere contingit quæ sæpe sæpius ab his adulteratur, vt Lyranus aduertit dum diligenter obseruat nomine, *fatuitatis*, haberi in

Idē ibid.

Hebreo, *blasphemiam*, istorum namque sæpé inscitia in blasphemias prorumpit.

Magna fatuitas velle alios illuminare qui se ipsum non videt.

Et quidem quæ maior fatuitas esse potest, quam velle per doctrinam alios illuminare, qui ignorantiæ tenebris implicatus quo pergat nõ agnoscit? & quæ maior inscitia quã velle in aliorũ lampades oleũ infundere qui suæ ad huc nullum infudit, vacuamque gerit, & extinctam: de quibus eleganter Bernardus serm. 18. in Cantica ait, quod prius velint infundere, quam infundi, & quod prius canales esse contendant, quam conchas prius affluentia flumina, quam aquarum stagna esse exoptãt (*Querem ser rios caudaes, sem fontes de que manem.*) *Multos hodie habemus canales in Ecclesia, conchas vero paucas*, inquit Bernardus, & tũc illos quasi deridens, eorumque fatuam immo fictam charitatem, petulansque concionandi desiderium incusans ait. *Tanta charitatis sunt ij, per quos nobis fluẽta cælestia emanant, vt antea effundere, quam infundi velint, loqui, quam audire: paratiores, & promptiores docere, quod non didiscerunt.* Hæc Bernardus, qui ve istorum inaniter ebulientẽ charitatem fatuam stultitiam esse demonstret, sic iterũ ait.

Bernard

Fatui concionatores, canales esse exoptant, cum nec cõcha sit.

Eorũ charitas fatua.

A *Ego nullum ad salutem pietatis gradum illi gradui anteponendũ existimo, quem sapiens posuit dicens. Miserere animæ tuæ placens Deo. Vnde si non habeo paurũper olei, quo vngar, putas tibi debeo dare, & remanere inanis?* (cousa de rizo não saber para sy, & morrer por ensinar a outros) B *seruo illud mihi, & nõ nisi ad Prophetæ iussionem proferam, & si insliterint rugitantes aliqui, ex his, qui fortè existimant de me supra id, quod videht in me, respondebitur eis. Ite potius ad vẽdentes, & emite vobis* (tratai disso com outros tão loucos como vos)

Optimus pietatis gradus, & primus.

Ecclef. 30.

Prudẽti virgenes responsio & mos.

Matth. 5

C Has certe fatuas virgines edocere, ad officiumque redigere voluisse videtur Regius vates Psal. 62. dum dixit. *Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meũ*: idest, nõ prius diuinas laudes pronũciare audebo, quam scientia, & virtutum robore anima mea, & intellectus meus imbuatur: in D hũc enim sensum accipit hæc Dauidica verba author incognitus, dũ ea exponit, docetq; per adipem intelligendam esse sapientiam, per pinguedinẽ vero interni animi fortitudinem; quin etiam, & secundum Glossam Ordinariam ad hũc locũ idem est animam repleri

Psal. 62.

Quid petendum a Deo, antequam ad munus concionandi euehamur.

Incognitus ad hũc locum.

Glossa.

adipe

adipe, & pinguedine, quod sciētia, & fortitudine spiritus roborari. Vnde concludens Bernardus, vbi supra, hoc idē argumentum easdemque fatuas virgines, idest, concionatores illiteratos admonere, & edocere desiderans Christum seruatorem adducit etiā in exemplum, qui prius addiscentis personam gessit inter doctores (vt dictū est, audiēs illos, & interrogans eos) quā velit concionandi munus obire. *Disce*, inquit Bernard. *& tu non nisi de pleno effundere, nec Deo largior esse velis; concha imitetur fontem, non manat ille in riuum, nec in lacum extenditur, donec satietur aquis: non pudeat ergo concham, non esse suo fonte profusiorem: implere igitur prius, & tunc curato effundere. Benigna, prudensque charitas potius affluere, quam effluere consueuit.*

Bernard.

Lucæ. 2.

Christi exēplo admonentur illiterati, ne prædicent ante quam discant.

Benigna charitatis proprietas.

Resipiscāt igitur isti audaces Hycari, nec iam altius, quam par est euolare intendant: hæ fatuæ virgines prius vasa sua, quam aliena implere laborent, nec iam audaciam, & temeritatem suam, ne dicā impudentiam, charitatis palio operire præsumant. Et fortasis si attentè considerauerint quam appositè audaces hycari, & fatuæ virgines nominentur, resipiscent. Quæ enim maior audacia, quam se se ad Sacræ Scripturæ profundos sensus explanandos intromittere, qui nec Ciceronis cō textū valent intelligere? Quæ maior dementia, quam velle vnius, vel duorum annorum curriculo abstrusas Theologorum materias penetrare? cū præsertim omnes viri doctissimi post quam longos in addiscendo annos consumpserunt se nescire fateantur.

Conciona toresella ti hycaro similes.

A B C D

Auidum hoc istorum desiderium ad Sacram Scripturā explanandam ad Paulinū scribens iocosè deridet Hieronymus dicens. *Sola Scripturarum ars est, quam sibi passim omnes vendicant: hanc audaces pueri, hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc vniuersi presumunt lacerare, docentes antequam discant.*

Hieron

Omnes in sacrā scripturā insurgunt.

Nec minus ridiculosū est videre puerculos quosdam pene ab incunabulis surgentes, & iam concionandi munere lætari. (*Ainda cheirão aos coeiros, & ia querem ser chamados reuerendos padres prégadores*) similes quidem isti sunt illis gigantibus, qui vno eodemque die, & sati, & procreati bella statim adinuicem inierunt: vt fabulantur Poetæ, dicētes. Cadmū Egenoris filium apud

Poetarū fabula.

Thebas draconem interfecisse, dumque eius dentes sparsim disseminasset ab vno quoque dente gigantem vnũ pullulasse, & eodem die, quo surrexerunt bella ad inuicem contraxisse: ad hanc enim poetarum fabulã pulchrè alludit Nazianzenus, dum oratione 20. similium concionatorũ temerit atẽm, & impudentiam exaggerat. *Vno*, inquit, *die satos fingimus, eosq́ sapientes, & eruditos esse iubemus, qui nihil didiscerunt.*

Naziãz.

Erubescãt ergo erubescãt, tyrones isti, & attendant veteranis militibus opus esse, vt cõtra aereas potestates, & diaboli machinamenta Dei bella prosperé conficiantur. Attendant quod concionatores in mystico Ecclesiæ corpore rigida, solidaque ossa sint, quibus tota cõpago tenetur, stat, & subsistit, vt ad cap. 15. Prouerbiorum Hugo Cardin. obseruauit, de quibus illud dominicũ ad Ezechielem prolatũ cap. 37. intelligendum esse docet idẽ author. *Ecce ego intromittã in vos spiritũ, & vinctis, & dabo super vos neruos, & succrescere faciam super vos carnes, & super extendam in vobis cutem.* Si igitur pueri imbeciles ætate, & scientia fragiles, virtute teneri, Ecclesiæ ossa efficiantur, ruet penitus mysticũ corpus, nec valebit subsistere. Vnde solos strenuos literis, & virtutibus consummatos homines tanto munere dignos censet Pat. Gregorius lib. 4. in 1. Regum cap. 9. vbi sic ait. *Fortissima prædicatoris actio illis solùm bene cõmittitur, quià summis viris magna consideratione, digni tanto mysterio iudicantur.*

Veterani millites necessarij sunt adbello spirituali aperagenda.

Prædicatores, & Doctores Ecclesiæ ossa.

Hugo.

Ezech. 37.

Gregor.

Quibus bene cõmittur prædicandi munus.

Apparet certé ex symbolica appellatione, qua verbi Dei concionatores in Scriptura Sacra nominantur, dentium nẽpé, quam sint ad hoc concionandi munus obeũdum inepti, qui pueri ad huc sunt, & illiterati, nec dũ in Sacra Scriptura radicati, & fundati. Significari namque concionatores per dentes docent communiter Patres. Ita Origenes homil. 17 in cap. 49. Genes. ad illa verba. *Dentes eius lacte cãdidiores.* Nissæn. Gregor. hom. 7. in Cant. Hiero. lib. 2. in cap. 3. Lament. Ierem. ad illa verba, *Confregit ad numerũ dẽtes meos.* Augus. in Psalm. 3. 64 & 77. atque lib. de doctrina Christiana cap. 6. Theodor. ad cap. 4. Cant. Cassiodor. ibidẽ. Pat. Gregor. ad eundem Cant locum, & 33. Moral. cap. 29. Philo Carpoph. Iustus Orgil. Apponius, noster Venerabilis, & Laudunensis, noster Anselm.

Concionatores, Ecclesiæ dentes.

Origen.

Nissen. Hieron. Ierem. 3

August.

Theodo. Cassiod.

Gregor. Philo Carpop. Iustus Orgil. Beda. Laudun Anselm

ad idẽ

ad idem Cant. caput in illa verba. *Dentes tui sicut greges tonsarum &c.*

Ex dētiū munere apparet quam sint ad prædicādū inepti pueri, & illiterati.

Quod igitur sit dentiū officium in corpore, & in Ecclesia concionatorum munus á tantis Doctoribus iam adscāt illi, qui antequā ætate, & sciētia inualescant cōcionādi munere auidè gestiunt insigniri, vt ex inde facilius percipiant quàm sint ad illud exercendū inepti. *Omnes igitur*, inquit Orig. vbi sup., *qui perfecti sunt & scripturarum cibos digni, & competentibus interpretationibus explanant dentes dicuntur, quia subtilem, & minutum intellectū Ecclesiæ corpori sub ministrant:* Hæc Origen. loculentius vero de more P. Gregor. ad præfata Cant. verba Ecclesiæ prædicatores, eius dentes esse testificatur, eorūque munus exponit dicens. *Dentes Ecclesiæ prædicatores illius dicuntur, quia per eos infideles consumuntur, & paruuli nutriuntur: dum enim Sacrā Scripturam exponēdo minoribus fratribus dilucidant, quasi panē paruulis, tanquā matres filijs cōmasticant, quo infirmi ad fortia conualescant.*

Origen.

Officium concionatorum ex dentium munere ostenditur.

Gregor. Magn.

Fusè nimis sensum istum prosequitur Ambros. serm. 16 in Psalm. 118. vers. 3. vbi inter multa alia admodum elegantia, quibus ex dentium similitudine concionatorum officiū ostēdit, sic ista ingerit. *Par est, vt diuidas primum si solida tibi videtur esca, quæ sumitur, & distinguens eam, atque emollitam sine noxa aliqua animæ in omnia eius membra naturali diuisione transfundas, vt vitalem succum omne eius corpus epuletur.*

Ambros.

Ad idem prædicatorū munus sub dentium similitudine ostendendum pulchrè adducit Hieronym. & hunc Cant. locum cuius nuper meminimus, & illum Actuum 10. in quo Dominus ostendens Petro velut linteum magnum in quo erant quadrupedia, & serpentia terræ, & volatilia cæli, omnia primum comminuere iubet, dentibusque conterere, & postea manducare. *Dentes, inquit, aliquando prædicatores dicuntur, de sanctis enim prædicatoribus sponsæ dictum est. Dētes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro: vnde Actuum Apostolorum vni eorū ostensis in figura dentibus dicitur. Macta, & manduca, & in corpus Ecclesiæ, & in tua membra conuerte.* Laudunensis tandē Anselm. in sua Interliniali ad eundem Cant. locum iam sæpe allatum proprium, & peculiare prædicatorum munus ex dentium similitudine ponit dicés. *Dentes tui, qui peccata rodunt,*

Hiron.

Cant. 4.

Actuū 10

Laudun.

& scrip-

& scripturas atterunt sunt sicut greges tonsarum.

Cæterum si, vt ostensum est, ad dentium munus spectat cibos minutatim scindere, scissosque conterere ne dum integri ad stomachum diriguntur illum obturent: si dura quæq; corrodere, ac demollire, quæ si integra deuorentur procul dubio interficient: sicque concionatores Ecclesię detes sũt, quomodo omnia hæc munera exercere valebũt si teneri sint, & in sacris literis non dum fundati, & radicati? teneri certe dentes cibum valide nõ cõterunt, neque tenelli prædicatores verbi Dei pabulum commodè commasticant: cõmoti dentes rigida quæque non corrodunt, neque concionatores qui non dum in sacris literis fundati sunt dura quęque hæreticorum dogmata validè cõminuent.

Ostenditur ex dentiũ ministerio quam inepti sint ad concionandũ minus iuuenes illiterati.

Prosequamur vlterius eandem de mysticis Ecclesiæ dẽtibus philosophiam; incommodaque videamus, quæ Ecclesiæ matri Christi seruatoris sponsæ dilectissimæ proueniãt, ex eo, quod eius dentes, idest, concionatores, vel tanquam lac candidi non sint, idest, ab omni peccati rubigine alieni: vel ex eo quod non sint maximé radicati, idest, in Sacra Theologia, & in Dominicis oraculis, vt qui maxime radicati, & fundati. Ex primo nãque prouenit vt ipsa Christi spõsa, quam totam pulchrã sponsus prædicat, indecora quodammodo ex dentium fœdidate reddatur: quemadmodũ enim si virgo speciosa omnia vultus lineamenta habeat pulcherrima, dentes tamen putridos, statim fœda iudicatur, quia sufficit dentium putredo, vt formæ præstantia quodammodo deperdatur. Ita Ecclesiæ specimen, & pulchritudinẽ mali prædicatores dedecorant, & commaculant.

Incommoda quæ in matrẽ Ecclesiã vergũt ex eo quod cõcionatores sciẽtia nõ fundati sint ex dentiũ metaphora demõstrantur.

Cant. 4.

Primũ incommodũ.

Longè adhuc maius incõmodum accipit eadem Ecclesia ex eo, quod qui officio cõcionandi funguntur in sacris literis, vt qui maximè versati non sint, & in Sacra Theologia radicitus fundati: ex inde namque multorum eiusdem Ecclesiæ filiorũ interitus prouenire certum est, nam quemadmodum siquis commotos habeat dentes, & in carne nõ radicatos, nec fundatos, cibũ conterere non valet, integrũq; & non comestum ad stomachum mittit, ex quo obturatio ad ægretudines inferendas potius resultat, quam nutritio ad reliqua membra alẽda, & sustentanda, ita & in Eccle-

Secundũ incõmodũ.

sia

sia continget, si prædicatores admittantur, qui non sint in sacra Theologia fundati, & diuinarum Scripturarum dictis, Sanctorũque Patrum sententijs communiti, & virtutũ, ac bonorũ morum exercitio, indurati: nam dum solidũ cibum comminuere, & minutatim conterere, conscindereq; nec valent, nec sciunt, audientium intellectus ita forsitan obturabunt, vt loco nutritionis interitum inferant.

Placet ergo vtriusque Gregorij, Magni scilicet, & Nisseni mentem, circa antidotum contra tam euidens Ecclesiæ malum perscruptari, dũ enim vterque vnum Sacræ Scripturæ locum expendit, & istorũ audaciæ, & Ecclesiæ vtilitati cõmodè prospicit: Gregorius igitur Nissæn. dũm illum Canticorum locum in cap. 4. iam semel iterumque adductũ expendit, diligenter obseruat cur sponsus nõ prius pulchræ spõsæ labia exageret, quam dentium pulchritudinem, vim, & qualitatem cõmemoret, aitq; ideo sic, loqui quia nunquam pulchra, & inflãmata eloquia promere possunt concionatores qui prius per vitæ candorem dentes albi nõ sint, & per lectionis studium non fuerint in sciẽtia radicati. *Ordo*, inquit, *in disciplinis optimus est vt primum quis doceatur, deinde idem ipse loquatur.* Optimum igitur contra istorum audaciam remedium est, vt non prius ad labiorum officium admittantur quam ad instar dentium, & in Sacris Scripturis radicentur, & nitidis moribus fulgeant. Cum autem vtrumque expleuerint, tũc de se audient *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro: omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas.*

Subuenit huic etiam Sanctæ Matris Ecclesiæ detrimento P. gre. Magn. in exposit. cap. 3. Ezechielis Prophetiæ dum enim ponderat illud Dominicum ad præfatum vatem mãdatum. *Comede volumen istud*, inquirit cur Dominus comedere potius, quam bibere, seu exhaurire librum iubeat, aitq; ideo esse vt ostẽderet Ezechieli, quem ad prophetãdum aptabat maxime necessarium esse illis, qui tali munere erant obituri libros Sacræ Scripturæ non facile breuiterque deuorare, & haurire sicut hauritur aqua, sed dentibus minutatim scindere, & semel iterumque masticare, vt ex eadẽ Sacra Scriptura sibi & auditoribus suis succum proficuum depromerent. *Nequaquam*, inquit

Marginalia: Nissen. Cant. 4. — *Cur prius sponsa dentes, quam eius labia a sponso commendentur.* — *Prius c[on]cionato[res] resident[es] quã lab[ijs] munu[s] exercere tenentu[r].* — *Primum contra [au]daces c[on]cionato[res] rem[e]dium.* — Cant. 4. — Ezech. 3 — *Secundũ remediũ contra cõcionatores illiteratos.*

Gregor. quit Gregorius, *Ezechieli dicitur, bibe, sed, comede, ac si aperte diceretur, pertracta, & intellige, idest, prius mande, & postea deglutire poteris, & alios docere*. Rem etiam attingit Lyranus dum eundem locum exponens sic ait. *Priusquam Propheta ad prædicandum vadat, refici debet pabulo sacræ Scripturæ per lectionis studium*.

Lyran.

Neque minus certè iuuabit, vt ab hoc nefario conatu, & iuuenili appetitu sese isti tirones abstineant considerare, sensatimque perpendere concionatores verbi Dei esse templi eiusdem Dei colũnas, supra quas omne tãtæ mollis pondus inititur, quibus si desit fundamentum á sustinendo deficient, ac omnis machina ipsarum deficiẽtia proculdubio ruet, soloq; æquabitur, vnde maxime timenda est Ecclesiæ ruina, si concionatores admittantur, qui prophetarũ dicta non intelligant, & Apostolorum, patrumque Sanctorum statuta, & sanctiones non intelligant, quibus quasi fundamentis, basibusque initantur, vt ad caput. 27. Exodi annotauit Origenes dicens. *Columnæ tabernaculi sunt Doctores, prædicatores, & ministri Ecclesiæ, sicut Paulus vocat, Petrũ, & Iacobum, & Ioannem, in tabernaculo ergo hæ columnæ sericis interiectis iungũtur, dum in Ecclesia Doctores datis sibi dextris sociantur, sed columnæ istæ argentatæ sunt, quia qui verbum Dei prædicant, accipiunt prius per spiritum eloquia Domini, quæ sunt eloquia casta, argentum igne probatum: isti autem prædicationis suæ bases habeant Prophetas, supra fundamentum enim Apostolorum, & Prophetarum collocati, & eorum testimonijs vtentes, fidem Christi confirmabũt*. Quod etiam S. Pater Gregorius Moralium 28. obseruauit dicens. *Qui ad veræ prædicationis verba se præparant, necesse est, vt causarum origines à sacris paginis summant; vt omne, quod loquuntur ad diuinæ authoritatis fundamentum reuocent, atque in eo ædificium locutionis firment*. Pertimescãt igitur, si qui sunt, concionatores, qui sine scientiæ fundaméto in Ecclesia Dei columnas esse inconsiderãter contendunt, & si in ea dentes esse exoptant, in sacræ Scripturæ explanationibus, & in Theologiæ regulis prius radicari laborent.

Tertiũ remediũ cõtra cõcionatores ut absq; scriptura omnoti... prædicare præsumunt.

Origen. Doctores & cõcionatores, tẽplí columnæ.

Exod. 27

Cur tẽpli columnæ argentatæ. Quæ finibarum columnarũ bases.

Gregor.

In quo cõcionis ædificiũ firmiter fundatur.

Duobus communitèr fundamentis innituntur hi concionatores, qui absque scientiarũ notitia ad hoc munus exercẽdũ se vaniloque intromittunt, vel nempe in eo quod memo-

Quibus fundamentis inituntur, qui sine scientia concionare præsumunt.

ria polleant, quæ aliena dicta, & scripta facile percipientes posteà recitant, vel quod eloquentem linguam, & dicendi modum habeant, quo verba aptè composita expeditè proferunt.

Euertitur primum eorum fundamentū

Adeuertendum igitur primum istorum inane, & labile fundamentum, est locus quidã aureus Apocalypsis in cap. 10 vbi se audiuisse testatur Ioãnes septẽ tonitrua, quæ voces suas loquebãtur per quæ tonitrua omnes ferè expositores illius loci verbi Dei concionatores intelligũt, & præsertim Diuus Augustinus lib. 17. de ciuitate Dei, & Ansbertus in expositione eiusdem capitis Apocalypsis, qui notanter obseruat tonitrua ista, quæ Ioannes audiuit, non alienas voces, sed proprias depromere, in quo illorum concionatorum audaciam reprobari, & reprehendi testatur, qui alienas conciones, aut philosophorum orationes, & dicta memoriæ mãdantes venustè recitant, quos repræsentatores, vel psitacos potius quam tonitrua appellare fas est. *Dicuntur tonitrua illa*, ait Ansbertus, *voces nõ alienas, sed suas fuisse loquuta, hoc est, non aliena dicta, non Iudæorum fabulas, non philosophorum nænias, non hæreticorũ ver*sutias, *quæ voces alienæ sunt à concionatore Euangelico: cuius videlicet propria vox est sacrarum scripturarum, iisque tanquam suis proprijs, ac germanis vocabulis loqui debet; quam ob causam sacræ scripturæ lectionẽ Timotheo commendabat Apostolus cum dicebat. Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.*

Apocal. 10.

Augnst. Ansbert.

Illorũ concionatorũ stultitia reprehẽditur, qui ex fabulis poetarum conciones confaciũt.

Quæ sit propria Euangelici concionatoris vox.

ad Tim. 4

Euertitur secundum eorum fūdamentũ.

Vt autem secundum fundamentum euertamus audiendus est S. P. Augustinus lib. 4. de doctrina Christiana, vbi inter alia multa, quæ ad hunc errorem confutandum valde conducentia proloquitur sic ait. *Qui eleganter dicunt, vel eloquenter, suauiter: qui vero sapienter, salubriter audiũtur: propter quod non ait* Scriptura. *Multitudo eloquentium, sed multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum.* Iam igitur qui sine scientia, concionandi desiderio tentantur, á tam inani conatu auocentur: quod si in quo summus prædicatorũ gradus consistat, scire desiderant, discant á patre Gregorio Papa homil. 11. prope finem vbi sic ait. *Ille in sancta* Ecclesia *doctus prædicator est, qui & noua scit proferre de suauitate regni, & vetusta de terrore supplicij.*

Aguft.

Sap. 6.

Gregor.

Qui in sancta Ecclesia optimi prædicatores sint.

Cum incommoda omnia maxima quæ vsque adhuc

prouenire mõſtrauimus ex eo, quod concionatores ſolitricie puerculi ſint, & illiterati proculdubio in Eccleſiã vergant, de cuius honore, & augmento minime ſolicitantur ſimiles: notabile nunc detrimentum, euidenſque periculum, quod ab eodem fundamento eiſdem immineat ante ipſorũ oculos proponere laborabimus, vt quos à tam audaci conatu propriæ matris detrimẽtum non auocat, proprium ſaltem periculũ abducat. Pro quo aduertant neceſſe eſt, verbum Dei eſſe acutiſsimũ gladium, vtraque acie percutiẽs, ac ſecans, vt ad Hebræos 4. Paulus obſeruat dũ ait. *Viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animæ, ac ſpiritus, compagũ, quoque, ac medullarum, & diſcretor cogitationum, & intentionum cordis.* Ad maximum igitur, euidenſque periculum aduertant obſecramus, in quod ingeruntur infantes, in quorum manibus euaginatum gladium libere traditur (*eſpada nua em mão de menino, perigo ſeu mui euidente.*) Nam dubium certum non eſt ſe ſe ipſos, miſerabiliter interfecturos. Quid ergo ó incipientes pueri Dei gladium vtraque parte acutum

ad Hebr. 4.

apponitur imminens periculũ cui exponũtur qui abſq; ſciẽtia verbũ Dei prædicare conãtur.

A

euaginare tam auidi deſideratis? Cur vos metipſos interimere non pertimeſcitis? ſi gladio dextere non dũ vti ſcitis, quid in publicam gladiatorum palæſtram vos ingerits, & apud veteranos gladiatores enſem vibrare audetis? In vos certè gladium euaginatis, & vos ipſos interficitis, nam vt circa

B

hanc quam ſequimur mentẽ Hugo Card. ad cap. Eſaiæ 49. obſeruauit. *Qui tenet gladum in ore ſuo, gladio ſe perfodit.*

Hugo.

Ne tandem iſti audaces Icari, & illiterati puerili noſtras admonitiones deſpiciant, quia noſtræ ſunt, ſancti patris

C

Gregorij verba, quibus eoſdẽ de eadem audacia increpat, & adhortatur in medium afferre decreuimus, quæ ſi deſpiciant temeritatis ſuæ ſpecimen clarius demonſtrabunt. *Admonendi ſunt illi*, ait S. Pat. Gregor. 3. parte curæ paſtoralis, *quos à prædicationis officio, vel imperfectio, vel ætas prohibet, & tamẽ*

D

præcipitatio impellit, ne dũ tanti ſibi onus officij præcipitationẽ arrogant viam ſibi ſubſequẽtis meliorationis abſcindant: & cum arripiunt intempeſtiué quod non valent, perdant etiam quod implere quãdoque tempeſtiue potuiſſent, atque ſcientiam, quam incongrue conantur oſtendere, iuſtẽ

Gregor.

Ad moni[...]tur multi exemplis qui ant[...] quam ac[...] conueniẽtem ætat. accedant & abſque ſciencia verbum Dei prædi[...]care exo[...]tant.

oſtendantur

ostendantur amisisse. Admonendi sunt vt cōsiderent quod puli auiū si ante pēnarū perfectionē volare appetāt, vnde ire in alta cupiūt, inde in ima merguntur. Admonendi sunt, vt considerent quod structuris recentibus, nec dum solidatis si tignorum pondus superponitur, non habitaculum, sed ruina fabricatur. Admonēdi sunt vt considerent quod conceptas soboles fœminæ si priusquam plenè formentur, proferunt, nequaquam domos, sed tumulos replent. Hinc est, concludit Gregorius, *quod ipsa veritas, quæ repente quos vellet roborare potuisset, vt exemplum sequentibus daret, ne imperfecti prædicare præsumerent, postquam discipulos de virtutis prædicatione instruxit, illico adiunxit. Vos autem sedete in ciuitate, quo ad vsque induamini virtute ex alto.*

Luc. 24.

Excusatur prolixitas in selecto concionatore describēdo

Liceat tandem ad huius annotationis calcem prolixitatem nostram in vero concionatore describendo illa ratiocinatione excusare, qua se etiam excusat Augustinus, quia in libris de doctrina Christiana fusius egerit in eodem argumento, quam par esse videretur, sic enim cap. vltimo 4. libri, ait. *Longior euasit liber, quam putaueram, sed legenti, vel audienti, cui gratus est, longus non est: cui autem longus est per partes eum legat, qui habere vult cognitum: quem vero eius cognitionis piget, de longitudine non queratur* Quod si quis obijciat nos officium cotis vsurpasse, quæ ferrum reddit acutum, cum sit ipsa inutilis ad secandum, & quod pulchrum hominem depinxerit pictor fædus, aliosque ad perfectionis littus direxerit, qui adhuc in delictorum fluctibus versatur: (vt sibi obijci vetebatur S. Pater Gregorius, dum consummatum pastorem, omnibusque numeris absolutum in libris de cura pastorali depinxerit) quid respondeamus S. Pat. Augūstinus loco superius adducto suppeditat dicens. *Gratias Deo agimus, quia in his libris, non quales essemus, quibus multa desunt: sed quales esse debeamus omnes, qui in doctrina Christiana non solum sibi, sed etiam alijs laborare student quantulacumque potuimus facultate disseruimus.*

August.

Cui sermo gratus est, longus nō est.

Cotis officium.

Gregor.

August.

ANNOTATIO XXXIII.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

Ostenditur à quo verbi Dei auditoribus maxima incommoda proueniant.

QVAMQVAM huius annotationis materia aliquātum ab intento nostro aliena videatur, illam tamen huc intromittere ausi sumus, quia ad spirituale generationem, quæ in Ecclesia per verbi Dei concionatores emanat, ad eiusque principiū, & augmentum explicandum magnopere cōducit: nam cum inter ea, quæ ad eosdē verbi Dei concionatores pertinere mōstrauimus, illud præcipuū fuerit quod scilicet matrum, nutricumque munus obire tenerentur spiritualiter nempe filios generando, iuxta illud Pauli 1. Cor. cap. 4. *Per Euangelium ego vos genui:* generatosque in gratiam parturiendo, iuxta illud eiusdem Pauli ad Galatas. 4. *Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis:* & parturitos doctrinæ lacte sustētando, alēdo, & augmentando, iuxta illud eiusdem Pauli 1. Cor. cap. 4. *Lac vobis potum dedi.* Non certé ab intento penitus declinare videbimur, si in præsentiarum ostendamus quantum referat, vt vber, quo infantes, idest fideles, concipiuntur, cū vberibus quibus lactantur debitam cōnexionem habeant, & in optimis quibusque qualitatibus conueniant quantumque referat, vt lac, quo iidem aluntur purum sit, & proficuum, & ita simplex, & candidum, vt nulla in eo insit dolo, sa proprietas, quæ illos ad praua potius opera exercēda, quā ad virtutes sectandas inclinet, idest, ne praua illis administretur doctrina, quæ eosdem ad interitum, & perniciem; & non ad vitæ gratiam deducat. Talem enim doctrinam, dolosum lac Apostolus Petrus appellauit dum Christi infantes, idest verbi Dei auditores, ad discernendum inter vbera proficua, & nocua adhortatus est dicens. *Sicut modo geniti infantes sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem.*

Vt igitur ostendamus quæ necessaria sunt, vt Christi progenies, idest fideles Ecclesiæ filij dilatētur, & crescāt maximosq; virtutum progressus in dies efficiāt, est primo aduertē

Marginalia: 1. Cor. 4. [illegible] verbi Dei cō[cion]ator[es] [...] gnit, pa[...] & alit auditores. Gal. 4. — Idē 1. Cor. 4. — *Debita inter ventrē, & vbera conexio.* — *Multū refert, vt optimo lacte alātur infantes, vt probi fiāt.* — *Doctrina improba, lac dolosū.* — 1. Petr. 2. — *Quid necessariū vt Christi soboles propagetur.*

dum

dū, nō solū necessariū esse, vt vuluę in quibus paruuli, idest fideles generantur cōcionatores, scilicet probi sint, & fideles verū vbera quibus alūtur arētia nō sint, sed vberrima, & fæcūda: nā vt li. 1. Pædagogi cap. 6. obseruauit Clemēs Alexādrinus, ex omnibus mēbris animalium nullum maiorem cū altero consensum habet, quā vber, cum vulua: sic enim natura parens vtrumque complicauit, vt ostenderet, nec sine generatione posse esse nutritionē, neq; vero nutritionē necessariā esse deficiente generatione. Vnde iā clare colligitur illorum necessariā nō esse prædicationē, qui adeo steriles sunt, vt per semē Euāgelij nullos Deo generēt infantes quibus doctrinę lac subministrēt: patet etiā maximè necessariū esse, vt si vulua sit incōcipiēdo vberrima, vbera arida nō sint, ne qui per Euangeliū generātur pro lactis deficientia intereant, idest, doctrinæ sterilitate tabescant: hoc enim vt perniciosū malū improbis imprecatur Hoseas in cap. 9. vbi dicit. *Da illis Domine vuluam sine liberis, & vbera arētia*, quod idē est, vt exponit Theodor. atq; dicere, deficiat omnino eorū progenies, nec amplius, duobus vitæ fontibus exsicatis, propagetur.

Clem. Alexand.

Nullū mēbrū maiorē cū alio conexionē habet quā vber cum vulua, & cur.

Quid per lactis deficiētia intelligatur

Hoseas. 9

Exponitur Hosea imprecatio.

Dū igitur cōcionatores auditores aliquos prædicādo cōuertunt, Ecclesiæ vulæ sunt fæcūdæ, sed si quos prædicando generāt bonorū operū fæcūditate nō ædificant, vbera arētia sunt, quæ Christi infantes, quibus dolosum lac subministrāt proculdubio interficiūt: & dū quos Christo generāt exēplo virtuoso nō iuuant, quousq; in eisdē formetur Christus, ipsiq; in Christo roborētur, mōstra proculdubio parere visi sunt, quia imaginem patris in filijs, quos cōcipiūt, & pariūt non efformant, qui autem, & concipiunt, & parturiunt, virtutibusque, informant, ita vt iam veri Christiani sint, & videantur, ij officium suum recte exequuntur, qualiter se exequi demonstrabat Paulus quādo loco superius adducto dicebat *Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis.*

Quando prædicatores sunt fæcūde in Ecclesia vulua.

Quādo vero vbera arētia sūt

Concionatores qui quos verbo parturiunt doctrina ni informāt pariᵘ mōstrosos efficiunt.

ad Gal.

Sed quod magis ad nostrū institutū accedit est ostendere quātū oporteat, vt purū rationabile, & non dolosum sit lac, quo alūtur infantes per Christi Euangelium generati; ex eo nāq; prouenit totus eorū prouentus: bona indoles: spiritualis valitudo, & vel ad vitia sectāda inclinatio, vel ad virtutes amplectendas propensio.

A qu... auditoribus verbi Dei præcedat ad virtutes sectandas inclinat...

Vnde plurimũ ad hæc omnia conducere existimamus examinare cuius nã lacte puer alatur,(vt passim aduertũt authores) non solum enim hoc maxime refert, ad corporis robur, sed etiã ad mores inolescendos: magnam namque fere partem, ingeniumque altricis, natura lactis habet: quam totam in educatione natura omniũ mater in lactentis cõditionem transfundit: vnde fit vt lacte caprino educati more caprarum alta cõscendant, & saliant: lacte vero suillo se se in terram, & inter sordes dimittant, vt de puero quodam suillo lacte educato, affirmãt antiqui medici, qui cum adoleuit licet esset præciosis vestibus indutus luto volutabatur.

Natura lactis altricis naturã imitatur totaq; in infantis altis aliti cõditionem natura ipsa transfundit.

Cõprobatur exẽplo

Ad hanc quidem naturæ ordinem, & dispositionem allusisse videtur Dido Carthaginensium Regina apud Maronem Æneadum lib. 4. vbi vt Æneæ crudelitatem ostenderet illum feræ alicuius lacte educatum pronunciat dicens.

Virg.lib. 4. Æneí.

Nec tibi diua parẽs, generis nec Dardan' author
Perfide, sed duris genuit te cautibus horrẽs
Caucasus: hyrcanaq; admorunt vbera tygres.

Ad quod etiam fundamentũ alludere videtur Ouidius dũ elegia 8. de ponto cuiusdam amici austerum, & induratum animum describens dicit.

Aut tibi sunt silicis circũ præcordia vena aut, quę dedit nutrix vbera, tygris erat

Ouid. de Põto elegia.8.

Sed quid in hac vera philophia externorũ vtimur exẽplis, & iuuamur, cum locupletiora alia Sacra Scriptura nobis passim suppeditet; & præsertim Ezechielis in cap. 16. vbi volens demonstrare Propheta vnde tam intensa iudaico populo idolatrandi inclinatio proueniret, cum præsertim fuerint ipsi judæi religiosissimis parentibus sati Abraham, nẽpe Isac, & Iacob: id prouenire docet ex lactis educatione, in qua cum Ægyptijs participarũt, qui idolatrię semper dediti fuerunt. *In die*, inquit Propheta, *ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus*. Quẽ locum dum exponit Theodoretus, ita ait. *Vmbilicus est velut radix quædam embrionis, & per ipsum fœtus nutritur, augetur, atque perficitur, idcirco Hyerusalem non esse præscisam ait Propheta, quippe quæ cum ex Ægypto esset genita, & eius lacte educata adhuc Ægyptiacam idolatriam haurit ex materno vtero, & fœdum illum cibum attrahit.* Cui expositioni assẽtitur Lyranus, dicẽs: *Per negationẽ præscisionis vmbilici, intelligitur quod*

Vnde ad eo intensa idolatriæ dipropensio in Iudæis.

Ezech.16

Theod.

ille populus nō dū totaliter erat ab Ægyptiaca idolatria separatus. Vnde illā animi integritatē, & in vnius Dei cultu eximiā cōstātiā Ægyptiacarūq; rerū displicentiam magnam, quā sem per Moysi pectus retinuit, & quā Paulus ad Hebræos cap. 11. referens vehementer commendat dicens. *Fide, Moyses grandis factus, negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligēs affligi cum populo Dei, quam tēporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorū improperiū Christi.* Quod ex eo profluxisse docēt authores, quia Ægyptiarum lac nō suxerit, sed Hebræum, vt præcipuè Isidorus Clarius ad hunc locum annotauit.

Ad Heb. 11.

Vnde inpesiue Moysi fides, & constantia admirabilis.

Isidor. Clar.

Ad hoc, quod prosequimur de indole, & propensionibus cum lacte imbibitis argumētum comprobandū aureus nobis visus est locus Augustini in confessionū lib. vbi ipse de se ipso testatur, quod cum adhuc Manichæus esset, nec dum ad Deum conuersus Ciceronis Ortensium legeret mirè afficeretur sermonis elegantia, sed quod vnum tamen ei displiceret nomē nempe illud Sacrosanctum IESVS ibi non legi. Quid igitur tibi ò Manichæe Augustine cum nominis IESV dulcedine, quod non dum confiteris? vnde tibi hæc deuota tāti nominis auiditas? Vnde ad eius suauitatē dulcem, dulcedinéque suauē tibi tam intensa propensio dimanauit? à sanctissima matris Monicæ proculdubio cādido lacte, quem suxisti, cui ipsius nominis amor, delectatio, & reuerentia inhæserat.

August.

Vnde in D. Augustini pectore dū ad hunc Manicheus esset tam intensa nominis Iesus audiendi propēsio orta.

Vnde iam patet quantum referat, vt paruuli infātes, idest Christi fideles per eius Euangelium geniti optimarum altricum lac suggant, in quo ad virtutes exercendas, & non ad vitia sectanda propensionem exhauriāt idest, quantū oporteat vt auditores verbi Dei cōcionatores habeant, qui illis sanam, catholicāq; doctrinā, cum morum probitate coniūctam administrent, qua illis spiritualis virtutū indoles medullitus imprimatur, & qua in Dei dilectionem, in eiusque præceptorum obseruantiam fortiter impellantur: quòd aliter certé eueniet, si concionatores admittantur, quorū improba conscientia, detestandi mores, & falsa doctrina ad reproba quæque sectanda detorqueāt atque inclinēt.

Multum refert vt auditores verbi Dei concionatores bene moratos habeant.

Sed quodnam erit efficax remedium, quo tanto periculo obuietur? illud certé optimum

Optimū remediū vt infātes per euāgeliū geniti in virtute proficiāt.

mum,& probatiſſimum nobis viſum eſt, quo ſanctiſsimæ matres aliquæ vſæ ſunt, vt filios ſuos á tãto periculo liberarẽt, illos nempe per ſe ipſas ad propria vbera educare, nec alijs alendos tradere, quos proprijs viſceribus genuerũt. Hoc nãq; Saram ſanctiſsimam Iſaac matrem feciſſe docet ſacra pagina, de qua dicitur, quod nũquam longæua ſenectute fuerit affecta ad propria tamen vbera filium educauerit. *Quis*, inquit Sacra pagina, *auditurus crederet, quod Sara lactaret filiũ ſuum, quem peperit?* Quo quidem Saræ exemplo reliquas matres ad filios proprijs vberibus educandos adhortãtur D. Ambroſius lib. 1. de Abrahã Patriarcha vbi ſic ait. *Hoc certé Saræ exemplo prouocantur fœminæ meminiſſe dignitatis ſuæ, & lactare filios ſuos, hæc enim matris gratia, hic honos.* Quin, & pater Gregorius Magnus ad duodecim interrogationes Auguſtini Cantuarienſis Epiſcopi cap. 10. maximè hoc crimẽ inculcat, proprios nempe filios alijs enutriẽdos tradere, quod prauam appellat conſuetudinem. *Praua*, inquit, *in coniugatorum moribus conſuetudo ſurrexit, vt mulieres filios, quos gignunt, nutrire contemnant, eoſque alijs ad nutriendum tradant.*

Gene.21

Ambro.

Filios proprijs vberibus educare, matris honos.

Gregor.

Filios alijs ad nutriendum tradere praua conſuetudo.

Hæc certè praua conſuetudo adeo periculoſa infantibus, viſa eſt Germanis, vt legẽ ſancirent, vt author eſt Cornelius Tacitus, quæ matres omnes proprios infantes alere præcipiebat. Vnde iam cum debita honoris, & ſeruitutis reuerentia illuſtriſſimos dominos Epiſcopos ſubmiſſe, & humiliter deprecamur, vt attendant nõ ad germanorum legem, ſed ad Sacroſancti, & Eucomænici Cõcilij Trid. verba, quæ illos non conductas nutrices, ſed Chriſti infantiũ proprias matres conſtituunt, dum prædicandi munus illis, vt propriã actionem adſcribunt. *Prædicationis munus quod Epiſcoporum proprium eſt &c.* Obſecramus igitur, vt pueros ſuos, ideſt, Chriſti fideles, quorum propriæ matres ſpiritualiter effecti ſunt proprijs vberibus alere, nec obliuiſcantur, nec dedignentur: ne dum alienum lac ſuggant, aliquid vel á fide, vel á veritate alienum exhauriant: ſed vt Patris, ideſt, Chriſti, per cuius Euangelicum ſemen concepti ſunt dilectionem á proprijs matrum viſceribus cum lactea ſimul doctrina ſuggant, vt in alienum amorem non declinent, dum alienum lac ſuggunt. Nam vt libro. 1. ſui Pædagogi

Cornel. Tacit.

Germanæ mulieres lege tenebantur ad propria vbera filios lactare.

Ad illuſtriſsimos Epiſcopos cum debita ſeruitutis reuerẽtia deprecatio.

Concil. Trident. ſeſſ. 24 de refor. c. 4

Epiſcopi propriæ matres filiis ſunt vnde propria doctrina illos lactare decet.

A B C D

Clem. Alexand.

Cur Christus Dominus, & patrẽ, & matrẽ, & nutricẽ nos tráse præbuit.

gi cap. 6. obseruauit Clemens Alexandrinus ideo Christus Dominus, & pater, & mater, & nutritius esse voluit, immo & nostrum alimentum singulare, ideo ex propria carne cõfecit, vt in eum omnẽ prorsus dilectionẽ collocare, quasi ex natura teneremur, & ad eius legem obseruandam simul cũ lacte propensionẽ suxeremus.

Nulla excusatione leuantur Domini Episcopi ab administrando suis ouib' lac verbi Dei.

Quos certe neque longa annoru m ætas, neque Ecclesiarũ regiminis continuæ occupationes ab hoc officij onere absoluunt, siquidem nec lõgæua senectus, nec domesticæ substantiæ continua administratio Saram impediuit, quominus filium, quẽ genuerat proprijs vberibus lactaret.

Maximã in concionatoribus eligendis curam debẽt impendere domini Episcopi.

Quod si facere omnino nõ possunt, maximam saltem diligentiam in eligendis nutricibus adhibere tenentur, quibus Christi infantes alendos tradant, ne mala lactis conditione illos occidant, quos viuificare tenebantur, optimosque eligere studeant pædagogos, qui eos bonis moribus imbuant, & instituant, quamquam apud filios plus valeat breue verbum patris, quam multorum pædagogorum longa prædicatio, & instructio; sicut Paulus. 1. Cor. cap. 1. obseruat dicẽs. *Nam etsi decẽ milia pædagogorũ habeatis in Christo, sed non multos patres.*

1. Cor. 1.

Plus val. breue verbũ patris, quam longa documenta pædag.

In hũc enim fere sẽsũ hũc Pauli locũ exponit Theodoretus dicens. *Pædagogos alios doctores appellauit Paulus, se ipsum autẽ patrem, vt qui doctrinam Euangelicam illis præcipuè attulerat.*

Theod.

ANNOTATIO XXXIIII.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

De afflictionis, seu expiationis festi spirituali intelligẽtia, & exercitio.
SIVE
De sacramentali confessione, & de ijs, quæ ex parte pænitentis requiruntur, vt verè, debitè, & exactè fiat.

Inter Iudaica festa, afflictionis præcipuũ festum.

INTER Iudæorũ solemnia á Deo religionis causa, illis iniuncta, illud præcipuum fuisse existimamus, quod decimo die mensis septimi exercere tenebantur, & afflic-

afflictionis, atq; humiliationis, siue expiationis festum vocabant. Ad nullū enim aliud festum tam acurate præparari iubebantur, quam ad istud exercendum, vt ex legis tenore perspicitur, quæ Leuitici 33. continetur. Primo namq; septimi mensis die clangore tubarum hæc solemnitas indicebatur, vt per nouem dierū spatium ad illam debitè exercendam, se sedulitus præpararent: ad cuius etiam exercitiū tanto rigore constringebātur, vt illi, qui semel se se ab illa abducerent, vel eam celebrare neglexerint mortis pœna dānarentur. Vnde Origenes homil. 23. in cap. 28. Num, agens de omnibus Iudæorum solemnijs, hanc inter reliquas miram festiuitatem appellat tanquam mirabilia, quæ sub eius vmbra latebant indicans, & demonstrans, neque certe indebite hanc Origenes miram festiuitatem appellauit, quia putandum non est Deum temere, aut casu eam tā strictè, & tanta cum animi quiete, ac externa præparatione celebrari mandasse, sed propter spiritualem ipsius significationem postea in nostram vtilitatem, nostrarumque animarum salutem, & commodum in lege gratiæ exercendam. Verba autem legis secundum cōmunem versionē, qua vtitur mater Ecclesia, sic habent. *Decima huius mensis die, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus: affligetisq; in eo animas vestras, & offeretis holocaustum Domino: omne opus seruile non facietis in tempore diei huius, quia dies propitiationis est, vt propitietur vobis Dominus Deus vester: omnis anima, quæ afflicta non fuerit die hac peribit de populis suis, & quæ operis quippiam fecerit delebo eam de populo suo &c.*

Leuit. 33.

Quando, & quomodo indice batur.

Ad eius solēne exercitiū sub mortis pœna obligati Iudę.

Origen.

Mira festiuitas appellata.

In filiorū Ecclesię vtilitatē fuit a Deo hoc festū tam stricte Indeis iniūctum.

Leuit. 13

Scio virum doctissimum Ludouicum Tenam complutensem quondam primarium, & nunc Dortosanum Episcopum in suis Comentarijs in Epistolam ad Hebræos cap. 12. difficult. 17. asseruisse festū azimorum, afflictionis festum nominari, eo solū ductus fundamento, quod scilicet panes azimi Deuterono. 16. panes afflictionis nominantur, nimirū quia in afflictionem inducebant comedentes, erant enim insipidi, gutturique minime congruentes. Parcat tamē vir doctissimus, illustrissimusque Dominus longe enim aliter circa afflictionis festum sentimus: neque azimorum festum cum afflictionis solemnitate misceri posse existimamus, cū

Tena a[illegible] Hebr.

Deut. 16.

Cur pane[s] azimi p[anes] afflictionis v[o]cabantur

azymorum

Exod. 12. Leuit. 23.

azymorum festum iuberet lex Exod 12. & Leuit. 23. luna 15. mensis Nysan, ideſt Martij, at vero afflictionis festum menſe Tyzri, qui noſtro ſeptembri reſpondet celebrabatur, vt ex cap. 23. Leuitici manifeſte conſpicitur: vnde quanquam panes azymi loco citato panes afflictionis nominentur, non ideo tamen azymorum ſolemnia afflictionis feſtum nominabatur nec erat, ſed hoc de quo in præſenti nobis ſermo eſt, quod vel afflictionis, vel expiationis, ſeu humiliationis vocabatur, quia non ad hoc institutum fuit vt in eo epularent Iudæi aut lætificarentur, ſed vt pro cōmiſſis ſceleribus ſe ſe affligerent, & coram Deo humiliati propria crimina deplorarent.

Ad faciliorem igitur legis intelligētiā qua Dominus hoc expiationis feſtum celebrare iubebat, metiſque noſtræ clariorem explicationem circa eiuſdem legis ſpiritum, maxime aduertenda eſt duorum verborum, quæ in ea continentur ſignificatio (*Chapar*) ſcilicet, & (*Anab.*) Primum namque præter quam quod *linire*, ſignificet, etiam, *expiare*, ſonat. Abeoque deducitur nomen, *Chipur*, quod idem valet, atque *expiatio*: vnde huius hu-

Cur festū hoc, festū expiationis vocabatur.

A miliationis, ſeu afflictionis dies *ſolemnitas Achipurim*, ſiue *expiationum dies*, apud Iudæos communiter appellabatur.

Secundum autem verbum nempe, *Anab*, duas ſibi præcipuas vendicat ſignificationes, *humiliari*, nempe, & *reſpondere*: in hac antem lege vtramque

B ſignificationem exercere pro miſcueq; ſortiri exiſtimamus. Ita vt ſic legem liceat cōſtruere. *Decima die ſeptimi menſis huius, dies expiationū eſt, in quā affligentes, & humiliantes animas veſtras reſpondebitis.* Ita vt vnumquodque verbum duas ſacramentalis cōfeſsionis partes adumbret, *cordis*, nempe

In verbis quibus hoc ſolēne feſtum celebrari mādabatur, ſacramentalis confeſsionis partes ſignificabantur.

C *contritionem*, & *oris confeſſionē*: hunc namque promiſcuū loquendi modum S. Patriarcha Iob. cap. 10. obſeruauit, dum de eadem confeſsione ſacramentali in ſpiritu loquebatur, dicens. *Loquar in amaritudine animæ meæ*, ideſt, *amari animi in confeſsione loquellā proferam, ita*

Iob. 10.

D *vt os loquatur, & cor interna pænitentiæ amaritudine conteratur.* In hunc enim ſenſum eadem verba exponit S. P. Gregorius dicens. *Qui culpas ſuas deteſtādo loquitur, reſtat vt has in amaritudine animæ loquatur, vt hæc ipſa amaritudo puniat quidquid lingua per mentis iudiciū accuſat.*

Gregor.

Vnde iam non incongrue

loqui

In hac expiationis solemnitate sacramentum pœnitentiæ adumbratum.

loqui videbimur si dicamus sub hac expiationis solemnitate voluisse Dominum sacramentalis confessionis præceptum adũbrate significare suo postea tẽpore manifestissimé traditurum illis verbis Ioannis 20. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis &c.* Et illis Matthæi verbis cap. 16. *Quodcumque ligaueris super terram erit ligatum, &c.* Et verbis illis Iacobi Apostoli. *Confitemini alterutrum peccata vestra:* Quæ quidem verba de sacramentali confessione intelligenda esse docet Calixtus Papa apud nostrum Brurcardum lib. 18. Decretalium cap. 1. Item Concilium Cabilonense cap. 33. & omnes communiter sancti, & Doctores.

Ioan. 20.

Math. 16

Iacob. Apost. c. 5.

Calixt. Papa.

Concil. Cabilon.

Neque desunt patres, qui mentem nostram circa spiritualem huius festi intelligentiam corroborent, & confirmẽt inter quos præcipuus est pater Augustinus in suo speculo peccatoris, vbi verba quibus Dominus huius festiuitatis transgressoribus minatur nempe. *Omnis anima, quæ afflicta non fuerit die hac peribit de populo suo:* ponit explicatque dicens. *Omnis anima, quæ non fuerit afflicta, subaudi, per morum correctionem, per pænitẽtiæ satisfactionẽ, per cordis contritionem, per conscientiæ puritatem, & per peccatorum expiationem &c.* Expressius adhuc eandem mentem confirmat D. Thomas. 1. 2. quæst. 101. art. 4. in responsione ad decimum, dicens. *Per festum expiationis, significatur emendatio à peccatis.* Neque circa eandem spiritualem eiusdẽ festi explicationem, & intelligentiam Oleastri despicienda est authoritas. Qui ad caput Leuitici 23. in quo hæc de expiatione lex cõtinetur sic pro. loquitur. *Benedictus sit Dominus Deus noster, qui remissionem omnium peccatorum illis, saltem semel in anno facere voluisti, vt homines ab anxietate maxima liberares, nisi enim crederent peccata sibi aliquando demissa, anxij, & incerti sua perplexitate laborarent: sed multo feliciores nos, qui non semel tantum in anno, sed quoties libuerit, paratum habemus Deum, & Sacerdotem ad remittenda peccata.* Hæc ille.

Augnst.

D. Thom

Oleaster

Iudæi semel in anno hoc expiationis festum celebrabant nos vero integer[illegible] illud quotidie spiritualiter possumus celebrare.

Neque certe est cur amplius in sanctorum patrũ sententijs adducẽdis fatigemur; cum ipsæ eiusdem solemnitatis circunstantiæ, cũ illis, quæ ad sacramentalem confessionem requiruntur maximè cohæreant, plenissima nempé præparatio humilisque propriæ fragilitatis cognitio, quæ omnia ante sacramentalẽ cõ-

fessionem

fessionem sancta mater Ecclesia impense iubet impleri: de quibus nos in præsēti annotatione tractabimus, de humiliatione scilicet, de preparatione, de que conscientiæ examine, quod sacramentalē confessionē præcedere necesse est, vt exactè fiat, de eiusdē sacramētalis confessionis partibus in tribus postea sequentibus annotationibus acturi.

Quid in hac solemnitate, & in eius præparatione adumbratur.

Quod igitur primo in hac solēnitate, & considerandū, & discutiendū occurrit est longa nouē dierum præparatio, quæ hoc expiationis festiuale holocaustū, humiliationisq; solēnia antecedere debebat: & animi quies, á seruiliq; opere inuiolabilis abstinētia, qua Iudæi præparari iubebātur, vt hoc festū debite exercere potuerint: in quibus certè manifestissimè demonstrabatur præparatio, & conscientiæ examen, quod in lege gratiæ ad sacramētalē cōfessionē exactè faciendā necessario prærequiritur, quod vt rē ad cōfessionis effectū cōsequendū valde cōducentem maxime commendat P. Ioan. Chrisost. hom. 44. in Matthæū tom. 4. suorum operū dicens.

Chrisost.

Quomodo aduocāda est ad iudicium conscientia

Sedeat mēs tua, atq́; cogitatio tua iudex in animam atq́; conscientiā tuā: adducas omnia delicta tua in medium, scrutare, quæ animo commisisti, & pone dignas singulorum pœnas; dicasq́; tecum assidue. Quare illud, aut illud perpetrasti? quare hoc, aut hoc ausus es? Quod quidē cōsciētiæ examē, & ad peccata expianda præparationem adeo necessariam esse S. Pater Greg. existimauit, vt qui eā solicite exercere negligunt, insensatos, & extra se positos appellauerit. Dū nāq; ilud, quod de animalibus Ezechielis cap. 1. eiusdem dicitur (*Vnumquodque ante faciem suam ambulabat*) commentatur, & explicat, ita ait. *Quisquis vitæ suæ custodiam negligit, nēpe discutiendo quæ agit: quæ loquitur: quæ cogitat, idque facere aut despicit, aut negligit, coram se iste non ambulat, quia qualis sit in suis moribus, vel in actibus ignorat, nec sibi metipsi præsens est, qui semetipsum quotidie exquirere, atque cognoscere solicitus non est.* Hæc. S. P. Gregor. Ad hanc quoque conscientiæ præparationem, necessariumque examen inducendum valde consona sunt patris Augustini verba, quæ in suo libro de spiritu, & anima cōtinentur. *Discutiamus, inquit, cogitationes, locutiones, atq́; opera nostra: examinemus quæ fecimus nos: si secūdū quod debuimus ea fecimus, cōsideremus ea, quæ facturi sumus si sint secūdum Deum, valde siquidem necessaria*

Ezech. 1.

Gregor. Magn.

Qui vitæ suæ custodiā negligit, cōsciētiāq́; non examinat apud se nō est.

August.

Consideranda sunt, quæ fecimus, & quæ facturi sumus.

nobis est circunspectio examinationis quatenus per experientiam eorum; quæ fecimus ad ea, quæ agenda sunt tutiores reddamur: propterea necesse est, ut per singulos dies vitam nostram ad iudicium aduocemus, & quidquid egimus per noctem, & diem examinemus. Hæc Augustinus.

Jita discursu aduditiũ adsocare necesse est.

Eandem etiam præparationem, & conscientiæ examẽ sub patris familias similitudine à seruo suo de expensis rationem postulantis inculcat, multumque persuadere laborat Chrisostomus in tractatu de pęnitentia, & confessione, qui tomo. 5. suorum operum continetur in hunc modum. *Si vocato ministro rationẽ sumptuũ petimus, ut sciamus quidnã male, vel quid bene expenderit, & si vidimus parum quidem desiderari omnibus modis cogitamus accessionis occasionem, ne inuiti perdamus: faciamus similiter, & hoc in operibus nostris: vocata scilicet conscientia nostra faciamus rationem verborum, operũ, cogitationum: scrutemur quod inutiliter consumpsit, & quid in perniciem nostram: quis sermo male expensus est in conuitia, in sales, in turpiloquia: quæ concupiscentia oculum in intemperantiam prouocauit: quæ cogitatio in damno nostro in opus prodierit, vel per manus, vel per linguam, vel per cogitationes ipsas.* Hæc Chrisost.

Chrisost.

De quib⁹ examinãda est cõscientia.

Quæ omnia, qui certe facere negligit antequam ad sacramentalem confessionẽ accedat, suæ ipsius salutis imperitus, indoctusque medicus reputabitur, antequam enim amaram potionem, qua malos humores euomat, sibi propinet, & hauriat, pharmaca nõ summit, quibus natura disponatur: sicque dum vult exonerari natura non valet, quia indigestos, crudosque humores ab stomacho expellere non potest, quos si prius pharmacorum beneficio coqueret, facilimè expelleret. Quod, & conscientiæ contingit, quanquam enim á peccatis exonerari auidissimê exoptet, id tamen sine præuio examinis adiutorio facere non valet, quod rectè certe exerceret, si tẽpus aliquod in præparatione consumpsisset.

Qui cõscientiã suã n examinat propria salutis medicus imperitus est.

Qui sine prauio examine ad confessionem accedit, prõ potionem quã pharmaca sumit.

Optimam igitur ad cõfessionem præparandi methodũ à S. Pat. Gregorio accipiamus, qui lib. Moralium 25. cap. 10. Solicitus tradit dicens. *Debet uniuscuiusque mens, & causas suas apud Dominum, & causas Domini contra se solicita inquisitione discutere, debet cauté pẽsare, vel quæ bona ab eo percepit, vel quæ mala bonis illis peruerse*

Gregor.

Mod⁹ præparãdi ad cõfessionem exactè faciendam.

viuendo

Sancti, & iusti quotidie cõsciẽtiã examinare consueuerunt.

viuendo respõdit: quod electi faciunt quotidie omnino non cessant, accedunt enim ad secretarium iudicis intra sinum cordis, considerant quam districte quandoque feriat, qui diu patiẽter expectat, metuunt in ijs, quæ se egisse meminerunt, & puniunt flendo quod se perpetrasse intelligũt, vidẽt enim videri diuinitus, quæ ipsi per humanitatẽ non vident: conspiciũt districtũ iudicem, qui quo tardius venit, seuerius punit, & sic pænitendo feriunt, quod superbe cõmiserunt, & ibi tot patiũtur supplicia, quod pati timent. Nec deest quidem in hoc iudicio mente cõcepto omne ministeriũ, quo puniri Reus pleniús debeat, nam conscientia accusat, ratio iudicat, timor ligat, dolor excruciat. Vnde elegãter Greg. vbi sup. *Hoc iudiciũ*, inquit, *eo certius punit, quo interius sæuit, vnusquisque enim cum causam huius examinis contra se aggredi cæperit, ipse est author, qui exhibet, ipse reus, qui exhibetur, odit qualem se fuisse inuenerit, & ipse est qui semetipsum insequitur illum, qui fuit, atq; ab ipso homine aduersus semetipsum fit quædam rixa in animo, parturiens pacem cũ Domino.* Hæc omnia, & alia plura loco citato affert S. Pat. Gregorius ad cõscientiæ examẽ inducẽdũ, & ad ipsam cõscientiam ad sacramentalẽ cõ-

Iudex qui nũc patiẽter suffert districte nimis aliquandopuniet.

Sancti, & iusti quotidie patiũtur in hac vita, quæ alij timẽt in altera.

Qui sint in conscientia discutienda ministri.

Qui cõsciẽtiã examinat, ipse auctor, & Reus esse debet.

A fessionem apte præparandam valde accommodata.

Vt autẽ hanc præparatonẽ Iudæi facerent ab omni seruili operatione lex illos abstinere iubebat, ne quatenus humanis rebus intẽti occupabãtur mẽs á plena omnimodaq; peccatorũ memoria laberetur: in quo certè in omnibus figurã figurato respõdere cõspicimus, & animi trãquilitatẽ, quæ ad cõscientiã examinandã requiritur inquiete ad expiationũ festum permissa adũbrate monstratã fuisse intelligimus: nam dũ lex post lõgã ad festũ præparationem in ipso festi exercitio ab omni iubet actione quiescere, nos spiritualiter docet, quod ne ante actæ præparationis labor frustraneus efficiatur, ab õni prorsus cura, & solicitudine animũ auocare debeamus dũ ad cõfessionẽ faciendã accedimus, & soli Deo vacare, toto q; animi conatu inniti, vt illũ nobis mitẽ, & placabilẽ reddere valeamus: maxime enim tunc nos perturbant rerũ mũdanarũ imagines, solicitudines & desideria, neq; nos de cõmissis peccatis plene, perfecteque pœnitere permittũt vt S. P. Ioa. Chrisost. tractatu de pænitentia, & confessione acuratissimè obseruauit dicens. *Multa, non vt volumus, facimus, quia*

Cur Iudæi ad hoc festum exercẽdum ab omni seruili operea bstineri iubebantur

B

animi trãquilitas quæ ad cõsciẽtia examẽ faciendũ requiritur, inquiete, quæ ad expiationis festum celebrãdũ requirebatur fuit adumbrata.

C

Tunc maxime nos perturbãt rerũ sæcularium desideria quãdo conscientiam examinare curamus.

D

Chrisost.

amici exacerbant, familiares exasperant, vxor contristat, solicitudo negotiorum tum priuatorũ, tum publicorum circumsistit, & ideo non possumus attendere, neq́ quomodo supplantamur, omnibus autem illis liberati, & apud nos collecti, multaq́ fruentes quiete iudicium conscientiæ requiramus, vt Deum per tale iudicium misericordem faciamus. Hæc S. Pat. Ioan. Chrisost. quibus cohærẽt ea, quę in expositione Psal. 67. ad illa verba. *Cogitaui annos antiquos*, affert S. Pater August. dicens. *Vide quid sibi vult ista cogitatio, nisi magnum silentium ab omni forinsecus strepitu, ab omni rerum humanarũ tumultu, vt intus requiescat, qui cogitare vult annos antiquos, idest, anteactæ vitæ discursum.* Hæc Augustinus, ex cuius verbis, & ex reliquis, quæ superius attulimus nõ solum patet quam necessaria sit ad sacramentalem confessionem exactè faciendam solicita conscientiæ præparatio, & rigurosum examen, quod in lege á qua spiritum auferre conamur adumbrate significatum fuit: verum & quomodo illud oportunè faciamus clarissime edocemur.

Psal. 67.

August.

Ad cõsciẽtiam examinãdam maxime requiritur quies interna.

Sed vt omnia ex huius legis vmbra, quam spiritualiter explicare contendimus auferamus, quæ veram cõfessionem debẽt antecedere, vmbras omnino amouere, & arcere laboremus, inquiramusque, quidnam hæc eadem lex indicauerit dum illã animarum humiliationem præcipiebat, qua se se Iudæi post hanc, de qua egimus, præparationẽ Deo præsentari tenebãtur. Nihil aliud enim inuere pẽsamus, nisi humiliationem cordis, animique submissionem, qua ante sacerdotem seu vt melius priusque loquamur ante Dei consspectum cũ ad peccata expianda accedimus præsẽtari iubemur. Nam verbum, *Anah*, vt in huius annotationis principio iam aduertimus, præterquam quod respõdere significat, etiã humiliari dicit, illo igitur vsũ fuisse pijssimum Dominũ in legis tenore existimamus vt Iudæos in veteri lege nosque in lege gratiæ edoceret, tunc maximè ad propitiandum commoueri cum nos humiliatos, propriæque miseriæ conscios esse cognouerit: semper enim hic Dei mos fuit, superbis nẽpe resistere, humilibus autem gratiam conferre, magnaque beneficia impartiri vt 4. suæ epistolæ cap. Iacobus Apost. ex cap. 3. Prouerb. secũdũ septuaginta versionẽ obseruauit: quẽ locum ita transtulit vulgata.

Quid in humiliatione quæ in hac solemnitate præcipiebatur, adumbratũ fuit.

Propria miseriæ cognitio maxime Deum ad cõmiserandum impellit.

Superbis resistit [illegible] per Deus humi[li]bus autem [illegible]net.

Iacob. Apostol.

Prouer 3.

Ipse

Translatio vulgata.

Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam. Reddens autem Glosa causam huius Dei nostri moris sic ait. *Malis omnibus punit Deus, sed superbis specialiter resistere dicitur, quia maiori pæna plectuntur, qui Deo subdi pænitendo negligũt: sed humilibus dat gratiam, quia in suorum plagis vitiorum, manibus veri medici se subdunt.* Vnde & ipse Dominus per Esaiam Prophetam cap. 45. ait. *Gloriosos terræ humiliabo.* Circa quam Dei erga superbos conditionẽ optime philosophatur Hugo dum illud Cantici Mariæ exponit. *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles*, ingerit enim ibi author distinctionẽ inter humiles, & humiliatos dicens. *Humilitas est intus in virtute mentis; humiliatio autem foris in abiectione operationis, sic igitur humiliatio significat depressionem, & abiectionem, & hanc Deus retribuit malis, & superbis, qui se se humiliare noluerunt.* Hæc Hugo vbi supra. In quo certe ad instar strenuissimi cuiusdam ducis Deus se se agere videtur, qui contra hostem humiliatũ, ad ipsiusq; dilapsum pedes, neque iam de viribus suis gloriantem, sed de se humiliter sentientem, & eius clementiam implorantẽ non solum gladium euaginare

Glosa ordinar.

Esayæ. 45

Lucæ. 1.

Hugo.

De° insuperbis humiliandis ad instar ducis strenuissimi se habet.

A

B

C

D

non præsumit, verum etiam manum porrigit, opem fert, vitamque tuetur, at veró elatum hostem, & se de fortitudine, & viribus commendantem, superbeque incedentem omnino deprimere conatur, vnde illud. *Parcere subiectis, & debellare superbos:* sic & Dominus Deus exercituum fortis, & potens in superbos asperrime animaduertẽdo exurgit, & prostratis, deseque humiliter sensientibus condolere, opemque ferre consuescit. Quod in sancto Patriarcha Abrahamo comprobat S. Pater Hieronymus in expositione cap. 1. Ezechielis, vbi sic ait. *Cecidit Abraham super faciem suam postquam audiuit sermones Dei, & tamen quia non superbia, sed humilitate corruerat, à Deo ipso subleuatur.* Quã etiam Dei conditionem S. Propheta Dauid expertum fuisse demõstrat, dum vbi primum gladium Deum in se euaginantem aspexit, exclamauit dicens. *Domine non est exaltatum cor meum.* (Senhor não sou eu dos soberbos, & brazonadores.) Quæquidem verba secundum literalem sensum accipiẽda esse docet Author Incognitus de euẽtu illo, in quo veniam de peccato adulterij, & homicidij precabatur, quasi

D. Hiero

Psal. 130

Incognitus inhũc locum.

demonstrans se nullum aliud aptius ad Deum placandũ sacrificium cognoscere, scireq;, quam cordis contritionem & humiliationẽ, interque omnia sacrificia, & holocausta nullum efficacius, & validius ad Deum mitigandum placabilemque reddendum, quam humiliationem ex propriæ fragilitatis cognitione profectã. *Quoniam*, inquit, *si voluisses sacrificium, dedissem vtique, sed holocaustis non delectaberis. sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum.* In hunc enim sensum aperit S. Pat. August. Dauidis mentem, & intentionem dicens. *Satisfacere volebat Dauid Deo pro peccatis suis, vt acciperet eorum remissionẽ, & quasi quærens vnde illum propitiaret dicebat. Scio quod holocaustis non delectaberis, ergo superflue quærã arietes, tauros, aut aliquam talem victimã: quid ergo? sine sacrificio placatur Deus? certé minime, quod ergo est sacrificium?* Spiritus *contribulatus, humiliatum cor. Si ergo*, cõcludit Augustinus, *cor humiliatum sacrificium Deo est, ille verum sacrificium obtulit qui dicit. Non est exaltatum cor meum:* ex qua Dauidis intentione iã ratio, & fundamentum de sumitur, cur Deus inter præcipua solemnia, & sacrificia hoc humiliationis festum exerceri mandauerit: vt nempe se se judæi internè humiliantes, ipsũ placabilem, mitem, & auxiliatorem experirentur: quod ipse Dominus apertissimè significauit dum postquam hoc humiliationis festum celebrare mandauit statim adiungens dicit. *Dies hic propitiationis est, vt propitietur vobis Dominus Deus vester.*

Ex quo etiã iam patet quale fuerit spirituale huius festi fundamentũ, pijssimique Dei nostri in eius mandato intentionem, solicitam nẽpe conscientiæ præparationem, peccatorumque rigurosum examen, & humilem ad peccata expianda accessionem introducere. Vnde ille certè ad hoc festum spiritualiter celebrandum, & proficue exercendũ accedit, qui se debite ad crimina expianda disponit humilitati, propriæque vilitatis cognitioni impense studens, sic enim Dominum Deum ad sui commiserandum inuitauit. De qua certe dispositione, & examine, & de fiducia, quam de venia consequenda firmiter concipere debemus, si omnia, quæ dicta sunt, impleuerimus, sic ait Basilius tomo. 1. suorum operum homil. 13. ex varijs. *Suscitare conscientiam*

tuam

Margin: Nullũ aptius ad Deũ placandũ sacrificiũ, quã humiliatio[nem], & cõtritio[nem]. — Psal 50. — August. — Frustra Deo offeruntur victimæ, si non humilia corda nõ offeruntur. — Spiritus cõtribulatus sacrificiũ Deo acceptabile. — Cur inter Iudæorũ solẽnia hoc humiliationis festũ exercere mandabat Deus, & ad quid. — Leuit. 23 — Quid facundũ est vt expiationis festum secundum spiritum debite celebretur. — D. Basil.

tuam, ingredere in promptuarium animæ secretius, præteritorũ memoriam apud te parumper excita, & si plura sunt peccata multitudine ne terrearis, vbi enim abundauit peccatum, superabundauit & gratia, plus enim debenti, plus remittitur, vt vehementius amet.

Rom. Luc. 7.

ANNOTATIO XXXV.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

De eiusdem afflictionis, seu expiationis festi spirituali exercitio.
SIVE.
De prima parte essentiali materia proxima sacramẽtalis confessionis., quæ est cordis contritio.

CVM (vt superiori annotatione mõstratum est) verbũ *Anach*, duas sibi vendicet significationes, *humiliari* nempe, & *respõdere:* quas hic simul importare ex communi Sacræ Scripturæ loquẽ- A di more affirmamus, duasque sacramentalis cõfessionis partes cordis nempe contritionẽ, veramque oris confessionem inuere diximus; iam occasio postulat, vt de priori, idest de cordis contritione, & humili submissione, qua circumuestiri debet anima cum ad hoc expiationis festum spiritualiter B celebrandum accedit, aliqua cũ patribus annotemus, de qua multa annotauit Diu. Thomas 3. p. quæst. 84. art. 1. & quæst. 86. art. 6. & quæst. 90 art. 2. & 3. & in 4. sententiarũ distinctione 14. quæst. 1. art. 1 D. Antoninus 3. p. tit. 14. cap. 19. §. 5. Cum autem cordis cõ- C tritionem audis, non intelligas cor in minutissimas partes esse scindendum, bene namque idem cor secundum partes integrum perseuerat, cũ de præteritorum criminũ memoria doloris amaritudine medullitus conteritur: quemadmodum carneũ, & carni semper realiter coniunctum fuit cor D illud, quod Dominus lapideũ nominabat, seque á populo suo auulsurum policebatur, propter tamen duritiam, qua illius monitis, & mãdatis obedire recusabant Iudæi lapidea corda habuisse dicebantur, quamquam realiter carnea essent; vt libro de gratia, & libe-

D. Tho. D. Anto. *Quemodo cor cõtritũ integrũ perseueret.* Ezech. 36 *Iudæorũ corda cur lapidea dicebantur.*

August. ro arbitrio Augustinus aduertit dicens: *Quia lapis sine sensu est, & durus, ideo illi cōparatū est cor durum: & cui nisi carni sentienti cor intelligens debuit comparari? Sic enim hoc dicitur per Ezechielem, & dabo eis cor aliud, & spiritum nouum dabo eis, & euellam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneū, vbi cor lapideum non significat nisi durissimam voluntatem.* Hæc August. Ex quo iam licet inferre quod quemadmodum illud cor lapideum dicitur quāquam realiter carneū sit, quod voluntati diuinæ, eiusque mādatis, monitis, & præceptis nó obtemperat; ita illud dicitur cōtritum cor, quodquamquā secundum carnem integrum perseueret, ita tamé per compunctionis dolorem est emolitum, vt Dei præceptis, cōfessorisque monitis submisse obtemperat, & ad flagella pro criminum satisfactione intrepide subeunda paratur: vt hom. 9. in caput. 6. epist. ad Galat. obseruat P. Ioan. Chrisost. vbi quid sit cor contritum obiter explicat dicens: *Cor contritum est quod non erigitur, non percutit, sed ad mala patienda paratū est: talis est contritio cordis, siue enim iniurietur, siue patiatur, silet, & non impellitur ad vindictam.*

Quod nā cor vere contritū dicatur.

Chrisost.

A Circa modum autem, quo carneum cor in lapideum trāseat, & vt lapis induretur, & ex lapideo rursus reuertatur emolitum, & contritum mirabilis est Philosophia: quemadmodum enim in luto contigit, cui si ignem applices induratur, si vero aquam de super infūdas mitescit: sic humanum cor si elationis flamma

Quomodo cor humanū mitescat, vel rigescat.

B afficitur ita rigescit, & induratur, vt in lapideam naturam conuersum fuisse videatur: si verò compunctionis lacrymis profunditur, quasi in minutissimos pulueres redigitur, mitissimumque redditur, & ad Dei præcepta suscipienda per quā maximè adaptatur: nam

C sicut omnes formæ (excepta anima rationali) de materiæ potentia educuntur, ita ex ipsius cordis potentia, variæ hæ rigiditatis, vel cōtritionis formæ emanant; ab illo enim, eodemque corde aliquando superbiæ flāma, qua induratur,

Ab ipsomet corde emanāt, vt rigescat vel mitescat, & quomodo.

D exurgit, & aliquando de commissis peccatis tristitia excitatur, qua lacrimarum imbres emanant, quibus id ipsum cor mitescit, & liquefit, qualiter Dauidis cor factum est cum post lacrymas, quas largiter fudit tamquam cera liquefactum fuit ipso attestante, & dicente: *Factum est cor meū tam-*

Psal. 21.

quam

quam cera liquefens, ex eadem enim, quæ ex peccato prouenit in corde tristitia, lacrimarum vnda emanat, qua peccatum deletur, & cor liquefit, & conteritur: quamquidē Christianam philosophiam ad cor ad confessionem aptandū vtilissimam homil. 5 de pænitentia acuté nimis tetigit S. Pater Ioan. Chrisostom. dum illud adducit, quod in peccati pænam Deus intulit mulieri dicens. *In tristitia paries filios tuos O magnum*; inquit Chrisostomus, *donum quod in pænam Dominus dedit, in salutem vertit, peccatum tristitiam in corde peperit, tristitia peccatum contriuit, & quemadmodum vermis in ligno natus id ipsum comminuit, sic tristitia de peccato nata, peccatū comminuit per pænitentiam inducta: quapropter Paulus dicit, quæ secundum Deum tristitia est pænitentiam in salutem incommutabilem operatur*

Genes. 3.

Chrisost. *Vertit Deus aliquando in salutem, illud quod datur in pænam.*

Tristitia quæ expectato prouenit peccatum eccidit.

2 ad Cor. 7

Sed iā á Philosophicis istis rationibus abstinentes, quid nam sit vera cordis contritio, ad veramque confessionem spectabilis, grataque compūctio demonstremus: ad quod melius exequendum sanctorū Patrum documenta definitionesque, & statuta in medium proferre iuuat, & præsertim ipsius Chrisostomi, qui lib. 2. de compunctione cordis ita ait. *Hæc est humilis cordis, veraq; compunctio, magna scilicet agere, & humilia loqui: iusta operari, & super peccatores timere, ac tremē do dicere.* Si *iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit*. Hæc ille: & optime quidē dictū est. Nam ille, qui dū se ad cōfessionē præparat mirabilia agit, se nempe ipsum vincendo, & abnegando, à carnilque illecebris abstinendo, & tamē dum ad crimina expianda accedit, de se humilissime sentit, & timens, ac tremens humiliter loquitur, ad confessorisq; monita accipienda, ad eiusque præcepta, & dicta exequēda est expeditus, & promptus, is certe ad confessionem faciēdam attritus accedere vere dicetur: qualiter S. P. Augustinus in expositione psalmi 37. S. Regē Dauid ad S. Prophetam Natā accessisse demonstrat dum cōtrito corde dicebat. *Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Quis*, inquit Augustinus, *dolor? Vnde dolor? quoniam iniquitatem meam pronuntiabo, & curam geram pro peccato meo: ecce ergo vnde dolor non de flagello, sed de vulnere, & quia dolebat de vulnere, in flagella paratus erat, nam flagellum medicamentum est contra peccatum: sunt igitur peccata dolenda*

Quæ nam sit vera cordis contritio, in timeq; deberit compūctio.

Chrisost.

Psal. 129.

Quis ad confessionem vere attritus accedat.

Psal. 37

August. *Vere contrit⁹ nō de pæna, sed de crimine contra Deū patrato dolet.*

Flagella peccatorū medicamina.

lenda, & flagella sustinenda. &c. Vnde qui dū ad crimina expiāda veniunt, & ad flagella sustinenda prōpti non sunt, ij certè veram cordis contritionem non habent, neque contritum cor habere dicentur, immo secundum impænitens ipsorum cor sibi iram in iræ diem thesaurizari intelligant: perfectam enim sanitatem æger ille non obtinet, qui ad recipiéda medicamina nō aptatur, neq; eadem medicamina sibi sinit imponi: quod Sacra Scriptura nos docet, dū Naamam Syrū ob oculos proponit, qui tandiu lepra percutitur quandiu cor, & animū Sancti Elizei Prophetæ monitis non submittit. Regū 4. cap. 5. vbi primum autem elatum cor, & durum depressit, atque contriuit, & tandem obediendo deiecit, statim á lepra sanatur: quē quidem Sacræ Scripturæ locum, dum ser. 4. aduētus pōderat noster Bernardus, sic ait. *A lepra corporis mundamur in Iordane, si bene cogitantes Dominicam passionem, erubescimus sequi corporis voluntatem.* Et paucis interiectis. *Hæc propria voluntas est immundissima lepra animi, propterquam in Iordane mergi oportet, & immitari eum, qui non venit facere voluntatem suam.* Hæc S. P. Bernardus. Vnde ille, qui à peccati lepra curari, & sanari desiderat. Ad obediendum Elisæo, idest confessori debet aptari: dum autem ad obediendum paratus non est, adhuc se contritū cor habere non putet, neque animi sanitatem se consequuturum speret, quamquam ad crimina expianda multoties accedat: cum autem peccatorum doloribus cor acerbe cōfigitur, & ad confessorem vt medicamen imponat humiliter accedit, tunc iam vt sanitatem consequatur aptum se esse demonstrat: nam vt tom. 9. suorū operū in libris de vtilitate pænitentiæ, ait Augustinus, in illis, qui agnoscūt reatum suum, & culpam, impletur id, quod propheta prædixerat. *Cōuersus sū in ærūna mea dum configitur spina:* conuersi enim sunt in ærūna doloris, dum configitur spina peccati recordationis: *nihil*, inquit Augustin., *te mali fecisse putas, non dum tibi confixa est spina; compūctus es corde, cōfixa est spina, quid igitur sequitur? Peccatū cognoui, & facinus meum non operui, dixi proloquar aduersus me delictū meum Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Hæc Augustinus.

Vnde iā ex ijs quæ allata sūt satis patet veram cordis con-

Qui cum ad crimina expiāda veniūt ad flagella sustinēda parati nō accedūt, vere cōtriti non accedunt.

4. Reg. 5.

D. Bern.

Christi passionis memoria Iordanis est in quo lauamur à peccatorū lepra.

Propria voluntas, animæ lepra.

Ille à lepra animi curatur, qui confessori obedit.

Psal. 31.

August.

Quando quis vere cōpungitur.

In quo cõsistat cordis contritio.

tritionem, quæ prima est sacramentalis confessionis pars, non solum in interno mærore, & afflictione consistere, sed & in prompta, expeditaque animi voluntate ad obediendum Dei præceptis, & ad satisfactionem sibi á confessore iniũctã humiliter acceptandam: quod ex S. Patris Ambrosij authoritate eleganter prosequitur Author incognitus in expositione Psalmi 118. dum illa verba exponit. *Vide humilitatem meam, & eripe me. Teneamus*, inquit, *hic positi, idest ad confessoris pedes humilitatem, vt cum postea vnusquisque nostrum venerit ad iudiciũ, ad illos ignes, quos trãsituri sumus, dicat Christo, vide humilitatem meam, & eripe me, nam si superbus fueris, si arrogãs, si contumax, & inobediens præceptis diuinis hoc non poteris dicere: nemo enim dicit, vide superbiam meam, sed vide humilitatẽ meã.* Clarius adhuc demonstrat, idẽ Author ex verbis sequentibus esse locum istum Dauidicum de confessione intelligendum, & de humili cordis contritione, quæ prima eius pars est. *Iudica iudicium meum, & redime me. Ostendit* (inquit) *hic quod humilitas sit delictorũ purgatiua. Cum enim, quis se ipsum humiliãdo ante confessorem diiudicat, nõ*

Psal. 118

Incognit.

Psal. 118 Idem incognit.

Humilitãs anima medicamẽtũ delicto rũ purgatiuum.

A *diiudicatur à Domino: propter quod ait Apostolus, si nos metipsos iudicaremus, non vtique iudicaremur.* Hæc ille. Cui consonat Pater Gregor. qui dũ Psalmum. *Beati quorũ*, exponit, sic congruenter ait. *Si peccata satisfactione puniremus, nullum qui nos in futuro puniret, inueniremus.*

1. ad Cor. 11.

Psal. 31.

Gregor

B Vnde qui hanc afflictionis, siue expiationis festiuitatẽ spiritualiter exercere desiderat, idest, qui conscientiam suam à peccatorum maculis expiare exoptat, non tantum se exterius humiliare, flexisque genibus ante cõfessoris pedes procumbere sufficere putet, sed C internos potius animi conatus, cordisque actiones humiliando deijciat, vera namque cordis contritio, spectabilisq; Deo humiliatio, in hoc consistit, vt cor pæniteat, & animus, ad flagela pro cõmissis delictis subeunda paretur. quæ omnia ex anteacta præparatione, de D qua annotatione superiori locuti sumus, certe proueniunt, nam vt ait Chrisost. homil. de pænitentia, & cõfessione. *Peccatorum memoria, mentem humiliat, & humiliter sapere facit, & per humilitatem conciliat gratiã Dei.*

Chrisost.

Cõmoda quæ proueniũt à peccatorũ memoria.

ANNO

ANNOTATIO XXXVI.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

De eiusdem spirituali afflictionis festi exercitio, & significatione.
SIVE.
De secunda parte materiæ proximæ confessionis, quæ est expressa, veraq; peccatorum oris pronũtiatio.

SECVNDVM quod ad festum Achipurim, siue expiationum requirebatur, erat vocalis respõsio, siue proprium delictorum apud Deũ humilis, & distincta pronuntiatio. Nam vt semel, ac iterũ annotauimus verbum, *Anah*, quo in lege hac vsus estDominus, non solum humiliari significat, verum etiam respõdere, quasi illo verbo voluerit Dominus nos adumbraté edocere obligationẽ, qua astrictè tenemur ad cõfessionis interrogata verissime respondere: & propria crimina, sceleraque nefanda, quæ contra eius legẽ indebité, & malitiose cõmisimus declarare, quod vnum est ex præcipuis requisitis ex parte pænitentis in sacramentali confessione, & ita necessariũ, vt nullo modo omitti debeat, dummodo lingua aliquo morbo præpedita non sit, vt annotatione sequenti demonstrabimus, sicque, vt tale, & tamquã res ad peccata expianda valde conducens multoties fuit in lege indicta, & inculcata, & primo in lege naturæ Geneseos cap 3. vbi Dominus dum de primorum parẽtum culpa remittenda curabat propriam eorum, expressamque oris cõfessionem requisiuit. Nam vt lib. Moralium 22. in cap. 9. pater Gregorius obseruat, adhoc requisiti fuerunt, vt peccatum quod transgrediendo commiserant, confitendo delerent, & quia quod turpiter comisserunt fati sunt, statim se Dominus ad redemptionis opus (vt ita dicamus) accinxit quod per vnigenitum filium plenissime adimpleuit, ad proprij enim criminis claram detectionem, & vocalem confessionem, quam apud Dominũ se humiliando fecerunt; referunt Sancti Patres optimum misericordiæ beneficiũ, quod in illos contulit pijssimus Dominus

Quid Dominus nos edocere voluerit sub huius festiuitatis vmbra.

Oris confessio nullo modo omitti debet.

Oris confessio in multis scripturæ locis inculcata.

Genes. 3.

minus

minus: circa quam mentem videndus est Origenes homilia 11. in cap. Hieremiæ 16. cum quo valde consonat Chrisostomus homilia 31. in Epistolam ad Hebræos, vbi causam assignans cur peccatum Caim Dominus non transtulerit quemadmodum transferre dignatus est ipsius parentis culpam sic ait. *Non obsecro negemus nostra peccata, neque nos in confessione impudentia duros efficiat: sponte nostra peccata confitendo puniamus, ne postea pendamus non sponte supplicia: audiuit Caim à Domino. Vbi est Abel frater tuus: & dixit. Nescio. Vides quomodo peccatum suum amplius tegendo operatus est: at pater eius audiens. Adam, Adam vbi es? Nuditatem suam fatetur dicens. Audiui Domine vocem tuam, & timui, eo quod nudus essem. Magnum bonum est, vt quis peccata agnoscendo confiteatur, & memoriam eorum perseueranter teneat.* Hæc Chrisostomus, idemque paucis interiectis ait. *Quomodo veniam desiderat adipisci peccatis, qui neque dignatus est confiteri.* Hæc ille. Esseque hunc locum de vocali confessione intelligendum adhuc clarius demonstrat idem pater homilia 7. ad populum Antiochenum, vbi sic ait. *Non ignorans Dominus vbi Adam moraretur interrogat dicens. Adam, Adam vbi es? Sed quoniam ijs, qui peccauerunt os confusum est, peccato linguam auertente, & conscientiam ipsam cohibente. volens ergo Deus illum in fiduciam alicere per colloquium, vt confiteretur, & in eorum, quæ admiserat purgationem inducere, & vt aliqua si mereretur venia ipsum prior ipse vocauit expellens timorem, os que per hanc aperiens appellationem.* Hæc Chrisostomus. Neque incongrue certe loquitur Rupertus noster ad hunc locum: *est hæc,* inquit, *diuinæ æquitatis regula, vt si semetipsum accuset homo, tunc mitius cum eo agat misericordia Dei, si autē homine tardāte priorē Deū oporteat loqui, & narrare quid homo fecerit, tunc districtius puniat, atque corripiat.* Cōprobat hoc certe Dauidis Regis euētus, qui quia confessione culpæ, peccati culpā præuenit dicens, *Peccaui valde,* adeo Deum in se mitē expertus est, ac placabilē, vt propriā causā ipsi comiteret, & qua via è tribus voluisset peccati debitū satisfaceret. *Confessione,* inquit Ambrosius, *præuenit Dei nuntiū, peccasse se valde cōmemorās, plurimū suffragatur reo verecūda cōfessio, & pœnā, quā defensione euitare non possumus confessio-*

Margin: Origen. — Chrisost. — *Cur Dominus peccatū Caim non transtulit, sicut ipsorum parentum culpam transferre dignatus fuit.* — Genes. 4. — Genes. 3. — Chrisost. — *Peccato ora cōfu[sa]* — *Cur Dominus [...] optime [...] ret, tam[en] interrogat, Ad[am] vbi es.* — Rupert — *Diuinæ æquitatis regula.* — 2. Reg. 2[4] — Ambro in Psal. 3[7]

ne lauamus. Hæc Ambros. cui addẽda sunt illa quæ circa eius dẽ Dauidis euentũ ait Chrisostomus. *Nihil*, inquit, *ita Deum reddit propitium ac sua peccata confiteri*.

Chrisost.

Vbi notanter aduertimus nõ in illorũ nos esse opinione, qui sacramentalẽ confessionẽ in lege naturæ à Deo ordinatã fuisse dixerunt, dũ nẽpe ab Adamo sui sceleris confessionẽ exigit: quos refert Glossa, de pænitẽtia dist. 5. nã in illa interrogatione á Deo facta, esto quod Deus ab Adamo sui sceleris cõfessionẽ exegerit, non tamẽ cõfessionẽ sacramẽtalẽ, quæ ad aures sacerdotis fit exegisse putamus; cum pænitẽtiæ sacramentum, sicut & cætera sacramenta non dum extaret, & multó postea fuerit á Christo Domino institutum, á cuius sanguine virtutem conferendi gratiam, & robur abluendi, & extinguendi peccata omnia sacramenta sunt p̃erunt: fuisse tamen oris confessionẽ, de qua loquimur in hoc facto adumbratam cum patribus supracitatis existimamus.

Sacramẽtalis cõfessio in lege natura ordinata nõ fuit, fuit tamen in illa adumbrata. Glossa.

Hanc quoque claram distinctamque per oris appertionem peccatorum confessionem in caput. 13. Leuit. adumbratã fuisse docet Orig. hom. 8 in idẽ cap. in eo, quod Dominus diffuta, & patentia leprosi vestimẽta fieri mãdauerit. Cui caput operire ob id etiam vetabatur. *Per hæc enim* (ait Origenes) *designat eum qui in anima leprosus est, idest, qui peccatis cõfixus est nõ oportere assuere sibi tegumenta, & turpitudines operire peccati, sicut enim cuius vestimẽta diffuta sunt nudã, atq; intectã gerit turpitudinem corporis, ita oportet eũ qui peccatis aliquibus obseptus est, mala sua, & flagitia nullis verborũ assumptis, nullis excusationũ velaminibus operire: vult etiã lex diuina peccatorũ nõ solũ vestimẽta nõ assuere, sed & caput non contegere, vt nulla peccata habeantur obtecta, sed publicentur, vt correctione emẽdentur, vt homo veniam mereatur*.

Leuit. 3. Cur Dominus leprosi vestimenta ad aperta fieri mãdauit & eidẽ caput operire prohibebatur. Origen.

Accute nimis ex eodẽ Leuitici capite, & loco multa intulit Procopius, quæ ad exactã peccatorũ purgationẽ faciẽdã maxime requirũtur: in eo nãque quod diffluta erant leprosorũ vestimẽta, & vndequaque patentia claram, & distinctam oris cõfessionẽ significari cognouit: ex eorum veró capitis discoopertura satisfactoriã intulit pænitẽtiam, ex eo deniq; quod proprijs vestimentis illis os cõtegere mandabatur peccatorum ora ad excusationes circa peccata proferẽdas claudenda esse demonstrauit. Ipsum

Cur diffuta leprosorum vestimentam. Cur leprosi capitis discooperti. Cur leprosorum vestimẽtis tegi mandabat D

sum ergo iam audiamus. *Non oportet*, inquit, *leprosum occulta habere animi peccata, nec ipsũ celare oportet turpitudinem suã, ne uideatur esse sepulchrũ dealbatũ. Leprosum oportet habere caput apertum vt lædatur à frigore nocturno, & ab æstu diurno: os deniq; que leprosi velatur, ne scilicet habeat, quo excuset sua peccata peccator coram Deo.*

De qua etiam oris distincta confessione nõ adumbratè aut typice, sed clarè & expresse cap. 5. Num. ad Moysen locutus est Dominus dicens. *Vir siue mulier cum fecerit ex omnibus peccatis, quæ solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatũ Domini, atque deliquerint confitebuntur peccatum suum &c.* Quẽ locum exponens idem Origenes ait. *Est aliquod in hoc mirabile secretum: quod iubet pronunciare peccatum: etenim omni genere pronuntianda sunt, & in publicum proferenda cũcta, quæ egerimus, si quid in oculto gessimus, si quid in sermone solo, vel etiam, si quid intra cogitationum secreta commisimus, cuncta necesse est publicari, cuncta proferri: si ergo in hac vita confitendo præueniamus diabolum acusatorem, & ipsi nostri acusatores simus nequitiam illius effugimus &c.* Hanc etiam eandem legem de vocali oris confessione explicat Oleaster dicens. *Profuit semper homini coram summo Deo peccata sua confiteri, ob cuius negligentiã multi perierunt.* Hæc ille. Venit in hanc etiam Rabanus sententiam dicens. *Hoc capitulo admonemur, vt si quid per negligentiam delinquimus, per confessionẽ, & pænitentiam diluamus.*

Hanc itidem vocalem confessionem lib. 2. Paralipomenon cap. 20. diuinum oraculum faciendam edocuit Israelitas, dum vt hostes profligarent Deo voce consona confiteri præcepit, quasi insinuans immo clare demonstrans optimum remedium esse ad profligandos animi hostes propria peccata cõfitendo Dei misericordiã implorare. Ad hãc enim sacramentalis confessionis partem astruendam, peccatorum nempe veram, distinctamque pronũtiationem, & omnes eorum circunstantias explicite proferendas, hũc Sacræ Scripturæ locum adducit author incognitus, in expositione Psalmi 105. ad illa verba. *Confitemini Domino* &c. dicens. *Nulla certè causa licet in confessione mentiri, vel scienter falsum dicere: confessio enim inducta est, vt animam à peccatis viuificet, quod mendacium facere non potest, immo etiã ipsius animæ vitã*

Marginalia: Num. 5. — Origen. — In publicum idem est atq; in cõfessoris conspectu non autẽ corã omnibus. — Optimum est diabolum in peccatis nostris accusandis præuenire. — Oleaster — Raban. ad idem cap. — 2 Paralipom. 20. — Optimum remediũ est, ad inimicos profligandos conscientiam expiare. — Psal. 105. — Incogni.

p. 1.

occidit, vnde Sapientiæ primo dicitur. Os, quod mentitur occidit animam. Ideoque præcipitur secundo Paralipomenon cap. 20. voce consona confiteri Domino: vox autem illa dicitur consona, quæ conscientiæ concordat, & menti.

Parali m. 20.

Q sit vox consona.

Quod si omnia essent adducẽda prophetarum loca, in quibus huius cõfessionis partis meminerunt, tædiũ potius, quam commodum lectoribus afferre voluisse videremur; ideoque multis omissis, quæ á Dauide præsertim sæpe sæpius afferuntur, illud vnum in medium afferre non grauabit, in quo ipse vt expertus, ad Dei misericordiam promerendam ad peccatorum confessionem inuitat dicens. *Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet*: nam de oris cõfessione, qua peccata prodũtur, hæc Dauidica verba intelligẽda esse docent Patres, & præsertim Chrisostomus homil. 31. in expositione epistolę ad Hebręos: & Origenes homil. 1. in Psalmum 36. dum sic ait: *Si malorũ tibi conscius aliquorum fueris, noli occultare, sed per exomologesim, idest per confessionem reuela ea Domino, & spera in eum, & ipse faciet, idest cum confessus fueris, & reuelaueris ei delicta tua spera in eũ quod possis veniam promereri, & ipse faciet: quid faciet? sine dubio sanum te faciet, dicet tibi. Ecce sanus factus es, & iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat, hæc faciet si delicta tua ei reuelaueris.* Hæc Origenes. De vocali etiam confessione præfati Psalmi verba: *Reuela Domino viam tuam*, exponit August. sicque legit. *Excole terram tuam, idest, si peccator es, confitere peccata, & sic spera bona à Domino quia ipse dabit.* Hæc. August. Clarius autem apparet esse locum istum de vocali confessione intelligendum ex versione nonnullorũ, quæ pro *Reuela Domino* habet *Expone coram Domino*.

Psal. 36.

Chrisost.

Origen.

Quid sit via suam Domino reuellare.

A B

Psal. 36.

August.

Versio al cra.

C

Omnibus autem clarius nõ solum de hac, sed de tribus simul sacramentalis confessionis partibus locutus est Iob, dũ cap. 10. sic ait. *Tædet animam meam vitæ meæ: dimittam aduersum me eloquium meũ, loquar in amaritudine animæ meæ, dicã Deo. Noli me condemnare.* Sed quoniam horum verborũ partem iam exposuimus, illa solũ nunc restant exponenda, quæ ad præsens attinent institutũ; ad astruẽdam nempe oris cõfessionem, quam S. Iob clarissimè docet dum ait. *Dimittam aduersum me eloquiũ meum*, quasi dixerit se proprio ore apud Deum de comissis peccatis accusatu-

Tres sacramentalis confessionis partes innuuntur à S. Iob.

D

Quibus verbis innuatur oris cõfessio.

Gregor. Magn.

Quid sit aduersum se eloquium mittere.

accusaturum, vt sibi eorum veniã impartiatur. Circaquæ verba ita ait S.P.Greg. Magn. *Quasi prose eloquio suo vtitur, qui praua quæ gessit defendere excusationibus conatur, sed aduersum se eloquium suum demittit, qui accusare in se hoc incipit quod errauit.* Hæc S. Pat. Gregor.

Hoseæ 14

Liceat tandem nobis mirabilem Hoseæ locum cap. 14. ad hanc oris confessionem inculcandam afferre: qui dum Samariam peccatorum pondere grauatã conspexerit, optimum hoc illis consiliũ suadere nitebatur dicens. *Conuertere israel ad Dominum Deum tuum, quoniã corruisti in iniquitate tua, tollite vobiscum verba, & conuertimini ad Dominum.* Quem etiam locum de vera peccatorum oris confessione in sua Interlineali exponit Laudunensis noster: sicque habet. *Proferte preces, & delictorũ veram confessionem & conuertimini tam verbis, quã operibus, nam placabilis hostia est Deo, pura cõfessio.*

Landun.

Hieron.

Hunc eundem locũ de oris confessione exponit Hieronymus, & sic ait. *Pereunte Samaria, & viris eius: totus Israel ad pænitentiã prouocatur, vt qui corruerat in iniquitatibus suis reuertatur ad Dominum,* & *stare incipiat: doceturque quomodo debeat agere pænitẽtiam. Tollite,* inquit, *vobiscum verba, idest,* preces, & *delictorum confessionẽ,* & *conuertimini ad Dominum tã verbis, quam operibus* &c. quæ ibi affert Hieron. quibus ostẽdit quomodo anima, quæ culparum onere grauata succũbit, easdem culpas ore confitẽdo erigatur. Et bene anima, quæ peccatis & culpis plena incedit, oneribus oppressa dicitur, quæ non leuabitur nisi illa quibus grauatur ab stomacho ore vomitando abijciat: quemadmodũ enim qui crassis humoribus phleugmateq; prępeditum stomachũ gerit, si aperto ore pheleugmata nõ exhaurit, & euomit tumore maximo prępeditus opprimitur, lætitia caret, & optimos, electosque cibos non decoquit, neque illis augmentatur, neque crescit, sed quotidie in deterius ruens tristis efficitur, & mærore tabescit: ita proculdubio anima peccatorum sanie non euomita sic tumescit, & eneruatur, vt neque virtutibus, quas de nouo operari studet recreetur &, augeatur: quæ quidem mens non nostra est, sed sanctissimi patris Augustini, qui in enarratione Psalm. 66 exponens verba illa. *Confitean-*

Quomodo ad Deum vere conuertantur peccatores.

Quomodo anima quæ corruerat erigatur.

Quẽ admodũ corpus crassis humorib⁹ deprimitur, ita & anima peccatis.

Psal. 66. *teantur tibi populi Deus &c.* Sic ait. *Non confitentis conscientia saniem collegerat, & postema tumuerat, cruciebatur & requiescere non valebat, adhibet medicus fomēta verborum: tu cognosce medici munum, & confitere: exeat in confessione, & defluat omnis sanies, & iam exulta, iam latare, quod reliquum est facile sanabitur.* Hæc August. quibus addenda sunt illa, quæ homil. 2. in Psalmum 37. habet Origenes dum illa verba exponit *Quoniam iniquitatem meam annuntiabo. Vide,* inquit, *quid edoceat nos Scriptura diuina, quia oportet peccatū non celare intrinsecus, sicut enim qui habent intus inclusam escam indigestam, aut humoris, vel phleugmatis stomachum grauiter, onustum molestē imminentia, si vomuerint releuātur: ita etiam ij, qui peccauerunt se peccatum, intrinsecus vrgentur, & propemodum suffocantur à phleugmate, vel humore peccati: si autem vnusquisque sui accusator fiat, dum accusat semetipsū, & confitetur, simul euomit, & delictum, atque omnem morbi digerit causam.* Hæc Origenes.

August. — *Idem cōfessor atq; medicus.* — Psal. 37. — Origen. — *Optima inter cōsciētiā, & stomachum similitudo* — *Idem est delicta confiteri, atq; ad sanitatem euomere.*

Iuuat tandem cum nostro Ruperto hoc argumentū absoluere, valde enim nobis proficuum est quod ibi notanter obseruat dum eadem Hoseæ verba expendit. *Tollite vobiscum verba & conuertimini. Non ait,* inquit Rupertus, *tollite aurum, tollite vobiscum argentum, seu multitudinem hircorum, aut vitulorum, & cætera quæ nō omnibus præsto sunt: sed verba quæ consequi potestis sine dispendio rerum. Verba confessionis & precū tollite vobiscum: Hæc vobis omnibus in promptu adesse possunt, Deo autem pro salute vestra sufficiunt, & pro iniquitatibus vestris satisfaciunt.*

Hoseæ. 14. — Rupert. — *Quam parum à nobis exigat Deus vt peccata nostra dimittat.*

Longe certe aliter certé se se habent peccatores dum ne turpia, quæ conscientia foris expellere conatur, foris exeant os claudit, frustaneusque redditur conscientiæ labor dū peccatoris labia malitiose claudūtur: vt in sermone ad milites templi obseruauit noster Bernardus dicens. *Quod si quispiam confiteri cōfunditur, & ob id quoque compungitur, talis pudor peccatum adducit, & gloriam de consciētia perdit quando malum, quod ex profundo cordis compunctio conatur expellere, pudor ineptus obstruso labiorum ostio non permittit exire: cum eum potius exemplo Dauidis dicere oporteret. Labia mea non prohibebo, Domine tu scisti.*

Bernard. — *Pudor cōfitēdi peccata, peccatum adducit, & gloriam perdit.* — Psal. 39.

Sed quanta ijs nostris tēporibus cum ratione licet exclamare. O tempora! ó mores! immo ó mortalium cæcitas! ó

peccatorum dementia! ó dementium impudicitia! ó impudica verecundia! ô deteſtandũ ſilentium! ò nociua labiorum reſtrictio! ò diabolica obmutatio, qua ne peccata confiteãtur peccatorum labia reſtringuntur! Si ó peccator putredis humoribus te repletum cognoſcis, & conſcientiam tuam aggrauatam ſentis, cur peccata in confeſſoris pręſentia eructare erubeſcis? Nonne verecundia tua ſtultitia reputabitur, ſi apud illum, qui te ad vomitum nititur prouocare, vt putrida cruda, & indigeſta, quæ te intus habere cognouit euomeres, vomitare erubeſcas? Nonne ipſe optime nouit, te nõ vniones, aut Margaritas ſed cruda quæque putrida, & indigeſta in ſtomacho geſtare? Quid ergo eructare erubeſcis ea, quæ medicus ipſe cognouit? & ex eo quia indigeſta putrida, & fæda ſũt, ideo ab ſtomacho tuo vult expellere, vt ſanitatẽ tibi valeat impartiri? o æger peccator ſi læſæ conſcientiæ ſanitatem exoptas, peccata etiam ſi innormia ſint apud confeſſorem, qui tibi amaram pænitentiæ poſionem, intrinſeciq; doloris pharmacũ ſuaſit eructare non erubeſcas, quod vt facilius facias conſule Sanctũ P. Ioan. Chri-

In confeſſione obnu verecundiã tacere, ſtultitia eſt maxima.

Optimum remediũ, vt peccator æger, ſanitatem animæ cõſequatur.

A ſoſtomum, illumque audite de medici tui optima, benignaq; intenſione ſuadentem, audi illum te de tua ſanitate momẽtem, audi illum tibi de tua ſalute prædicantem, & de oris confeſſione ſic dicentem. *Non vult peccatoribus inferre vindictam, qui dare quærit confitentibus veniam, vult cõfeſsione iam viuere eum, qui præcepta contẽpſerat periturus, vt cui peccatum attulit mortem, & confeſsio afferat ſanitatem: neq; enim poterit indulgentia tribui, niſi ira Dei poſsit confeſsione placari; nec peccator iam poterit excuſari, ſi cõfeſsionem per quam venia naſcitur non præparauit amplecti: tibi* C *igitur ô æger confeſsio afferat ſalutem, cui contemptus attulerat mortem: viue remedijs, qui moriturus fueras aliquando peccatis.* Hæc omnia P. Ioann. Chriſoſtom. in ſerm. de confeſſione, qui tom. 1. ſuorum operũ cõtinetur, in quo ſub ſimilitudine infirmi medicum de interna valitudine inſtituentis mul D ta diſerit, quæ ad confeſſionẽ oris inculcandam, & perſuadendam maxime iuuãt; & hæc quidẽ ſimilitudo optima eſt, & á patribus multoties conuenientiſsime vſurpata: quid nãque aliud peccatum eſt, niſi internus lætaliſque morbus? ſecundum illud Pauli. *Per pec-*

Chriſoſt.

Similitudo inter ægrũm, & peccatorẽ, & inter confeſſorẽ & medicũ paſim vſurpata à patrib.

Peccatum letale morbum. ad Rom. 1.

catum mors. Quid aliud peccator est, nisi infirmus? qui si medico perito, eiusque sanitatem impense exoptanti plenā interni morbi relationem non fecerit, omnino peribit, vt ad cap. 10. Ecclesiastici sub eadē similitudine annotauit Hieronymus explicans illa verba eiusdem capitis. S*i momorderit serpens in silentio, non est amplius habenti linguam.* Vel vt nostra versio communis habet. *Nihil in eo minus habet, qui oculte detrahit. Si quem*, inquit Hieronymus, *serpens diabolus oculte momorderit, & nullo conscio, eum veneno infecerit, si tacuerit, qui percussus est, & non egerit pænitentiam neque vulnus suum fratri, & magistro voluerit confiteri: magister qui linguam babet ad curandum facile ei prodesse non poterit, si enim erubescat ægrotus vulnus medico confiteri, quod ignorat, medicina non curat.* Hæc Hieronymus. Neque minus consentanea, & ad oris confessionem suadendam apta sunt illa, quæ sermone 1. de circuncisione sub eadem similitudine affert S. P. Bernardus vbi sic ait. *Christus, & si non eguerit, tamen voluit circūcidi, nec vestigium quidem vllum vulneris habens, alligaturam non refugit vulneris: non sic impij, non sic, non sic agit peruersitas elationis humanæ, erubescimus vulnerum ligaturam, qui de vulneribus interdum etiam gloriamur: Quem nemo potest arguere de peccato, ipse peccati remedium, & verecundum pariter, & austerum, sine vlla necessitate suscepit, nos è contra inuerecundi, ad obcænitatem culpæ erubescimus agere pænitentiam, & confiteri peccata, quod extremæ dementiæ est, male proni in vulnera, peius in remedia verecundi, qui peccatum non fecit non dedignatur se peccatorem reputari, nos & esse volumus, & nolumus æstimari, ita ne sano opus est medicina, & non male habentibus?* Hæc Bernardus

Eccles.10

Vulgata.

Quod ignora medicina nō curat.

Bernard.

Nō verētur impro bi peccata comit ere erubescū tamen ea dem cōfiteri.

Docemur Christi exēplo ni egere peccata.

Verecundia qua peccata in confessio nibis impedit dure gere pessima est.

Quod si ò peccator propter turpem fœditatem, quam tibi attulit peccati lepra deformis factus es, & ideo ante Dei cōspectum apparere verecundaris, & apud illum loquellis tuis peccata propria expiare non audes, tu te ipsum vaniloquè subducis, nullum enim aliud melius remedium, & efficacius ad pulchritudinē, & decorem consequendum inuenies, quā te leprosum, & peccatorem confiteri: dum enim confitendo erubescis, & ex verecundia ruborem contrahis, iam non macilentam, aut palidam, sed pulchram, & speciosam faciem habes, & qui anteà leprosus, & æger eras, iam

Optimum ad animi pulchritudinem cōsequendā remediū est peccata cōfiteri

per confessionis ruborem sanus, & pulcher factus es: neque nobis suggerentibus credas, sed experto assentire dicēti. *Confessio, & pulchritudo in conspectu eius:* audi quoque sāctum P. Augustinum eadē tibi suggerentem verba, tibique id ipsum prædicantem. *Pulchritudinem, inquit, amas? vis esse pulcher? confitere, nō enim dixit Psalmista. Pulchritudo, & confessio: sed confessio, & pulchritudo. Fœdus eras, confitere vt sis pulcher: peccator eras, cōfitere vt sis iustus: fœdare te potuisti, formosum te facere nō potes? qualis autē est spōsus noster, qui fœdā amauit, vt pulchram faceret, fœdam amauit, qui non venit vocare iustos, sed peccatores, an ideo vocat, vt remaneant peccatores? Non: & quomodo non erunt peccatores fœdi? confessio, & pulchritudo inconspectu eius, confitentur enim peccata sua, vomunt mala, quæ auide vorauerunt, nō redeūt ad vomitum suum, sicut canis immundus, & erit confessio, & pulchritudo: si ergo amamus pulchritudinem, prius eligamus confessionem vt sequatur pulchritudo, quia si confessio, & pulchritudo in cōspectu eius: sanctitas, & magnificentia in sanctificatione eius.* Hæc Augustinus, ex quibus, & ex reliquis omnibus, quæ superius fusè allata sunt iam

Psal. 95.

August.

Amat Christus peccatores fœdos, vt reddat pulchros.

Ex confessione pulchritudo.

A

apparet internam animi sanitatem, & pulchritudinem cōscientiæ ab oris confessione prouenire, & depēdere: quod cum videat communis salutis inimicus diabolus, in hoc innixe laborat, vt nobis oris ostium claudat, falsique pudoris sera obfirmet: de qua subdola

B

hostis machinatione peccatorem admonendo homil. 3. de pænitentia tom. 5. ait Chrisostomus. *Diaboli hæc astutia est, quod te in peccato erubescere vetat, & peccatum dicere pudor impedit. &c.* Quod ideo certè noster hic aduersarius facit, nē dum aperto ore peccator in confessione respirat nouum sibi spiritum attrahat, quo viuat: qualiter se traxisse fatetur Psalmista dum ait. *Os meū aperui, & traxi spiritum:* nam quēadmodum ore attrahitur aer, quo respirādo viuimus, ita ad aperto in confessione oris ostio attrahitur spiritus, quo exclusō mortis veneno spiritualem vitam accipimus: si verò eodem clauso peccata, & scelera intus retinentur spiritum extingūt, & suffocant, iuxta illud Hierem. Prophetæ Thren. cap. 4. *Spiritus oris nostri captus est in peccatis nostris.* Quod quāquam secundum historiam de Iosiæ Rege Israel intelligendū esse doceat Diuus Hieron. in

C

D

Principale diaboli intentum est, ora in cōfessione obmutescere.

Chrisost.

In confessione erubescere persuadet, dæmon, qui in peccati patratione nobis abstulit erubescētiam.

Cur diabolus ora in confessione claudi re persuadet.

Psal. 118.

Thren. 4

D. Hier.

cap.

bet qua poteſt vigilantia, neq; ea, quæ ad vitam alendam neceſſaria omnino ſunt intus inferre conſentit, immo pro virili parte agens id impedire conatur quod totũ circa hũc hominem dæmon feciſſe bene Aimon ſignificat cum, vt ſuperius retulimus, dicit. *Non ſinebat eum loqui.* Ita certè ſe geſſiſſe Olophernem in obſidione Bethuliæ docet Sacra Scriptura dum cap. 7. Iudich obſeruat illum omnia impedire, & aquæ ductus frãgere, vt fame, & ſiti conſumpti Bethuliani incolæ miſerabiliter tabeſcerent, ita igitur ſe ſe habet diabolus cum illis, quos ſub ſuam poteſtatem redactos tenet: aquæ ductus diuinæ gratiæ frãgit, ideſt, corporales ſenſus impedit, & præcipue ora obtũdit, ne cõfitendo, & reſpirando diuinæ gratiæ auras expoſtulent, quibus ſatientur, reficiantur, & viuant: quam diaboli intentionem, & conatum ex eodem Sacræ Scripturæ loco intulit Laudunenſis Anſelmus in ſua Interliniali dicens. *Hoc certe maxime diabolus ſtudet, vt doctrinæ fluenta, & virtutum arma auferat; & ſic nequitiam ſuam in interitum ſeruorũ Dei velociter expleat.*

Aimon. ibid.

Iudith. 7.

Laudun.

Ne autem, id quod de loquaciſsimo dæmone dicimus mirum aliquibus videatur, & nouum, nempe, illud ſilentiũ hominibus perſuadere cũ ſit ipſe loquaciſſimus, aduertant, calidiſsimum hunc hoſtẽ, qui ſpiritui diuino è regione opponitur tempora tranſmutare conſueſcere: ait Spiritus Sanctus. *Tempus tacendi, & tẽpus loquendi.* Ille autẽ inimicus temporũ differentias non aufert, ſed tranſmutare conatur: dum enim taciturnitatis tempus accedit, loquellas proferre ſuadet, cum autem oportuna loquendi occaſio aduenit, tẽpore nempe peccata confitẽdi, oreque pormulgandi, tunc pęnitentis linguam reſtringit, & tacendi tempus eſſe ſolicite conſulit: ſicque fit vt eius conſilio peccatores illuſi tempora tranſmutantes intẽpeſtiuẽ taceant, dum in confeſsione peccata tegunt, quæ ante confeſſionem ſcandaloſe non abſcõdunt, ſicque tempore loquendi obmuteſcunt, qui tempore tacendi clamant, ideſt peccata publicẽ perpetrant, quæ maximos apud Deum clamores excitant qualiter Sodomæ nefanda flagitia clamaſſe Sacra Scriptura commemorat, dum Geneſeos cap. 18. ait. *Clamor Sodomorũ multiplicatus eſt.* Has tẽporum differentias ſe huius inimici ad inuentione immutaſſe

Dæmon tẽpus trã mutare cõſueſcit. Eccleſ. 3.

Peccatores qui in confeſsione tacent & extra confeſsionẽ ſua peccata pandunt temporatranſmutant.

Peccata ſũt clamores validi.

Gen. 18.

tasse dolenter cõquæritur Regius vates dum ait. *Tacui dum clamarem tota die.* In hũc enim ferè sensum hæc Dauidica verba Psalmi 7. Pænitentialis. S.P. Gregorius commentatur dicens. *Ille tacet, & clamat, qui peccata quidem præterita per confessionem non annuntiat, & per cor impænitens alia committere accepta peccandi libertate, & de illis se iactando non cessat.*

Psal. 31.

Gregor. in hunc locum.

Qui tacet clamando

Cõtra hos peccatores in cõfessione mutos, & extra cõfessionem loquaces homil 13. ex varijs tom. 1. suorum operum sic exurgit Magnus Basilius dicẽs. *O impij ipsa vestra facta, quæ tacetis contra vos clamant.* Quos etiam detestatur S.P. Bernardus serm. 16. in Cantica dicens. *Sunt qui gloriantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis, quos notans propheta, peccata sua, inquit sicut Sodoma prædicauerunt.*

D. Basil

Bernard.

Hi certe in confessione quidem muti, & extra confessionem loquaces, ranæ simul, & pisces a ppositissimè nominãtur, quos etiam in eiusdem cõfessionis discursu mutos simul & loquaces dæmon efficere gloriatur ordinem transmutãdo, vt homil. 3. de pænitentia Chrisostomus obseruauit dicens. *Ordinem satanas peruertit, & loquendi confidentiam dedit peccato, & confessioni confusionem: qui enim ad peccata pronũtianda obmutescunt, ad excusandas excusationes in peccatis expeditissime loquuntur:* quod sanctus Propheta Dauid, vt qui maxime effugere desiderabat dum sic Deum orans depreca batur. *Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea dum clamarem tota die*, idest virtutes animæ meæ deficiente cõfessionis eloquio consumptæ sunt: *Sed tu Domine labia mea aperies, & ne declines cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis. Pænitet iste*, inquit Glossa ordinaria ad hunc locum, *quia peruerse tacuit peccata, & clamauit merita.* Quem etiam Dauidicum locum dum exponit Author incognitus ea ad eundem sensum adducit dicens. *Dixit quod non erat dicendu de iustitia sua, & tacuit, quod erat dicendum de peccatis suis, tacuit in confessione, clamauit demeritis præsumptionem: sana mẽbra medico ostendebat, vulnera tegebat, ideo non fuit curatus, sed mansit inueteratus, remansit in vetustate peccati, quia nõ amauit nouitatem confessionis, vnde recte ait. Quoniam tacui dum clamarem inueterauerunt ossa mea, idest virtutes, per ossa enim in Scriptura Sacra virtutes accipimus, quia in illis fortitudo mẽtis*

Peccatores qui in confessione tacent, & extra cõfessionẽ loquuntur pisces muti, & loquaces ranæ.

Chrisost

Psal. 5

Psal. 140 Glosa.

Incogn.

tis consistit.

Quæ etiam Dauidica verba dum sermone ad milites templi Bernardus connectere, & conciliare laborat sic ait. *Optat ostium poni labijs suis, & oris ianuam deprecatur vt operire cõfessori, & defensioni claudere norit.* Vnde iam ò peccator, qui lethali morbo laboras peccatorumque phleugmate tumescis á te enixé deprecamur, vt oris ostium adaperias, per quod venenosum humorem valeas exhaurire. Ne quæsumus in te a dæmone tempora transmutare permittas: clama in peccatorum confessione veniam petendo, & in delictorũ consensu reluctando obmutesce: pudeat te peccare, sed non pudeat confiteri: audi denique Sanctũm P. Ioan. Chrisostomum homil. 3. de pænitentia te edocentem, te adiuuantem, te commonentem, sicque dicentem. *Attende diligenter obsecro ne ordinem turbes, & vtilitatem perdas: est vulnus, & medicina, peccatum, & pænitentia, in vulnere sanies, in pænitentia purgatio peccatorum; dic ergo tu iniquitates tuas, vt iustificeris.*

Siquis autem longiorem de huius cõfessionis parte disputationem exoptauerit legat Magistrum sententiarum, in 4. dist. 17. Hugon. Victorinum tom. 2. de sacramẽtis, pag. 14. Alensem 4. p. quæst. 76. Altisiodorensem lib. 4. Summæ, tractatu 6. Iurisperitos cap. Omnes vtriusque sexus de pænitentia, & remessione. Belarminum lib. 3. de pænitentia.

Bernard. Chrisost. Palmaria pænitentiæ partis est. Magist. sent. Hugon. Alens. Altisiod. Iurisperiti. Belarm.

ANNOTATIO XXXVII.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

De eiusdem afflictionis, seu expiationis festi spiritualis exercitio.

SIVE

De eadem oris confessione.

Vtrum nempe possit aliquando demitti?

SIQVIS õnia, quæ sub huius festi afflictionis vmbra continentur intẽta mẽtis acie perspexerit, optimé rationem percipiet, qua ductus Origenes id ipsum festum mirabile appellauerit; nã

Origen.

Præterquã quod in illo sacramentalis confessio (vt mõstratum est) mirabiliter adumbretur, illaque, quæ ex parte pænitentis ad ipsam confessionẽ exacte faciendam requirũtur non obscure innuantur, de ipsius etiam sacramentalis confessionis necessitate, de temporeque, quo conuenienter facienda sit euidentissime commonemur, in illis scilicet verbis. *Anima, quæ afflicta nõ fuerit die hac peribit de populo suo.* Sed quia de temporis oportunitate qua peccatorum expiatio facienda sit, posteà in peculiari annotatione acturi sumus. De necessitate, qua tenemur peccata comissa vocaliter confitendi, in præsenti agendum est, discutiẽdumque, vtrum licitum sit propria crimina in confessione aliquando, ob aliquam causam ore non promere, sed per scriptũ, vel nutum.

A

Hæc igitur materia ad Morales potius Theologos, quã ad nos expectare videtur: á nostro tamen more, & metho do non discedentes, ita de illa tractabimus, vt & á catholica veritate, & Sanctorum dictis nõ declinemus, & instituto nostro inseruire non desinamus, vt quo firmiori veritatis fundamento innixæ fuerint mentes, quas excitauerimus, eo gratiosiores auditoribus videantur. Oris igitur vocalem confessionem, quæ ad sacramenti pænitentiæ proximam materiam expectat, ita necessariam esse existimamus, vt aliquando aliquam ob causam omitti posse non negemus, dum tamen aliquid sit, quod eius vicem subeat, quo confessor de humili pænitentis intensione, & de criminum numero qualitateque, & natura sufficienter instruatur, scriptum nempe, vel nutum: quod tamen cum restrinctione concedimus, vel quãdo scilicet pænitens aliquo vrgenti impedimento ita præpeditus tenetur, vt vocẽ penitus emittere non valeat: vel si confessor adeó obstrusum habeat audiendi organum, vt pænitẽtis vocem percipere auribus nullo modo posit; quæ est doctrina Diui Thomæ in 4. dist. 17. quæst. 3 art. 4. ad 2. argumentum, est etiam D. August. cap. 10. de vera, & falsa pænitentia; quos sequitur Suarius in suo de pænitentia disp. 21. sect. 1. cõclusione 1. num. 3. quamquã quoddam huius conclusionis fundamentum, quod ibi affert Suarius maximeque vrgens appellat, salua tanti tãq; sapiẽtis viri pace, multis viris doctis

B C D

Potest quando omitti oris confessio, & quo modo.

Quando potest omitti.

D. Tho.

August.

Suar.

nō videatur admittēdū, nimia nempe verecundia pœnitentis, quam patitur dum turpem actum propria voce declarat, cum vna ex conditionibus, quæ ad veram confessionem desiderantur sit esse verecundam: vt quo intensiori verecundia pœnitens propria peccata retulerit, eo vehemēti us ad sui commiserandum Deum inuitet: conclusionem igitur amplectentes huic Suarij fundamēto nō adhæremus, quin & conclusioni ipsi cū restrinctione assentimur: si nempe confessor præsens existat, & á propria pęnitētis manu peccata in papiro descripta accipiat, suaque esse referat, & ab eis sacramentaliter absolui postulet, humiliterque deprecetur: nam si ad absentem cōfessorem peccata papiro scripta per aliquem nuntium dirigantur, tunc non posse sacramentaliter absolui Dominus noster Papa Clemens VIII. proprio diplomate stabilinit: posse autem sic ab eo definiri nemo est qui dubitet: quāquam enim Summus Pontifex non possit in sacramentis à Christo Domino immediate institutis aliquid immutare, quod ad eorum essentiam pertineat, vt quodlibeto 4. art. 13. docet D. Thomas, & Filinus in cap. 1. de constitut. nu. 33. Sotus distinctione 18. quæstione 1. art. 2. potest tamē modum disponere, quo exerceri debeant, illumque declarare, cū solus ipse possit circa articulos fidei, & sacramēta interpretari, vt patet in cap. Quoties, extra de baptismo, & cap. Per venerabilem. Verba igitur Pontificij diplomatis ita habent.

Ad quid verecundia in cō fessione prosit.

Restringitur Suarij opinio de confessione per nutum, vel scriptum facta.

Clem. 8.

D. Tho. Felin.

Sotus.

Rē mature, ac diligenter considerata, hanc proposit ionem scilicet licere per literas, seu inter nuntium confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem sacramentaliter obtinere ad minus vti falsam, temerariam, & scandalosam damnamus, ac prohibemus percipimusq́, ne deinceps ista propositio publicis priuatis ve lectionibus, vel concionibus, & cōgressibus doceatur imprimatur: aut ad praxim quouis modo deducatur. Hæc ex pontificio diplomate.

Pōtificiū diploma

Quid tandem circa necessitatem oris confessionis tenendum sit docet D. Thomas in 3. parte quæstione 84. art. 5. & quæstione 85. art. 4. confessionem nempe exteriorem, quæ omnium mortalium peccatorum secreto confessori fit, necessariam esse ex Christi institutione: quæ qui-

D. Tho.

Concil. Constãt. Concil. Trident.

dem conclusio in Concilio Constant. & in Tridentino, sessione 6. cap. 14. vt vera, & catholica determinata est.

Petri, & Magdalenæ confessiones nõ fuerunt ore prolatæ.

Sed vt iam à moralibus ad spiritualia iterum reuertamur hanc in Magdalenæ, & Petri confessione doctrinam non verificari nobis videtur: qui plenissimam á Christo Domino sunt absolutionem consecuti, absque oris confessione. De Petro namque testatur Euãgelista Matthæus nõ quod loquendo culpam confiteretur, sed quod fleret amare: de Maria autem, ait Lucas quod lachrimas effundẽdo audierit, *remittuntur tibi peccata tua.* Cui obiectioni si Theologice nobis respondendum foret, & satisfaciendum, satis superque esset dicere neque Petrũ, neq; Mariam per sacramentalis cõfessionis virtutem animarum salutem fuisse cõsequutos, sed diuina Dei clementia misericordia, & pietate, non dum enim Ecclesiæ sacramẽtis vtebantur fideles, neque adhuc ipsa sacramenta robur, & virtutem ad abluẽda peccata fuerant consecuta, cum non dum Christi sanguis fuisset diffusus á quo postea hanc vim, & virtutem obtinuerunt: neque adhuc Christi latus adapertum erat, á quo vt loquitur Bernardus eadem sacramenta fluxerunt: sed quia institutum nostrum est ab humiliationis, seu expiationis festiuitate sensum mirificum, & spiritualem extrahere, ab illiusq; vmbra spirituales mentes auferre, præsenti quoque obiectioni spiritualiter respondemus dicentes: hanc Petri Magdalenæq; confessionem non vocalem, neque sacramentalem fuisse, sed cordialem, & quemadmodum ad sacramentalem confessionem debite, & exacte faciendam oris verba requiruntur, quibus confessor de peccatorum humili intentione, criminumque qualitate sufficienter instruatur, ita in cordiali confessione lachrimæ necessariæ sunt, quæ intimum commissi sceleris dolorem, cordisque amaritudinem clare testificẽtur. Sũt enim lachrimæ interni doloris testes locupletissimæ, & quæ (vt ait Ambrosius) totum semper produnt affectum: sunt cordis verba, quibus suas internas actiones ita distinctè, & vere pronuntiat, vt in hac, de qua loquimur cordiali confessione nulla prorsus falsitas suspicetur, cum in vocali multoties contingat mentiri: vnde Petrus (vt obseruauit Ambrosius) in sui sceleris veniapos

Math.26

Luc.7.

Prima ratio cur Petri, & Magdalena confessiones vocales non fuerunt.

Bernar.

Secunda causa cur vocales non fuerint Petri, & Magdalenæ cõfessiones.

Quid in confessione cordiali requiratur.

Lacrymæ doloris testes.

Ambros.

Lacrymæ cordis verba.

tulanda

Lucæ. 21. *Cur Petr' in venia petẽda lachrymis po tius quam verbis vsus est.*

tulanda lachrimis potius, quã verbis vsus est, quæ sui intimi doloris magnitudinem ita vere ostenderent, vt nullus amplius esset de eius pænitudine ambigendi locus. *Ideo* (inquit Ambrosius in expositione capitis 21. Lucæ.) *Petrus non vtitur sermone quo fefellerat, quo peccauerat, quo fidem fregerat, ne per id ei non credatur ad confitendum, quo vsus fuerat ad negandū: ac per hoc mauult cau sã suam flere, & quod voce negauerat lachrimis confiteri: sermo enim in precando forté fallit, lachrima omnino non fallit*: & cætera, quæ ibi habet Ambrosius huic proposito valde consentanea.

Ambros.

Sermo ex terris ali quãdo fal lit.

Qua igitur Petri Magdalenæque confessiones á toto corde prodibant, ideo lachrimis potius ordinabantur quã verbis, immo verbis non vocalibus, sed cordialibus ordinabantur; sunt enim lachrimæ, vt dictum est, cordis verba, quibus intelligit, & intelligitur: vnde Dominus dum in solitudine pænitentem animam se alloqui pollicetur, nõ ad aures, sed ad cor se loquuturum perhibet. *Ducam*, inquit, *in solitudinem, & loquar ibi ad cor eius*. Quia, scilicet, cor peculiarem habet loquendi modum, & peculiaria verba, nẽ-

Hoseæ. 2.

A pe lachrimas, etenim oculi cordis labia sunt, eorumque pupillæ linguæ clamantes verbaque validissima proferẽtes, quibus Dominus ad commiserandum per quam maximé incitatur: quod certe bene testatur qui ait. *Non taceat pupilla oculi tui*. Quod Sanctus quoque David euidẽtissimé comprobauit, dũ lachrimas, quas pro sui sceleris reatu soluendo fundebat, Dei auribus percipi precabatur dicens. *Auribus percipe lachrimas meas*: nam cum pro peccatis funduntur auribus percipi potius iuuat quam oculis, quia tunc nõ lacrimæ sunt, sed verba. Vnde C fortassis Poeta extraneus canit.

Oculi, cordis labia, quibus loquitur, & eorum pupilla lingua.

Thren. 2.

B

Psal. 38.

Interdum lachrimæ pondera vocis habẽt.

Quia igitur Petrus, & Maria Magdalena toto corde confitebantur, & sceleris sui maculam intimis visceribus ablui exoptabãt, ideo lachrimis potius vtebantur quam verbis, D & quia, confessiones nostræ vocales tãtum sæpe sunt, verbis tantũ vtimur absque lachrimis, & (flentes dicimus) aliud sæpe verbis ab illo, quod in corde est proferre consuescimus, nam vt loco citato ait P. Ambrosius. *Verba fallunt, lachrima omnino non fallit.*

Cur sæpe in confessione verbis tantũ vtimur, sine lacrymis.

Ambros.

Alterum fundamētum à quo profluxit inter nostras, & Petri ac Magdalenę cōfessiones.

Vel certe profluxit hæc Petri, Magdalenæque à nostra cōfessione differentia, à differētia illa maxima, quæ inter cōfessores reperitur, quibus nos peccata nostra referimus, & confessorem illum cui illi sua retulerunt: sunt enim nudi homines, quibus peccata referimus, qui cordis arcanum per lacrimarum proprietatem intelligere nescierūt, & ideo necesse est, vt quid intus in corde est verbis exprimumus. Est autem Christus, cui Petrus, & Magdalena confessi sunt cordium scrutator, & qui vocalibus verbis nō indiget, vt cordis arcana percipiat, vnde illi cordis vlcera loquēdo nō detegunt, sed plorando tantum veniam petunt. *Quid dicis Maria* (inquit August. in cap. 15. Lucæ) *Quid quæris? non petis aliquid? nihil aliud futurum est præter lachrimas?* Tunc respōdens ait ipse Augustinus. *Nihil ore profert, quia Dominus cū quo loquitur optime corda intelligit: interius cum eo sermonem habebat, exteriora vero eius verba erant lachrimæ, quæ quidem maximæ efficaciæ, & valoris sunt apud Deū.* Vel igitur quia verbis non opus est vti apud illū, qui absque verbis intelligit, vel quia lachrimæ verba sunt in sui sceleris confessione, lachrimis potius vsi sunt sancti isti, quam verbis.

Luc. 15.

August.

ANNOTATIO XXXVII.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

De eiusdē expiationis festi spirituali exercitio

SIVE

De tertia parte materiæ proximæ Sacramenti pænitētiæ quæ est operis satisfactio.

VERE certe mira festiuitas est hæc expiationum solēnitas, in qua ad sacramentalem confessionē adumbrandam nihil omnino defuisse videtur eorum, quæ ex parte pænitentis requiruntur, vt exacte fiat: nam vltra quod requisita illa præparatio, rigurosumque conscientiæ examē, (quod eandem sacramentalē confessionem præcedere necesse est) mirabiliter adumbretur, & duo requisita ad eius proximam materiam spectantia in eadem solemnitate in-

nuantur, tertia etiam eiusdem proximæ materiæ pars, nempe operis satisfactio, qua sacramentalis confessio ex parte pænitentis omnimodé completur, illis legis verbis plenissime significatur. *Anima, quæ afflicta non fuerit isto die excidetur de populo suo*, vel vt ait altera Versio: *peribit de populo suo:* ita vt non solum ibi figuratiue doceamur teneri pro peccatis cõmissis pænitentiam agere, sed diuinæ iustitiæ conuenienti tempore satisfacere, nempe in hac vita, quæ ibi diei nomine designatur, vt in Sacra criptura solet multoties designari, & præsertim Ioannis 9. vbi Christus sub nomine diei, & noctis, vitæ discursum, & eius terminũ discipulis designauit, dicens. *Me oportet operari opera eius, qui misit me donec dies est: venit nox, quando nemo poterit operari &c.* Quod autem præfatis legis verbis hæc confessionis pars expresse adumbretur docet Oleaster ad caput 23. Leuitici ad literam, dicens. *Non solum animas humiliare iubemur, sed etiam corpora macerare, ita vt nõ sit in animo ira, aut vehemens aliqua passio, & similiter corpora ieiunio humiliare, nam humiliare animam etiam jejunare significat, vt constat ex Psalmo 34. vbi dicitur. Humiliabam in jejunio animam meam &c* Præcipiebat ergo lex humiliari illa die animas, idest, jejunare. Et clarius adhuc id ipsum ostendit idem author in expositione eiusdem capitis ad mores, dum sic ait. *Præcipitur hic sub mortis interminatione afflictio propter peccatum, & pænitẽtia*, & quem admodum Christus dixit apud Luc. 13. *Sed si pænitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis*: ita & hic Deus ait. *Omnis anima; quæ afflicta non fuerit die hac peribit de populis suis*: tunc addit idem Oleaster. *O bona afflictio! ò sancta pænitentia! qua peccata expiantur, & crimina teguntur, ne ad vindictam, dũ videntur, prouocent.* Hæc ille, & bene quidẽ. Est enim hæc tertia pars materiæ proximæ sacramentalis confessionis, nempe operis satisfactio, pænitentiæ nomine communiter significata, quæ ipsam sacramentalem confessionem (quantum ad pænitentem spectat) integrat, perficit, & absoluit: nam vt est commune Theologorum axioma. *Non demittitur peccatum, nisi restituatur ablatum*, quod in præsenti materia non solũ de restitutione tertio facienda exponimus, sed principalius de illa restitutione, & satisfactione, quam Deo, eiusque iustitiç

Versio. Ioan. 9. *Vita humana, sub nomine dies, & noctis significatur.* Oleaster. *Humiliare animam jejunare significat.* Luc. 13. Leuit. 23. Oleaster. *Pænitẽtia occultat crimina.* Theolog.

titiæ reddere tenemur pro cõmissis contra eius legem peccatis. Si igitur quod á Deo tuo quantum in te fuit, ò peccator, scelera, & flagitia committendo abstulisti, pænitēdo non reddis, cum posis, quid abstulisse confiteri iuuabit? nõne meritò in gehennam detruditur, qui quod debet, dum potest, non persoluit? pænitēdo igitur persoluere necesse est, quod lasciuiendo consumpsimus. Circa quam materiã multum iuuabit Sanctum P. Ioan. Chrisostom. attētè audire, tractatu de pænitentia, & confessione, qui tomo 5. suorũ operũ continetur, sic enim ibi proficuè consulit. *Operam demus vt pro semel male impensis aliud reponamus lucrum, pro verbis temerè prolatis, sanctas preces: pro risu intemperate facto, eleemosinas, & jejunia. Quod si omne tempus intempestiue insumpserimus nullumque nobis, vel reposuerimus, vel thesaurizauerimus bonum, in extremam redacti inopiã, soluemus pænam, immortali igni nos iniicientes.* Quod etiam argumentum satis pié docteque prosequitur idem Pater in expositione Psalmi 106. dicens. *Peius est Dei offensam satisfactione non placare: quam peccando Dei bonitatem offendere.* Hæc Chrisost. Et optime quidē ab eo dictum est: peccare enim infirmitatis est: at peccata satisfactione non delere, contumaciæ, siue impudicitiæ, iure tribuitur: vnde in expositione eiusdem Psalmi, paucis interiectis, sic ait idem Chrisostomus. *Curet necesse est, pænitentia quod delictorum macula sordidauerat: serpentinum virus satisfactionis antidoto curetur, vt Dominum, quem nobis delicta fecerunt iracundum, reddant obsequia digna placatum.*

Videte autem quam pulchra conuenientia, idem S. P. Ioan. Chrisostomus pænitentiam pro peccatis factam ipsorum antidotum, & peccatoris medicamen appellet. Nam sicut vt ægroti ab internis morbis liberentur assumere consueuerunt amaras potiones, & quæ stomachum visceraque conturbent: ita qui á peccatis liber esse desiderat, amaras pænitentiæ potiones necessario haurire debet, vt spiritualiter sanus efficiatur. Ex qua fortasis similitudine profluxit, vt in Scriptura Sacra eadem pænitentia, conturbatio appelletur; vt notanter obseruauit Author incognitus in expositione Psalmi 63. ad illa verba. *Conturbati sunt omnes qui videbant eos*: adducens illud Psalmi 82. *Erubescant, & conturbentur*

Perpænitē etiam Deo debitum exoluitur.

Chrisost.

Peccata virtutibus compensātur.

Psal. 106

Chrisost.

Plus offenditur Deus prætermissa satisfactione, quã ipsi met offensis.

Chrisost.

Placāt pænitētia obsequia Deũ, quē peccata iratum faciunt.

Chrisost.

Pænitētia salutare pharmacũ animarũ.

Pænitētia conturbatio appellatur, & cur.

Incognit.

Psal. 63.

Psal. 82.

conturbentur in sæculum sæculi. Quæ quidem verba de precationem ad Deum pro peccatoribus continere affirmat Incognitus, vt pænitentiam pro peccatis cõmissis agere diuinitus persuadeat: in quem etiã sensum sacrum oraculum loqui videtur Ezechielis cap. 12. pænitentem, siue peccatorem sic alloquens. *Fili hominis, panem tuum in conturbatione comede, & aquam tuam in mærore bibe &c.*

Incogn.

Ezech. 12.

Ex quibus patet cur pænitentia amaritudo, siue amara conturbatio nominetur, quia scilicet sicut amara potio viscera commouendo, & conturbando crassos, nociuosque humores foras expellit, ita pænitẽtia, eiusque amaritudo peccatorum viscera conturbat, & commouet, commouẽdoque peccata expellere cogit: & sicut ægrotus per sumptum antidotum, per amaramque potionem exhaustam, desinit esse æger, & fit sanus, ita peccator per confessionem, & per amaram pænitentiæ sumptionem desinit esse peccator, & amicus Dei fit, in eiusque iterum amorem, & gratiam reuocatur, atque recipitur. *Per pænitentiam* (ait Incognitus in expositione Psalmi 103.) *peccator desinit abesse peccatoris, & amplius peccator dici nõ debet.* Hæc ille.

Salutaris pænitẽtia potio peccatorum faces expellit.

Incogn. Psal. 103.

Sub hoc etiã potionis, siue antidoti nomine maximè pænitentiam inculcat, & laudat S. P. Basilius Magnus homil. 13. ex varijs tomo. 1. suorũ operum: & ad celerem eius accessum inuitat, dicẽs. *Si rès honesta est peccatum, hoc vsque ad extremum custodi: si verò patrãti turpe, ac nocens, quid in eo perseueras, quod perniciosum est? nullus enim bilem euomere quærens, maiorem eam ex mala intemperantiã diæta reddere cogitabit, corpus namque malis grassantibusque humoribus purgari, ne malum inualescat, est opus.* Hæc Basilius.

Basil. Magn.

Peccatũ vtpote virulentum euomendum.

Peratori ... peccatori abstinentia.

Viscera igitur ad instar potionis amaræ conturbando, & commouendo, ad pristinã sanitatem, idest, ad gratiam, pænitentia peccatorem adducit. Quod quidem pænitẽtiæ effectum simul cũ multis alijs valde proficuis recenset P. Augustinus lib. de vera, & falsa, pænitentia, dicens. *Pænitentia vitia fugat, virtutes exornat, mentem munit, & roborat, omnia redintegrat, omnia lætificat: ignorans se, per hanc se inuenit: hæc est, quæ homines ad Angelos ducit, & creaturam reddit creatori: ista ouem perditã monstrauit quærenti, & decimam dracgmam obtulit*

August.

Pænitẽtiæ effectus.

obtulit anxiati: hæc dissipatorem filium ad patrem reduxit, & vulneratum à latronibus, custodi curandum reseruauit: in hac omne bonum inuenitur: per hanc omne bonum conseruatur: fugat tenebras, inducit lucem, excoquit omnia: ipsa est ignis consumens: super hoc bonum enixus fortis esse poteris ad omnia bona. Hæc August. Cui cõsonat Magnus Basilius dum loco à nobis superius allegato ita ait. *Pœnitentia est captiuorum, & æris alieni remissio: peccati mors, animæ regeneratio, amictus splendens, cæli iter, regni cælestis reconciliatio, adoptionis gratia.* Hæc Basilius.

Basil. Magn.

Pœnitẽtia peccati mors.

Neque missa facienda esse duximus ea, quæ in laudem pretiosissimi huius animarum medicamenti, & remedij salutaris, epistola 30. habet S. Pat. Hieronymus. *O felix*, inquit, *pœnitentia, quæ ad se Dei trahit oculos, & qua furens sententia eius, confesso errore mutatur.*

Hieron.

Pœnitẽtia mutat sẽtẽtiã Dei cõtra peccatores.

Sed vt sub eadem antidoti similitudine de eadem pœnitẽtia disputemus, & simul de ijs quæ eius mirabiles effectus impediunt, aduertendum est, quod quemadmodũ duo omnino prærequiruntur, vt potiones, quas sumimus, antidotaq; quibus vtimur, nobis sanitatem conferant, vt nempe á perito medico perscribantur, & quod conueniente tẽpore applicentur. Nam vt ait Poeta.

Pœnitẽtia tempore oportuno sumẽda.

—*Serò medicina paratur*
Cũm mala per lõgas cõualuere moras

Ouid.

Ita etiam duo prærequiri in his saluberrimis pœnitentiæ potionibus pręsentissimis cõtra peccatorum virus antidotis applicandis, & assumendis, medici nempe spiritualis peritiam, & aptam temporis conuenientiam, qua ipsa salutaria pęnitentiæ antidota applicentur.

Sed quia de medici peritia, siue de confessoris experiẽtia, reliquisque in eo requisitis, peculiaris conscribenda est annotatio: nunc de temporis tantum conueniẽtia qua salutaris pænitentię potio sumenda sit, in præsentiarum sermo erit: ad legisque verba recurrẽdũ, á cujus vmbra spiritualem intelligẽtiam auferre conamur: quæ (vt semel, ac iterum retulimus) sic habet. *Omnis anima, quæ afflicta nõ fuerit die hac peribit de populis suis.* Circa quæ verba iam superius annotauimus per verbum, *diem*, intelligi totũ vitæ discursum, sicq; nõn possumus non fateri totã vniuscuiusque vitę periodum ad extremam vsque vitę metam esse aptum tempus adhuc

Leuit. 23.

Totus vitæ curriculus ad pœnitẽtiã vtilis.

amaram

amaram pænitentiæ potioné exhauriendam: cum præsertim sic determinatũ sit in cap. tempus de pænit. dist. 7. §. Nemo. Vbi asseritur tempus pænitentiæ esse totum vitæ curriculum vsque ad vltimũ eius articulum.

Cap. tẽpus de pænitẽtia.

Attamen iure certe timendum de illis est, qui hoc vnicũ remedium ad extremam usq; vitæ periodũ differunt, internumque animi morbũ inualescere sinunt. De quibus etiam Augustinus maximè timendũ docet lib. de vera, & falsa pænitentia dicens. *Peccati conuersio, si contingat alicui etiam in fine, desperandum nõ est de eius remissione: sed quoniam vix, vel raro tunc est ista conuersio, timendum est de pænitente sero.* Hæc Aug. Vnde certe inficiari nemo poterit in spirituali pænitentiæ potione id omnino verificari, quod de corporalibus medicamẽtis ãnotauit Poeta, de eorũque intempestiua, tardaque sumptione conscripsit.

Timẽdũ est de pænitente sero.

August.

Non differẽda pænitentia, inulti mã vita perieũdum.

Temporibus medicina valet, data tẽpore prosunt.
Et data non apto tempore vina nocent.

Ouidius.

Vt igitur internus animæ morbus facilius expellatur, necessarió est pænitentiæ potione, & antidoto salutari tempestiue vtendum; & antequã

A interna animi ægritudo inualescat. Quemadmodum namque si vires cunctatione assumit corporalis infirmitas, sic membra quatit, & frangit, viresque eneruat, vt sibi remedia applicari minime patiatur, itá prorsus si peccata, scelera, & flagitia diutiùs in anima commorando regnant, itá

B spiritum extingunt, conscientiáque labefactant & lacerát, vt pænitẽtiæ salubrem potionem, & proficua medicamina neutiquam sibi adhiberi permittat. Vnde Paulus peritissimus animarum medicus, vt tãto malo obuiet ægrotos peccatores admonet dicens. *Non*

Cõsciẽtia assuefac. ta pecca tis pæniti tiæ respui. antidota

ad Rom. 6.

C *ergo regnet peccatum in corpore vestro mortali*, idest nõ inualescat, non assummat vires, non dominetur: illius enim periclitatur valetudo, in cuius corpore diutiús commoratur infirmitas.

Peccata instar Regis. dominantur.

Vnde hoc imminẽs animarum periculnm infirmis peccatoribus pænitentiam differentibus cõtingere, sẽper valde

D de timuerunt sancti, ijsque, & similibus exemplis illis persuadere conati sunt vt celeriter, tẽpestiue, & vere salutari pænitentiæ antidoto, potioneque vterẽtur, quos vt peritissimos animarũ medicos de nostraq; curatione, & salute per quam

maxime

maxime sollicitos iuuat audire. *Quid expectas*, inquit Basilius vbi supra, *beneficio febris pænitere? quando nec salutaria verba loqui, nec item audire commodè poteris, morbo caput occupante, non genua adorando flectere, non manus in cælum tollere, non in pedes erigi, non commode doceri, non securé, ac liberé confiteri, non cum Deo conuenire, non cum aduersarijs decertare, dubitantibus etiam præsentibus, num gratiam sentias, an fine sensu, quæ aguntur accipias?* Hæc Basilius. Quod etiam argumentũ prosequitur August. in lib. de vera, & falsa pænitentia ita dicens. *Quem morbus vrget, pæna terret, ad veram vix veniet satisfactionem: maxime cum filij, quos illicite dilexit, sint præsentes, vxor, & mundus ad se vocet. Multos certe solet serotina pænitentia decipere &c.*

Basil.

Quã multa in ægritudine mẽtem obstruant.

August.

Neque minus proficué in eadem materia audiẽdus erit P. Bernardus serm. 38. ex paruulis, vbi conuenienter adducit illud Psalmi 15 *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum postea acceleraverunt*, sicque ait. *Quid dissimulant homines facere in vita pænitentiam; & extrema de confessione præsumunt? Quomodo sub vnius horæ articulo reuocari posse existimant omnia animæ membra; cuius concupiscentiæ, & desideria per totum mundum sparsa sunt, & vbique terrarum, veluti quodam visco tenentur?* Nec minus ad rem loqui videtur idem S. P. ibidem, dum, qui satisfactionis pænitentiam retardant, illis assimilari insinuat, qui ob doloris metum venæ scisionem differunt, dum sanguinis abundãtia laborant, ait enim. *Qui in sanguine perseuerant, donec multiplicatis infirmitatibus deserantur à peccatis, antequam deserant ea. Non magna talium conuenticula congregabit Dominus, si bene memini in toto canone scripturarum vnum tantum latronem inuenies sic saluum. Noli ergo* (concludit Bernardus) *huic tam periculosæ expectationi credere temetipsum.*

Bernard.

Psalm. 15

Dubia spes reponitur in cõfessione ad mortis periculũ dilatata.

Qui pænitentiam agere reformidãt assimilãtur illis qui venæ scisionis metũ propriam valetudinem iacturam ... ideniptenſuleã inducunt.

Illi certè qui vitijs laborantes alia denuo perpetrare moliuntur, & pænitentiæ antidotum differunt, ac effugiunt, similes sunt ægrotis, qui illis tãtum vti exoptant, quæ eorum appetitui placent, quanquam nociua sint, salubria vero medicamina á sapiẽti doctore sibi perscripta, recipere, amarosque succos exhaurire dissimulant. Quæquidem similitudo fuit á Diuo Basilio loco supra citato ingeniose inuẽta, dum sic proloquutus est. *Si aurum Ecclesia distribueret nõ pro-*

Peccatores qui pænitentiã facere recusant, & peccata ac vide perpetiantur similes sunt ægrotis, de proficis tedent, & nociua exoptant.

Utilissimè de confessionis sacramento recurrendum est.

fecto diceres, cras mittam, cras dabis, verum tuam sedulus portionem velociter peteres, differre autem ægré ferres: quoniam verò non materiæ alicuius succi, sed animæ purgationem tibi Rex munificus pollicetur: moras, excusationesque nectis, impedimenta, causasque affers. O rem mirandã! renouaris, & curaris, & tamen hãc gratiam non expendis! Hæc Basilius: quibus addẽda esse duximus illa, quæ idem Pater ibidẽ habet paucis interiectis, & ad pænitentiæ medicamẽ celeriter festinandum valde cõducunt. *Si quis,* inquit, *medicus, cõmentis, ac machinis te iuuenem é sene reddere polliceretur ad eã profecto diẽ omni studio venire curares, in qua ætati floridæ te restituẽdũ videres: at nunc cũ anima tua, quã omni scelere cõtaminatã reddidisti, per pænitẽtiã renouari nuncietur: tãtũ despicis beneficiũ, nec vltro properas, vt id pollicẽtis obuius.* Hæc Basilius, & alia multa, quibus hoc præsens peccatorũ medicamẽ, inculcat moramque in eo assumendo incusat.

Ex dictis iã clare patet quã stultũ sit, & perniciosum, operis satisfactionẽ, siue peccatorum pænitentiã retardare, qua peccati virus expellitur: cũ sæpe, sæpius, difficilius morbus expellatur, quam ingreditur,

Morbus inualescit cito, & lentè minuitur.

vt lib. 6. de honestate mulierũ protulit August. dicẽs. *Nescitis quia vnius horæ puncto vulnus accipitur, sed vix lõgo tempore ad sanitatem pristinam reuocatur:* &c. quæ passim patres ad pœnitẽtiã accelerãdã afferre cõsuescũt. Quæ quãquã simul cũ omnibus, quę vsq; adhuc allata sunt ad hoc argumẽtũ cõprobãdũ satis superq; esse videãtur, nobis tamẽ visum est in re adeò necessaria debitè inculcãda, aliqua amplius annotare, & ex incerto vitæ termino, seculiq; decursu, id ipsũ argumentũ iterum exordiri.

August.

Fatemur igitur, ó peccator, totum tuæ vitæ curriculum esse aptũ pænitẽtiæ tempus, sed si dederis nobis certũ tuæ vitæ terminũ, tunc tibi cõcedemus longũ pænitendi, ac satisfaciẽdi spatiũ. Si autẽ mane nescis, verũ nocte termineris, cur in crastinum pænitentiã differs? audi ergo S. Patrem Basilium hom. superius allegata, in qua hunc à te errorem amouere laborãs sic ait *Vide ne tibi longiorẽ vitã pollicẽdo, spe decidas: nescis enim quæ crastina sit dies aduẽtura: igitur quæ tua nõ sunt, in tua non possunt esse potestate.* Quod etiã argumẽtũ Paulo inferius admodũ elegãter prosequitur dicẽs. *Quis tibi vitæ terminum fixit? Quis senectutis metam terminauit*

Vita humanæ incertitudo ad confessionem dejbet nos cogere.

Basil.

Vitæ termini incertitudo

minauit? quis apud te tam fide dignus futurorum sponsor? Nonne vides sape numero pueros ab vbere raptos mori? nullum certum terminum habet hac vita. Hæc omnia Basilius, cui adhæret Ioannes Chrisostom. hom. 22 in secundam epistolā Pauli ad Corint. dicens. *Recogitet quidem senex quod paruo post tēpore hinc emigraturus sit per ætatem suam, etsi delitijs vacarit, recogitet quod possit in breui hoc tempore hoc totum abluere: item adolescens expendat etiam quam incerta mors est, & quot sape adolescentes ante senes mortui sint. Nam vt ne mortem nostram deficiliorem faciamus incerta relicta est, vnde & sapiēs Ecclesiast. cap. 5 admonet dicens. Ne moreris cōuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: nesciens enim quid paritura sit superuentura dies, periculum enim, & metus est indifferendo, salus vero certa, & secura, si nulla sit pœnitendi dilatatio.* Et cætera, quæ ibi habet Chrisost. valde certè ad hanc veritatem conducentia.

Chisost.

Ecclef. 5

Indifferēda pœnitētia periculum certū in accelerāda autem certa salus.

Hanc equidem de satisfactione, sine pœnitentia tempestiue facienda necessariam philosophiam calidissimus serpēs se se tortuosis anfractibus. insinuando sinistre edocere conatur in crastinum semper pœnitentiam differre contendēs. vt hom. iam sæpe sæpius allegata idem Basilius attestatur dicens. *Dæmon va na spe corda nostra deludit dicens. Mihi hodie, cras Deo: nosce tamen obsecro inimici dolos.* Hæc ille. Cuius salutiferis verbis, vt fidem firmius adhibeatis illos, qui huius caliginosi magistri doctrinam sunt assecuti, quæsumus audiatis. Et quam intempestiue penituerint, ac infructuose doleant consideretis: *Ergo errauimus* inquiunt, *à via veritatis!* ó intempestiua inclamatio! ó infructifera pænitentia! ó inualida doloris significatio! quando scilicet iā clausa est ad ingrediendūm ianua: quando dies declinata, in qua affligere debebāt animas suas, ne perirent de populo suo, id est de electorum numero.

Basil.

Diabolus pœnitentiam procrastinare suadet.

Sap 5.

Ne igitur fratres vt fatuæ virgines intempestiuè clamemus: ne expiationum legem frustra, & judaico more nobis exercere contingat: pro commissis peccatis diluendis, veram pænitentiam tempore opportuno adhibere curemus, eiusque amaras potiones, quibus ipsa peccata expulsa finiūtur, tēpestiuè sumere laboremus: tarda enim pænitentiæ sumptio, est tanquam intempestiua medicaminis potio, quæ ad sanitatem non conducit. Vnde S.

Virgines fatuæ sūt & intempestiuè clamant qui post vitæ curriculū veniā de peccatis expostulant.

Chrys. de S. P Ioan. Chrysostom. peritissimus animarum medicus homil. 19. in cap. 4. Genesis, nos admonet dicens. *Obsecro fratres, vt cum adhuc efficax est mirificum hoc pharmacum, commoda, & fructus inde percipiamus in præsenti vita, pænitentiæ medicamina non aspernemur, sciētes liquido quod nihil tunc nobis pænitudo proderit, cum solutum fuerit spectaculum, & tempus certaminum ablatum.*

Nequid tandem in hac materia, de qua á nobis actum est, desiderari videatur: ad illius tractationis calcem necessarium duximus aduertere, duo per quam maxime conducere, vt peccatorum confessio exacté fiat, & effectum suum consequatur, vt nempe humilitate maxima, & interna animi submissione fiat, & deindé sinè aliqua vanæ laudis intentione peragatur. Circa primum multum sane iuuabit audire sanctum P. August. lib. 22. cōtra Faustū, qui tom. 6. suorū operū cōtinetur, vbi Dauidis confessionē ex intima animi humilitate cōmendans, ait, ideo á Deo probatā fuisse, quia humilem, & cordialem inuenit, Saulis vero quia vocalis tantum, & non humilis neque cordialis fuit ab eodem Deo condemnatam, & reprobatam ex sacræ paginæ fundamento secundi Regum capit. 12. fuisse confirmat. *Quid aliud in Dauid, inquit, quam cordis eius profunda cernebat spiritus Dei, quando correptus per Prophetam dixit, Peccaui, continuoque ad hoc vnum verbum audire meruit quod acceperit veniam? Cur autem Saul per Samuelem correptus, cum diceret etiam ipse, peccaui, non meruit audire quod Dauid, nempe, quod ei Dominus ignouisset? num personarum acceptio est apud Deum? absit: Sed in simili voce quam sensus humanus audiebat, dissimile pectus erat, quod diuinus oculus discernebat. Quid talibus docemur exemplis, nisi regnum Calorum inter nos esse, & de intimis nostris Deum colere debere, vt ex abundantia cordis os loquatur: non autem, vt populus qui eum labijs honoret, cor autem eorum longe sit ab eo?* Hæc Augustinus. Quam etiam humilem animi depressionē ad veram peccatorum expiationem conducentem, ex eodem Saulis euentu elicit. P. Bernardus sermone. 17. in Cantica, dicens. *Numquid profuit Saul quod se ad increpationem Samuelis peccasse cōfessus est? culpabilis procul dubio fuit illa cōfessio, quæ culpā nō diluit: quomodo enim humilē cōtēneret cōfessionē humilitatis*

[Marginal notes: Duo ad veram penitētiā maximè necessaria. — August. — Cur Saulis pænitētia nō admittetur, Dauidis autem acceptatur. — Reg. c. — Deus inspicit humani cordis dolē & humilitatem. — Non est Deus personarum acceptor. — Bernar — Saulis cōfessio culpabilis.]

magister, & cui humilibus dare gratiam, certe ingenitum est? omnino non poterat non placari, si, qua in ore sonuit, in corde radicasset humilitas. Inquem sensum optime dictum est á sancto patre Hylario, quod clamorem fidelem mox Deus exaudiat, quasi innuens illum non esse fidelem clamorem, qui quamquam voce profetatur, interna tamen animi pænitentia, & submissione nō editur.

Hilar. *... sit ... clamor fidelis.*

Quo veró sit omnis iactantia, & popularis aura, siue vanæ gloriæ præsumptio ab humili peccatorum confessione amandanda, docet idem pater Bernardus eodem sermone in Cantica, dicens. *Nonnulli, peccata quasi dolendo, & pænitendo rememorant, sed gloriam intentione captantes, comissa sua non diluunt, sed se ipsos illudunt. Nam Deus non irridetur.*

Bernard. *Confessio tendada ... iactantia ... falsa, perniciosa.*

Hi certé veterem hominē nō exuunt, sed nouum palliāt. Non proijcitur vetus fermētū illa cōfessione, sed magis tumescit secūdū illud. *Inueterauerunt ossa mea, dū clamarē tota die.* Cōcludit tandem Bernardus, dicens. *Est denique hæc confessio eo periculosius noxia, quo subtilius vana, cum ipsa etiam inhonesta, & turpia de nobis detegere non veremur: non quia humiles sumus, sed vt esse putemur. Appetere autem de humilitate laudem humilitatis: est, non virtus, sed subuersio. Verus humilis vilis vult reputari, non humilis prædicari.*

Psal. 31.

Qui humilis ideo est, vt laudetur, humilitatem subuertit. Veri humilis conditio, & proprietas.

ANNOTATIO XXXIX.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

De eiusdem expiationis festi spirituali exercitio.

SIVE.

De ministro Sacramenti pænitentiæ.

EGIMVS adhùc de his, quæ ad festū Achiporim, siue expiationum, spiritualiter exercendum conducunt: de vero nempe pænitendi, expiandi, seu confitendi modo: & tria, quæ ad verā cōfessionē faciendam ex parte pænitētis exoptātur, fusé valdé inculcare laborauimus: cordis nempe contritionē, confessionē oris,

Quemadmodum à medici scientia corporalis valitudo dependet ita, & confessoris probitate & experientia animæ valitudo.

operisque satisfactionem: quę omnia ad infirmi peccatoris sanitatē cōsequēdā necessariò requiruntur: sed quia ipsa peccatorum infirmitas, & ægritudo, eorumque valitudinis recuperatio á medici quoq; experientia, sciencia, & bonitate dependet, idest, á confessoris probata cognitione, feruida charitate, & nota sciencia; de his, quæ ad illū attinēt, aliqua quoque annotare cōsentaneū duximus, simulque ostendere quātum nostra referat ad probum confessorem recurrere, vt animæ nostræ expiationis festum debitè spiritualiter, & proficuè celebrantes, idest, veram peccatorum confessionem facientes, internam animi salutem consequamur.

Ad animi sanitatē consequēdā maxime refert ad prudētem confessorem recurrere

Sapientem igitur oportet esse animarum medicum, & qui (vt libro de vera, & falsa pænitentia docet Augustinus) *ligare sciat, & soluere, ne ipsum simul cum ægroto peccatore miserabiliter interire contingat*. Debet igitur esse scientia prædítus, charitate accēsus, omniq; virtutum genere condecoratus, vt loco citato idem Augustinus aduertit dicens. *Sacerdos cui omnis profertur peccator, & antequem statuitur omnis langor, in nullo eorum sit iudicandus, quæ in alio iudicare est*

August. In confessario sciētia expetenda est.

Idem ibidē qualis debeat esse cōfessor

A *promptus, iudicans enim alium, qui est iudicandus, seipsum condemnat*, & paucis interiectis. *Caueat spiritualis iudex, vt sicut non commisit crimen, ita non careat munere scientiæ, oportet etiam, vt sciat cognoscere quidquid debet iudicare: diligens igitur inquisitor, & subtilis inuestigator*

B *sapienter interroget à peccatore quid forsitan ignorat, vel verecundia velit occultare: cognito itaque crimine varietates eius non dubitet inuestigare, & locum, & tempus, quibus cognitis adsit bona voluntas, paratus erigere, & secum onus portare: habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius*

Quomodo se se erga pænitentem debet habere confessor.

C *crimine, discrimen in varietate, semperque confitentem iuuet leniendo, consolando, spem promittendo, doceat loquendo, instruat operando, sit particeps laboris, qui particeps vult fieri gaudij*. Hæc omnia S. P. Augustinus.

Sit confessor cōsītēti non onus, sed leuamen.

Sed ó deploranda mise-

D ria! licet exclamare, quia non solum in his nostris calamitosis temporibus, sed ipsis quasi primitiuis Ecclesiæ aureis seculis iam aliqui inepti repiriebantur huius festi ministri, de quibus Homil. 26. conqueritur P. Gregorius dicens. *Qui districtū Dei iudiciū metuūt animarū indices fiunt, & durū certe*

Gregor. Cōfessarij in scitia notatur.

Ob eius imperitiā pereunt multi.

est, vt qui nescit tenere moderamē vitæ suæ, in lex fiat alienæ. Hæc ille. Et ob hanc certe confessorum imperitiam aliquando contingit, vt dum aliqui expiationis festum spiritualiter exercere putant, animique sui sanitatē inquirunt, interna infirmitate non cognita, neque cōscientiæ vulnere debitis pænitentiæ vnguentis foto miserabiliter tabescāt, pereantque de populo suo, quippe qui ad peritum medicum nō recurrūt; qui cognita interni morbi malitia necessarium illis, debitumque penitētiæ remediū valeant applicare. Multi enim sunt qui dum semel in anno, & fortasis inuiti confitentur illiteratum Sacerdotem quærunt, qui nesciens distinguere inter grauiora, & minora peccata ab omnibus simul plenissime absoluat, se vna cum reis ligans; atque condemnās inmiserabilemq; gehennam detrudens: quod certe maxima stultitia est, insania furibunda, & fugienda dementia: nam *si in morbis corporum* (vt libr. de Visitatione infirmorum August. obseruat) *probatiores exquiruntur medici, quanto magis spiritualibus animarum putredinibus adhibendi sunt medici subtiliores, & si dicere licet, spiritualiores, nā qui ignorat ignorabitur.*

Non deficiūt qui dedita opera illiteratum cō fessorem elligere cō suescant.

Auguſt.

A Alij vero sunt, qui dū hanc solemnitatē æchiporim spiritualiter exercere coguntur, idest, peccatorum confesionē facere, ad illos ministros recurrunt, quos scelerum suorū participes esse nouerunt, vt facilius absoluantur, quibus ipsa certe confesio, & absolutio simul; & confesoribus B ferme vertitur in reatum: vt miserabili Iudæ, eiusque confessoribus, nempe Sacerdotū Pontificibus contigisse videmus, ipsa enim Iudæ confessio apud inuidos Pharisæorū Sacerdotes prolata, Iudæ non profuit, & illis nocuit, & ita vtrosq; læsit, Iudæ quidē, quia C dū cognouit proditionis crimē nō ad probum confessorē, sed ad illos, qui sui sceleris participes erant, recurrit, dicēs. *Peccaui tradens sanguinem iustum.* Illi vero quia omni prorsus charitate destituti erant nec de pænitentis curatione soliciti dixerūt. *Quid ad nos? tu videris.* Imo inuidia obcæ- D cati non cognouerunt, quia impij venditoris cōfessio emptium detegit iniustitiam, & incusat conscientiam; indebitē enim emitur, quod iniustē vēditur quæ omnia S. P. Hylar. annotauit, dū hoc Iudæ, Iudæorumque factum Matthæi contextum exponens considerat.

Pessimus inconfitētibus mos & detestanda intentio.

Confessio Iudæ facta Sacerdotibus inutilis, & elata.

Matth.

Indebite emitur quod iniuste venditur.

Hylar.

Iudas, inquit, *agens pænitētiam pretium sanguinis Christi reddidit Sacerdotibus, vt licet ipse venditi sanguinis iusti author esset, tamen ementium infidelitatem ipsa professio vendentis argueret. Illi vero emisse se sanguinem iusti audiunt, & extra vendentis reatum futuros esse credunt, sicque facinus inuendente constituitur, & vēdentis testimonio scelus emētium cōfirmatur.*

Sed dimissis Pharisæorum Sacerdotibus, quos in hoc facto sicut, & in cæteris inuidia obcæcauit, paulisper in Iudæ dementia incusanda, nobis liceat immorari. Quid igitur facis ó demens, lethale vlcus agnoscis, & ad expertum doctorem nō recurris? Cur relicto probatissimo medico, quem tot langores sanauisse cōspexeras, ad cæcos, inuidos, & indoctos Pharisæorum Sacerdotes te confers, qui suorum oculorum albugines sanare non valent? Quid iustū venditi agni sanguinem apud illos confiteris, qui omnem prorsus iustitiam ab illius operibus amouere conantes, iniustissimum vociferantur, & impium? certe confitendo peribis, quia cui confitereris eligere nesciuisti. Quod si te Sacerdotij nomem fefellit, culpa non cares; quia iam scire debueras quātum inter Christi: Pharisæorumque Sacerdotium discrimen erat.

Sed quid mirum quod in eligendo confessore allucinatus sit, qui & in pænitēdi modo penitus aberrauit, dum, & immoderate pænituit, & intempestiué desperauit; Huius immoderatam pænitentiam disertissimis verbis incusat S. Petrus Chrisol. dicens. *Remedium nec te ò Iuda lateret, si ad eam pænitentiam confugeres, quæ te reuocaret à culpa, no quæ instigaret ad laqueum.* Hæc ille. quem etiam inconfitendo errorem maxime in eodem Iuda, & in Caim serm. 16. in Cantica incusat Bernard. vbi istorum infideles apellat confessiones dicens: *Sit autem cōfessio tua fidelis, vt confitearis in spe, de indulgentia penitus non desidens, ne tuo te ore non tam iustifices, quam condemnes: Iudas certe proditor Domini, & Caim fratricida, confessi, & desisi sunt, alter peccaui, inquit tradens sanguinem iustum. Alter maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear: & verax licet nihil eis pro fuit infidelis confessio.*

Certe iure immoderata cēsenda est Iudæ pænitudo, & infidelis cōfessio si quidem omne prorsus veniæ spe distituta fuit: Est enim pænitētia dolor

Chrisol. Iudæ pænitent. dānat.

Bernard.

Quæ sit fidelis confessio.

Iudæ, & Caim cōfessiones vera, non tamen fideles.

Pænitētia definitio.

de peccatis commissis cum spe obtinendi veniam. Vereq; fuit eius intempestatiua desperatio, quia si sanguinem quem vendiderat, pro omniũ redemptione diffundi expectasset, cum latrone forsitan veniam consequeretur, & regnum. Attamen magister eius diabolus, qui traditioné pijssimi magistri miserat in cor, illum ad laqueum festinare coegit antequam crucis virtuté experiretur, vt sermone vndecimo de Passione S. Leo Papa obseruauit. *Ad vniuersalem Christi Passionis indulgentiam traditor Iudas peruenire non potuit, quoniam perditionis filius, cui diabolus ad stabat à dextris, prius in desperationem transijt, quam Sacramentum Christus generalis redemptionis impleret* (perdeosse Iudas de açodado.) *Nam pro omnibus impijs mortuo Domino potuisset etiam hic consequi remedium, si non festinaret ad laqueum.*

Diabolus Iuda magister.

Leo Papa.

Iuda desperatio.

Non desunt certè hodié aliqui, qui Iudæ vestigijs incedentes hominibus impijs intima cordis sui adaperiunt, quæ Christo in confessione inepté abscondunt, quorum vnumquemque Danielis 5. alloquitur diuinum oraculum, dicens. *Honoras famulum, & contumelia afficis Dominum*: in similes namque optime hoc dictum quadrat, magis enim isti fidunt improbis, quibus cordis sui arcana patefaciunt, quam Christo, á quo in confessione, quantum in ipsis est, peccata abscondũt, de quibus ait Chrysostomus, quod reuereantur homines, & Deum contemnant. Si hunc igitur detestandum Iudæ errorem euitare exoptamus, cõsulamus Originem homil. 2. in Psalm. 7. vbi sic ait. *Circũspice Christiane diligentius, cui debeas cõfiteri peccatum tuum: proba prius medicum, cui debeas causam langoris exponere; qui sciat infirmare cum infirmante, flere cum flente, qui condolendi, & compatiendi nouerit disciplinam.*

Iuda imitatores qui de sunt & qui sint.

Daniel. Arcana Deo reseranda, nõ hominibus.

Chryst.

Origen. Quid faciendum illis, qui crimina sua legitime expiare exoptant.

Iam ex his omnibus, quæ vsque adeo de festo Achepoim fusé nimis tractauimus, clare cognoscitur quid sub illius vmbra Dominus occultauerit, & quid in eius spiritu intenderit, Sacramentalis nẽpe confessionis præparationẽ, & modum, vnde ille, qui humili cordis deiectione, intimoque viscerũ dolore se se apud confessorem humiliat, illique peccata sua pænitendo refert, ad debitamque pro illis satisfactionem exequendam, paratur: iste certe expiationis, siue humiliationis festum non iu-

Qui vere, & non Iudaice expiationis festũ celebrat.

daico

daico spiritu, sed spirituali more celebrare dicetur.

Vt tandem omnia penitus denudemus, quæ sub huius festi vmbra tegebantur non leui cuidam obiectioni fas est occurrere, quæ ex istius festi appellatione exurgit. Quomodo scilicet animæ afflictio, mentisque, & cordis humiliatio festum vocetur, interque Iudæorum festiuos congressus recenseatur, si namque (diuino attestante oraculo) *musica in luctu importuna narratio*, quo modo festiuale iubilum cum cordis afflictione cohæret? bene certe, si attēte cogitamus, hæc duo compatiuntur, immo vnum ab altero consequutiuè resultat; illa enim anima, quæ ob crimina perpetrata se humiliando affligit de criminū remissione festiuè congaudet, & afflicta lętatur, quia per pręsentem afflictionem ad futura gaudia deuenire confidit. Ad quam etiam obiectionis solutionem astruendam maximé cōducere existimamus sancti patris Gregorij doctrinam, qua homil. 39. quæ est in cap. 19. Lucæ: docet discrimen, quod reperitur inter animam, quæ de præsentis gaudij voluptatibus cōgaudet, & illam, quæ de comissis peccatis afflicta humiliatur. Vtramque dié

Eccles. 22.

Anima dum de peccatis dolet festiuum diē celebrat.

Gregor.

Tam im-

A suum agere affirmat P. Gregorius, festiualique iubilo lætari: illa quia venturi iudicij oblita, perituri gaudij præsentia delectatur: ista verò, quia quod patitur nō sentit, dum in præsentes ærumnas oculos non conijcit, sed futuræ beatitudinis, quam consequi auidissi mé exoptat, intentissimè recordatur. B *Benè certè*, inquit P. Gregorius, *peritura anima dicitur: Equidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. quia suum hic dum festum habet anima, quæ transitorio gaudet in tempore, cui illa absconduntur quæ ad pacem sunt, quia dum rebus temporalibus lætatur, dum honoribus extollitur, dum in carnis voluptate* C *resoluitur, dum nulla venturæ pœnæ formidine terretur, pacem, & gaudium habet in die sua, quæ graue damnationis scandalum in die habebit aliena: ibi enim affligenda est, vbi iusti, qui nunc affliguntur, lætabuntur.* Hæc S. P. D Gregorius. Et luculentius adhùc idem argumentum prosequitur eodem loco, paucis interiectis, dicens. *Peruersa quippe anima, rebus præsentibus dedita, & terrenis voluptatibus resoluta, abscondit sibi mala sequentia, quia prauidere futura refugit, quæ præsentem lætitiam perturbent, dum que in præsentis*

Proba, quam pro ba anima suum latū diē agit. & quado

Gregor. *Animi gaudia, diuinum quippiam sapiunt.*

Gregor. *Anima voluptatibus obnoxia, sibi ipsi mala sequentia abscōdit, ne a præsenti lætitia retardetur.*

vita

vitæ oblectationibus se deserit clausis oculis ad ignẽ vadit: quia si qua est præsentis temporis, ita est agenda lætitia, vt nunquam amaritudo sequentis iudicij recedat à memoria. Hæc P. Gregorius, iuxta cuius certé doctrinam illam potius animam festum agere dicendum est, quæ futura prospiciés gaudia, præsentis seculi afflictionis læta compatitur, quam illam, quæ terrenis voluptatibus dedita, & malorum sequentium peni tus oblita lætatur. Quodquidem argumẽtum prosequitur P. Ioan. Chrysost. serm. 14. in Epistol. ad Philip. vbi illud Apostoli. *Gaudete in Domino semper* cum illa Christi sententia Matthæi 5. *Beati qui lugent.* Conciliare cõtendens, ità ait, *Audi quid Lucas dicat: Reuersi sunt à conspectu concilij gaudentes Apostoli, quia digni habiti sunt, vt pro Christi nomine verberentur: Si igitur verbera, & vincula, quæ omnibus videntur tristissima, gaudium pariunt, quid malorum nos mæstos efficere poterit?* Hæc Chrysostomus. Benè igitur compatitur inter humiliãdum lætari, & bene festiuale iubilum cum cordis amaritudine compatitur. Imo vt ad cap. 23. Leuit. aduertit Oleaster. *Ideo Dominus festum miscuit afflictioni peccatorum, vt ostenderet, quod, & si nihil sit dolore peccatorũ accerbius, nihil tamen iucundius quam de peccatis ipsis dolere.* In hũc sensum loquitur Hugo Cardinalis dum in expositione cap. 58. Esaiæ, sic ait. *Dies sanctus Domini est tempus pænitentiæ, quod nobis Deus concessit ad purgationem peccatorũ.* Rem tandem penitús absoluit Chrisostomus homil. de cruce & latrone beato, dicens. *Vbi amputatio peccatorum, ibi reconciliatio Domini, vbi reconciliatio Domini, ibi festiuitas.*

Adeó tamẽ difficilis, & paradoxica hæc semper doctrina hominibus visa est nẽpe in afflictione lætari, vt solum in patria ei assentiendum esse existimauerit P. Bernardus, sicq; illud Psal. 50. *Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti.* A beatissimis spiritibus, qui per animi afflictionem ad cælestẽ patriam deuenerunt, dictum putat: quasi tunc de animarũ humiliatione in via perpessa festiuare incipiant. *Nõ habebit* (inquit Bernardus dum supra citati Psalmi verba exponit) *Deus noster perfectam gloriæ suæ laudem, donec de puluere suscitetur, qui in conspectu angelorum hoc carmen victoriæ ei cantet.* *Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti.* Et adeó difficile existimauit idem Bernardus ibidem

Margin notes (left): Qualis anima vere festi tare dicatur. — Chrysost. Ad Phil. ipens. — Anima, etiã acerbissimis cruciatibus delectatur propter Deũ. — Oleast. Leuit. 23.

Margin notes (right): Hugo Cardin. Quis sit dies sanctus. — Chrys. Vbi vera festiuitas. — In tribulationib. lætari est apud homines paradoxũ. — Bernar. Non est omnino perfecta Dei laus in orone stro dum in hac vita sumus.

ibidem in humiliatione, & afflictione Deo festum agere, vt id nec cælestes spiritus assecutos fuisse fateatur, nisi sanctis hominibus suggerentibus, sic enim ait. *Hoc genus lætitiæ cæli ciues nescierunt, nisi per Ecclesiæ filios.*

Angeli ab hominib° edocti, & in quo.

Superius tandem appositi dubij solutionem ponit P. Gregorius lib. 10. Moralium cap. 21. quam ex illis Psalmistæ verbis assumit. *Constituite diem solemnem incondensis vsque ad cornu altaris dicens. Solemnem Domino diem in frequentationibus constituit, quisq; se assidue in eius desiderio affligit; quæ nimirum solemnitatis dies vsque ad cornu altaris tendi præcipitur, quia tādiu necesse est, vt quisq; se affligat, quo vsque ad superni sacrificij altitudinem, idest, ad æternā gloriam pertingat.* Cui consonat S. Ephrem in suo de pænitentia dicens. *Festum excitat pænitentia, & cælū mouet ad epulas, & angeli lætantur dum pænitentia ipsos inuitat ad prādium.*

Gregor.

Psal. 117.

A

ANNOTATIO XXXX.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

B

De tabernaculorum festi spirituali exercitio.
SIVE.
De animo à terrena substantiæ nimio amore auocando, & de viatorum statu, & conditione.

C

PERACTA expiationis festiuitate statim Scenophegia, seu Tabernaculorum solemnia sequebantur eodem mense septimo, qui nostro Septembri, & Octobri respondebat, sub cuius etiam legali vmbra spirituale aliquod documentum continebatur, quod vt detegere valeamus legem á Deo circa hanc festiuitatem Leuit. cap. 23. traditam in medium proferre necesse est, eiusque fundamentum, & literalem sensum inquirere Ita igitur habet. *A quinta decima die mensis septimi erunt feriæ tabernaculorum septem diebus Domino: sumetis vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulasque*

D

Leuit. 23

tulasque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente, & lætabimini coram Domino Deo vestro, celebrabitisque solemnitatem eius septem diebus per annum: omnis qui de genere Israel est, manebit in tabernaculis, vt discant posteri vestri quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel: dies q; octauus erit celeberrimus, atq; sanctissimus, est enim cœtus atq; collecta.

Circa huius festi institutionis fundamentum variant authores: nam Theophilactus ad cap. 7. Euangelij Ioannis, existimat Iudæos hanc solénitatem exercere in gratiarum actionem pro frugum abūdātia, quam illo mēse colligebāt, sic enim ait. *Tunc gratias agebāt Domino collectis omnibus frugibus, ideo, & tabernacula figebāt, & quasi sub dio agentes lætabantur. Vnde psalmos quosdam David, qui inscripti sunt, pro torcularibus, quidam compositos esse dicunt in hoc festum. Nam tunc torcularia implebant, & vuas premebant: propterea q; agebant gratias, & psalmis vtebantur in gratiarum actionem.* Hæc Theophilactus, qui fort assis nominis appellatione deceptus in hanc incidit opinionem; appellatur enim vltimus huius solénitatis dies, *dies collecta.*

Quanquam tamen Theophilactus rem non attingat, venia dignus est, cū propter eiusdem nominis ethymologiam viri sapientissimi in eandem veniant sententiam inter quos præcipuus est D. Thomas. 1. 2. quæst. 102. art. 4. in responsione ad 10. 5. vltimo, ibi enim ait ideo vltimum huius festiuitatis diem, collectæ diē appellari, quia in eo colligebantur ea, quæ ad templi vsum, & ad sacra per totum annum peragenda necessaria erant. In hac etiam opinione fuerunt, & alij viri doctissimi nēpe Lyranus, Toletus, & alij quam plurimi, existimantes in vltimo huius festiuitatis die decimas colligi solere illorum frugum, quæ illo mense colligebantur, & ad templi vsum, & sacerdotū victum erant applicatæ, vel quæ ex eisdem frugibus collectis, ab vno quoque vicino in eiusdem templi reparationē offerebantur, vt hodie inter nouę Ecclesiæ filios mos est: collectis nempe frugibus, vel colligēdi tempore per areas, vel torcularia ad confraternitates, & ad templa eleemosinas ex postulare, colligereque: vel ad illū morem alludendo, quo ijdem ecclesię filij per ciuitatum plateas cum musicis instrumētis, paramentis sericis, & florum coronis ad earundem confraterni-

Marginalia: Theoph. — Festū tabernaculorū propter ...ebū vindemia, ex aliquorū opinione. — D. Tho. — *Varia circa festum tabernaculorum opiniones.* — Lyran. Tolet. — *Mos in Ecclesia fidelium.*

ternitatum festa exercéda pecunias ostiatim expostulare, & colligere cõsuescunt. Nam diem illum, quem ad has eleemosinas colligendas eligunt, diem collectæ vocant. (*Chamanlhe o dia do peditorio.*) Ex quo quamquam maximam similitudinem prouenire videamus cum istius festi solemnitatis fundamento, multum tamen distat illius diei appellationis causa, & istius festi fundamentum, vt ad cap. 23. Leuit. laté ostendit Paulus Burgentius.

Leuit. 23 Paul. Burgent.

Euthymius existimat fuisse hoc festum institutum in recordationem diei illius, in quo Moyses Dei tabernaculum fixit, & erexit; cuius etiã opinionem veram, probandamque esse non patiuntur verba legis superius adductæ, quæ istius festiuitatis fundamentum ita manifeste explicant, vt nullum relinquant ambigendi locum. Ita enim habent. *Omnis, qui degenere est Israel manebit in tabernaculis, vt discant posteri vestri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Ægypti.* Potius igitur dicendum videtur fuisse hoc Tabernaculorum festum Iudæis iniunctum, tanquam memoriam quandam protectionis beneficij, qua fuerunt in deserto ab æstu, & pluuia á Deo protecti in Tabernaculis, arborum ramis contextis. A quo quidem fundamento Diuus Thomas loco superius allegato non dissentit; quamquam circa nominis vltimi diei istius festiuitatis interpretationem, & impositionem, aliter sentire videatur: non enim ex eo, quod necessaria ad Templi vsum illo die colligerentur, cætus dies, atque collectæ dicebatur, sed quia in illo congregari, & colligi tenebantur Israelitæ in templum, vt á seruili opere abstinentes, Deo vacarent. Vt post Paulum Burgensem obseruauit Pater Barradas in sua concordia Euangelica ad cap. 7. Ioannis.

Euthymij opinio cur ... fundamentum.

Leuit. 23

D. Tho.

Cur vltimus huius festiuitates dies catus dicetur atq; collecta.

Paul. Burgens. Barrad.

Sed præter hoc commune recordationis fundamentum aliquod spiritituale documentum, proficuamque morum instructionem, sub hac Tabernaculorum solemnitate contineri, dubitandum non est: quod vt nostro instituto seruiamus, inquirere, & indagare laborabimus, Sanctorum Patrum dictis adhærentes. Diuus igitur Thomas 1. 2. quæst. 102. art. 4. in responsione ad secundum argumentum, dum discrimen ponit in

D. Tho.

Tabernaculorũ festũ, vitæ humanæ varietatem significat & mutabilitatem.

ter Tabernaculum, & templum, spirituale, huius solemnitatis fundamentum non obscurè innuit, dum ita ait. *Per Tabernaculum, quod est mutabile, significatur status præsentis vitæ, quæ mutabilis est.* Ex quo, iam secundum tanti viri authoritatem manifestissime patet voluisse Dominum Israelitas edocere omnia præsentis vitæ bona esse caduca, citoque peritura, dum quotannis eos sub tabernaculis arborum ramis contextis per aliquod dierum spatium habitare iubebat: vt sic nempe intelligerent se viatores esse, & non habere permanentem in vita ciuitatem, sed illis esse necessario permanentem habitationem inquirendam: his autem vitæ bonis, tamquam ruituris tabernaculis illis esse vtendum. Quod adhuc clarius docet idem Pater eodem loco dum 5. vltimo articuli citati causas figurales reddens omnium festiuitatũ Iudæorum, sic ait. *Per festum autem Tabernaculorum, peregrinatio eorum in hoc mundo significatur, in quo ambulant.* Quæ Diui Thomæ verba maxime cohærent cum illis, quæ circa eiusdem festiuitatis spiritum proloquitur Augustinus tractatu 28. in Ioannem. *Ipse*, inquit, *dies festus Tabernaculorum, Christi membra peregrinatura significabat.* Quã quidem moralem intelligentiam ex huius festiuitatis vmbra eleganter educit Hieronymus, dum eandem festiuitatem exponit lib. 3. in cap. 14. Zachariæ. *Quandiu*, inquit, *in profectu sumus, & in cursu, atque certamine, habitamus in Tabernaculis: hic omni mente nitentes, vt de Tabernaculis ad firmam, stabilemque sedem transeamus, idest Domum Dei: vnde qui in Ægypto est, loquitur, aduena ego sum, & peregrinus: qui autem egreditur de Ægypto, & ingreditur vitiorum solitudinem, carpit iter suum & dicit in Psalmo transibo de loco Tabernaculi vsque ad domum Dei: admirabile est enim: noli habitare cum Ægyptijs, sed submerso Pharaone terram cupere promissionis intrare.* Ex cuius Patris doctrina iam apparet, id quod superius tetigimus, voluisse nempe Dominum non solum Iudæos, sed & Christianos omnes edocere non esse in lubricis præsentis vitæ bonis confidendũ, neque inter illa commorandum, sed spretis fortunæ bonis, seculique illecebris semper ad stabilem & perpetuam habitationem festinandum. Et

Quæ nã fuerit Dei mens in hac solẽnitate præcipienda.

D.Tho.

Quid propriè hac Tabernaculorũ festiuitas innuebat.

Auguft.

Hieron.

Quid sit in tabernaculis habitare.

Quid nobis in hac vita faciēdū, in qua à Domino peregrinamur.

Et quemadmodum qui ad patriam propriumque domicilium tendunt, per aliena prædia iter agentes nullibi commorando requiescunt, vsque dum in propria domo securè quiescant, ita & nos facere debemus; qui dum in hoc sæculo vitam degimus aduenæ sumus, & á Domino, á propriaque patria peregrinamur. Luculenter certè nostræ hanc naturæ conditionem infert Pat. Gregor. dum verba illa Dominica Geneseos 3. expendit. *Terra es, & in terrā ibi.* Sic enim cap. 26. lib. 15. Moralium ait. *Fixum etenim hic statum habere non possumus vbi transituri venimus, atque hoc ipsum nostrum viuere, quotidie à vita transire est.*

Genes. 3. Gregor.

Quid sit humanū viuere.

Vnde omnia quæ in hac vita conspicimus, etiamsi viridia, & frondosa videantur, despicere debemus, & tanquam arida citoque peritura reputare, & ad supernam tantum patriam tendere, ad illamque tota mentis auiditate currere, & festinare: aliter enim id vnicuique continget, quod Ionæ, qui in virentis hederæ vmbra confidens, hederæ viriditate á sole breuiter consumpta, nimio calore æstuauit. *Lætatus est Ionas* (inquit Sacra pagina Ionæ cap. 4.) *super hedera lætitia magna. Et parauit Deus vermen ascensu diluculi incrastinum, & percussit hederam & exaruit. Et cum ortus fuisset Sol præcepit Dominus vento calido, & urenti, & percussit Sol super caput Ionæ, & æstuabat.* In Ionæ enim vmbraculo, quod sibi ad commanendum construxit, & in virente hedera quæ per quā citissime aruit rerum temporalium inconstantiam significare docet Liranus ad hunc locum dicēs. *Huius mundi delectationes, quæ per hederam, & Ionæ vmbraculum significantur, sunt valde breues propter quod de subtractione eorum non est dolendum sapientibus.*

Ion. 4.

Ionæ hedera, vitæ instabilitatem adumbrat.

Lyran.

Temporalium rerū delectatio hederæ similis, quæ cito arescit.

Quotquot hodie instar Ionæ ad vmbram bonorum temporalium requiescunt, viuunt, & delectantur, non attendentes hæc omnia citó esse peritura, tamquam virentem hederam: quæ corrosa radice, & à sole percussa, statim marcescit; & ita securè sub caducis tabernaculis requiescunt, ac si viatores non essent, sed haberent stabilem in hac vita mansionem: quos mundi viror certè diludet dum citó defecerit.

Ille igitur in Ecclesia Tabernaculorum festum Iudæis materialiter exercere prohibi-

Quis hoc tabernaculorum festum vere celebrare dicitur.

tum, spiritualiter exercere dicetur: qui, vt dictum est, spretis mundi illecebris animum ad cælestia applicauerit, & tãquam incola interris degens, in permanentem patriam iter dirigere impensè, auideque studuerit. Quæ est Origenis doctrina dum homil. 29. in lib. Numer. circa huius solemnitatis spirituale exercitium sic ait. *Lætetur Deus super te, cum te viderit in hoc mundo, in tabernaculis habitantem: cum te viderit non habere fixum, ac fundatum, animum super terras, nec desiderantem quæ terrena sunt, neque vmbram vitæ huius quasi possessionem propriam reputantem: sed veluti in transitu positum, & ad veram illam patriam, vnde egressus es, paradisi festinantem, ac dicentem. Aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei.* Quam mysticam Tabernaculorũ festiuitatis expositionem eleganti de more dicendi methodo epist. 16. lib. 4. suarum epist. tradit Damianus noster dicẽs. *Cum per despectum mentis præsentia cuncta transcurrimus, ad supernam vero patriam anxijs desideriorum gradibus festinamus, tunc à nobis spiritualiter scenophegia colitur; quæ dudum apud Iudæos per legitimi ritus ceremonias carnaliter agebatur.*

Origen.

In hac vita tabernacula facienda, nõ erigẽda ædificia.

Damian.

Ex hac certé Origenis, & Damiani doctrina illorum inconsiderata mens per quam maximé incusatur, qui status sui (qui viatorum est) penitus obliti, amplas domos ædificãt & ita profunda in terris iaciunt fundamenta, ac si essent in hoc sæculo in æternum permansuri; & præsentis vitæ bonis adeò oblectantur, ac si caduca non essent citóque peritura. Quorum infelicem conditionem sermone primo aduentus Domini acerbè nimis deplorans Bernardus ait. *O infelices filij Adam, qui ommissis veris, & salutaribus studijs caduca potius, & transitoria quærunt.* Quos Sanct. Pater Gregorius lib. 20. Moral. cap. 16 amentes, & vesanos appositissimè appellat, dicens. *Hæc est vesana iniquorum mens, quod plus acerbitate fatigationis huius mundi, quam æternæ quietis dulcedine gaudet.*

Bernard.

Gregor.

Quod siquis cognoscere cupit vtrum mysticam hanc Tabernaculorum solemnitatem vere exerceat, examinet si dum per lubricum huius viæ curriculum gressus tendit, tanquam peregrinus incedat, sique in aliena patria se commorantem agnoscat: nam vt in suo sententiarum lib.

sentent.

S. Maxi. *Ciues cæli & mundi peregrini*

sentent. 17. Episcopus Rhegiēsis obseruat: *Omnis qui ad supernam pertinet ciuitatem peregrinus est mundi, & dum temporali vtitur vita, in patria viuit aliena, vbi inter multa illecebrosa, & multa fallacia Deum noscere, & amare paucorum est.*

Deum inter mūdi illecebras amare paucorū

Neque erit abs re dicere ideo Deum Israelitis de Tabernaculis agere præcepisse tempore, quo fruges colligebant, & maxima tritici eorū horrea, vinique copia redundabant torcularia, & tunc apud Dominum tripudiādo lætari, illique festiuam reddere oblationem, ne rebus terrenis nimis tenacitèr adhærerent, neque in illis corda figerent, tanquam diu permansuris, sed omnia transitoria, citoque peritura reputarent: quemadmodum cito defecerunt Tabernacula ramis contexta, quibus patres eorum per desertū protegebantur, quæ exsiccatis arborum ramis quibus cōficiebantur á mane vsque ad vesperam deficiebant, ac siccabantur, sed potius terrena omnia nihilo facientes, in solo Deo suo confiderent, & exultarent, eique solum inseruirēt, & spreta mundanæ substantię cito defectura viriditate se se ad bona stabilia, & in æternū permansura præpararēt. Hoc

Illecebra vita hui⁹ sit'o desertenda.

A enim certe est Deo festum agere, & apud illum exultare, vt Hugo Cardinalis obseruat dū illa verba Cantici, Magnificat, exponit. *Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Ille exultat,* ait Hugo, *in Deo, qui terrena non curat, quem prosperitas non emollit, quem aduersitas temporalis non frangit, quem sola Dei memoria delectat.* Sola igitur sua

Luc. 1.

Hugo *Qui i. Deo ver exultare dicantur*

B memoria illos delectari exoptabat ille qui eorum animos præsentis instabilitatis typo, idest Tabernaculorum recordatione, á terrenis desiderijs auocabat. Vnde dum ad hæc tabernaculorū solemnia exercenda, suorūm Apostolorum corda Lucæ 21. Christus Dominus incitabat, dicebat. *Attendite ne forte grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & in curis huius sæculi, & superueniat in vos repentina dies.*

C

Luc. 21.

Exortat Christus discipulos ad sæculi abdicationem.

Quod si denique, ô Christiane, edoceri desideras, quomodo hoc tabernaculorū festū Iudæis literaliter exerceri prohibitū, spiritualiter valeas exercere, audi sanctū P. Hieronymū lib. 3. in cap. 14. Zachariæ tom. 5. suorum operum, vbi huius festiuitatis spiritualem colēdi modum tradit, dicens. *Qui in istiusmodi habitat tabernaculis, & de tabernaculis ad Tēplū Domini ire festinat,* debet

D

Hieron.

 celebrare

Tabernaculi mystica significatio.

Prou. 3.

celebrare solemnia tabernaculorũ in ligno sapientiæ pulcherrimo de quo in Prouerbijs dicitur cap. 3. Lignum vitæ est is, qui apprehenderint illam, & qui tenuerint eam beati: & in ramis palmarum, in quibus signum victoriæ, & virtutis præmium continetur; & in frondibus frondosæ arboris, quam mirtum Iudæi intelligunt, propter mortificationem carnis, ac libidinum: & in ramis salicum, quæ arbor indicat castitatem.

ANNOTATIO XXXXI.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

De Tabernaculorum festi spirituali exercitio.

Quod hæc tabernaculorum solemnitas, siuè terrenæ substantiæ despicentia, à solis viris nobilibus fermé soleat exerceri.

HÆC certé tabernaculorum festiuitas, in qua terrenæ substantiæ despiciétiam spiritualiter significari

A monstrauimus, á solis viris nobilibus, & qui animorum amplitudine pollent, celebrari cõsuescit: animus namq; depressus, & exiguus, terrena despicere, & ad celestia, & sublimia aspirare nõ nouit: quod fortassis in legis tenore innuit Dominus cum dixit. *Et qui de genere Israel est, manebit in taber-* B *naculis.* Quasi demonstrãs nõ omnes, qui á primitiuis antiquissimi illius populi patribus origenem sumpserunt, illorũ nobilitatem, animique amplitudinem cõseruasse: quæ mẽs non nostra est, sed Augustini, qui oratione 8. in psalmũ 118. adducens verba illa Psalmi. 38. C *In quibus ego sum in terra sicut omnes patres mei*, ita ait. *Non ait Dauid, sicut omnes homines, sed dicẽdo sicut õnes patres mei, iustos proculdubio vult intelligi, qui eo tẽpore præcesserunt, & in hac peregrinatione, gemitu pio ad æternã patriã suspirarũt: de quibus scriptum est ad Hebræos 11. Secundũ* D *fidem mortui sunt hi homines, cũ non accepissent promissiones, sed à longe eas videntes, & salutantes, & confitentes, quia hospites, & peregrini super terrã sunt.* Ex quibus patet quod, quanquã omnes Israelitæ fuerint, non tamẽ omnes Israeliticam nobilitatẽ, & generis amplitudinem cõseruauerint; ac proinde non

Te pressusar. m° ad sublimia aspirare non nouit.

Humana vita contemptus nobilioribus viris familiarior est.

August. Psal. 38.

Per veteres patres iusti veteris testamenti intelligũtur

ad Hebr. 11.

omnes

Israelitica familia Deo charior, quia illustrior.

omnes ex genere Israel, vere dici posint. Quod posteá Christus Dominus manifestissimè protulit dicens. *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.* Vnde, dum Dominus in lege expresse mandauit vt qui de genere Israel erant, hoc tabernaculorum festum exercerent: idem fuit, atque monstrare, se illos præsertim allocutum, qui Israeliticam nobilitatem Abrahamique Isaac, & Iacob animi amplitudinem, in terrena substantia despicienda hæreditarunt. Depressus namque, cupidus, & abiectus animus terrena despicere, & ad cælestia aspirare non valet (vt superius dictum est) ac proinde neque tabernaculorum solemnia spiritualiter exercere nouit, vilia nempe, & caduca, citoque peritura omnia mundana reputare, eaq; despicere, & illis nequaquā adhærere, & pedibus conculcando, ad permanentē ciuitatem, ad bonaque in æternum permansura, tota animi auiditate properare. In cuius rei confirmationem mirabilis est locus in sacra pagina Iosue cap. 3. vbi de quibusdam legitur, qui cū Israelitico sanguine animi amplitudinē nō hæreditarunt: quod, cum in promissionis terram, cum reliquis simul Israelitis properarent:

Ioann 8.

Qui in lege veteri nobiliores reputabātur.

Iosue. 3.

Obscuri sanguinis vir nihil arduū aut gloriosum molitur.

A pascuis, & gregibus suis nimis tenaciter adhærentes, Iordanē transire recusarent, & ad promissionis patriā accedere negligerent. De quibus illud sancti patris nostri Gregorij vere dici potest, quod terrena substantia pondus fuerit, non subsidium. Pascua namque pecoraque sua, in æternum duratura existimantes, de veris pascuis, & in perpetuū duraturis

Quid significet Iordanem non transire. Grego.

B non curarunt. *Terra,* inquiūt, *quam percussit Dominus in conspectu filiorum Israel, regio vberrima est ad pastum animalium: & nos serui tui habemus iumēta plurima: precamurque te, vt des eā nobis in possessionem, nec nos facias transire Iordanem.* Depres-

Nimius terrenæ substantiæ amor animum deprimit.

C sit illis certe cogitationem, & animum nimius terrenæ substantiæ amor, & cup ditas, neq; eos ad vberrima promissionis pascua aspirare permisit. ideoque verā promissionis patriā in æternum pascua prabiturā despexerunt, pascuis citó peri-

D turis adhærentes, & cum ducerentur ad cælestem ciuitatē vt reges fierent, maluerūt peritura tabernacula, tamquam diu permanentia amplecti. Quod quidem ex animi pusillanimitate, & deiectione prouenire docet Petrus Chrysologus serm. 22. dicens. *Non potest dominari omnibus, nisi is, qui pro-*

Chrisol.

Qui reb. omnibus

Quis eb° omnibus dominetur.

prijs non tenetur: deiectæ mentis est, qui familiaris rei meminit cū vocatur ad regnum, iacens animus plebeius, nummulum thesauris regalibus anteponit: pauper sensus paruis incubans, perdit magna, & inhians temporalibus, deserit sempiterna. Vnde, dum illorum de quibus superius actum est, deiectum animum incusat P. Gregorius lib. 27. Moral. cap. 7. sic ait. *Qui iumenta plurima possident, Iordanem transire refugiunt, quia quos multa mundi implicamenta occupant, habitationem cælestis patriæ non requirunt. Multique sunt fideles, qui quamquam fideles sint, curis præsentibus occupati, quasi armēta extra Iordanem pascunt, quia contra fidem baptismi tota mente, omnique desiderio rebus perituris inseruiunt.* Hæc P. Gregorius, & optime quidem; deiectæ quippe mentis sunt, & rebus perituris inseruiunt, qui Iordanem transire, idest mundum, & in promissionis patria ciues sanctorū fieri recusant, & cū electis, & sāctis cōmorari dedignātur, extraq; Iordanē, vbi perigrini habitant imperpetuum permanere exoptant, qui certe in tabernaculis suis Deo non immolant, neque festum exercent: sed perituris, ac caducis fortunæ ludibrijs, quæ nimis tenaciter venerantur.

Perdit cælestia, qui terrenis implicatur.

Gregor.

Quid sit iumenta multa possidere.

Quid sit Iordanē transire.

Qui autem veri Israelitæ sunt hoc tabernaculorum festum toto animi conatu exercere laborant; quia quidquid mundus offert, tanquam putrida tuguriola reputant, & despiciunt, ad cælesteque Hierusalem, transacto Iordane, deuenire exoptant. Quod certe animi amplitudinis maximum signum est, infallibilisq; consequentia vt S. P. Gregorius attestatur dicens. *Maximum mihi argumentum est animi ab altiori venientis sede, si hæc, in quibus versatur, humilia iudicat, & angusta.*

Qui vere Israelitæ censendi sint.

Gregor.

Generosi animi signū, & proprietas.

ANNOTATIO XXXXII.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM.

De eadem tabernaculorum spirituali festiuitate

Apponuntur exēpla, quibus præteritæ annotationis materia comprobatur.

SATIS certè ac superque ex Sanctorum patrum doctrina, superiori anno-

tatione monstratum est, spiritualem huius Tabernaculorũ festiuitatis executionem ad viros nobiles, animique amplitudine præditos, præcipue spectare: sed quia humana mens visibilibus potius exẽplis, quã speculatione imbuitur, necessarium duximus ea, quę superius speculatione probauimus, viuis nunc exemplis iterũ cõprobare, ad oculumque mõstrare quomodo tam in lege naturæ, quam in lege gratiæ fuerit semper á viris illustribus, & virtute præditis, hoc Tabernaculorũ festum spiritualiter exercitum. Vt igitur á lege naturæ sumamus principium. Iusti Abelis exemplo mentem hanc cum Diuo August. placet astruere, qui lib. 15. de Ciuitate Dei cap. 1. reddẽs causam, Cur iste sicut Caim ciuitatem ad commanendũ sibi non ædificauerit rem confirmauit dicens. *Scriptum est de Caim quod condidit ciuitatem: Abel autem tanquam peregrinus nõ condidit; superna est enim sanctorum ciuitas.* Hæc Augustinus: quibus clare demonstrat, ideo Abelẽ de rebus terrenis neutiquam solicitari; quia cælestem expectabat mansionẽ ad quam desiderijs, & probis vitæ moribus properabat. Aliter vero Caim se gessisse, quippe qui a-

Cur Abel sibi ciuitatẽ nõ cõstruxit sicut Caim

August.

A nimum terrenis cupiditatibus depressũ gerebat, vilis erat, terrenaque proponebat cælestibus.

Caim posuit terrenis [illegible] tibus.

Clarius adhuc sublimem hanc de terrenis rebus despiciẽdi philosophiam percipiemus si sanctum patrem Abrahamũ ante mentis oculos proponamus, tanquam huius festiuitatis executorẽ mirabilẽ. B De quo diligẽter obseruat Paulus in cap. 11. epistolæ ad Hebræos, quod nunquam animũ terrenis possessionibus aliqualiter tradiderit, neque ea quã illi promiserat Dominus, possessione fuerit impeditus: sed omnia tanquam peritura tabernacula existimans, seque non in hoc mundo habitatorem, sed viatorẽ reputauerit. C *Fide*, inquit Paulus, *moratus est Abraham in terra repromissionis tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac, & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem.* Circa quæ Pauli verba Aliqua iuuat expẽdere, & illud imprimis quod ait. D Fuisse Abrahamum tanquam incolam in repromissionis terra commoratum: cum Dominus illã ei in possessionem daturum polliceretur, & omnino tradidisset, vt patet ex Ezechiele cap. 33. vbi dicitur, quod vnus solus Abraham hæreditate posse-

ad Hebr. 11.

Theod.

Ezech. 33.

derit

derit terram. Secũdum. Quomodo vir potens amplam habens familiam in propria hæreditate sibi a Domino, vt dictum est concessa, domum ad commanendum cum suis minime ædificauerit, sed, vt ob seruat Anselmus, in tugurijs, ac intentorijs habitauerit, quæ sunt propria peregrinorũ hospitia, & habitacula? Non est antẽ cur miremur, neq; quod vel Paulum, vel Sacram paginam in aliquo á veritate dissẽtire existimemus, dedit enim Dominus omnia Abrahæ, quę illi fuerat pollicitus, at vero Abrahamus ita illis omnibus vsus est ac si essent aliena, & ad breue temporis spatium sibi á Deo mutuata, vtpote quia sancti, iusti, & perfecti viri, ter renis possessionibus quãquã a Deo oblatæ sint, non solúm animum non supponũt, sed etiã illas flocci faciunt, non certe quia á Deo datæ sint, sed quià cito perituræ sint: ideoque ex illis nec, *Bema*, idest, *passum pedis* possidere volunt, sed tota animi auiditate ad cęlestia pro perant, vbi se in æternum victuros firmitér credunt.

Anselm.

Cur Abrahamus domũ ad cõmorandũ non ædificauerit.

Circa iustorum intentionẽ lib. de casto cõnubio verbi, & animæ optime philosophans Laurent. Iustin. causam indagatur cur ipsi toto animi conatu terrena despiciant, aitq; *Peccatoribus quidem, & huius sæculi incolis temporalium reddit Deus pro labore mercedem, quam appetunt, quam quærunt, & qua contentantur tanquam alieni ab eo, & a sanctorum hæreditate extranei: iustis autem atque vere peregrinantibus aliter merita cõpensantur, vt tanto maiora percipiant in cælis, quanto grauiora in terris receperint, quam obrem iusti prosperari renuunt, temporalem negligunt mercedem, vt consequantur æternam* Spreuit igitur Abrahamus temporalem mercedem, qui meliorem repromissionem firmiter expectabat.

Viri iusti & perfecti terrena omnia parui pendunt.

Laurent. Iustin.

Temporales possessiones imperfectorum merces.

Cur iusti negligant prosperari.

Hũc sancti Abrahami animum ab omni rerum terrenarum cupiditate alienũ ad hũc Pauli locum inculcat Theod. dicens. *Abraham cum in terram promissã accessisset, dominatũ in ea non obtinuit: sed & ipse, & filij, & nepotes inquilinorum ritu vixerunt, tanquam in terra peregrina habitantes in ea, quæ erat ex promisso eorum propria: qua de causa nec domos extruxerunt, sed in Tabernaculis perpetuo habitarunt. Præsentia enim non cõcupiscebant, sed futura desiderabant.* Hæc Theodoretus. In quorum confirmationem per quam cõuenienter, paucis interiectis, adducit idem Pater

Theodor.

Abrahamus humana vilipẽdit, vt egregius.

Abrahami

Abrahami eiusdem singularẽ euentum, cui cum tota Mesopotamiæ prouincia á Deo fuerit obláta, & tradita, adeo tamen animum ab eius possessione auulsit; vt neque quinq; pedum terræ spatium ad propriam vxorem sepeliendam sibi adscripserit, *Qui totius terræ promissionem acceperat, nec triũ quidem cubitorum locum possidebat*.inquit Theodoretus.

Omnia possidens Abrahamus, nihil suum reputabat.

Vt altero iterum exemplo monstremus, quam expedite, & celerrime iter in cæleste patriam conficere exoptabãt nobiles naturæ legis Patriarchæ; quamque impense, studiose, & auidé hanc Tabernaculorũ festiuitaté exercere curabant: Sancti iuuenis Iacob liberum animum, omnique huius mũdi supellectili denudatum põderemus: qui dum per huius peregrinationis viam iter conficere destinaret, solo baculo ditatus incedebat. Quod per quam doctè, & accurate de eodem aduertit S.P.Ioãnes Chrisostom.hom. 54. in Genesim, dum paupertatem, omniumq; rerum penuriam ponderauit, qua idem S. iuuenis Iacob in domum patruelis sui Labam iter conficere destinauit; nam exponens idem pater locum illum cap.28. Geneseos, quem ipse sic legit. *Et egressus Iacob à fote iuramẽti, profectus est in Charras, & decurrit inquedã locum, & dormiuit illic: occidebat enim sol, & accepit de lapidibus loci, & posuit ad caput suum, & dormiuit in loco.* Sic inquam ait Chrisostomus. *Vidisti ineffabilẽ vitæ philosophiam? Vidisti quomodo veteres patres iter faciebant? Vir domi educatus, tantaq; assuetus curæ: simplex enim erat, inquit Scriptura, & domi habitans: peregrinaturus, neque iumẽtis egebat, neque ministris, neque viaticis, sed apostolicum morem imitatus iter faciebat: & cum occumberet Sol, ibi dormiuit, vbi eum nox comprehendit. Accepit, inquit Scriptura, lapides, & posuit ad caput suum. Vide pueri robur, lapide pro puluinari vsus est, & super pauimentũ dormiuit. Igitur quoniam bene moratã animam habebat, & masculum spiritum, & ab omni vanitate liberum, admirabilem visionem illam meruit* (quereis gozar de visoens diuinas desprezai baixezas humanas) *hoc enim more agit Dominus noster, quando videt animam præsentia non magnificantem, tunc enim plurimam sibi illius curam esse declarat*. Hęc omnia S. P. Chrisost.

Chrisost.

Iacob, migens ... itineris incommoda, & ... nendas

Cur sanctus patriarcha Iacob meruit vidre visionis scalã

Ex quo certe Sãcti Patriarchæ facto, & ab omni mundi cura liberaque mentis intentione, qua iam in spiritu hoc

Taber-

Ex sanctis patriarchę Iacob animo a terrenarũ cura alieno incusãtur illi, qui terrenis rebus nimis deditι sunt.

Tabernaculorum festum spiritualiter exercebat, illorũ intentiones, mentes que causantur, qũi in lege gratiæ, in qua hoc Tabernaculorum festum mundanarumque rerum despiciétia, puriori animi intétione exerceri debuerat, ita illius spiritualis exercitij obliuiscuntur, ac si essent in hoc sæculo in æternum permãsuri. Et certe quos Tabernaculis tantum vti decebat, quibus vitam cõmode degere possent, ipsi nũc adeo amplas, & laqueatas, ebureq; distinctas sibi domos ædificant, ac si ad cælestes mãsiones properare non tenerentur. Quos non solum tãtorum patrum exempla irritant, verum, & multo magis Christi seruatoris doctrina, eiusque sectatorum exemplum mirabile incusat, & arguit: qui hoc Tabernaculorum festum spiritualiter obseruans, adeó se aduenam, & peregrinum exhibuit, vt non solum propriã domum vbi habitaret non haberet, verum nec Tabernaculum, quo á temporis inclemẽtijs protegeretur, admisit. Quod ipse de se testatur, dicés. *Vulpes foueas habẽt, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi reclinet caput.* Ex quibus oratione de proditore Iuda, qui tom. 3. suorum operum continetur, S. Pat. Chrysostom. eorundem incusat conatus dicens. *Audiant quibus ædificandarum domorum cura est, & ambiciosarum porticuũ cogitatur instructio, quos pretiosorum marmorũ pompa delectat, & laquearium fulgentis auri cõclusio. Cognoscant Christum omnium Dominum, quod locum, in quo caput reclinaret, non habuit.*

Christi seruatoris tenuitas spõtanea, nec foraminosam casulam habebat.

Luc. 9.

Chrisost.

Ex Christi seruatoris inopia incusatur denitiarũ opulentia domorũ amplitudo.

Neque tacitamente prætereundi sunt in huius solemnitatis exercitij promptitudine Sãcti Apostoli, qui relictis omnibus, seque ipsis abdicatis, ad cælestes mansiones, ad stabilesque sedes, admirabili conatu properarunt. Sed quia de hac animi Apostolorum, in relinquendo promptitudine á nobis satis superque in prolegomenis actũ est, id ipsũ nunc iuuat in alijs Apostolicis viris comprobare: qui apostolicis gressibus incedentes, eiusdem festiuitatis executores probatissimi extiterunt. Et quanquã in multis id comprobare licebat filialis tamen amor, paternaque dilectio compellit, vt in S. Pat. Benedicto id libentius faciamus. Neque certe alicui infertur iniuria, cũ post Apostolos fuerit ipse optimus terrenæ substantiæ contemptor, & mundi tabernacula adhuc virentia tanquam exsiccata, &

Sancti Apostoli hęc vera rerũ despiciẽtia solẽnitatem optime celebrarunt.

S. Benedictus mũdi caducam felicitatẽ aspernatur

statim

statim ruitura despexerit, vt de eodem attestatur S. P. Gregorius dicens, 2. dialog. cap. 1. *Dum in hac terra adhuc esset quò temporaliter liberé vti potuisset, despexit iam quasi aridum mundum cum flore.* Mire quidé dictum: quid enim est mundum cum flore aridum reputare, & siccum, nisi præsentis vitæ bona, quæ aliquibus viréntia videntur, tamquam siccos iam Tabernaculorum ramos æstimare, & omnia, quæ pretiosa præsentis videntur seculi tanquam arida, citoque peritura despicere; neque eorum virore delectari, sed ad æternã patriam auide properando, se in hoc mundo peregrinum, & viatorem reputare? Non ne Benedictum hunc virum hãc sedulitus Tabernaculorum festiuitatem exercentem aspicitis, omniaque mundi bona, amplaque regum palatia, citó ruitura Tabernacula existimãtem, dum spretis parentũ amplissimis ædibus ad Sublaci antrum, omni prorsus mũdi supellectili donũ datus se cõfert, vt expeditius in stabilé patriã properaret? Non eũ certe admiranda Annitiorum ædium maiestas fefellit, quarum amplitudinem, & artis magnificétiam Augustini operum subtilitatem adæquasse affirmat Secundinus in epistola quadam, quæ tom. 6. operum eiusdé Augustini continetur, dicens. *Fateor non tanta diligẽtia, & industria domos Annitias esse elaboratas, quam scripta tua eloquentia, & arte.* Non eum in seculo retinere potuerunt ampla parentum ædificia Nurtię fabricata, de quibus in suo libro de miraculis S. Benedicti lib. 1. cap. 1. mira affirmat Adrebaldus: inter alia enim multa, sic ait. *Denique quantæ dignitatis parentibus, Sanctus Benedictus progenitus fuerit, testantur ruinæ palatij eorum, cum ædicula prope mænia Nurcinæ vrbis sita. Tantæ quippe magnitudinis; perplexiq; operis, ex fundamentis consti tisse conuincitur, vt qualibet palatia potentissimorũ superauerit.* Bene igitur certe Tabernaculorum soléni a exercebat, qui tam amplas domos, tamquam ruitura Tabernacula despiciebat; & tanta mentis auiditate in cælestem patriã festinabat; se, non huius mundi habitatorem, sed viatorem reputans, & existimans. Nam vt libro 15. Moralium cap. 35. ait Pat. Gregorius. *Viator ille vere dicitur, qui præsentem vitam viam sibi esse, & non patriam attendit: qui in dilectione præsentis seculi cor figere despicit, qui non remanere*

Gregor. / *Idem mũdum cum flore despexit.* / *Quid sit mundum cum flore despicere.* / *S. Pat. Benedictus huius solẽnitatis cultor eximius.* / Secũdin / *Parentũ S. Benedicti tecta operosa.* / Adrebaldus. / *Viatores mystice, qui sint.* / Gregor.

in transeuntibus, sed ad æterna peruenire concupiscit. Qui enim in hac vita, viator esse non appetit, huius vitæ prospera minimè contemnit. Ex qua sancti patris Gregorij doctrina, iam patet nihil vtilius esse ad hoc Tabernaculorum festum spiritualiter exercendum, quam animum á rebus terrenis, & á diuitiarum opulentia auocare. Nam vt loquitur Ambrosius. *Detinent nos quasi compedes terrena desideria.* Videte autẽ quomodo, qui viatores sunt compedibus perpediti alligati, & implicati, iter conficere valebunt? & quomodo á loco Tabernaculi, vsque ad domũ Dei, sicut columba volabit, vt requiescat, qui terrenarum rerũ visco detentus, illarum desiderio per quam maxime adhæret? Nam vt sermone 38. de verbis Domini obseruat Augustin. *Amor rerum terrenarum viscum est spiritualium pennarum: ecce concupisti, hæsisti: quomodo ergo volabis, vbi vere requiescas, quando hic, vbi male hæsisti, requiescere peruerse voluisti?* Hæc August. Qui igitur seculi opulentiã tanquam Tabernacula citó peritura non despicit, sed in eius fruitione permanendo lætatur; hic certe Tabernaculorum festum Deo non agit, neque ad stabilem, & in æternum duraturã patriam anhelat; vnde festiuos dies non possidet. Quia dum citó deficiunt Tabernacula, quibus confidit, citó quoque eorum amissione cruciatur. Nam vt ait S. Iob. cap. 8. *Tabernaculum impiorum non subsistet.* Quòd de illis, qui hanc, de qua loquimur, festiuitatem debite, & spiritualiter non exercent, docet Pat. Gregorius esse intelligendum, dum Iobi locum exponens, sic ait: *Iniusti, quanto longius ab æterna patriæ hæreditate diuisi sunt, tanto altius in terra fundamenta cogitationis figunt,* qui ergo in hac vita cordis radicẽ plantant, vt hîc ad votũ floreant, & à cælesti patria fũditus arescãt: horum Tabernaculum in fundaméto veritatis nõ subsistit: vnde cum diues Euangelij dixit. *Anima mea habes multa bona, &c. requiesce, &c.* illico audiuit: *Stulte hac nocte animam tuam repetent à te.* Quia vitæ fugientis amatores dũ studiose se in præsentibus construunt, repente ad æternam pœnam rapiuntur.

Vnius ijs elegantia & opulentia, animum auocat à cælesti patria.

Ambros.

Augustin.

Amor rerũ terrenarũ viscũ est pennarũ spiritualiũ, idest cælestium desideriorum.

Iob. 8.

Gregor.

Luc. 12.

ANNOTATIO XXXXIII.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM. Paschæ.

De spirituali Azimorum solemnitatum intelligentia.
SIVE
De amara Christi passionis memoria, quæ Paschale iubilum debet antecedere.

Explicatis iā, & spiritualiter expositis Iudæorū festiuitatibus, quæ ipsi mensi, *Tizri*, qui nostro Septébri respondet, exercere cōsueuerunt; accedimus iam ad solemnitates illas, quas mense, *Nyzan*, idest, *Martio*, celebrabant, ad Paschæ, scilicet, & Azimorum solennia. Et quamquam præpostero ordine, de Iudæorum festiuitatibus á nobis actum sit, dum prius de illis, quæ mense, *Tizri* occurrebant, quám de illis quæ mése, *Nizan*, celebrari mos erat, á quo Hebræorū annus incipiebat quantum ad festa, & res ecclesiasticas; vt illis imperatū fuit Exodi cap. 12. id certé effecimus, vt contextus seriei adhærentes, sub verbo *festum*, omnes illius mensis festiuitates exponeremus, de his auté duobus festiuitatibus, sub verbo, *Pascha*, accommodatiús tractaremus. Neque mirum alicui videatur, si etiam inuerso Iudæorum ordine prius de Azimis, quam de Pascha, pauca quædā annotauerimus: nam verus legis cultor, & religiosus per Christi passionis amaram memoriam ad paschalia gaudia debet accedere, quæquidem doloris amaritudo in azimis panibus, & lactucis agrestibus, quibus paschalis agnus comedi iubebatur, adumbrata fuit; vt docetur in Glossa ordinaria cap. 14 Marci vbi sic habetur: *Cū amaritudine comeditur Azyma quæ est redemptio nostra: amaritudo enim est passio Domini.* Verus igitur harum festiuitatum cultor ante quam ad Pascha celebrādum accedat, & animi syncenitatem, & cordis amaritudinem sibi concilier, idest, Christi passionis, felisque amaritudinis, syncerè, pieque recordari, & de eius recordatione dolenter affligi laboret & tunc de Paschali solem-

Exod. 12.

Glossa.

Azimi panis amaritudo, passionis Christi memoriā dolendā significat.

nitate,iubiloque gaudere. Ita enim docet Pat. Ioann. Chrisostom. hanc Azimorum festiuitatem exercendam esse, dum enim illa verba exponit, quibus nos Paulus 1. Chorinthiorum cap. 5. ad eandem solemnitatem exercendam inuitat,dicens. *Fratres expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio.* Sic ait. *Quia iam aulis regalibus habitare non prohibemur, & quia iam aditus videtur inuentus, neque ardentes sagittas diaboli formidamus, quia iam fontes inuenimus, quibus earum flamma facile possit extingui. Hac denique de causa gratulamur, quia crucis beneficia commemoramus.. Sic & Paulus praecepit hanc festiuitatem celebrari: diem itaque festum celebramus non in fermento veteri, neque in fermento malitiae, & nequitiae, sed in Azimis*, *Synceritatis, & veritatis*, & sic adiungit causam dicens. *Quia Pascha nostrum immolatus est Christus.* Tunc ait Chrisostom. *Vides Crucis intuitu praeceptam laetitiam*, & caetera, quibus clarè demõstrat prius vnumquemque nostrum debere passionis amaritudinis,crucisque dolorum recordari, quã de Christi resurrectione laetetur: ille igitur secundum Chrisostomi sententiam Azimorum festum debite, & conuenienter exercet qui felis amaritudinis, dolorumque acerbitatũ, quas pro peccatis nostris Christus Dominus perpessus est piè, & syncerè recordatur, illisque amara animi actione compatitur. Quomodo autem anima, quae doloribus afficitur laetari, & festiuari dicatur iam exposuimus, dum de afflictionis festo spiritualiter egimus

Apposita conuenientiae ratione ob quam prius de Azimis agimus, quam ad agnum Paschalem accedamus, iam ratio postulat, vt eiusdem Azimorum festiuitatis spiritum inquiramus, quod vt melius efficere possimus, necesse est, vt discrimen maximum,quod inter nostrum, & Iudaeorum Pascha est clarissimé cum Anselmo demonstremus, qui in expositione cap. 5. primae ad Chorinthios, sic habet. *Agnus quẽ Iudaei in Pascha immolabãt vocabatur Pascha, vnde Pascha Iudaeorum materialis agnus erat, Christus autem noster dicitur Pascha nostrum sicut Paulus ait. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus.* Haec Anselmus, ex quibus clarissimè patet longe excellentius, & diuinius esse nostrũ Pascha, siqui dé Christus est, quã Pascha Iudaeorum

Marginalia: Chrisost. — Corint.5 — Chrisost. — *Quae Paschale iubilum exoptat prius de Christi passione tristari debet.* — Anselm. — *Distinctio inter nostrum, & Iudaeorum Pascha.*

Nostrum Pascha, Iudæorũ Paschate lõge nobilius ideoq; ad eius celebrationẽ multo nobilior exigitur præparatio.

dæorum quod materialis quidam agnus erat. Ex quo iterũ infertur quam puriori consciẽtia, animique synceritate ad hoc diuinum Pascha celebrãdum accedere teneamur, quã Iudæi, qui solum a materiali fermento abstinere sufficere existimabant ad suum Pascha debite exercendum, quæ quidẽ animi synceritas, puritasq; conscientiæ in ijsdẽ azimis panibus fuit spiritualiter adũbrata. Qui igitur in lege gratię ad verum Pascha celebrandum accedit omne prorsus malitiæ, nequitiæque fermẽtum á cõscientiæ domo exterminare contendat, vt hom. 23. in cap. 28. Num. docet Origenes dicẽs. *Azimorum solemnitatem merito celebrabis, si extermines omne fermentum malitiæ ab anima tua, & azima synceritatis, veritatisq; custodias: nam horret Dominus, & iubet exterminari animam de populo suo, quæ parum aliquid fermenti huius ex farina conspersi habeat in domo sua. Sed illud magis est quod horrescit, & meritò horrescit Deus, si malitia, si ira, si nequitia spirituali infermentetur anima, & intumescat ad flagitia.*

Quid azimi panes adumbrauerint

Origen.

Quid sit azima celebrare.

Quid maxime horrescat Deus.

Hæc igitur non vult esse in anima Deus, & tale fermentũ nisi abiecerimus de domo animæ nostræ exterminabitur. Vnde nec contemnas etiam si paruam intra te videris fermẽtari malitiam, quia modicum fermenti totam massam corrumpit, & ideo neque parua peccata negligas quoniam ex vno peccato generatur, & aliud. Si igitur vis agere azimorum festiuitatem cũ Deo nec parum quidem malitiæ fermẽtum in te residere patiaris, circa quam doctrinam Pat. Gregorium audiamus, qui dum ab eiusdem Azimorum festiuitatis vmbra spiritum, & veritatem auferre conatur, hom. 22. ita ait. *Panes sine fermento comedit, qui recta opera sine corruptione vanægloriæ exercet, qui mandata misericordiæ sine admixtione peccati exhibet, ne peruerse diripiat quod quasi recte dispensat.* In quem etiam sensum audiendus est S. Pat. Anselmus loco superius allegato vbi sic ait. *Azima (idest panes sine fermento) comedimus, si recta opera sine corruptione vanægloriæ exercemus, si præcepta Dei sine admixtione peccati adimplemus.* Vnde ad hunc Exodi locum sic habet interlinialis. *Bona opera cum fletu, & pœnitentia peccatorum, sine corruptione vanæ gloriæ.*

Vitia etiã si parua sint cũ maxima diligẽtia sunt ab anima depellẽda

Gregor.

Quid sit panes azimos manducare.

Anselm.

Glossa interlinial.

Ex tantorũ patrũ certe doctrina iam manifestissimẽ colligitur non solum necessarium

Quæ omnino necessaria sint ad azimorum solẽnia spiritualiter exercẽda.

esse ad azimorū festū debite, & spiritualiter exercendū opera bona exercere ad extra, verum, & in eorum executione rectam intus animi intētionē seruare, ex quo etiā patet quā. tū ab huius solēnitatis festiuitate, ab eiusque spirituali exercicio Iudæi alienabantur, qui dum de eadem festiuitate celebranda agerent in gētilis hominis prætorium ingredi recusabant, vt ad sacrificia paschalia, idest ad azima celebranda non redderentur inepti, intus autem immane odium cōseruabant quo in Christi seruatoris mortem incitabantur. Patet quoque quantū ab eiusdē solēnitatis exercitio sint alieni, qui duplici sunt corde, & foris agni mansuetudinem pręferētes lupinam rabiem intus abscondunt, á quibus Dominus cauendum admonet dicens. *Cauete ab his, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Quos optimè certe S.P. Augustinus lib.4. de doctrina Christiana ex Cypriano in epist. de habitu Virginis illis comparauit, qui capillorum colorē immutare contendunt se iuuenes simulantes cum sint senes. *Festa*, inquit August. *celebremus in azimis synceritatis, & veritatis. Num synceritas perseuerat, & veritas, quādo quæ syncera sunt polluuntur, & colorum adulterinis medicaminum fuccis in mendaciū vera mutantur?* &c. Qui igitur ad Paschalem agnum edendum accedere præsumit, qui sine macula vlla est, prius azimorum solemnia exerceat (idest) omnia malitia deposita animi synceritatem amplectatur, internoque conscientiæ candore comitetur, effusisque amaritudinis lachrimis tāquā in Iordanis vndis ab omni peccatorum labe mundetur: nam vt ad cap. 7. Ioannis aduertit Cyrillus *non possumus aliter veri agni qui tollit peccata mundi fieri participes, nec azimum euangelij, & recens consequi nutrimētum, nisi prius mysticum trāsgressi Iordanem, delicti maculas penitus abijciamus, puri, & mundi, puro ac sancto Christo participemus, vt in Ecclesijs clamare audiamus. Sancta Sanctis.* Hæc ille, & bene certe æquum enim, & verum ac iustum est cum non legali, sed proprij sanguinis aspersione nos Christus saluauerit, nos quoque propriam vitam iure iam debitam illi tribuamns, & illi viuamus sanctificationem nostrarum animarum ei penitus dedicantes.

Neque certe grauabit ad huius annotationis calcem optimam quandam, spiritualemque

Iudęi à vera azymorū solemnitate alieni.

Omnes qui duplici sunt corde ab hac sunt solēnitate alieni.

Matth. 7.

August.

Cypria

Synceritas nihil falsi admittit.

Cōplerenda est animi synceritas vt verum Pascha celebretur.

Cyrill.

que philosophiam circa huius festiuitatis exercitium afferre ex paraphrastica Euangeliorũ Iacobi Veldij desumptam, quæ totam fere illius annotationis materiam comprehendit, & comprobat, & á debita præparatione, qua tenemur sanctum Pascha celebrare sic exorditur. *Si tanta religione typica illa, & vmbratica mysteria colebant veteres illi Iudæi præceptis scilicet diuinis coacti, an quæso decet Christianos, sua sacrosancta mysteria negligere? aut segnius curare? minime quidem, sed propẽsiori animi conatu, maioriq; reuerentia, ac religione suum pascha, qui Christus immolatus est colere, ac revereri, sitamẽ agnoscãt illius potentia, quem magni consilij angelũ vocat Propheta Esaias ereptos se de potestate tenebrarũ, ac lotos in sanguine Christi ab omnibus peccatis accepisse Spiritum Sanctum adoptionis filiorum Dei quo impellente accedere tuto possint ad thronum gratiæ.*

Iacob. Veld.

Ex legali obseruantia, qua Iudæi solẽnitates suas colebãt inferitur quãta cũ veneratione Christianis sacra mysteria [illegible]

Esaiæ. 9.

Quotquot igitur horũ beneficiorum cõsideratione pascha celebrant, hi certe epulãtur in azymis synceritatis, & veritatis adhibitis interim lactucis agrestibus, quibus ex authoritate diuina vtebantur Iudæi in esu agni typici. Quã diuinam institutionem nequaquam temere putamus fuisse

Exod. 12.

A præceptam sed multis grauissimisque de causis: inter varia enim genera lactucarũ agrestis omnium maximæ censetur amaritudinis; tum vt significaret in hoc sæculo omnia esse amara, acerba, tristia, ac calamitosa, quæ plus aloes habent quam mellis: tũ etiam vt demonstraret, id quod ad nostrũ

Cur Dominus carnes cũ lactucis agrestibus edere præcipiebat.

B potius pertinet institutum, nẽpe nullum verè posse affici sensu rerum cælestium ac diuinarum, nisi quem peccatorũ seria quædam cum dolore recordatio ad pænitentiam cum acerbo cordis dolore de offenso Deo adduxerit. Quod loco superius allegato P. Gregor.

Gregor.

C obseruat dicens: *Lactucæ agrestes, valde amaræ sunt, carnes ergo agni cum lactucis agrestibus sunt edendæ, vt dum corpus Redemptoris accipimus, pro peccatis flendo affligamur, vt amaritudo pænitẽtiæ abstergat à mentis stomacho humorem peruersæ vitæ.* Ad amplificandam autem doloris acerbitatẽ, qua ad Christi

D carnes edendas debemus accedere, est in Hebræo. *Panes Azymos cũ amaritudinibus.* Nã ex sententia Lirani non tenebantur Iudæi cum lactucis carnes agni vesci, sed cũ oleribus adeo amaris, vt ipsissimã amaritudinem in se continere viderentur.

Cur etiā cum azimis panibus.

Neque veró solis hisce lactucis agrestibus licebat Iudæis Paschalem hunc agnum edere, sed adhibēdus erat Azymus panis: idque tanta seueritate præcipiebatur, vt nec licuerit quidē domi seruare fermentum, quod (Apostolo interprete) malitiam, & nequitiam significabat: nam (vt rei experientia docet) modicum fermentum facilé totam massam corrumpit: ita etiam vel minimus affectus peccati cum voluntate, ac desiderio perficiēdi mox impedit quominus veram cælestium mysteriorū energiam experiamur; tanta enim illis puritas, & sanctimonia inest, vt prorsus nequeant ijs, qui peccati labe quapiam sunt infecti prodesse: quod nulla queat fieri conuentio lucis ad tenebras, seu Christi ad Belial. Mali enim, & si videantur ob sacramentorum eandē cōmunionem, ac fidei parē professionem in Ecclesia Christi membra esse quoque Christi, secundum præsentem iustitiā, quæ foris patet: nunquam tamen cælestium, & diuinorum charismatum esse possunt participes, eo quod Spiritus Sanctus effugiat fictum. Nec possit habitare in corpore subdito peccatis. Ad quod respexisse Deū testificatur Apostolus dū

1.Cor. 5. & ad Galat. 5.

Improbi in Ecclesia nō sūt mēbra viua participantia.

Effugit Spiritus Sanctus omne fictum.

Paschalem hunc agnum sine fermento, sed pane tantū azymo vescendum tanta seueritate præceperit, vt mortē ijs cōminaretur, qui fermentum domi seruarent tempore Paschali. Videant igitur fideles (obsecramus) hæc diuina mysteria celebraturi, ne quid odij liuoris, aut prauæ concupiscentiæ in animo latere sinant, nisi diuinam vltionem vicissim volent expectare.

Audiamus tandem mirifica sancti Patris Anselmi verba quæ habet loco superius allegato. *Epulemur*, inquit, *non in fermento veteri, idest in corruptione veteris conuersationis, quia qui Pascha vult legitime comedere, debet fermentum vetustatis abijcere. Neq; enim cognouit quæ sit solemnitas noua in corruptionis qui adhuc per incontinentiam vetustæ corruptioni subiacet.* Hæc Anselm. post cuius verba proficuum erit Amb. audire, nos in expositione Psal. 118 de vera Azimorum solemnitate edocentem, & Iudæos de literali eiusdem festiuitatis ritu incusantem. *Azyma* (inquit) *sibi judæus quotannis facere consueuit, & nescit se malitiæ esse fermentum, sed qui intelligit quid sit vetus expurgare fermentum, ne totam massam corrumpat, veterem hominem cum actibus suis*

Anselm.

Ambros.

expurgat, vt fiat noua conspersio veritatis. Iudæo hæc dicta sunt, & Christianus audiuit.

ANNOTATIO XXXXIIII.

Circa idem verbum contextus.

FESTVM. Paschæ.

De festi Paschalis spirituali significatione, & vsu.

DE nominis Paschæ vera significatione, & natura, & ad quodnam Dei beneficium rememorandum, & quodamodo persoluendũ fuerit hoc festum iniunctum iam á nobis satis superque dictum est, ideoque de sola eius mystica, siue spirituali significatione pauca quædam annotabimus: nõ enim conuenit Christianis istius solemnitatis materialis vsus literalisque exercitatio, quibus Iudæi maximè delectabantur, sistebant enim in vmbris festorum suorum, corticeque contenti de medullis agere non curabant, ideoq; relictis vmbris, quod illis adũbrabatur festiuando, recolere laboramus, vt diligẽter aduertit Chrisostom. in expositione cap. 22. Lucæ vbi sic ait. *Vmbra nostrorum fuerunt festa judaica, & ideo si quæsieris à Iudæo de Pascha, & Azymis, nihil magni proferet commemorans libertatẽ in Ægypto: si autem à me quæsieris non audies Ægyptum, nec Pharaonem, sed absolutionem erroris, & tenebrarum diaboli, non per Moysen, sed per filium Dei.*

Duplex igitur Pascha assignare nobis conuenit, humanũ alterum, alterum diuinum, sicut iã superius assignauimus, & sicut ex illis verbis Ioannis 20. *Prope erat Pascha Iudæorũ*, colligit Origines, discrimenq; ingerit quod inter vtrumque reperitur dicens. *Quid intendit illa appositio Pascha Iudæorum? non certe hæc solemnitas alterius nationis fuit: forsan certé quia quoddam est Pascha humanum, eorũ, qui procul à proposito Scripturæ celebrãt illud: quoddam vero diuinum, & verum quod in spiritu, & veritate perficitur.* Hæc Origines.

Prosequitur hanc duplicẽ Paschalis solemnitatis acceptionem in expositione Psalmi 118. Ambrosius judæos incusans, quorum Paschale jubilũ materialis cujusdam agni occisione claudebatur. *Iudæis*, inquit

Annotatio. 3.

Iudæi litera cortice satisfacti

Chrisost.

Festa Iudaica nostrarum festiuitatũ vmbra.

Duple Pascha humanũ scilicet, & diuinum

Ioan. 20

Origin

Ambro.

Pascha iudaorũ vitulus de armento, Pascha Christianorum Iesus Christus filius Dei.

quit, *ex ouibus agnus occiditur pro celebritate Paschali, nobis pro redemptione mundi vnigenitus Dei, partus Virginis immolatur, quid proficiunt iudæi quod sanguine agni domos, & postes suos illinunt? nihil vtique: quoniam ligna his, aut saxa prodesse non possunt: nobis proficit omne mysterium, qui abhorrere credimus à gratia spirituali, vt habitationes nostras sanguine pecudis cruẽtemus, ora nostra cruore tingamus, sed corpora nostra sacramento Crucis Dominicæ consecremus, & confessione mortis Domini Iesus sanctificemus oris elloquia,* &c. Ab humano ergo pascha te est nobis diuinum Pascha, eiusque mysterium colligendum.

Variæ circa solẽnitatem Paschalẽ, & circaeius intentionẽ sententia.

Sũt igitur aliqui authores qui existiment hanc Paschalẽ festiuitatem ad illum transitum referri, quẽ filij Israel ex Ægypto in promissionis terram fecerunt, ad illumque rememorandum. & ad gratias pro tanto beneficio persoluendas hoc paschale iubilum Iudæis fuisse impositum. Hi certe authores cum de spirituali Pascha agunt, existimant tũc verè Paschalem festiuitatem spiritualiter celebrari, cùm ab infidelitatum tenebris, ad fidei claritatẽ trãsitur. Ita ab huius festiuitatis litera spiritum au- fert Theophilactus ad cap. 7. Ioannis dicens. *Pascha significat transitum nostrum ex infidelitate, ad fidem:* fauet S. Leo Papa serm. 8. de quadragessima dum illum ad hoc festum præparari affirmat, qui infidelitate non laborat dicens. *Paschali festo in quo omnia religionis nostræ sacramenta concurrunt, is vera, & rationabili purificatione se præparat cuius cor nulla infedelitate polluitur.*

Theoph. Leo Papa. Quis verè se ad solẽnitatem paschalẽ præparat.

Hunc etiam spiritualẽ paschæ colendi modum inculcat Gregor. Nazianzenus orat. 2. de Sancto Paschate vbi sic ait. *Pascha ab Hebræis iuxta eorum linguam significat transitum: historica quidem ratione propter Israelitarum ex Ægypto in Cananaam fugam, & transmigrationem: si autem spiritualẽ sensum expectemus propter nostram ex infidelitate ad fidem, & ex his inferioribus ad superiora atque ad promissionis terram progressionem, & ascensum.* Corroborant tandem hunc spiritualem sensum glossæ Ordinariæ verba ad cap. 20. Ioãnis sic dicentia. *Pascha agimus dum à vitijs, ad virtutes transimus.*

Naziãz. Glossa.

Quorundam opinio circa Paschalis solemnitatis mysterium.

Hic certe spiritualis paschę colendæ modus optimus est, morumque reformationi valde vtilis, & ad peccatorum tenebras depellendas gratiæque lucem

Quando verè agatur Pascha.

Quæ trāsitum significet, & iuuat, nōmen Pasch, siue festū Paschæ.

lucem in sectandam, & fidem per quam maxime conducēs, & aptus. Sed cū nomē, *Pesah*, nonillum transitum significet quem ab Ægypto in promissionis terrā Israelitæ fecerunt, sed potius transitum Angeli per Israelitarum portas agni sanguine delibutas;legalisque, & paschalis agnus, quē in hac solemnitate immolabāt Iudæi illum agnum adumbrauerit, cuius pretiosissimo sanguine erant animarum nostrarum postes obsignandi, abluendæque conscientiæ: inde fit vt illos potius sequamur qui dicunt tunc verē,& spiritualiter Paschalem solemnitatē exerceri,cū corpus,& sanguinem, veri,& immaculati agni Christi sub panis, & vini speciebus sacramētaliter summitur, tūc enim pretiosissimo eius sanguine internæ conscientiæ postes obsignantur ad æternæ mortis iacula deuianda.

Quem agnum legalis agnus significabat.

Aliorum circa spiritualis Paschalis mysterii sequenda sententia.

Quando animarū post etiag. ni sanguine obsignantur.

Hanc spiritualem intelligētiam, ex huius solēnitatis vmbra abstulerunt Patres grauissimi quorum primus est noster Magnus Gregor.hom.22 in Euangelia, vbi sic ait. *Quid namque sit sanguis agni, non tam audiendo, sed bibendo didicistis: qui sanguis super vtrumque postem ponitur, quando non solū ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur: in vtroque enim poste sanguis agni est positus,quādo sacramentum passionis illius, quod ore ad redemptionem summitur, ad immitationem quoq; intenta mēte cogitatur. Nam qui sic redemptoris sui sanguinem accipit, vt immitari passionem illius non velit, in vno tantum poste sanguinē ponit.* Hæc Gregor. postquem audire iuuat S.Pat. Anselmum in expositione primæ epistolæ ad Corint.cap.5.vbi sic proloquitur. *Non certe nobis ad vitā & gloriam transire volentibus sufficit nouam nos consperfionem, & Azymos esse, nisi cibo spirituali, & viatico singulari spiritus noster adiuuetur, & infirmitas nostra corroboretur. Epulemur ergo epulis corporis, & sanguinis Christi.* Accedat tandem Origenes, & quidquid circa huius festiuitatis spiritum sentiat libere profiteatur, quodquidē facit hom.23.in cap.28.Num. dicens. *In Pascha solēnitate agnus comedebatur: sed vide tu agnum verum, agnum Dei, & dicito, quia Pascha nostrum immolatus est Christus. Iudæi carnali sensu comedant carnes agni, nos autem comedamus carnem verbi Dei.*

Gregor.

Quando agni sanguis super vtrumq; postem ponitur.

Anselm.

Iuuat maxime ad æternā salutem cō sequenda mystici agni carnes cōmestione vesci.

Origen.

Iam igitur ex tantorum patrum authoritate nōn dubitabimus hāc spiritualem Paschę significationem communem,

& op-

& optimam acclamare, cum præsertim eadē amplectatur in GlossaOrdinaria ad cap. 14. Marci, vbi sic dicitur. *Finito veteri Pascha Christus transit ad nouum, quod in suæ redemptionis memoriam Ecclesiam frequentare volebat, vt scilicet pro carne agni, & sanguine, sui corporis, ac sanguinis sacramētū substitueret &c.* Quibus etiam addēda sūt ea, quæ ad cap. 26 Matthæi habet Hieronymus, dum illa verba exponit. Scitis quia post biduum Pascha fiet &c. *Postquam*, inquit, *typicum pascha fuit adimpletum, & agni carnes Christus cum Apostolis comedit, assumit panem, qui confortat cor hominis, & ad verū Pascha transgreditur sacramentum.*

Glossa.

Eucharistia Sacramētū nouū Pascha est.

Math. 26

Hieron.

11 Hæc circa huius Paschalis festiuitatis exercitium, & spiritualem intelligentiam dixisse sufficiat, cum passim in toto hoc opere de eadem dicere cōtingat. Neque de præparatione requisita ad idem spirituale Pascha celebrandum aliquid in præsēti annotamus, quia de eadē præparatione fuse nimis dicturi sumus cum de diuino hoc mysterio tractauerimus.

Appositissimé certe sacrā Scripturam puteū profundissimum appellauit noster Rupertus in prologo libri Apocalypsis. Illud namque Sacræ paginæ studiosis cōtigit, quod illis, qui puteum profundissimum ab vberrimoque emanātem fōte frustra exsiccare cōtendunt: dum namque omnē prorsus aquam se hausisse existimant nouis denuo scaturientibus aquis ita implicantur, vt nunquam puteum valeant exsiccare. Quod certe in præsenti euentu nobis contigisse cōspicimus: dum enim omnia inuestigasse cogitauimus, quæ de mystica, siue spirituali Paschalis solemnitatis intelligentia poterant inueniri: noua nobis per Diui Theodoreti os aqua emanans ad transactum laborem iterūm incitauit, & compulit: cuius quidem verba adeò aurea sunt, & spirituali festi Paschalis intelligētię consentanea, vt eadem audire potius delectet, quam grauet: nam præter, quam quod illa, quæ superius dicta sunt maxime confirment, aliquid noui annectunt, quod cum effectu veri agni Paschalis immolati, idest Christi carnis sub panis specie sumptæ per quam maxime conuenit: mutuam, scilicet charitatem, fraternamque dilectionem, quam ipsi mediante diuino suę carnis esu affectuosé intendit, præter realem vnionem inter se, & suos fideles, quę eiusdē esus primarius

Rupert.

Sacra pagina puteus inexhaustus.

Primarius Eucharistię effectus & intentio.

intentus

intentum est, & præcipuum.

Sic igitur habet Theodoretus quæst. 24. in Exodum. *Cum lactucis agrestibus agnum manducari iussit Dominus in memoriam durissimæ seruitutis, & acerbissimæ vitæ in Ægypto transactæ. Per Azima verò non tantum indicat diligentiam proficiendi, & cibi promptitudinem, sed etiam quod nullum ægyptiacæ vitæ vestigium inferre conueniebat. Præcepit quoque numero sufficientes ad esum agni simul immolare Pascha, docens eos fraternam charitatem, & erga pauperes misericordiam: & propter id admonet, vt reliquiæ carnium comburantur, nec seruentur in posterum diem, hoc pacto compellens illos accersere egenos, & fratres ad festum communiter celebrandum. Hæc autem vniuersa* (concludit Theodoretus) *mysteriorum nostrorum sunt ænigmata: nam & nos vngimus agni nostri sanguine non tantum limen, sed vtrumque postem: purgantes, & sanctificantes exterius linguã, & labra: interius autem, & secundum intellectum, pro limine, rationalem partem: & pro vtroq; poste facultatem irascendi, & cocupiscendi.* & cætera, quæ ibi loquitur Theodoretus ad hanc Paschalẽ solemnitatem moralisandã; vbi ea lector quærat si placet, dũ nos ad reliqua nostri contextus verba exponenda transimus.

Theodor.

Cur cum agrestib⁹ lactucis paschalis agnus comedebatur.

Quid in azymis quibus agnus legalis comedebatur, significetur.

Quid in[illegible] Dominus [illegible] ex [illegible] pas[illegible] ali[illegible] [illegible] rumdiẽ reseruari prohibuit.

Quid per limen, & postes, qui agni sanguine vngẽdi erãt significabatur.

ANNOTATIO XXXXV.

Circa idem verbum contextus.

Sciens IESVS quia venit hora eius.

De infallibili Christi scientia, qua vitæ suæ terminum ab æterno cognouit vt Deus, & à primo suæ conceptionis instanti, vt homo.

CIRCA infallibilem Christi scientiam, qua ipse mortis suę tempus, & instans, ac omnia quæ super eum ventura erant bene nouerat euidẽtissime que præuiderat, duo sunt maxime aduertenda. Primum est triplici scientia ipsum mortem suam agnouisse sciuisseq; nouit namq; ab æterno scientia sua simul cũ patre, cũ quo verus est Deus, cõnaturali, de qua æterna sciẽtia intelligẽda sũt verba illa Ecclesiastici cap. 39. *Opera omnis carnis*

Triplex in Christo scientia.

Christi scientia quatenus Deus est illi coæterna.

Eccl. 39.

coram illo, & non est quicquam absconditum ab oculis eius: à sęculo, & vsq; in sęculum respexit, & nihil est mirabile in conspectu eius. Nam de æterna, & cõnaturali Dei scientia locum istũ intelligunt omnes eius expositores, & præsertim Hugo Cardinal. & Rabanus, qui ita commentatur. *Præsentia Dei omnia antecedit, & quiquid temporaliter fit in mundo, ante omnia tempora corã eo præsens erat: vnde nihil nouum neque mirabile in conspectu eius, quoniam omnia quæ fuerunt, & quæ sunt, atq; quæ futura sunt ipse vno intuitu comprehendit, & semper sibi præsentia consistunt.* De qua etiã illud Dauidicum accipiendum est. *Intellexisti cogitationes meas de longe semitam meam, & funiculum meum inuestigasti, & omnes vias meas præuidisti: tu cognouisti omnia nouissima, & antiqua.* Ex his enim Dauidicis verbis infert, ostẽditque Author Incognitus incomprehẽsibilem Dei scientiam, de qua primnm quod infert illud est, quod nempe cognoscat, seu vt melius dicam abæterno cognouerit sciueritq; omnia Christi mysteria, de quibus Euangelista locuturus ab eiusdem Christi scientia, qui Deus simul, & homo est, exorditur dicens. *Sciens IESVS quia venit hora eius.* De qua etiam incomprehensibili Dei scientia sanctum patrem Gregor. optimè differentem audiamus lib. 20. Moral. cap. 1. *Nulla,* inquit, *quæ in hoc mundo hominibus fiunt, absque omnipotentis Dei occulto consilio veniunt: nam cuncta Deus futura præsciens ante sęcula decreuit qualiter per sęcula disponãtur.* Hæc P. Greg. Huius certe scientiæ incomprehemsibilem dispositionem admiratur Paulus ad Romanos 11. sic exclamans. *O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.*

Secundo nouit Christus, sciuitque mortis suæ tempus, & horam scientia visionis, quia scilicet in instanti Incarnationis Verbi, fuit Christi anima gloriosa ob visionem beatificam, ibique vidit omnia futura, quæ pro nobis passurus erat, cum omnibus circunstantijs. Et simul opprobria omnia, quæ in eadem morte, & passione in eum Iudæorum malitia erat molitura, quam tunc mortem, & passionem statim libenter acceptauit pati, de qua acceptione locutus est Paulus ad Hebræos cap. 10. & Dauid psal. 39. dicens. *Hostiam, & oblationẽ noluisti*

Hugo. Psal. 138. Incogn. Gregor. ad Rom. In Christo scientia clara visionis, qua omnia sibi euentura cognouit.

noluisti, corpus autem adaptasti mibi, & in capite libri scriptum est de me, vt faciam voluntatem tuam Deus meus volui &c. Nã de Christi pasśionis acceptione locum istum Psalmi exponit Incognitus dicens. *Vt faciã voluntatem tuam, idest, vt in assumpta humanitate legem nouã constituam, & humiliter mortem pro redemptione humani generis perferã: quæ omnia humiliter amplectens ad perfectum duco.*

Incogn.

Tertio, & scientia ab Spiritu Sancto infusa sciuerat Christus suæ mortis horam, de qua ab Spiritu Sãcto in Christi animam infusa scientia antea per Esaiam cap. 61. in Christi persona dictum est. *Spiritus Domini super me, eo quod vnxit me.* Nam de scientiæ plenitudine, de reliquisque Spiritus Sancti Donis, quibus in primo suæ conceptionis instanti sanctissima Christi anima incomprehensibiliter fuit imbuta, & mirabiliter illustrata locũ istum intellexit P. Bernardus serm. 16. in Cãtica. De qua etiã scientiæ plenissima in Christi animã infusione illud eiusdẽ Esaiæ cap. 11. intellexit idẽ Bernardus eodẽ loco. *Requiescet super eum spiritus scientiæ, & pietatis.* Quem etiam Esaiæ locum idẽ met Bernardus de eadem in Christi animam ab spiritu Sã-

Tertia in Christi scientia ab Spiritu Sãcto infusa.

Esaiæ. 61

Bernard

Esaiæ. 11.

Esaiæ ibid.

Bernard.

A

B

C

D

cto infusa sciẽtia, de reliquisq; eiusdem spiritus Donis exponit ser. 2. annũtiationis, qui est de septiformi spiritus in Christo: & adhuc expressius eundem Esaiæ locũ de eadem scientia, & reliquarũ virtutũ, gratiarũq; plenisima infusione exponit Origenes ho. 3. in cap. 4. eiusdẽ Prophetæ dicẽs. *Christus Dominus homo iste est egressus de radice Iesse, super quẽ requieuit spiritus sapientiæ, intellectus, consilij, sciẽtiæ, & pietatis.*

Origen.

Quem etiam locum in expositione cap. 6. Esaiæ, adducit Rupert. vt ostendat habuisse Christum Dominum infusam ab Spirito Sancto scientiam dicens: *Spiritus sapientiæ in Christo requieuit, sciuit enim, quibus apperiret mysteria Dei. &c.* Hoc quoque infusæ scientiæ donũ, simul cum cæteris Spiritus Sãcti donis habuisse Christum ad hoc eodẽ Esaiæ cap. docet Hieron. adducens in comprobationem illud Zachariæ in cap. 3. vbi se vidisse testatur lapidem vnum septem oculos habentem, per quem Christum Dominum intelligit Hieronym. omnibus Spiritus Sancti donis quatenus homo illustratum.

Esaiæ. 6.

Rupert.

Christus quatenus homo omnibus spiritus Sancti donis condecoratus.

Zacha. 3

Hieron.

Iam igitur ex dictis clarissime perspicitur triplex sciẽtia, qua Christus suę passionis mor

 tisque

tisque tempus sciebat, & horã, Sciuit enim secundum quod Deus erat connaturali sciẽtia ab æterno. Sciuit secundum quod homo, & Deus erat sciẽtia claræ visionis. Sciuit deniq; secũdũ quod talis homo erat, idest, secundum quod per Spiritus Sancti operationẽ, & nõ per seminalẽ rationẽ processerat scientia ab eodem Spiritu Sancto infusa. Vnde optimè Euãgelista ait. *Sciens Iesus, quia venit hora eius*. Quia scilicet secundum quod Deus verbũ erat eandẽ horã sciuit ab æterno: & secundum quod talis homo erat á primo suæ conceptionis instanti vidit, cognouit, libentissimeque ad exequendũ accepit. Quod S. Pat. Ioannes Chrisostom. hom. 69. in Ioan. notanter aduertit dicens. *Non tunc sciuit cum appropinquauit hora, sed cũ fecit quod fecit*. Quod idem est atque dicere tanquam Deus ante mũdi constitutionem sciuit, & tãquam homo á principio, & primo suę Incarnationis instanti, in quo nostræ redẽptionis Sacramentum operari incepit. Si quis autem latiorem dispu. tationẽ desiderauerit circa triplicem Christi scientiam qua mortem suam sciuerat, videat D. Thomam 3. p. q. 9. per totã quæstionem.

Ioan. 13. — Chrisost. — D. Tho.

A Secundum quod circa hæc Euangelistæ verba, *Sciens Iesus quia venit hora eius*, obseruandum duximus est, non dixisse præsciens, sed sciens & quidem perite, & Theologicè locutus est, nã vt docent Theologi Deo potius cõuenit verbũ sciendi, quã verbũ præsciendi; cũ enim Deus sit æternus ratione suæ æternitatis ambit totũ tẽpus, ac proinde omnia tẽporalia, idest, quæ fuerũt, exist. B tunt, vel erũt in tempore sunt Deo ab æterno præsentia, & id nõ solũ quia Deus habet apud se præsẽtes ideas omniũ rerũ, sed etiã quia eius intuitus fertur ab æterno super omnia, vt C docet D. Tho. 1. p. q. 4. art. 13.

Deo potius conuenit scire quã præscire, & cur. — D. Tho.

Ne autẽ dũ Deo præsciẽtiã impropriè conuenire dicimus Sacrę Scripturæ noui testamẽti, Sanctorũq; patrũ loquendi modũ incusare videamur, qui passim eandẽ præscientiã Deo attribuunt, vt videre est apud D. Paulũ ad Rom. cap. 8. & 11. D & 1. Petri epist. cap. 1. itẽ & 2. eiusdẽ cap. etiã 1. quin & S. P. Gregorius *Magnus* varijs in locis Deũ præsciẽtẽ appellat: ne igitur, inquam, Sacrę paginæ sanctorumq; patrum loquendi modum incusare videamur eundem S. P. Gregoriũ iuuat afferre lib. 20. Moral. cap. 23. hanc dubitationẽ, & excitãtẽ,

ad Rom. 8 & 11. Pet. 1. 2. Pet. 1. — Gregor.

& statim

Quomodo intelligendũ sit. dari in Deo præsciẽtiã

& statim soluentem. *Quomodo* (inquit) *præscientia est in Deo cum nulla præsciantur nisi quæ futura sunt? & scimus quia sine Deo nihil futurum est, cuius ante oculos præterita nulla sunt, & præsentia non transeunt, futuraque non veniunt. Quippe quia omne, quod nobis fuit, & erit in eius conspectu præsto est: & omne, quod præsens est, scire potest, potius, quam præscire.* Ad quæstionem igitur sic respondet S. Pat. Gregorius. *Quia Deus ea quæ futura sunt nobis, videt, quæ tamen ipsi præsto sunt: ideo præscius dicitur, quamuis nequaquam sibi sit futurum, quod præsens videt. Nam quæcumque non ab æternitate eius ideo videntur, quia sunt; sed ideo sunt quia videntur.* Quod eodẽ loco paucis interiectis adeo clarius, idem Pater iterum explicat dicens. *Deus dicitur præsciens, sicut de illo ait Apostolus. Quos præsciuit, & prædestinauit: cum tamen nec zelus, nec ira, nec pænitentia, nec præscientia esse possit in Deo: præscire enim dicitur, quia vnamquãque rem antequam eueniat, videt.*

Res non ideo videntur à Deo quia sunt sed ideo sunt quia ab eo videntur.

Idẽ ibid.

ad Rom. 8.

(·?·)(·?·)
(·?·)

A

ANNOTATIO XXXXVI.

Circa idem verbum contextus.

Sciens IESVS, quia venit hora eius.

B

Inquiritur quænam fuerit Euangelistæ mens dum toties Christi scientiæ meminit, quoties de eius passione sermonem facit, agiturq; de incomprehensibili dilectionis affectu, & de intrepida animi promptitudine, qua Christus Dominus pro nostra redemptione, & salute operanda mortem sustinuit.

C

APPOSITA triplici scientia, qua Christus Dominus passionis suæ tẽpus, & mortis horam infallibiliter sciuerat, restat vt rationem, & caussã inquiramus, qua ductus Euangelista Ioãnes quotiescũque eiusdem Christi passionẽ retulerit, eiusq; mirabilia enarrauerit; quæ ipse Christus seruator eodem passionis tẽpore in nostrã salutẽ, & cõmodum operatus est, semper eiusdem christi scientiæ meminerit dicens: *Sciens IESVS quia venit hora eius*, & item. *Sciens*

D

Ioan. 13.
Idẽ ibid.

quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit: quē etiam loquēdi modum obſeruauit, dum de eiuſdem Chriſti comprehenſione locutus eſt dicens: *Ieſus itaque ſciens omnia, quæ ventura erant ſuper eum proceſsit, & dixit. Quem quæritis.* Cyrillus igitur rem attigiſſe nobis videtur, dum affirmat ideo Euangeliſtam, toties Chriſti ſciētiæ meminiſſe, quoties de illius paſſione, & morte loquebatur: ne quis hæreticorū exurgeret dicens Chriſtum ignorantia, aut infirmitate in inimicorum manus fuiſſe traditum, ac proinde non ſponte, & libenter mortem ſuſtinuiſſe: dū enim Euāgeliſta Chriſti ſcientiam inculcat, mortis ignorantiam depellit. Et dum eundem Chriſtum de ſe ipſo cognoſcentē demōſtrat quod omnia acceperit á patre in manus, & quod á patre exiuerit, & ad patrem vadat infirmitatem arcet.

Ioan. 18.

S. Cyrill.

Cauſa aſſignatur ob quā Euāgeliſta quoties de Chriſti trāſitu loquuntur eſt, de eius totiesmemi nit ſcientia.

Neque certe Cyrillus tantum Alexandrinus hanc hæreticorum perfidiam retardare conatus eſt validiſſimo Ioānis teſtimonio: verum & omnes feré patres tam ex iiſdē Ioannis verbis, quam ex aliis Sacræ Scripturæ locis id ipſum efficere laborarūt, quorum dicta, A in medium proferre neceſſariū duximus ad propulſandas nefarias hæreticorū intentiones, & ad intrepidam animi actionem, incomprehenſibilemque dilectionis affectū inculcandum, quo Chriſtus Dominus pro noſtra redēptione, & ſalute operanda paſſionem aggreſſus eſt, mortemque ſuſ- B tinuit.

Inculcatur Chriſti erga ſuos charitas eximia.

Inter omnes igitur Sāctos, & patres, qui de hac materia ſcripſerunt, primo loco D. Patris Cypriani dicta iuuat auſcultare, cujus certe authoritas nefarias has hæreticorum intentiones facile eneruat, ac diluit dum in libro de operibus C Cardinalibus ſic ait. *Non latebat Dominum, qui ſciebat omnia quod in via illius confinio de torrente paſsionis eſſet bibiturus, nec ſe neceſsitate, ſed obedientia vrgeri à morte.* Quod etiam argumentum proſequitur Theodoretus in expoſitione Epiſtolæ Pauli ad Hebræos, dicens: D *Potuiſſet non pati Chriſtus ſi voluiſſet, ſed paſsionem ſuſtinuit omnes nos beneficio afficiens.*

Cypr.

Theodor.

Quam etiam piam, & catholicam veritatē, ex illis Marci verbis cap. 14. *Surgite eamus ecce qui tradet me prope eſt*, infert Victor Antiochenus dicens: *Per hæc ſicut per cætera ferme omnia nullius quod fiebat ne-*

Marc. 14.

Victor.

ceſsitatis

cessitatis fuisse ostendit, sed admirabilis cuiusdam dispensationis: etenim proditorem certe venturũ sciebat; & tamen ea de causa adeo fugam non inibat, vt obuiã quoque illi procederet.

Quarto tandem loco circa eandem piam veritatem Rupertum nostrum audiamus, qui vt hanc pharisæorum, & hæreticorum calumniam diluat, confert illum locũ Ioannis cap. 11. *Iesus ergo non ambulabat palã apud Iudæos, sed abijt in regionem iuxta desertum* (ex hoc enim loco argumẽtari poterãt hi nefarij homines, vt in Christo imbecillem ad mortẽ subeundam animum inferrent) confert, inquam, istum locum cum illis verbis eiusdem Christi seruatoris Ioannis cap. 18. *Iesus autẽ sciens omnia, quæ ventura erant super se processit, & dixit. Quem quæritis? Ego sum.* Ad cujus vocis vim (vt ait Euangelista) *abierunt retrorsum.* Ex istius ergo loci euidentia non solum imbecillem in Christo ad patiendum animum non fuisse demonstrat Rupertus; verum, & intrepidam promptitudinem, ipsius qua pro omnibus mortem subire destinauerit sub solis comparatione aliquando nubium densitate obducti, & splendidius postea rutilantis

Ioan. 11.

Ioan. 18

A conuenientissime inculcat dicens. *Non metu occasus sui verus iste sol in nube se abscondit, non palam ambulando apud Iudæos: præsertim cum postmodum ad eundem occasum suum tam rutilo aspectu peruenerit, vt claritatem gloriæ eius inuidorum ferre non possint oculi.*

Rupert.

Christus Sol sponte Ecclipsatus.

B Ex hoc etiã Christi facto: nempe ex infallibili scientia, qua Christus mortis suæ horã sciuerat, & ex intrepido animi cõnatu, quo ad comprehensores properauit infert idẽ Rupertus, Christi seruatoris in suos dilectionem, & charitatẽ, quæ adeo vehemens fuit, vt horribili passionis, mortisque

Spõtanea Christi pro nobis moriendi voluntas comendatur.

C aspectu minime potuerit retardari. Immo tũc quasi nouas vires assumens eosdem inimicos, & comprehẽsores irritat, & prouocat trepidantes, gradumque accelerat, vt citius vitam tradat, sciẽs enim omnia, quæ vẽtura erant super se processit vlterius, neque gradum

D retardauit. *Hoc* (inquit Rupertus ad eundem locum) *pro laude spontaneæ charitatis, idest voluntariæ passionis Euangelista dixit: quia cum sciret omnia, quæ ventura erant super eum, sicut ex ijs, quæ hactenus dicta, vel acta sunt perspicuum est, processit.*

Idem ad cap. Ioa. 13.

Ex eodem quoque euentu demonstrari ait Bernardus

Bernard.

nard. serm. de passione eundem intrepidum Christi animum, paratamque volũtatem ad mortem pro nobis oppetendam, ipsumque Christum allocutus sic ait. *Quam promptus ad passionem tuus fuerit spiritus euidẽter ostendisti quando venientibus vna cum proditore tuo viris sanguinum, & quærentibus animam tuam cum lanternis, & facibus, & armis per noctem vltro occurristi.* Quam etiam mérè Christique euidentissimam in suos dilectionem, ex eodem facto demonstrat Ambrosius in expositione cap. 22. Lucæ dicẽs. *Quod Christus constanter se morti obtulerit consequẽtia declarãt: quandoquidem se quærentibus occurrit, turbatos confirmauit, trepidos prouocauit, proditorẽ osculi dignatione suscepit.* Sed quid mirum si mortem, quam sciebat, non declinauerit, qui in ipsius mortis perpessione iucũditatem sibi, & gaudium propo suerat, vt cap. 12. epist. ad Hebræos de eodem attestatus est Paulus, dicens: *propositо sibi gaudio sustinuit crucem (Mitigou o rigor da Cruz com o gosto de nosso bem.)* Nam de iucũditate, & gaudio, quo Christus Dominus, pro nostra redemptione mortem sustinuit exponunt hunc Pauli locum, Chrisostom. Theophil. Oecumen: & Theodoret. qui ita ait: *Propter gaudium sibi propositum de salute humana sustinuit Crucem.*

Ambros. — Hebr. — *In gens Christi nostra redemptionis desiderii.* — Chrisost. Theoph. — Oecum. Theod.

Eandem hanc spontaneam voluntatem qua Christus pro nobis tormenta pertulit, crucemque ac mortem sustinuit ex illis Lucæ verbis 22. *Accepto pane gratias egit, & fregit.* Infert venerabilis Beda dicens: *Frangit ipse panem, quem porrigit, vt ostendat corporis sui fractionem, non sine sua sponte futuram, sed sicut alibi dicit potestatem se habere ponendi animam suam, & iterum sumendi eam.*

Lucæ 22. — Beda.

Ex tantorum patrum illationibus, & dictis iã certe patet quantus, quamque vehemens fuerit Christi in suos dilectionis ardor, & vis, qui quãquam infallibili scientia sciuerit pássionis tempus, & horã, qua ab inimicis ad occidendũ quærebatur, sciens tamen pro nobis libenter in mortem ruerit, nec eam declinauerit cum potuerit: ex quo iã mortẽ dilectioni in potentia æqualem denegamus, siquidem dilectionem in ipsam mortem inualuisse conspicimus: omnia enim hæc mirabilia Christi in propriæ mortis præsentia dilectioni tribuenda sentiunt SS. Patres, & præsertim Leo Papa serm. 1. de passione dicens:

Illi crux tormenti in gaudium conuertit. — Leo Papa.

Quod Dominus maiestatis suæ potentiam comprimit, & vim in se persecutoris admittit, ex illa est voluntate, qua dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis.

Patet etiam ex dictis quænam fuerit Euangelistæ mens dum certam Christi scientiam & eius potentiam cum mortis perpessione cõnexuit: voluisse nempe nobis ob oculos proponere quãtum Christo deberemus; qui pro nobis prudens, & sciens in interitum rueri voluntarium, libensque morté subiuerit, quam facilime declinare potuisset si vellet. Simulq; voluit Euangelista (vt iam superius dictum est) Hæreticorum ora obtundere dũ Christi scientiam cum eiusdé morte simul apponit, ne illum imprudenter, & inscium in inimicorum manus fuisse traditum impié amplius asseuerare auderent. Quorum etiam ora obtundere connatur Hieronymus dum in expositione cap. 26. Matthæi ad illa verba. *Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur*, ita ait. *Tradendum se, vt crucifigatur nouit, & tamen non declinauit insidias* (Não fez Christo caso das traças de seus enemigos) *nec territus fugit in tantum, vt cæteris ire nolentibus ille pergat intrepidus.*

Euangelista Ioannis mens dũ in enarranda Christi morte etiam meminit scientia.

Hieron.

A

B

C

D

ANNOTATIO XXXXIIII.

Circa idem verbum contextus.

Sciens IESVS quia venit hora eius.

De admirabili animi promptitudine, qua Christus Dominus deuotam Patri obedientiam obseruauit.

SANCTVM iuuenem Isaac dum iubente Patre Abrahamo montem Moriab super strué lignorum collocandus ascendit Christi seruatoris in hac hora ad crucé patre iubente mira animi auiditate properantis figurã gessisse in confesso est apud omnes, & præsertim apud Augustinum lib. 16. de Ciuitate Dei cap. 32. & serm. de tépore 72. & apud Theodoretum quæst. 72. in Genesim. Quę tamen inter vmbram, & corpus, inter verum, & pictum, inter figuram, & figuratum distinctio interiacet, eadem proculdubio inter vtriusque obedientiam reperitur: seclusa namq;

genes. 22

Isaac struem lignorum in montẽ deferens, Christum in caluarium crucem baiulantẽ adũbrauit.

August.
Theodor.

ex par-

ex parte personarũ omni meritorum consideratione. Adhuc Christi obedientia, ex ipso obediendi modo obedientiá Isaac lõgissime ãtecellit in sci' enim Isaac mõtẽ ascẽdebat, inscius Patri obediebat, insciusque ad mortem properabat dicẽs. *Pater mi vbi est victima holocausti?* contra veró Christus Dominus sciens quia venerit hora eius vt transiret ex hoc mũdo, lætus tamẽ insedebat, sciẽs quia à Deo exiuit hominũ opprobria non declinabat: sciẽs denique omniá, quæ ventura erãt super sevltro in inimícorũ manus se ingerens Patris obediẽtiam exequebatur, & sciẽs quia ad mortẽ properabat lætus progreditur struẽq; lignorum, super quam immolari nouerat hilariter portat, nam (vt iam ex Paulo dictum est) *Proposito sibi gaudio sustinuit crucem:* vt denique mandatum á patre acceptum obedienter exequatur sciens, & prudens mortem subire non recusat: *factus obediens vsque ad mortem* vt ad Philipenses de eodẽ loquitur Paulus.

Isaac inscius sibi ligna portabat. Christus vero sciẽs crucẽ sibi ipsi baiulabat.

In multis Christo beneficẽtia, & eius prõpta ad mortẽ sub cũcta inuolũtat commẽdatur

ad Phil. 2

Et ne quid desit in hac figura, a quo Christi obedientiæ promptitudo in Patris mandato exequendo non commẽdetur; iuuat expendere cur Abrahamus dilectum filium Isaac, non solum super struem lignorum ad immolandum collocauerit, verum & funie vinxerit. Augustinus igitur serm. 72. de tempore, rem attingit, atque ita sic fieri, vt obedientiæ ministeriũ perfectius exequeretur; & nec mortis horrore, aut dolore ictus membra á recta obediendi forma declinare viderentur. *Vincitur*, inquit, *innocens hostia, ne offerentis deuotio putaret se minus aliquid exhibere, si impatiẽtia doloris victima calcitraret.* Ligatur igitur Isaac fune, vt perfectæ obediẽtiæ præbeat documentum; lõge tamen perfectius illud præbuit Christus, qui vt paternã obedientiam exequatur, non fune ligari, sed clauis configi distinauit.

Obẽditur cur Abrahamus filium immolandũ fune vinxerit.

August.

Cur Christus clauis voluit affigi.

De hac prõpta Christi obedientia in patris mãdato exequendo multo antea vaticinatus est Esaias cap. 53. dicens: *Oblatus est quia ipse voluit*, vel vt transtulit Symacus, *Quia ipse exaudiuit*, quasi si diceret Propheta. *Traditus est, quia ipse audiendo obediuit Deo Patri iubenti vt pro nobis moreretur*, iuxta id, quod ipse ait. *Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio.* Neque pigeat ad candẽ Christi obedientiam inculcandam Iacobi Veldij verba audirẽ, quæ habet in sua Paraphrastica

Esai. 53

Ioan. 14

Iacob. Veld.

tica Euangeliorũ enarratione sermone in feria quarta post Dominicam Palmarum, vbi eundem Esaiæ locum a nobis superius adductũ affert, & de eadem prompta Christi obedientia explicat, dicens. *Oblatus est quia ipse voluit: adeo vt crediderim voluntariam ipsius obedientiam potissimã fuisse causam meritorum apud Patrem Vt enim vltranea fuit primi hominis transgressio, qua tantopere læsa est æterni patris iustitia: ita quoque spontaneam esse decuit satisfactionem qua satisfieret diuinæ iustitiæ.* Bene certe, cuius namque voluntas propensior esse potuit ad obediendum voluntati paternæ, quã vnigeniti filij Dei? Siquidẽ hæc nullis peccati, carnis, aut mundi remoris fuit impedita, quominus se totam Æterno Patri consecraret, & verum, ac propitiatorium fieri posset sacrificium, quod suo merito ab omnibus electis, & prædestinatis, tam corporis, quã animæ sordes detergeret, peccata scilicet, & peccatorum pænas.

Summa vltranea fuit primi hominis transgressio, adeo vltranea fuit Christi passio.

Nulla voluntas ad Deo obediendum propensior, quã Christi voluntas & cur.

Hanc deuotam Patri obedientiam etiamsi Christus Dominus per omnem vitæ periodum omnimode obseruauerit, tamen mortis suæ tẽpore sciẽs quia venit hora ab eodem Patre definita, vt vitam traderet, tunc per quam maxime commendandam suscepit, quod clarissime demonstrauit dum in Petrum Pontificis auriculã abscindentem apuriatus exurgit dicens. *Calicem, quem dedit mihi Pater non vis vt bibam illum?* Quod adhuc clarius demonstrauit dum ab oratione surgens, Patrisque mandatum de calice bibendo accipiens statim se ad illam partem conuertit, qua comprehensores hortum inuaserant se se (vt superius fuise monstratum est) vltro eisdem offerens, dicẽsq; *Tanquam ad latronem cum gladijs, & fustibus existis comprehẽdere me? Quotidie vobiscum erã docens in templo, & nõ me tenuistis?* Quasi si cõqueratur quod suam obedientiam infamarẽt, & tamquam fugiẽtem Patris mandatum, reluctãntenque mori armis tenerent, & cogerent (*Afrontaissime, diz Christo a obedientia, desacreditaisme a võtade, não leuão prezo por força, quem não deue de justiça, sem armas se pede à quem por amor paga.*) Hanc nempe fuisseChristi mentem dũ hæc verba protulit, cõfirmat GlossaOrdinaria ad cap. Mathæi 26. *Stultum est, inquit, cum gladijs, & fustibus quærere eum, qui se vltro tradit, & in nocte per proditorem inuestigare quasi latitantem, qui* quotidie

Christus semper patri obediens, in vltimis tamen vitæ periodo obedientiã suam maxime cõmẽdauit.

Ioan. 18.

Math. 26.

Glossa.

Stulte egerũt iudæi in Christi comprehẽsione.

quotidie in templo docebat.

Eandem promptã ad obediendum Patri volũtatem infert S. Pat. Ioan. Chrisoft. ho. 34. in cap. 13. Genesis ex illis Pauli verbis ad Galatas 2. *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me*, vbi sic ait Chrisostomus. *Hic verbum tradidit, idem est, quod se ipsum posuit, vt indicet quod voluntarie Christus passionem susceperit, & non necessitate, neq; vi, sed volens, & spõte vt totius humani generis salutem operaretur.*

Chrisoft. | ad Gal. 2.

Videte autem qua verborũ energia Pet. Chrisologus hãc eandem Christi obedientiam intulerit serm. 23. ex illis eiusdem Esaiæ verbis cap. 53. *Sicut ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente non aperuit os suum. Tacet*, inquit Chrisol *qui volens patitur, clamat qui laniatur inuitus. Non potest de morte conqueri, qui mortẽ dignatus, non coactus assumit. Potestatis insigne est cum pro multis volens quis moritur: nolens cũ moritur est necessitatis extrema: quia venit de contemptu mortis alterum, alterum de conditione naturæ. Christus ergo sicut ouis obediens, & volens, & tacens tondetur, vt tegat illam quam Adam primus intulit nuditatẽ: vel vt agnus occiditur, vt peccatum totius mũdi immolatus absoluat:*

Pet. Chrisolog.

Mortem libenter opetere signum est maximæ fortitudinis.

Car Christus, vt ouis occidi dicatur, & ad quid vt ouis occidit ur.

A *ponit pro ouibus animam suam, vt impleat, & pietatem pastoris & curam.*

Oblatus igitur Christus est, quia ipse voluit, vel quia ipse obediuit, quod admirabili quodam dicendi modo de eodem prædixerat Abachuc, dum loquens de eiusdem cruce, morte, & passione ait. *Cornua in manibus eius ãte pedes eius ibit mors*: quanquám enim hic loquendi modus, sit in Sacra pagina maxime familiaris, in quo contẽtus ponitur pro continente, & vtitur figura quæ vocatur apud Rhetores *Hypallage*, vt patet ex Ieremiæ 11. ibi *mittamus lignum in panem eius*. Altius tamen hic comprehendit mysterium, dum non Christi manus in cruce, sed crucẽ in manibus Christi collocatam ait. *Cornua in manibus eius*: neque Christũ ad mortis pedes deiectum, sed mortem ante Christi pedes prostratam inducit: scilicet vt ostenderet in manu, & ditione Christi fuisse quod Crucem subiret, & in eius potestate mori, á nemineque prçterquam á patris obediẽtia, & ab hominum amore compelli, vt crucem subiret. Sic locum istũ exponit Seuerus dicens. *Et si Christus factus sit homo, tamen sub eius imperio omnis potentia, & fortitudo est.* Clarius autem

Abacuc. 3. | Iere. 11.

Ostẽdatur quod in Christi potestate fuerit, vt nõ moreretur, si noluisset.

Seuerus.

B C D

August.

August.

Cyrill. Chrisost.

Cur Christus Domini voce magna clamauerit in cruce, & inclinato capite obierit.

Christus includao rum viribus, sed admirabili dentia interēptus.

August.

August. lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 32. *quid est*, inquit, *cornua in manibus eius, nisi trophæum crucis in manibus Christi.* Quod ipse Christus secundum Cyrillū Alexandrinū, & Pat. Chrisostomum) voluit vt hominibus innotesceret, dum inclinato capite, & voce magna proclamans emisit spiritum. *Tunc* (inquit Chrisost.) *caput inclinauit ad mortem, quando natura tanta vigebat virtute, quod vocē magnam illā potuerit edere, vt intelligamus non defectu virtutis, sed obedientiæ, amorisque abundātia mori.* Vnde eleganter August. tractatu 37 in Ioan. ait. *Si pati nolet Christus non pateretur, si non pateretur sanguis illius non funderetur, si non funderetur mūdus non redimeretur: agamus igitur gratias maximas, & pietati diuinitatis, & miserationi infirmitatis eius.*

Comēdatur sponta nea Christi voluntas in morte pro nostra redemptione subeunda

Esaiæ. 53

Neque certe parū iuuabit ad hanc promptā Christi obedientiā inculcādā illud ponderare, quod recentiores aduertunt circa Hæbraicū illius Esaiæ loci contextū, quē ad cōprobandam eandē obedientiā superius adduximus. *Oblatus est quia ipse voluit*, vel *quia ipse exaudiuit*. Nempe verbum, *nagas*, quod communiter vertitur, *oblatus*, ita potius vertēdum, & scribendum esse, vt

A idem significet quod *accessit*, ita vt hūc efficiat sensum. *Christus ipse ad passionem, & mortem voluntariè accessit, quia vocem patris de calice bibēdo exaudiuit, cuius voluntatem, & præcepta obedienter, & prompte exequi ita sibi firmiter proposuerat, vt id solum in corde medullitus gereret radicatum.* Quod quidem bene ostendit

B verbum, *accessit*: accedere enim spontaneam, & liberam dicit volūtatis actionē. Cū igitur Christus Dominus accesserit, se seque ipsum tradiderit non coactus mortem subiuisse dicendus est, sed libenter, & maxima animi auiditate, & gaudio, quod in patris

C mandato exequendo experiebatur, vt ipse per Dauidis os cū patre locutus, testificatur ps. 39. dicēs: *In capite libri scriptum est de me, vt faciam voluntatem tuam, Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei,* seu vt vertit Theodoretus, *in medio ventris mei:* seu vt vertūt quamplurimi. *In medio viscerū meorum.* Neque certe prōpta

D Christi volūtas, quā ad obediēdū patri, illiusque mādatū obseruādū, & exequēdū habebat affectuosioribus verbis potuit significari, quā his, quib^9 Dauid in Christi figura vsus est dicēs. *Legem tuam in medio cordis mei,* vel *in medio ventris mei*, vel *in*

In Christi pectore nihil aliud impressum erat, nisi patris voluntas.

Psal. 39.

Theodo.

Versio altera.

Ibidem.

medio viſcerum meorum : hæ namque tres voces, nempe *cor viſcera venter*, babent hîc emphaſim mirabilem. Dum namque ait Patris mādatum, eiuſque executionē in medio cordis difixam geſtare idem vult, atque dicere eandem patri s mandati executionem, & obedientiam eſſe tanquam principium, & cauſam vitæ ſuæ, nam in medio cordis eſt radix, & principium vitæ: ideo igitur vitam ſe habuiſſe teſtatur, vt mortem pro noſtra redemptione ſuſtinendo patris mandatum exequeretur: vel tantam eſſe in patris obedientia exequenda gaudium, & iucunditas, vt ex eius executione viuat, ad illū loquendi modnm alludens, quo paſſim vtūtur homines, vt oſtendant gaudium, & complacentiam, quā habent de alicuius rei vel poſſeſſione, vel executione: quando enim aliquis aliquid ſibi charum poſſidet dicere con. ſueſcit *(O goſto que tenho diſto me da vida: diſto viuo.)* Quo ſenſu Hieremias locutus fuit cùm Chriſtum Dominum ſpiritum oris noſtri appellauit, vt ſignificaret ita nobis charum eſſe debere, & exoptatum, vt vitalis aura eſt, ſine qua viuere non poſſumus, nam dū locum iſtum Hieremiæ lib. 2. cōtra Pelagianos exponit Hieronymus de Chriſto intelligendum eſſe docet cum infinitis propemodū patribus; & ibi illū appellat idē Hieronymus, vitā noſtrā, & halitū.

Viuebat Chriſtus ex patris voluntatis executione quē admodū ex cordis actione viuit homo.

viuebatq́ ex gaudio quod in patris mandato exequēdo ex perſtebatur.

Ierem. 4

Cur Chriſtus ſpiritus oris noſtri appelletur

Hieron.

Chriſtus vita, & halitus noſter.

Dū autē ſecundū alterā verſionē Chriſtus, ait. *Legē tuā in medio ventris mei* illud videtur voluiſſe ſignificare quod ſcilicet tātū ex ipſius patris obedīctiæ obſeruatione, & executione viueret, ac viuit homo ex cibo, qui niſi illū in ventre gerat fame cōſumptus tabeſcit: ſicq; dū legem patris in medio vētris ſe geſtare teſtatur ex illius obſeruātia viuere, & ſuſtētari proculdubio profitetur, tā taq; auiditate, & cura de illius executione agere, atq; agit homo viuens de cibo, quo ſuſtētatur, & viuit. Id namque idē Chriſtus Dominus de ſe teſtatur dicens. *Meus cibus eſt vt faciam voluntatem Patris mei, qui eſt in cælis.*

Pſal. 39

Chriſtus viuebat ex patris volūtate quaſi viuit homo ex cibo.

Ioan. 4.

Cum deniq; ſecundū tertiā verſionē Chriſtus ait. *Legē tuā in medio viſcerū meorū* affectuo ſū nimis deſideriū oſtēdit, & gaudiū, quod habet ad implēdā Patris volūtatē, & præceptū de morte pro noſtra redēptione ſubeūda. Alludēs ad illorū loquēdi morē, qui id, quod maximè reuerētur, & inuiolabiliter obſeruare cōtēdūt, quia

Comēdatur ___ gaudium, quo Chriſtus patris mandatū de noſtra redēptione exercēda exequebatur.

Theod.

sibi in eo magnopere cōplacēt inter viscera collocatū gestare dicunt: vt ad hunc locum obseruat Theodoretus dicens. *Ex translatione dixit eorum, qui aliquem ex amore prosequuntur, & desiderant illum intra sua viscera conijcere.* Hunc eundem loquendi modū obseruauit spōsa Canticorum cap. 1. vt osten

Cant. 1.

deret propēsionem animi sui, & amorem in dilectum sponsum suum dicens. *Fasciculus mirrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Nam secundum Pselli expositionē eundem loquēdi modum hic obseruauit spōsa, quem Christus Dominus in loco superius adducto obseruauit. Sic enim Psellus sponsæ mentem interpretatur. *Quamuis aliæ animæ mundi curis implicentur, ego sponsi mei percipiens volūtatem eum insculpam in tabulis cordis mei: vberum enim medium, cordis est sedes.*

Psellus ibid.

Hunc Christi ad patris voluntatem exequendam animum paratissimum maxime indicat nomenclautura, quam idem pater Esaiæ in cap. 46. eidem filio imponit, nempe, *virum voluntatis meæ*, quæ quidem nomenclautura idem sonat, vt Lyranus exponit, atque *exequtorem meæ voluntatis*, quod non de Cyro

Esaiæ 46

Christi nomenclatura.

Liran.

Persarum Rege, neque de Dario, vt volunt Authores Hebræi, accipiendum esse docet Hieronym. ad hunc locum, sed de Christo Domino Patris voluntatem in omnibus allacriter exequente, & præcipue in morte pro nostra redemptione subeunda. Iuuat autem ad eandem Christi in morte aggredienda allacritatem, & in Patris obedientia exequenda promptitudinem inculcandā, alterum eiusdem Esaiæ locum cap. 56. expendere, in quo de Christo, de eiusque prompta obedientia in patris mandato exequēdo vaticinatur dicens. *Voluntas Domini in manu eius dirigetur*, vbi imprimis aduertendum est, pro *voluntate Domini*, haberi in Interliniali, *Redemptio humani generis*, ex quo certe Dei nostri viscera misericordia, & pietate affluentia magnopere commendantur, qui adeo sibi in nostra redēptione complacuit, vt ipsa sola redemptio nostra eius voluntas anthonomasticé nominetur, & nihil aliud velle, quam nostram redemptionem demonstret.

Author. Hebrai.

Hieron.

Esaiæ 56

Interlin.

Nostra redēptio Dei voluntas, & gaudium.

Neque minus iocundum erit perpendere, quod in eadem redemptione exequenda certent eximia æterni patris voluntas, & allacris

In nostra redēptione exercēda certāt patris voluntas, & filij obedientia.

filij obedientia; si namque solũ in homine redimẽdo patris sita est voluntas, in eius solum voluntate exequẽda posita est prompta filij obedientia. comprobant hoc septuaginta, dũ Esaiæ locum nuper adductũ: *Voluntas Domini in manu eius dirigetur*, sic vertunt: *Vult Dominus in manu eius*. Quasi dicerent ipsam manum Christi instrumentum fuisse paternæ voluntatis exequendæ: tãta namque voluntate, & gaudio, atque diligentiæ promptitudine Christus Dominus Patris voluntatem de hominum redemptione perfecit, vt simul atque pater illam declarauerit, ipse in opus continuò prodiret, neque insinuata patris voluntate tardior esset operatio, sed simul velle pater, & ipse in actionem prodire videretur; vnde merito dixerunt septuaginta *Vult Dominus in manu eius*: quorum versionem corroborat Procopij expositio, sic enim ait: *Hoc vni tantum saluatori congruit, perpetuo enim patris voluntas, in manu eius prospere successit*,

Septuag. interp.

Christi manus Dei voluntatis instrumẽta.

Christi in obediẽdo prõptitudo, & diligentia.

Procop.

Competit certe vni soli Christo ita expedite, & prõpte patris mandatum voluntatemque exercuisse: conuenit autem omnibus, & illis præcipue, qui solemni sunt obedientiæ voto alligati ab vno Christo in obediendo promptitudinem addiscere, & ita expedite prælati sui mandata exequi, vt de vnoquoque eorum dici possit. *Vult prælatus in manu eius*. Docet hoc certe illos Sacra pagina Ezechielis in cap. 1. secundum Lirani sententiam, dum de animalibus illis, quæ subtus firmamentum volabant dicitur, quod vbi primũ vocem ex firmamento emissam audirent, statim perfectæ obedientiæ specimen præseferentes alas submitterent, & á volando quiescerent.

Conuenit omnibus, & præcipue religiosis à Christo seruatore addiscere obediẽtiã

Ezech. 1.

Liranus.

Sed misso hoc nostræ eruditionis documento ad Christi in obediendo promptitudinem iterum reuertamur, quæ tanta fuit: Vt *sciens omnia, quæ ventura erant super se, sciens quia appropinquabat hora, in qua tradendus erat in manus peccatorum*: non solum mortem non declinauit, aut insidias fugit, verum etiam cum intima cordis lætitia, viscerumque hilaritate ad ipsos insidiatores progreditur, vt sic patris mandatum, quod gerebat in corde, opere compleret, factus per omnia obediẽs vsque ad mortẽ crucis: vt in expositione eiusdem psalmi 39. obseruat Ambrosius dicens. *Scriptum est nõ solum in cap. sed in omni legis cõ-*

Ioan. 18. Math. 26

Ambros.

plexione venturum hominem ad conseruandum hominum genus, qui omnia vellet, quæ Deus vellet. Vnde etiam ad sacrificium passionis voluntarius accessit, meritòq; prædixit. Voluntariè sacrificabo tibi.

ANNOTATIO XXXVIII.

Circa idem verbum contextus.

hora eius.

De facilitate, & iucunditate, qua diligens in dilecti commodum operationes exercet.

In quibus exercendis gaudium potius quam laborem experitur.

PLENA nostro quidem iudicio mysteriorum verba sunt hæc: habétque sensum mirificum, emphasimque mirabilem. Quidquid igitur, secundum literam importent ponderemus vt in indagatione postea tantorum mysteriorum liceat immorari. Rupertus igitur noster quem omnes recentiores sequuntur existimat Euangelistam hic vti figura anthetesi, siue allusione ad superiora tempora: aliquoties enim dixerat Christus. *Non dū venit hora mea*, quin & ipse Euangelista Ioannes narrans Iudæorum conatus in Christū manus inijcere volentium ait illum refugisse quia non dum venerat hora eius. At nunc è contrario dicit, eum non solū non refugisse, sed etiam antequam Iudæi ad comprehendē dum venissent ipsum sponte sua ad mortem properasse: vnde iam bene apparet quis nā sit verus sensus huius loci, nēpe vsque dum non aduentasse oportunitatem Christi moriēdi: aduentasse autem tunc. Ita vt idem valeat. *Venit hora eius*, ac si diceretur. *Accessit tēpus illud abæterno definitum à patre, in quo Christus spontaneam pro nobis mortem est subiturus*. Nam ibi nomen, *hora*, non significat horam, aut necessitatem aliquā fatalem, & ineuitabilem, vt impij asserebánt Christum fato, & syderibus subijcientes. Nam quem admodum oblatus est quia voluit, etiam oblatus est tempore, quo voluit consentaneūq; esse iudicauit. Quod ex illis verbis Mathæi. 26. *Non in die festo*, probat Theophilactus dū ostēdit Christū Dominū non fuisse passū tēporē, quo Iudæi decre-

Rupert. — Ioan. 2. — Ioan. 7. & 8. — *Verus sensus istius loci cōtextus.* — *Impij heretici Xpū facto, & syderibus subiectum prædicabant.* — Math. 26. — Theoph.

uerunt, sed quando ipse constituit consentaneúque fuisse iudicauit. *Iudæi quidem*, inquit Theophilactus, *consultabant solemnitatis tempus prætermittere, & non permissum est eis, sed Christus ipse sibi tempus passionis statuens in Pascha crucifigi voluit, ipse enim erat Pascha verum.* Quod quidem argumentum elegantius adhuc prosequitur Augustinus dum illa Ioannis verba exponit. *Quærebant illū comprehendere, & non poterant quia non dum venerat hora eius. Id est*, inquit August. *quia nolebat: non enim horam dixit Euangelista, qua Christus cogeretur mori, sed qua dignaretur occidi: tēpus enim expectabat Christus filius Dei, quo moreretur, quia tempus expectare voluit quo nascere. tur, de quo tempore intelligendus est Paulus ad Galatas* 4. *quando venit plenitudo temporis. Non enim Dominus sub fato natus est: hoc enim nec de te credendum est, quanto magis de illo, à quo tu creatus est.* Hæc August.

August. Ioan. 8.

ad Gal 4

Cæterum consentaneū erit vt eadem Euangelistæ verba spiritualiter exponamus, quémadmodum exponere cōsueuerunt pátres, solentque quotidie exponere verbi Dei concionatores. Inquiramus igitur hac præsenti annotatione, cur tēpus passionis Christi, quod per aliquot horarum spatium perdurauit, vna tantum appelletur hora? discussuri postêa causamque indagaturi cur tale tempus, & in quo tot tantaque pro nobis pertulit supplicia opprobriaque sustinuit Christi potius horam quā Iudæorum, aut nostram Euangelista nominauerit dicens. *Sciēs Iesus quia venit hora eius.*

Mysticus prosequitur sensus cōtextus.

Cur Christi passionis tēpus breuiē hora appellet Euangelista.

Ad immensitatem, intimamque amoris vim, & naturam, quo Christus dilexit peccatores, pro quibus tunc vitā libentissimé tradebat referendum esse præsens mysterium docent omnes fere patres, & huius loci expositores, dum dicūt amoris propriū esse omnia, quæ pro dilecto patitur adeó exigua reputare, vt in illis exercēdis nullū laborē experiatur. *Nihil durū*, ait Petrus Rauenas, *nihil amarum, nihil graue computat verus amor:* quin & Pat. August. 3. confessionum idem prosequens argumentū optimè de hac amoris proprietate philosophatur dicens. *Qui amat non laborat, omnis enim labor non amantibus grauis: solus amor est qui nomen difficultatis erubescit.* Quam etiam mentē sermone 85. breuissimis, compendiosis tamen verbis tetigit Bernardus dicens. *Vbi amor est, labor non est, sed sapor*, quod idē

Amoris proprietas.

Pet. Rau.

August.

Difficultatem erubescit amor.

Bernar. *Vbi amor ibi sapor.*

Sanctus

Cant.1.

Bernard.

Onerosū, leue, & amarum, dulce reddit amor.

Sanctus serm. 42. in Cant. fusius pertractat dum illa verba sponsæ Canticorū 1. exponit. *Fasciculus mirrhæ dilectus meus mihi.. Non grandem fascem*, inquit Bernardus, *sed fasciculum dilectū dicit: eo quod leue pro amore ipsius ducat quidquid laboris immineat, & doloris: an non fasciculus? cuius iugum suaue, & onus leue? non quia leue in se, nec enim leuis passionis asperitas, mortis amaritudo: leuis tamen amanti, ideo namque non tantum dixit: Fasciculus mirrhæ dilectus meus, sed mihi, quæ diligo, monstrans dilectionis vim omnium amaritudinum superare molestiam.*

Chrisost

Abrahami animi ptōptitudo à Dei amore pro fecta.

In hanc etiam sententiam mira, & aurea sunt, quę habet Chrisostomus, dum homil. 31. in Genes. alacrem animum ponderat, quo Abrahamus longa senectute confectus, vt Dei mandato obediat, peregrinationis iter aggreditur, leuissimas reputans peregrinationis molestias, itinerātisque incommoda, ac labores. *Nec ætas ei fuit obstaculo*, inquit Chrisost., *neque aliud quidquam potuit eum detinere, vt domi resideret: sed vicit omnia ipsius in Deum amor. Anima enim vigilans cuncta abrumpit impedimēta, totaq; fit eius, quod amat, & à nullo, quod in medio apparet difficile, remorari se patitur, sed omnia præterit, nec subsistit priusquā re desiderata potiatur.*

Chriso

Noe in arca, & Daniel in lacu, leonū & ferarum consortium ob Dei amorem facile tolerarunt.

Neque minori euidētia eādem amoris proprietatem homil. 25. in Genes. infert Chrisost. ex facilitate, & iucunditate, qua Noe in arca, & Daniel in lacu, leonum, & pardorum, aliarumque immitium ferarum societatē pertulerūt: *Ego autem*, inquit Chrisost., *supra omnia virtutē iusti admiror, quomodo potuerit versari in medio bestiarum, leonum dico, & pardorum.* Paucisq; interiectis de Daniele sic ait. *Simili modo, & iam egregius ille Daniel ferarum ferebat conuictum, & neque loci angustia, neque temporis productio, neq; quod sic inclusus erat, vt aërem respirare non posset, molestum eum, & difficilem reddebant, sed ob amorem in Deum omnia ipsi facilia videbantur, & sic versabatur in graui illo carcere, sicut nos in pratis, & in lucis, amor enim Domini difficilia facilia sibi videri faciebat.* Concludens tādem ait Chrisost. *Amor in Deū grauitatem molestiarum imminuit, neque sentire sinit, cum nos inuaserit.* Liceat tandem post tantos patres extraneum Poetam adducere non vt patrum corroboret sententias, sed vt audientium aures demulceat Porpertium, inquam, Elegia 3. vbi sic ait.

Idē ibi

Amor cū inuadit, à molestijs abstrahit

Proper.

Omne in amore malum, si patiare leue est A

[…]ima ra[…] cur tẽ[…] Chris[ti] passio[ne]s, breuis [ho]ra nu[…]inetur.

Ex tantorum igitur Patrũ doctrina iam fundamentalis apparet ratio, ob quam Euangelista immanium Christi tormentorum longum spatium, horam breuem potius, quam longum tempus appellauerit. Apprimè enim sciebat, probaueratque amoris magnitudinem, quo Christus pro hominibus pati dignabatur. Nouerat item eiusdem amoris intimam proprietatem, & conditionem in tolerandis nẽpe aduersitatibus iucundari potius, B

[…]n laboribus pro di[l]ectis tolerandis le[t]atur potiusquam [t]ristatur [a]mor.

quam tristari: & quod iucundum est nunquam diuturnũ, seu fastidiosum, sed breue, & mométaneũ reputari: ideoq; omne Christi passionis tẽpus, in quo in eius pectore per quã maxime æstuabat amor breuissimam quandam horam appellauit, quia ab ipsius Christi intimo pectore didiscerat ipsũ Christum seruatorem breuissimum, & momentaneum reputasse quicquid pro hominũ redemptione tolerauerit. C

Secũda ratio cur tẽpus Christi passionis, breuis hora nominetur.

Quod si rem adhuc altius perscrutamur, non solum ad istam amoris proprietatẽ, quæ omnia facilitat, & dulcorat, sed ad ipsius naturam, intimãque propẽsionem præsens mysterium putamus esse referendum. Est namque amor ignis quidam accensus, ac vehemens inflammataque lampas sicque Canticorum 8. appellatur. *Lampades ignis, atque flammarum*, siue vt vertunt nonnulli, *carbones ignis flammæ Domini*, seu vt vertunt septuaginta *alæ eius, alæ ignis flammæ*. Quem ad modũ igitur ignis si vehemẽs est õnia cõbustibilia etiã si eximiæ sint magnitudinis breuissimo temporis interuallo consumit, & in minutissimos, breuissimosque cineres conuertit; ita accensa charitas intensissimusque amor, qualis erat amor Christi in suos, longissimum passionis tempus ad breuissimum reduxit compendium, & immania tormẽta, intollerabiliaque supplicia ita minorauit, vt paucis diebus nempe tribus, neque istius tempori longitudinis, neque tormentorum immanitatis recordaretur Christus, vt optime colligitur ex eius interrogatione facta discipulis in Emaus iter facientibus, qui dũ illi ad memoriam reducerent passionis tormenta, quasi qui penitus rei præteritæ obliuiscitur interrogans ait. *Quæ*. D

Cant. 8.

Versio altera.

Septuag.

Ignis proprietas, cũ amoris proprietate conuenit.

Hanc intensissimi amoris proprietatem Christo Domino conuenire docet Sacra pagina Deute. cap. 4. dum eum ignem appellat, & non ignem

Luc. 24.

Deut. 4.

simpli-

Deus igitur vehemens atque infumēs

simpliciter, sed ignem comburentem vastantem, & consumentem (*fogo tragador*) *Deus noster*, inquit Sacra pagina, *ignis consumens est*. Quin, & sanctus Vates Esaias id ipsum de eodem testatur, dum cap. 62. se neutiquam taciturum dicit, donec ista amoris flamma ita accendatur vt vniuersum orbem inflammet, hominumq; flagitia comburat, adnihilūq; redigat. *Propter Syon*, inquit, *non tacebo*, & *propter Hierusalem non quiescam*, *donec egrediatur vt splendor iustus eius*, & *Saluator eius vt lampas accendatur*. Accensa igitur amoris flamma, quæ in Christi pectore æstuabat omnia, quæ pro hominum redemptione operabatur ad exiguū redigebat, & ita breuissima videri faciebat, & dulcia ōniaquæ passionis tempore Christus tolerabat vt non diuturna tormenta viderentur, sed gaudia, & breuiter transeūtia, nam vt in sermone de verbis Domini in monte ait Augustinus. *Omnia sæua*, & *immania facilia*, & *pro pé nulla amor efficit*. Ex qua amoris proprietate nititur Hieronymus omnium nostrorum animos ad labores pro Christo tolerandos inducere Epist. 22. ad Eustochium sic scribens: *Nihil amantibus durum est*, *nullus difficilis*, *cupienti labor*: *amemus Christum*, & *facile videbitur omne difficile*.

Esaiæ, 62.

Accensa in Christi pectore amoris flāma omnia quæ pro hominibus patiebatur minorabat.

August.

Hieron.

Nullus labor difficilis cupienti.

A

B

C

D

ANNOTATIO XXXXIX.

Circa idem verbum contextus.

hora eius.

Cur totum passionis tempus breuissima quædam hora à Christo Domino reputetur?

CVM hora hæc, de qua agimus omnia in se includat mysteria quæ Christus Dominus suæ passionis tempore pro hominum redemptione operatus est, etiamsi semel ac iterum circa eandem multa annotare contingat, nūquam tamen omnia quæ continet sufficiēter annotabimus. Ad id tamen faciendum multum iuuare pensamus celebré illam quæstionem in medium proferre quæ inter illas, quas excitat D. August octauum sibi vendicat locum, exurgitque ex illis Sacræ paginæ verbis Genesis 29. *Seruiuit autem Ia-*

August.

cob pro Rachele septem annis, & videbātur illi dies pauci præ amoris magnitudine.

Ex quo Sacræ Scripturæ loco infert Chrisost. hom. 55. in Genesim illam amoris proprietatem, secundum quam annotatione antecedenti diximus Christum Dominum longum suæ passionis tempus breuissimum reputare, & quasi vnam dumtaxat horam. *Vt ostendat nobis*, inquit Chrisostom. *Sacra Scriptura quomodo amor magnus, & laborem, & temporis longitudinem succindit, & breue videre facit dixit. Seruiuit Iacob pro Rachele septem annis, & videbantur ei dies pauci præ amoris magnitudine.* Quam quidem amoris proprietatem ab eo alienam putant authores: quin immo, & diuinum oraculum aliter expresse asseuerat, dum Prouerbiorū 13. ait *Spes, quæ differtur affligit animam.* Patet etiam August. varijs in locis, & præsertim epistola octaua id ipsum confirmat, dum sic ait. *Quod tempore acceleratur desiderio tardum est*, (Preças aceleradas tem muitas vezes o amor effectuoso por lōgas detenças) & bene quidem, nam quó intēsior est amoris impetus, eo celerius tendit, vel saltem tendere conatur, in rem amatam, in eiusque possessionem. Vnde profluxit, vt profani authores, & nudum, & alatum amorem depinxerint, vt non currere, sed volare demonstrarent: volat namque affectu, & currit desiderio, vnde breuis quælibet mora ab eodē longissima, diuturnaque reputatur, vt loco superius allegato idē August. testificatur dicens. *Quælibet mora desideranti longa est.* Cui illud Virgilianum suffragari videtur.

Si mihi non hæc lux toto iā lōgior āno est.

Neque in hac materia Senecæ despicienda est sententia, quā in tragedia 1. de Hercule furente profert dicens.

Odit verus amor, nec patitur moras.

Circa istam igitur quæstionis solutionem per quam maxime variant Patres, & expositores huius loci Sacræ Scripturæ. Pater igitur August. præcipuus huius quæstionis inuētor laborans, vt quæstionem soluat, respondet, amorem tēpus, & longam moræ expectationem, non minuere, sed labores, quos intra ipsum morosum tempus propter dilectum toleramus, ita dulcorare, vt exinde proueniat labores longissimi temporis, tamquam breuissimæ cuiusdā horæ, reputari, vt reputabat Iacob, quin & Christus Domi-

Marginalia: Chrisost. — *Amor tē-poris lōgitudinem succindit* — *Impugnatur hæc amoris proprietas.* — Prou. 13. — August. — *Quod vehementer expetitur sēper tardum videtur.* — *Amoris proprietas.* — *Cur profani authores amorē nudum, & alatū depingebāt.* — August. — Virgil. — Seneca. — August.

nus

nus qui omnia tormenta, & opprobria quæ per lōgum tēporis interuallū passus est, ita breuia exiguaque reputauit, ac si essent labores, qui intra vnius horæ spatium transire potuissent. *Quomodo*, inquit Aug. *dictum sit, quod videbantur ei dies pauci præ amoris magnitudine? cum potius quamtumlibet breue tempus longum videri soleat amantibus?* & quæstionē soluendo ait. *Dictum est igitur propter laborem seruitutis, quem facilem, & leuem amor faciebat.* Eadē fere via incedit Gregor. Nazianz. dum eundem locum exponit, qui vt dubitationi satisfaciat sic respondet. *Leue est amore laborare, tametsi dilatatio ipsa molestiā afferant.*

Amor dul cē reddit laborem.

Naziāz.

Non tamen nostro quidem iudicio adhuc quæstioni adæquatè responsum est, neque satisfacit Thomæ Anglesis solutio distinguentis inter amorē vulgarem, profanumque, & inter castum, & purum, qualis erat amor Iacob in Rachelem, siue Christi Domini in suos, quos diligebat, sic enim ait: *Si amor Iacob fuisset libidinosus, nō fuissent visi pauci dies, sed plurimi, eo quod talis amor impatiens est moræ, nec rationem attendit.*

Thom. Anglēsis

Parcat tamē grauis hic author, eius enim solutio litem non dirimit: nam omnis amor, siue probus, siue improbus sit, impatiens est moræ. dummodo vehe mens, intensus, & ardens sit, vt elegantissimis verbis ostendit D. Ambrosius in expositione Psalmi 118. serm. 11. vbi sic ait. *Quicquid est quod vehementer expetimus nisi eius maturiorem habeamus effectum, id nobis videtur longa quadam intēsione laxari, & quicquid est desiderabile, si non contingat desideranti deficit in illud, & quasi ipsam deponit animam, qui desiderat* (o mesmo he viuer entre desejos prolongados que entre agonias de morte, ou que morrer viuēdo) *Si tamen spes proprior assurgat, dat vires spes proxima. si autem absentia sit dilecti, eo ipso quod absentē desiderat, quæ concupiuit anima sua patitur defectionem: itaque quanto longius est illud, quod desideratur, tanto magis deficit, qui desiderat.* Hæc Pat. Ambrosius. Ex cuius certe doctrina iā clare patet defecisse Thomæ Angl. distinctionem, siue quæstionis solutionem: vterq; enim amor tam probus, quā improbus impatiens est moræ, præsertim cum vehemens, & intensus est, qualis erat amor, quo suam Rachelem diligebat Iacob: quin immo, & lōge vehementior charitas, qua Christus diligebat Ecclesiā vel suos pro

Tam improbus amor impatiēs est moræ, quā probus.

Ambros.

Ita cruciat spes quæ differtur, vt animā quodāmodo deponere videatur.

Dat vires amātibus spes proxima optinendi, quod exoptatur.

Vehemēs amor Iacob in Rachelem lōge tamen vehemētior Christi in Ecclesiam.

pro quibus patiebatur, & ita vehemens, vt nullam prorsus moram admitteret, quominus omnia consumasset, quæ ad eorum redemptionem spe-ctabant: ac longū proinde tē pus non autem breuissimam horam debuit reputari spatiū illud, quod decurrebat ab eius comprehensione in horto vsq; ad vltimā mortis perpessionē in cruce: quemadmodum, & Iacob non pauci debebant reputari dies, quibus chara Rachele non fruebatur.

Cum autem hoc, & de Iacob circa Rachelis possessionis moram, & de Christo Domino circa tēpus, quod in eius passione consumptum est á sacro oraculo asseueretur, neq; inficiari posimus illud spatiū, quod Christus in nostra redēptione operāda consumpsit ab illo breuissimū reputari quæstionem istam alio modo soluere necessarium est: & quidem si solum paucitatem dierū Iacob quæstio attingeret, facilime solueretur altera solutione quam secundo loco ponit Naziāzenus. *Vel*, inquit, *videbantur illi dies pauci, quia aspectu eius fruebatur*: facilitatē Iacob in tolerandis laboribus, supportandaque longa mora ad præsentiam Rachelis referendo: cum enim aliquis coram dilecto aliqua aduersa ob eius causam fert, iucunditatem potius, & gaudium, quam afflictionem, & dolorem experitur: facilitat namque præsentia dilecti laborem diligentis, quod Propertius lib. 3. Elegiarum Elegia 21. obseruauit dicens.

Ipse alimenta sibi maxima præbet amor.

Quod tamen in Christū minime competit, quia suæ passionis tempore, quod horam breuissimam reputabat præsentes non habuit suos, quos mirificé diligebat, solus namq; relictus est, nam vt ait Euangelista: *Relicto eo omnes fugerunt*.

Vt igitur adæquatè quęstionem soluamus, & vtriusque Iacob facilitati in temporis lōgitudine tolerādā omnimodā causam valeamus asignare, expeditius procedemus, si prius vnum, alterumque Pauli locum perpendamus. *Id*, inquit ille 2. ad Corint. cap. 4. *Quod in præsenti est momentaneū & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternū gloriæ pondus operatur in nobis*, vbi sic habet Interlin. *Id tribulationis minimū*. Quæro ergo quomodo Paulus quid tribulationis minimū appellet suas pro Dei Ecclesia solicitudines, & labores, quos alibi continuos vocat? Quomodo quid leue reputet

Margin notes: Naziāz. — *Præsentia dilecti facilitat laborem diligentis, mitigatq; afflictionem.* — Propert. — Math. 26 — *Apponitur huius quęstionis solutio.* — 2. ad Cor 4. — 2. ad Cor 11.

reputet, ter virgis cædi? Semel lapidari? Ter naufragari? Die, ac nocte in profundo maris esse? Labores ærumnas, vigilias, famem, & sitim perpeti? Frigus, & nuditatem tolerare? Non certe leue, & momentaneum fuit id, quod gentium Doctor per longum temporis spatium sustinuit, neque leuia, sed admodum grauia, quæ pro Dei amore pertulit, quomodo ergo omnia hæc tam diuturna, leue quid, & momentaneum appellat? Obiectionem diluit ipse Paulus, dum annectit hæc omnia æternum gloriæ pondus operari in nobis non contemplantibus, quæ videntur, sed quæ non videntur, qua si dicat, quod quanquam molestissima, multumque onerosa fuerint omnia, quæ pro Christo passus est, ab eo tamen leuissima, breuissimaque reputari, cum ad ingens gloriæ pondus, æternumque premium attendebat, quod propter illa, quæ patiebatur se consecuturum sperabat: ita Pauli mentem interpretatur Ambrosius dicens. *Desiderium cælestium, & spiritualium habens, hæc præsentia spernere profitetur, quia ad comparationem spiritualium, hæc nulla sunt. Sic enim sunt hæc ad superna, quomodo figura ad veritatem, figura deperit veritas manet, vnde exire de hoc sæculo non metuunt iusti, sed gaudent quia nulla est proportio inter tormenta, quæ patiuntur, & gaudia quæ consecuntur.* Hæc omnia Ambrosius.

Omnia tormenta quæ iusti patiuntur in hoc sæculo leuia & facilia sunt si cũ repromisso premio Comparãtur.

Ambros

Sed quid in re dubij? ipse se Paulus alibi exponit dicens. *Non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*, quasi dicat. Si ad pretium ingens attendo, quod præsentis vitæ ærũnis propter Christum toleratis repromittitur, illas omnes breues iudico, ac leuissimas, nec tanto pretio condignas. Optime certe ad hunc locum Theodoret. *Superant, inquit, certamina coronæ, non comparantur cum laboribus remunerationes, labor enim paruus est, sed magnum lucrum speratur.* Itaque Paulus solicitudinem pro Ecclesia, & reliqua, quæ passus est cum secundum afflictionis, & doloris affectum considerabat, tunc continuas solicitudines, & labores plurimos se sustinere dicebat: at vero cum appretiatiue, & secundum iudicium, æstimatimationemq; ac præ-

ad Rom. 8.

Theodor

Cælestes corona superãt, serena certamina.

Labores iustorum vel considerantur secundum affectum, vel secundum premium.

ac præmium eorum loquebatur, quid tribulationis minimum, hæc omnia appellabat, quod de eodem Paulo hom. 25. in Gen. testatur Chrisost. dicens. *Paulus gentium doctor, vincula, tribunalia, quotidiana pericula, multas illas, & intolerabiles afflictiones, leues voca bat. non quod natura tales essent, sed quia causa propter quã fiebãt, talem ei sententiam ingenerabat, vt neq; aduerteret, si quæ grauia talia obuenirent.*

Chrisost.

Valde expertæ in amoris desiderijs supportandis fidem adhibeamus, quæ dum affectuoso conatu dilectum inquireret, breuissimum tamen temporis spatium reputauit, quod in eius indagatione consumpsit. *Paululum*, inquit, *cum pertransissem inueni quem diligit anima mea*: adaperiunt certè sponsæ intentionem per quam maxime septuaginta dum sic vertunt. *Sicut modicum, cum per transiui, quo ad vsque inueni quẽ diligit anima mea.* Longe admodum congruentius loquitur Ambrosius libro tertio de virginibus, dum sponsæ verba per admirationem legit. *O quã modicum fuit cum transiui ab ipsis, donec inueni!* Quibus verbis sponsa mirum in modum suum in dilectum amplificat amorem, nostramque cogitationem magnopere cõfirmat: designat namque per huiuscemodi locutionis phrasim tantum se voluptatis percepisse ex sui dilecti inuentione, vt vniuersum laborem illum quẽ in eo quærendo insumpserat, quasi pro nihilo reputet, tempusque id omne, quod inter cesserat vix paululum quid sibi videbatur,

Cant. 3.

Septuag.

Ambros.

Reddens autem Ghislerius istius sponsæ breuissimæ temporis æstimationis causam ait, non ideo sponsam illud breue reputasse, quia non ardenter optauerit inuenire, & possidere, sed quia sibi reputanti gaudium tanti boni potiundi, quid momentaneum, & prope nihil videbatur. quẽadmodum prope nihil visum est Christo tempus passionis suæ (alias diuturnum valde) comparatione gaudij, quod in homine redimendo experiebatur.

Ghislerius.

Vnde iam tam moram illam Iacob, quam tempus passionis Christi dupliciter conuenit considerare, vel secundum iudicium, vel secundum affectum: secundum ergo iudicium, & æstimationem, quã erga Rachelem habebat, videbantur certe Iacob omnes dies, quibus laborabat paucissimi, siquidem reputanti

Putanti secum præstantiā Rachelis, eiusque merita totum illum septenū, prætium videbatur exiguum ad tantum bonū comparandum, nempe Rachelem, quam magni faciebat, intimoque amore prosequebatur; ita vt si Laban viginti annos seruitutis postularet, neq; tam grauem, diuturnam, & iniquam cōditionem recusaret. At vero secundum amoris affectum, idest, secūdū eius vehementem, affectuosamque propensionem, & secundū desiderium cupito bono potiundi, non pauci quidem, sed quā plurimi videbātur dies qui inter eius affectuosū desideriū, & Rachelis possessionē decurrebāt: similiter & Christus Dominus secūdū iudiciū, idest, secūdū intimā moriendi voluntatē immensumq; gaudiū moriēdi pro hominibus, quod habebat totum suæ passionis tēpus iudicabat breuissimā quādam horam cū scilicet tūc Patris obediētiam exequebatur, & sibi charam sponsam Ecclesiam conciliabat: at verò secūdum desideriū, quo ad Patrē properabat vnūquodq; instās per quā longissimū tēpus iudicabat. Loqués igitur Euāgelista secūdū pretiū, quo Christus hominū redēptionē, & salutē paternæq; obedientiæ executionem, & sponsæ Ecclesiæ castū, & sanctū connubiū æstimabat totū eius passionis tēpus breuissimam quādam horam appellauit, dicens. *Sciens Iesus quia venit hora eius.*

Ex ista ergo eximia amoris proprietate, intensaque propēsione incusat Chrisost. hom. citata nostram incolendo Deo negligentiam, incuriam, & frigiditatē dicēs. *Quando quis sauciatur charitatis desiderio, nihil difficile reputat, sed id, quod fuerit plenum periculis, & multa miseria leuiter fert, ad vnum hoc videns quomodo potiatur voto, & desiderio: & qualis nobis erit venia, & qualis excusatio sic negligentiæ deditis? qui neque quantum beatus ille Iacob pro puella amorē desiderauit, tantam in Deo charitatem habeamus.*

Chrisost.

Incusatur nostra in Deo colēdo desidia

ANNOTATIO XXXXX.

Circa eadem verba contextus.

hora eius.

Cur totum passionis tempus breuissima quadā hora a Christo Domino reputetur.

Dubitatur cur tẽpus passionis Christi hora breuis appelletur, iudicii autem finalis instar, longa, & magna dies nominetur.

CVM certé hunc Euãgelistæ loquendi modũ consideramus, quo totũ passionis Christi tempus ad breuissimam horam redegit: & tã Prophetarum, quam reliquorum Euangelistarũ verba perpendimus, quibus vltimi iudicij tempus inculcant, illudque longum, & magnum dum appellat Ioel cap. 2. dicens: *Magnus dies Domini, & terribilis.* Distrahimur mente, & ad inuestigandum hoc abstrusum miraculum magnopere excitamur; cum præsertim constet, ex Sacris Scripturis Christi passionem longo temporis spatio fuisse cõsummatam, iudiciumque finale breui temporis interuallo fore cõsummandum. Laboremus igitur, & videamus vtrum impensè Sacræ Scripturæ agrum effodientes absconditum istũ thesaurum inuenire possimus.

Ioel 2.

Quãquã õnia Dei attributa illi ex æquo conueniãt, plus sibi in misericordia cõplacet.

Quod igitur primo supponendũ occurrit, illud est, quod quamquam omnia Dei attributa illi, ex æquo conueniant, tamque intrinseca illi sit iustitia, quam misericordia, tamen quo ad eorundem attributorũ executionem, & exercitium potius sibi in meserendo, quã

A impuniendo complacere: vnde misericordiam frequentius quã iustitiam illum exercentẽ conspicimus: sicque frequentius Scripturæ, tam veteris, quam noui testamenti de eodem misericordiam, quam iustitiam denuntiant, illumque ad miserendum hilarem, &

B ad puniendum quasi inuitum accedere demonstrant; idque ex illo Threnorum loco cap. 3. magnopere comprobatur. *Non ex corde suo humiliauit, & abiecit filios hominum.* Vel vt vertit Sanctes Pagninus. *Non afflixit de corde suo.* Postquam enim Propheta ciuium Hierosolomitanorum labores abiectiones, vastitates, & captiuitates recensuit, in quas propter

Quasi inuitus ad puniendũ accedit Deus.

Threnor.

Pagnin.

C scelera sua traditi sunt: neDeũ nimis sæuum, atque ad puniẽdum procliuem haberemus, immo potius ad puniendum quasi inuitum accedere intelligeremus dixit. *Non afflixit de corde suo,* quasi dicat: Non habet cor ad affligendum, &

D puniendum procliue: immó inuitus punit, & cum irascitur, & ad puniendum accingitur, fictè quodammodo, & comminatoriè tantum accingi videtur: vt in expositione eiusdem Hieremiæ loci Theodoretus aduertit, dicẽs *Species est irascẽtis, sed volũtas est miserendi*

Ad puniendum quasi fictè accingitur Deus.

Theod.

rendi

rendi, inuitus enim punit quia impius prouocat eius iram. Vnde dũ Ioanni nostro 1. Apocalypsis apparet gladium gerens, non illum in corde gestat, aut in manu, sed in ore, vt ostendat illo comminatoriè tantum vti, & non voluntariè aut executiuè.

Apoc. 1.

Sed quia quod inuitus puniat fusé nimis statim sumus ostensuri ostendamus prius quod ad puniendum quasi fictè accingatur. Iuuat igitur illum iterum apud eũdem Hieremiam Threnorum 2. considerare se se ad puniendum tan quam vltorem accingentem, arcumque tendentem, de quo sagittas se emissurum comminatur Deut. cap. 32. Quibus omnem carnẽ interficere protestatur. *Tetendit*, inquit Propheta, *arcum suum, quasi inimicus firmauit manum suam quasi hostis* (No curuar do arco, & no quietar da mão, para que não erre o tiro, grandes mostras de rigor, & de vingança) *Species est irascentis* (*Mas olhai lhe para o arco.*) Sed voluntas miserendi, (*Não tem flecha no arco*) ficte igitur minatur, qui dum arcum tendit saggittam non apponit (*Não quer ferir quem curua o arco sem flecha*) Nam curuum sæpe in nubibus cæli arcum conspicimus

Thren. 2.

Deut. 32.

Arcus sine sagittis nõ vltionis, sed amoris signũ.

A

sed arcum sine saggittis vt lib. c. de Noe, & Arca cap. 27. acute nimis aduertit Ambrosius dicens. *Arcum ponit non sagittam, arcus enim instrumentum iaculandæ sagittæ est: itaque non ipse arcus vulnerat, sed sagitta, & ideo in nubibus arcum magis quã sagittam ponit Dominus, idest, non illud quod vulnerat, sed quod habet terroris indicium, & vulneris effectum habere non solet: quare hoc? nisi quia benignus est, & percutere renuit.* Hæc Ambrosius.

Ambros.

Cur in nubibus arcus sine sagittis fo. leat apparere t.

B

Neque huius benignissimæ Dei propensionis minus indicium est, quod eius ad puniendum instrumenta, vel ficta sint, vel conducta: cũ enim vellet punire Hierusalẽ (quod vt superius annotauimus non fecit ex animo) instrumentũ conduxit, quasi qui domi proprium non habebat, vt patet, ex cap. 7. Esaiæ vbi sic vaticinatur S. Propheta. *Et radet Dominus nouacula conducta vniuersam barbam* & cæt.

C

Dei puniendi instrumẽta, vel ficta sunt, vel conducta quia puniendi munere dedignatur.

Esaiæ. 7.

D

Clarius adhuc hæc mens confirmatur ex Christi facto Ioannis 2. qui dum apuriatus in vendẽtes in templo exurgit *Fecit* (inquit Ioannes Euangelista) *quasi flagelli*: nõ verè ergo, sed fictè punire voluit, qui non verum flagelum, sed quasi flagelum fecit. Bene igitur qui

Ioan. 2.

puniendi ficta habet instrumẽta fictè se, & nón ex animo punire demonstrat.

Ficte punit, qui dum hominẽ reũ se punire velle ostẽdit terram percutit dicens. *Maledicta terra in opere tuo*, vt ad hunc locum Strabo obseruat dicens: *Terra maledicitur non Adam, vt cuncti propter quos hæc scripta sunt terreãtur*. Ficte punit, qui peccantibus hominibus parietes lepra percutit. *Dabo etiam*, inquit, *tactum lepræ in domibus terræ, quam possessuri estis*. Circa quæ verba sic ait Theodor. quæst. 18. *Ex his docet plagas esse à Deo missas interdum in vestimenta, interdum in domus, quæ quidem inenarrabilem Dei beneuolentiam demonstrant: dum enim peccarent homines, vestimentis, aut domicilijs plagas infligebat*.

Ad hanc Dei nostri begnissimam ad commiserẽdum potius, quã ad puniẽdum propensionem inculcandam aureus certe locus est Exodi in cap. 20. qui ita habet: *Ego sum Dominus Deus tuus visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me*, si præsertim locus ille cum altero eiusdem libri Exodi cap. 24. conferatur, in quo Dominus filium patris iniquitatẽ minime portaturũ pollicetur, dicens: *Filius non portabit iniquitatem patris*. Quo enim maiorem repugnantiam, & cõtrarietatem loca illa inter se se involuere videntur, eo ampliorem diuinæ misericordiæ pietatis, & clementiæ laudum segetem luculentioréque materiam suppeditant, non enim in illis sibi Deus contradicit, sed vtrobiq; se ad puniendum minime procliuem ostendit, nam in primo loco in vindicta de nostris iniquitatibus sumenda adeo remisse sibi agendum esse pollicetur, vt ad quintam vsque generationẽ vindictam pro crastinare affirmet, ad instar humanissimi cuiusdam creditoris, qui debitæ sibi pecuniæ solutionem vsque ad pronepotes differt, vtpote quia expectat vtrum ad pinguiorem fortunam deueniant, quã patres, qui contraxerunt, vt tunc debitum facilius soluatur: fert igitur Deus iniquitatẽ patris, & non punit, fert athaui, & nõ punit, fert pro athaui, & nõ punit expẽctans si fortassis pronepos á maiorum iniquitate declinãs virtutes operetur, quibus totius familiæ lues abluatur, quod si eandẽ, quã maiores sui iniquitatem commiserit pronepos, tunc non pro maioribas suis, sed pro se ipso

pęnas

Marginalia (left): Ficte Deus puniendo minatur, punit. — Genes. 3 — Strabo. — Leuitici 14. — Theod. — Exod 20.

Marginalia (right): Exod. 24 — Conciliantur, & exponuntur hæc loca. — Dei misericordia in supplicijs inferendis pro crastinandis nos.

pœnas iã luere decernit Deus, & certe æquissime, quippequia antiquum parentũ scelus Deo vindictam remorante, non effugit. *Visitans*, inquit Theodoretus, *iniquitatem patrum in filios non vlciscens, idest perscrutans vtrum filius in patris iniquitate perseueret, & quamquam vnusquisque improbe agat, non statim vlciscitur, sed ad quintum vsq; pronepotem sustinens expectat, an resipiscat.* Quod si nec filius nouum ad soluẽdum vectigal virtutis acquirit, ad suum tantum, & non ad patris debitum soluendum tenebitur, nam filius non portabit iniquitatem patris. O tarda Dei nostri ad vlciscendum propẽsio, ó begnina seueritas. Nouit, & admiratus est idem Theodor. in expositione eiusdem loci, dicens: *Ego potius opinor eas minas Dei erga homines amoris magnam significationem facere, est enim hoc perinde, ac si dicat. Sustineo me à plectẽdo peccantes patres, atque à puniendo filios delinquentes, si porro tamen nepotes, ac pronepotes pergant maioru suorum improbitatem immitari, sumo tadẽ suppliciũ.* Ita hæc loca cõciliat, & exponit D. Thom. 2. 2. quæst. 108. art. 4. ad 1.

Theodor.

Idẽ ibid.

D.Tho.

Quod vero cũ punit inuitus puniat testificantur quã plurima alia Sacræ Scripturæ loca, tam veteris, quam noui testamenti, & præ ertim locus ille Psalmi 29. *Quoniã ira in indignatione eius, & vita in volunta. te eius.* Quasi si de eo proteste tur Dauid, quod in primo tantum suæ indignationis instanti irascatur, & ad puniendum incitetur: sed quod vitam tribuat, & beneficia conferat id ex mera, & intima eius voluntate promanet quam expositioné probat Hieronymus dũ sic locum vertit. *Ad momentum ira eius.* Quod ad hue luculentius Paraphrasis Caldea confirmat, quæ sic legit. *Vna hora indignatio eius, mallet non indignari, vita æterna bona voluntas eius.* Vnde de eodem Domino, de quo in Apocalypsi legimus quod gestet gladium in ore, in Canticis perhibetur quod habeat *Manus tornatiles plenas hyacinthis*, velvt Hebræi transferunt *manus eius orbes aurei*, vt ostendat Scriptura quod quẽ admodũ gladium impropriè gestat in ore, ita impropriè, & comminatoriè tantum de supplicio agat, at veró cum de beneficijs agendis res est, manus habet rotundas, & plenas auro, omnique lapide pretioso, vt appareat illum nõ ficte, sed veré beneficia, & munera cõferre consuescere: in promptu enim ad exequendum est mu.

Psal. 29.

Hieron.

Cal. Paraphras.

Dei valũ tas, & gaudium est vitam. æternam donare.

Apoc. 1. Cant. 5.

Impropriè gestat lẽs instrumenta vindictæ propriè autem munificentia.

nus. quod iam in manu est: tã igitur proprié ad munera exequenda paratur dum in manu munera habet, quam in proprie ad puniẽdum accingitur eum gladium gestat in ore. Ficte igitur Deus punit, siue ad puniendum accedit, quia inuitus, & non ex corde punit: sicut inuitus quis illas actiones exercet, quę eius conditioni, & naturæ quodãmodo repugnant, ab eiusque animo, & voluntate sunt penitus alienæ, quod de Deo in supplicijs inferendis testatur Esaias cap. 28. dicens. *Vt faciat opus suum, alienũ opus eius: vt operaretur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo*, id est. Si aliquãdo punit, suppliciumquè infert, id adeo certe inuitus facit, atq; si aliquid exerceret, quod eius voluntati maxime repugnaret, á suaqué benigna natura alienum omnino esset, & peregrinum: quem Esaiæ locum in hunc sensum esse accipiendum docet Glos. Ordinaria, dum sic per interrogationem legit. *Irascetur vt faciat opus suum?* Quasi dicat minime, nam irasci, & punire est quodammodo extra eius naturam, & ab eo peregrinũ, & alienum, illique impropriũ, vt late probat D. Bernardus serm. 5. de Christi natiuitate dicens. *Quod Deus noster miseretur proprium illi est, ex se enim sumit materiam, & vel vt quodam seminarium miserendi yam quod iudicat, & comdemnat nos eum quodammodo cogimus. Vt lõge aliter de corde ipsius miseratio quam animaduersio procedere videatur ipsum audi dicentem Ezechielis cap. 18. Numquid voluntatis meæ est mors impij, & non magis vt conuertatur, & viuat?*

Esaiæ.28

Supplici inferre peregrinum op[us] a Deo

Glos. lib

Bernard.

In Deo quoddam miserãdi seminarium.

Nos eum ad puniẽdum incitamus.

Ezech. 18

Hanc Dei nostri inuitã ad puniendum voluntatem, multa ante tempora rei euentus confirmauit, dum Genes. 3. primos parẽtes nostros puniri diuina iustitia postulabat, de illo namque ait Scriptura quod deambularet ad auram post meridiem antequam suplicij proferret sententiam, vt sic mitesceret diuinæ iustitiæ ardor, & minus acerbe se se in homine puniendo haberet, vt Abulens. ad eundem locum obseruat dicens. *Qui ad auram ambulat, à calore refrigerari vult: sic Deus per peccatum hominis, calore iracundiæ incanduerat, ideo refrigerari volebat.* Neque minus subtiliter Philosophatur idem author circa eandem Dei ad auram deambulationẽ, eiusq; tardam ad puniendum voluntatem, dum ait. Ideo Dominũ ad auram, vel contra aurã deambulare, vt tardius ad puniẽdum accederet, sumpta meta-

Genes. 3

Cur Dominus ante quã primos parẽtes pleceret, ad aurã deambulauerit

Abulẽsis

phora

Idẽ ibid.

Altera ratio ob quã Dominus ad auram d e ambulauerit.

phora ab his, qui contra ventum nauigãt, & retardantur in cursu. *Dicitur Deus*, ait Abulens. *ambulare ad auram, idest contra auram, quia qui cõtra vẽtum ambulat tardus mouetur: sic Deus ad puniendum peccatum primorum parentum tardus veniebat, quia Deo misereri proprium semper, & parcere.*

Hanc etiam Dei nostri in puniendo procrastinationem infert Ambrosius, ex modo, quem habuit in mundo aquarum diluuio plectendo propter abominanda scelera, non enim satis habuit homines prius arcæ fabricatione per lõgum tempus admonere, atque á scelerum perpetratione ictibus maleorum auocare, sed & postquam iam omnia cõsummata sunt, neque á sceleribus desistũt, receptis in eadem arca saluandis per septem dierũ spatium sustinuit aquas, quasi qui adhuc expectabat si homines dilluuij timore perterriti resipiscerent, & á vitijs abstinẽdo misericordiam postularẽt, vt libr. de Noe, & arca, obseruauit Ambros. dicens. *Spatiũ dedit ad pænitentiam Dominus, magis volens ignoscere, quam punire.* Adhuc longiorem in supplicio inferendo moram inuenit Chrisost. homil. 24. in Genes. dum ibi obseruat Deũ non

Genes. 7

Ambros

A statim post septem hos dies subito vniuersum orbem aquis immergere, sed per quadraginta dierum spatiũ, vt adhuc supplicium retardare videretur: *Quid*, inquit, *non erat ei possibile, vt vno die totam pluuiam induceret? Quid inquam, vno die? Vno momento posset, sed hoc data opera facit volens simul timorem incutere, & occasionem præstare, qua possent pænam, quæ iam in foribus esset, effugere.*

Chrisost

B Ad hoc quod prosequimur argumentum confirmandum de inuita Dei ad puniendum voluntate mirabilis est locus in lib. visionum Euangelistæ Ioan. cap. 3. vbi Dominus per

C Angelum Laodiceæ Ecclesiæ scribens Episcopo, illumque de frigida in operãdo, siue credendo charitate arguens, supplicique cõminatione deterrens sic ait. *Quia nec frigidus, nec calidus es, sed tepidus incipiã te euomere de ore meo*: in quo certe loquẽdi modo semel ac iterum Christus Dominus inuitum se punire demonstrat. Nã

Apoc. 3

D ad Episcopum á sua gratia, & á se repellendum ab ipsius tepeditate impelli testatur, quæquidem tepeditas solet prouocare stomacum ad vomitũ: ex se enim, & ex sua natura nõ habet stomachus quod cibum euomat, immo ex eadem na-

tura

Quẽadmodũ stomachus inuitus euomit nutrimentum ita Deus à se inuitus nos expellit.

tura sua habet, quod retinẽdo cõseruet, & cõseruãdo retineat inuitus autẽ, & præter suã naturam á cibi tepediate commotus, & impulsus cibũ euomit, forasque proijcit: vnde dũ medici ad vomitum illũ prouocare volũt, tepidam aquam bibendam decernũt. Metaphoricè igitur loquens Christus Dominus, & ad hanc naturalẽ stomachi retinendi vim, euomendique repugnãtiam alludens EpiscopoLaodiceæ dicit, se inuitum, & ab ipsius in credendo tepeditate promotum, & impulsum illum á sua gratia repellere, supplicijsque afficere: ex propria enim natura misericordique indole habere quod omnes ad se alliciat, se eum retineat, & conseruet: vt in expositione istius loci aduertit noster Rupertus, hãc Christi ad Episcopum comminationem exponens dicensque. *Incipiam te ergo euomere ex ore meo, propter teporem elationis, videlicet ad modum aquæ tepidæ, quæ propter saporem nauseante bibentis stomacho non valet contineri.*

Rup.

Quia Deus inuitus punit, ideo desinde punit.

Neque se minus ad puniendum inuitũ demonstrat Christus Dominus dum ait. *Incipiã te euomere*, & non dicit. Statim *euomam*, quia id quod inuiti facimus non diligenter, & cum executione statim facimus, sed desinde, & paulatim quomodo se Dominus in puniendo agere demonstrat dũ ait. *Incipiam te euomere*, idest, non executiue te statim á me repellam, meaque gratia orbabor, sed paulatim te eijcere incipiã, quia neminem Deus plane in hac vita euomit: neminem ita deserit, vt necessarijs ad salutẽ destituat auxilijs, vt Ricardus de Sancto Victore ad hunc locũ Apocalypsis obseruat dicens. *Quia qui per teporẽ resoluitur, non subito à gratia deseritur, vt statim in mala præcipitetur, sed primum minima, deinde maiora contemnens gradatim à summis descendit, atque ad ima ruit, ideo Christus non statim repellit, nec statim euomit, sed paulatim incipit euomere, & quasi qui adhuc expectat, vt ad vomitum non impellatur.*

Deus in hac vita neminem omnino a se depellit.

Ricard. de S. Vict.

Hanc inuitam, & quasi á Christo Domino alienam puniendi volũtatem optime probat locus quidam libri Genesis cap. 18. vbi narratur venisse in meridie ad Abraham Angelos tres, vt ei læta nuntiarẽt, filiumque promitterẽt, ex quo totius mundi saluator esset secundum carnem emanaturus: & statim cap. 19. enarratur quod profecti in domũ Loth, vt Sodomæ supplicium nuntiarent duo tantum angeli appa-

Gene. 18

Gene. 19

ruerint

In beneficijs in homines cõferendis irasceré se Deus exhibere cõgaudet, in supplicijs vero inferendis, ab esse demõstrat,

ruerint: quid igitur est quod cum intrant in domum Abrahæ, & filium promittunt tres sunt, cum autem intrant in domum Loth ad puniendnm Sodomam duo tantum apparẽt, nisi quia tertius ille Angelus Christi figuram gerebat, qui ad benefaciendũ Abrahæ præsto est, at vero ad puniendum Sodomã præsens non est quia punire quasi ab eo alienũ est: quod verbis mirificis inculcat D. Ambrosius lib. de Abrahã cap.6. dicens. *Venere duo Angeli ad vesperam Sodomis, tres autem in domum Abrahæ, quia vbi gratia elargienda est Christus adest, vbi exercenda seueritas solũ adsunt ministri, deest Iesus: ille enim Angelus, qui erat in medio, Christum adumbrabat, qui in domo Abrahæ adest cum filius ei promittitur.*

Ambr.

ANNOTATIO

LI.

Circa eadem verba contextus.

Hora eius.

Ostenditur quam sit Deus ad miserendum pronus.

Peracute certe, ex iniqua Iudæorum intẽtione, qua mulierem in adulterio deprehẽsam ipsi ad Christum adduxerunt tẽtantes eũ, vt cap. 8. refert Ioan., infert August. tractatu 33. in eundem Ioan. Christi seruatoris nostri viscera ad misericordiam, & clementiam admodum propẽsa, ideo enim mulierem supplicio mortis dignam Christo apponebant, quia adeo ad parcendum cognoscebant propẽsum, vt certo scirent nullo se modo cohiberi, quin parceret, tentabatur enim, seu maxime inuitabatur ad miserendum Christus, quoties miserandi occasio aduentabat, quemadmodum qui ad aliquam proprietatem propensius inclinatur, cum ad illius exercitium prouocatur, tentari dicitur. *Quid est,* inquit August. *tentantes eũ Vt intelligamus fratres admirabilem mansuetudinem in Domino fuisse, animaduerterunt eum nimium esse mitem, nimium esse mansuetum, dicebant ergo. Offeramus ei mulierem in adulterio deprehensam, si eam iusserit lapidare mansuetudinem non habebit, si eam demitti censuerit iustitiam non habebit, vt autem mansuetudinem non perdat, sine dubio eam demitti debere dicturus est,* hæc

Ioan. 8.

Tentabatur Christus quoties occasio miserẽdi se se offerebat.

August.

August. Ex quibus patet quã-tum fuerit Christus ad misericordiam propensus, siquidem tẽtari dicebatur, quoties parcẽdi, seu miserãdi se se occasio offerebat. Vnde non incõgnue Philo Iudeus in libr. *Quod Deus sit immutabilis*, sic ait, *Antiquior apud eũ est misericordia, quam iustitia.*

Philo. *antiquior apud Deũ misericordia quam iustitia.*

Optime certe Diuus Chrisost. hanc Dei ad commiserandum propensionem eruit ex illis Genes. verbis cap. 8. *Nequaquam vltra maledicã terræ propter homines, sensus enim, & cogitatio humani cordis in malũ prona sũt ab adolescẽtia sua.* O rara, inquit Chrisostom. *misericordiæ spes, in rationem misericordiæ assumitur, quod poterat esse occasio exercendæ iustitiæ.* Adeo certe propensa ad misericordiam sunt Dei viscera, vt etiam ab illis rebus, quę ad iustititiam, & ad supplicium impellunt, ad commiserendum prouocentur.

Genes. 8

Adeo propesa sunt ad misericordiam Dei viscera vt etiã ab illisque ad iustitiã pronocãt. ad clemẽtiam prouocentur

Adeo ad misericordiam pronum, post nostræ carnis præcipue assumptionem Deũ Bernardus considerat serm. 5. de Natiuitate, vt illum non tã-tum misericordem, sed ipsissimam misericordiam reputandum, & appellandũ esse sentiat, quod ex Psalmistæ verbis acutissimé eruit, quibus idem Psalmista Christi in templo p ræse ntationem Psal. 47. prophetauit dicẽs. *Suscepimus Deus misericordiam tuã in medio tẽpli tui*, vbi Regius vates non Deum misericordem, sed ipsã misericordiam Dei, verbũ Incarnatum appellat, & nominat. *Suscepimus*, inquit Bernardus, *Deus misericordiam tuam in medio templi tui, siquidem ipse est, de quo legimus. Misericordia Domini ab æterno, & quia coæternus est Patri filius, ideo non tam misericors, quam ipsa coæterna misericordia.* Quod itidẽ ex Pauli verbis idem Bernardus confirmat 2. Corinthiorum cap. 1. *Benedictus Deus, & Pater Domini Nostri IESV Christi Pater misericordiarum*: Circa quæ verba obseruat Christum Dominum multarum misericordiarum pelagus, & aggregationem esse dum ait. *In eo autẽ quod Deus Pater misericordiarũ dicitur, quis non videt velut proprio nomine filium designari?* & optime quidem aduertit Bernardus; nam si vnicum tãtũ filium æternus pater habet, & misericordiarum pater est; eius proculdubio filius pelagus misericordiarum est.

Bernard *Deus non solum misericors, sed ipsamet misericordia.*

Psal. 47

Psal. 100

Bernard

Deus misericordiarum pelagus.

De filio idem est atque misericordia

Hîc tamen tacitamẽte prętereundũ non duximus, quod Paulus loco citato Deum aliquo sibi peculiari nomine nõ

designauerit

Cur Paulus Deum aliquo suo peculiari nomine non nominat, sed solum patrē misericordiarū appellat Paulus ibidē.

designauerit, cum reuera peculiaria nomina habeat, peculiaribusq; nominibus in Sacra Scriptura appelletur, *Ieouah*, nempe, & *Sabaoth*, sed á misericordijs, eius notitiam inculcet dicens. *Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis*. Apponamus igitur prius circa hāc dubitationē Bernardi mētem quam loco superius allegato ponit, vt postea ex propropria aliquid depromamus. *Recte certe non pater judiciorum* (ait) *vel vltionum dicitur, sed pater misericordiarum, non modo, quod pater videatur misereri potius, quam indignari: sed eo magis quod miserendi causam, & originem summat ex proprio: judicandi, vel vlciscendi magis ex nostro.* In hunc fere sensum venit id, quod circa eandem dubitationem pensamus: quod similitudine quadam exponemus. Quem admodum igitur qui in aliqua ciuitate in aliquibus artefactis cōficiendis vnicus est non à proprio nomine, sed ab ipsis artefactis appellatur, & cognoscitur: ita & nostro intelligendi modo Deus non á nominibus proprijs vult apud Paulum innotesci, sed a misericordijs, in quibus conficiendis vnicus artifex est; vnde idem est dicere, *Pater misericordiarum*, atque Deum nomina-

Quēadmodum vnicus artifex de nomine turabarte factis ita Deº á misericordiis exercendis, in quo vnicº est.

A re; nemo enim qui Deus non est, propriè misericordiarum Pater, & artifex est: ipse enim solus est adeo solers misericordiarum artifex, vt nunquam manum leuet ab opere, idest, nunquam á misericordijs faciendis, & conferendis quiescat, vt Psalmo 76. de illo attestatur Regius vates cum ait. B *Nūquid misericordiam suam abscindet à generatione in generationē? aut continebit in ira sua misericordias suas? aut obliuiscetur misereri Deus.* Vnde in expositione Psalm. 88. optime de Deo protestatur Hieronymus quod semper misericordiam adificet, & nunquam destruat dicens. C *Semper Domine miseratio tua sublimatur, & nunquam destruitur.* Et quamquam abæterno misericordias exercuit, & nunquam ab earum exercitio se abstinuit, in nouissimis tamen tēporibus excellentiores adhuc misericordias cæpit efficere, vnde eodem Psalmo Regius vates profitetur se inæter D num easdem misericordias laudaturum á generatione in generationem, idest, nō illam solam misericordiam, quam cōtulit in peccatores, dum filium in mūdum mittere destinauit, verū etiā, & excellentissimam illam misericordiam, qua vsus est, dum eundem filiū Christū

Nūquam Deus manum leuat á misericordijs exercēdis

Psal. 76

Hieron.

Deus cōtinuus misericordiæ ædificator

Excellentiores Dei post incarnationem misericordiæ.

Qua sint ouę misericordię, ua in cęlis ædificātur.

seruatorem in mortem tradidit: & illas nouissimas misericordias, quas denuó in cælis ædificare disposuit, idest, in Sanctis Apostolis, quibus mediantibus gentium cæcitatem tetramque errorum caliginē expellere dignatus est: ob has enim misericordias posteriores, illi præcipuè laudes, & gratias se rependere ait Psalmista cùm dicit. *Misericordia ædificabitur in cælis:* vt in expositione eiusdem Psalmi aduertit Incognitus dicens: *Nota quod per cælos intelliguntur omnes justi, & principaliter ipsi primi fundatores Ecclesiæ, scilicet, prædicatores Apostoli, per quos Deus fidem per vniuersum orbem prædicauit: in quibus ostensa fuit primo nouissimis temporibus Christi misericordia: quia ipsi primo electi, mera Dei gratia sunt, & in ipsis primo per Christum præparata fuit misericordia, & veritas.*

Incogn.

Quod si hæc eximia benefaciendi, & commiserandi propensio Christo (quatenus Deus est) conuenit abæterno, illique intrinseca est, quia misericordiarum Patris filius est: iure certe ei competit in tempore quatenus homo est, quia misericordiarum frater est, cum illius Virginis filius sit, quæ misericordiarum mater est (*He Christo por seu pay, & por sua māy nmão da misericordia*) á cujus Virginis pijssimis visceribus simul cum lacte suxit, vt benefaciat, misereatur, & parcat.

Esse misericordem cōpetit Christo quatinus Deus, & quatenus homo est.

His igitur ita præhabitis de Christi inuito ad puniendum animo, & ad benefaciendum procliui; iam occasio postulat, vt causam reddamus, cur totum passionis tempus ab eo hora breuissima reputetur: at vero judicij, & vltionis momentum dies magna nominetur, quia scilicet illud, quod inuiti facimus longum nimis judicamus, & illud, quod voluntarium est, nunquā diuturnum nobis videtur, etiā si longum sit: punit Christus inuitus, ideo punitionis instans longum reputat diem: sponte, & ex voluntate redimit, ideo redemptionis tempus breuissimā horam cōputat.

Soluitur quæstio superius proposita Cur, scilicet vocetur dies judicij dies magna, & tēpus passionis Christi breuis hora.

Id quod voluntarium est nunquam diuturnū videtur.

ANNO.

ANNOTATIO LII.

Circa eadem verba contextus.

Hora eius.

Quod intensus Christi in nos amor eius passionis tempus epylogauerit, ad breuissimamque horam redegerit.

ADeò extenduntur hujus horæ mysteria vt finē nesciant; neque mirū est, cū in ea vltra terminos, & fines suos amor operando extendi videatur. Vt igitur tantæ, tāq; extensæ horæ finem assignemus, necessariū est, vt ad principiū reuertamur: sed ad qualenam principium? ad illud, iuquam, in quo amor diuinus in hominum vtilitatem cæpit operari. *In principio* (inquit Scriptura Gen. 1. *Creauit Deus Cælum, & terram:* In principio *dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux, & fuit vesperè, & manè dies vnus.* In principio *dixit Deus: Sit firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, & fecit Deus firmamentum, & factum est vespere, & mane dies secundus.* Sicq; in instāti, in quo dixit statim facta sūt omnia, in quorum fabricatione cum sola verba expenderit, ex ista tamen creandi actione fatigatū Deum Scriptura demonstrat dum cap. 2. eiusdem libri illū die 7. requieuisse testatur dicens. *Compleuitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat, & requieuit die septimo ab vniuerso opere, quod patrauerat.* Ex quo Scripturæ loco duo discutienda exurgunt. Primum quomodo se fatigatum ostendat, qui verbo tantum laborabat? ipse enim dixit, & facta sūt omnia. Secundum quomodo breuissima instantia, in quibus omnia formabātur septenus dies appellauerit Scriptura? In instanti enim in quo Dominus impe rabat, fiebat vnumquodq; eorum, quæ facta sunt. Nōne tūc Deus hominū amore laborabat? laborabat certe, & per quā maxime: aliter enim non diceret. *In charitate perpetua dilexi te.* Nonne omnia propter hominem operabatur? maxime quidem, aliter enim non adduceret omnia ad hominem, vt illis nomen imponeret omnibusq; dominaretur. Cūr igitur hominū amor, qui in Dei pectore existebat laborē nō leuat? Cur fatigationem non arcet?

Gene. 1. — Psal. 148. — Genes. 2 — *Cur inope re creationis Deū defessum Scriptura inducat.* — *Cur breuissima instantia in quibus Deus creauit vnum quodque longū septenum dicatur.* — Hier. 31. — Gene. 31

puniendi ficta habet instrumẽta fictè se, & nón ex animo punire demonstrat.

Ficte punit, qui dum homine reũ se punire velle ostẽdit terram percutit dicens. *Maledicta terra in opere tuo*, vt ad hunc locum Strabo obseruat dicens: *Terra maledicitur non Adam, vt cuncti propter quos hæc scripta sunt terreãtur*. Ficte punit, qui peccantibus hominibus parietes lepra percutit. *Dabo etiam*, inquit, *tactum lepræ in domibus terræ, quam possessuri estis*. Circa quæ verba sic ait Theodor. quæst. 18. *Ex his docet plagas esse à Deo missas interdum in vestimenta, interdum in domus, quæ quidem inenarrabilem Dei beneuolentiam demonstrant: dum enim peccarent homines, vestimentis, aut domicilijs plagas infligebat*.

Ad hanc Dei nostri begninissimam ad commiserẽdum potius, quã ad puniẽdum propensionem inculcandam aureus certe locus est Exodi in cap. 20. qui ita habet: *Ego sum Dominus Deus tuus visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me*, si præsertim locus ille cum altero eiusdem libri Exodi cap. 24. conferatur, in quo Dominus filium patris iniquitatẽ minime portaturũ policetur, dicens: *Filius non portabit iniquitatem patris*. Quo enim maiorem repugnantiam, & cõtrarietatem loca ista inter se se in voluere videntur, eo ampliorem diuinæ misericordiæ pietatis, & clementiæ laudum segetem luculentioréque materiam suppeditant, non enim in illis sibi Deus contradicit, sed vtrobiq; se ad puniendum minime procliuem ostendit, nam in primo loco in vindicta de nostris iniquitatibus sumenda adeo remisse sibi agendum esse policetur, vt ad quintam vsque generationẽ vindictam pro crastinare affirmet, ad instar humanissimi cuiusdam creditoris, qui debitæ sibi pecuniæ solutionem vsque ad pronepotes differt, vtpote quia expectat verum ad pinguiorem fortunam deueniãt, quã patres, qui contraxerunt, vt tunc debitum facilius soluatur: fert igitur Deus iniquitatẽ patris, & non punit, fert athaui, & nõ punit, fert pro athaui, & nõ punit expectans si fortassis pronepos á maiorum iniquitate declinãs virtutes operetur, quibus totius familiæ lues abluatur, quod si eandẽ, quã maiores sui iniquitatem commiserit pronepos, tunc non pro maioribas suis, sed pro se ipso

pęnas

Margin notes: De Deo ... (fict)e punit. — Genes. 3. — Strabo. — Leuitici — Theod. — Exod 20. — Exod. 24 — Consiliantur, & exponuntur hæc loca. — Dei ... in ... dus pro crastinare dicitur.

pœnas iā lucre decernit Deus, & certe æquissime, quippequia antiquum parentū scelus Deo vindictam remorante, non effugit. *Visitans*, inquit Theodoretus, *iniquitatem patrum in filios non vlciscens, idest perscrutans vtrum filius in patris iniquitate perseueret, & quamquam vnusquisque improbe agat, non statim vlciscitur, sed ad quintum vsq; pronepotem sustinens expectat, an resipiscat*. Quod si nec filius nouum ad soluēdum vectigal virtutis acquirit, ad suum tantum, & non ad patris debitum soluendum tenebitur, nam filius non portabit iniquitatem patris. O tarda Dei nostri ad vlciscendum propēsio, ó begnina seueritas. Nouit, & admiratus est idem Theodor. in expositione eiusdem loci, dicens: *Ego potius opinor eas minas Dei erga homines amoris magnam significationem facere, est enim hoc perinde, ac si dicat. Sustineo me à plectendo peccantes patres, atque à puniendo filios delinquentes, si porro tamen nepotes, ac pronepotes pergant maiorū suorum improbitatem immitari, sumo tadē suppliciū*. Ita hæc loca cōciliat, & exponit D. Thom. 2. 2. quæst. 108. art. 4. ad 1.

Theodor.

Idē ibid.

D. Tho.

Quod vero cū punit inuitus puniat testificantur quā plurima alia Sacræ Scripturæ loca, tam veteris, quam noui testamenti, & præ ceteris locus ille Psalmi. 29. *Quoniā ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius*. Quasi si de eo protestetur Dauid, quod in primo tantum suæ indignationis instanti irascatur, & ad puniendum incitetur: sed quod vitam tribuat, & beneficia conferat id ex mera, & intima eius voluntate promanet quam expositionē probat Hieronymus dū sic locum vertit. *Ad momentum ira eius*. Quod ad huc luculentius Paraphrasis Caldea confirmat, quæ sic legit. *Vna hora indignatio eius, mallet non indignari, vita æterna bona voluntas eius*. Vnde de eodem Domino, de quo in Apocalypsi legimus quod gestet gladium in ore, in Canticis perhibetur quod habeat *Manus tornatiles plenas hyacinthis*, vel vt Hebræi transferunt *manus eius orbes aurei*, vt ostendat Scriptura quod quēadmodū gladium impropriè gestat in ore, ita impropriè, & comminatoriè tantum de supplicio agat, at veró cum de beneficijs agendis res est, manus habet rotundas, & plenas auro, omnique lapide pretioso, vt appareat illum nō ficte, sed veré beneficia, & munera cōferre consuescere: in promptu enim ad exequendum est mu-

Psal. 29.

Hieron.

Cal. Paraphras.

Dei vali tas, & gaudium est vitam æternam donare.

Apoc. 1. Cant. 5.

Impropriè vestat ... instrumenta vindictæ proprie autem munificentia.

nus. quod iam in manu est: tã igitur proprié ad munera exequenda paratur dum in manu munera habet, quam in proprie ad puniẽdum accingitur cum gladium gestat in ore. Fi ẽte igitur Deus punit, siue ad puniendum accedit, quia inuitus, & non ex corde punit: sicut inuitus quis illas actiones exercet, quę eius conditioni, & naturæ quodãmodo repugnant, ab eiusque animo, & voluntate sunt penitus alienæ, quod de Deo in supplicijs inferendis testatur Esaias cap. 28. dicens. *Vt faciat opus suum, alienũ opus eius: vt operaretur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo*, id est. Si aliquãdo punit, supplicium que infert, id adeo certe inuitus facit, atq; si aliquid exerceret, quod eius voluntati maxime repugnaret, á suaqué benigna natura alienum omnino esset, & peregrinum: quem Esaiæ locum in hunc sensum esse accipiendum docet Glos. Ordinaria, dum sic per interrogationem legit. *Irascetur vt faciat opus suum?* Quasi dicat minime, nam irasci, & punire est quodammodo extra eius naturam, & ab eo peregrinũ, & alienum, illique impropriũ, vt late probat D. Bernardus serm. 5. de Christi natiuitate dicens. *Quod Deus noster misere-*

Esaiæ 28

Supplicium peregrinum à Deo

Esai. lib

Bernard.

A

B

C

D

tur proprium illi est, ex se enim sumit materiam, & vel vt quodam seminarium miserendi nam quod iudicat, & comdemnat nos eum quodammodo cogimus. Vt lõge aliter de corde ipsius miseratio quam animaduersio procedere videatur ipsum audi dicentem Ezechielis cap. 18. Numquid voluntatis meæ est mors impij, & non magis vt conuertatur, & viuat?

Hanc Dei nostri inuitã ad puniendum voluntatem, multa ante tempora rei euentus confirmauit, dum Genes. 3. primos parẽtes nostros puniri diuina iustitia postulabat, de illo namque ait Scriptura quod deambularet ad auram post meridiem antequam suplicij proferret sententiam, vt sic mitesceret diuinæ iustitiæ ardor, & minus acerbe se se in homine puniendo haberet, vt Abulens. ad eundem locum obseruat dicens. *Qui ad auram ambulat, à calore refrigerari vult: sic Deus per peccatum hominis, calore iracundiæ incanduerat, ideo refrigerari volebat.* Neque minus subtiliter Philosophatur idem author circa eandem Dei ad auram de ambulationẽ, eiusq; tardam ad puniendum voluntatem, dum ait. Ideo Dominũ ad auram, vel contra aurã de ambulare, vt tardius ad puniẽdum accederet, sumpta meta-

In Deo quoddam miserãdi seminariũ.

Nos eum ad puniẽdum incitamus.

Ezech. 18

Genes. 3.

Cur Deminus ante quã primos parẽtes pleceret, ad aurã de ambularet.

Abulẽsis

phora ab his, qui contra ventum nauigãt, & retardantur in cursu. *Dicitur Deus*, ait Abulens. *ambulare ad auram, idest contra auram, quia qui cõtra vẽtum ambulat tardus mouetur: sic Deus ad puniendum peccatum primorum parentum tardus veniebat, quia Deo misereri proprium semper, & parcere.*

Idẽ ibid.

Altera ratio ob quã Dominus ad auram de ambulauerit.

Hanc etiam Dei nostri in puniendo procrastinationem infert Ambrosius, ex modo, quem habuit in mundo aquarum diluuio plectendo propter abominanda scelera, non enim satis habuit homines prius arcæ fabricatione per lõgum tempus admonere, atque á scelerum perpetratione ictibus maleorum auocare, sed & postquam iam omnia cõsummata sunt, neque á sceleribus desistũt, receptis in eadem arca saluandis per septem dierũ spatium sustinuit aquas, quasi qui adhuc expectabat si homines dilluuij timore perterriti resipiscerent, & á vitijs abstinẽdo misericordiam postularẽt, vt libr. de Noe, & arca, obseruauit Ambros. dicens. *Spatiũ dedit ad pænitentiam Dominus, magis volens ignoscere, quam punire.* Adhuc longiorem in supplicio inferendo moram inuenit Chrisost. homil. 24. in Genes. dum ibi obseruat Deũ non statim post septem hos dies subito vniuersum orbem aquis immergere, sed per quadraginta dierum spatiũ, vt adhuc supplicium retardare videretur: *Quid*, inquit, *non erat ei possibile, vt vno die totam pluuiam induceret? Quid inquam, vno die? Vno momento posset, sed hoc data opera facit volens simul timorem incutere, & occasionem præstare, qua possent pænam, quæ iam in foribus eßet, effugere.*

Genes. 7

Ambros

Chrisos

Ad hoc quod prosequimur argumentum confirmandum de inuita Dei ad puniendum voluntate mirabilis est locus in lib. visionum Euangelistæ Ioan. cap. 3. vbi Dominus per Angelum Laodiceæ Ecclesiæ scribens Episcopo, illumque de frigida in operãdo, siue credendo charitate arguens, supplic:jque cõminatione deterrens sic ait. *Quia nec frigidus, nec calidus es, sed tepidus incipiã te euomere de ore meo*: in quo certe loquẽdi modo semel ac iterum Christus Dominus inuitum se punire demonstrat. Nã ad Episcopum á sua gratia, & á se repellendum ab ipsius tepeditate impelli testatur, quæquidem tepeditas solet prouocare stomacum ad vomitũ: ex se enim, & ex sua natura nõ habet stomachus quod cibum euomat, immo ex eadem na-

Apoc. 3

Quēadmodū stomachus inuitꝰ euomit nutrimentum ita Deus á se inuitus nos expellit.

tura sua habet, quod retinēdo cōferuet, & cōseruādo retineat inuitus autē, & præter suā naturam á cibi tepeditate commotus, & impulsus cibū euomit, forasque proijcit: vnde dū medici ad vomitum illū prouocare volūt, tepidam aquam bibendam decernūt. Metaphoricè igitur loquens Christus Dominus, & ad hanc naturalē stomachi retinendi vim, euomendique repugnātiam alludens Episcopo Laodiceæ dicit, se inuitum, & ab ipsius in credendo tepeditate promotum, & impulsum illum á sua gratia repellere, supplicijsque afficere: ex propria enim natura misericordique indole habere quod omnes ad se alliciat, se cum retineat, & conseruet: vt in expositione istius loci aduertit noster Rupertus, hác Christi ad Episcopum comminationem exponens dicensque. *Incipiam te ergo euomere ex ore meo, propter teporem elationis, videlicet ad modum aquæ tepidæ, quæ propter saporem nauseante bibentis stomacho non valet contineri.*

Rup.

Quia Deꝰ inuitus punit, ideo desidepunit.

Neque se minus ad puniendum inuitū demonstrat Christus Dominus dum ait. *Incipiā te euomere*, & non dicit. Statim *euomam*, quia id quod inuiti facimus non diligenter, & cum executione statim facimus, sed deside, & paulatim quomodo se Dominus in puniendo agere demonstrat dū ait. *Incipiam te euomere*, idest, non executiue te statim á me repellam, meaque gratia orbabor, sed paulatim te eijcere incipiā, quia neminem Deus plane in hac vita euomit: neminem ita deserit, vt necessarijs ad salutē destituat auxilijs, vt Ricardus de Sancto Victore ad hunc locū Apocalypsis obseruat dicens. *Quia qui per teporē resoluitur, non subito à gratia deseritur, vt statim in mala præcipitetur, sed primum minima, deinde maiora contemnens gradatim à summis descendit, atque ad ima ruit, ideo Christus non statim repellit, nec statim euomit, sed paulatim incipit euomere, & quasi qui adhuc expectat, vt ad vomitum non impellatur.*

Deus in hac vita neminem omnino a se depellit

Ricard. de S. Vict.

Hanc inuitam, & quasi á Christo Domino alienam puniendi volūtatem optime probat locus quidam libri Genesis cap. 18. vbi narratur venisse in meridie ad Abraham Angelos tres, vt ei læta nuntiarēt, filiumque promitterēt, ex quo totius mundi saluator esset secundum carnem emanaturus: & statim cap. 19. enarratur quod profecti in domū Loth, vt Sodomæ supplicium nuntiarent duo tantum angeli appa-

Gene. 18

Gene. 19

ruerint

In beneficijs in homines cōferendis præsētē se Deus exhibere cōgaudet, in supplicijs vero inferendis, ab esse demōstrat.

ruerint: quid igitur est quod cum intrant in domum Abrahæ, & filium promittunt tres sunt, cum autem intrant in domum Loth ad puniendnm Sodomam duo tantum apparēt, nisi quia tertius ille Angelus Christi figuram gerebat, qui ad benefaciendū Abrahæ præsto est, at vero ad puniendum Sodomā præsens non est quia punire quasi ab eo alienū est: quod verbis mirificis inculcat D. Ambrosius lib. de Abrahā cap. 6. dicens. *Venere duo Angeli ad vesperam Sodomis, tres autem in domum Abrahæ, quia vbi gratia elargienda est Christus adest, vbi exercenda seueritas solu adsunt ministri, deest Iesus: ille enim Angelus, qui erat in medio, Christum adumbrabat, qui in domo Abrahæ adest cum filius ei promittitur.*

Ambr.

ANNOTATIO LI.

Circa eadem verba contextus.

Hora eius.

Ostenditur quam sit Deus ad miserendum pronus.

PERACVTE certe, ex iniqua Iudæorum intē tione, quā mulierem in adulterio de prehēsam ipsi ad Christum adduxerunt tētantes eū, vt cap. 8. refert Ioan., infert August. tractatu 33. in eundem Ioan. Christi seruatoris nostri viscera ad misericordiam, & clementiam admodum propēsa, ideo enim mulierem supplicio mortis dignam Christo apponebant, quia adeo ad parcendum cognoscebant propēsum, vt certo scirent nullo se modo cohiberi, quin parceret, tentabatur enim, seu maxime inuitabatur ad miserendum Christus, quoties miserandi occasio aduentabat, quemadmodum qui ad aliquam proprietatem propensius inclinatur, cum ad illius exercitium prouocatur, tentari dicitur. *Quid est*, inquit August. *tentantes eū Vt intelligāmus fratres admirabilem mansuetudinem in Domino fuisse, animaduerterunt eum nimium esse mitem, nimium esse mansuetum, dicebant ergo. Offeramus ei mulierem in adulterio deprehensam, si eam iusserit lapidare mansuetudinem non habebit, si eam demitti censuerit iustitiam non habebit, vt autem mansuetudinem non perdat, sine dubio eam demitti debere dicturus est*, hæc

Ioan. 8.

Tentabatur Christus quoties occasio miserēdi se se offerebat.

August.

August.

August. Ex quibus patet quātum fuerit Christus ad misericordiam propensus, siquidem tētari dicebatur, quoties parcēdi, seu miserādi se se occasio offerebat. Vnde non incōgrue Philo Iudeus in libr. *Quod Deus sit immutabilis*, sic ait, *Antiquior apud eū est misericordia, quam iustitia.*

Philo. *antiquior apud Deū misericordia quam iustitia.*

Optime certe Diuus Chrisost. hanc Dei ad commiserandum propensionem eruit ex illis Genes. verbis cap. 8. *Nequaquam vltra maledicā terrae propter homines, sensus enim, & cogitatio humani cordis in malū prona sūt ab adolescētia sua.* O rara, inquit Chrisostom. *misericordiae spes, in rationem misericordiae assumitur, quod poterat esse occasio exercendae iustitiae.* Adeo certe propensa ad misericordiam sunt Dei viscera, vt etiam ab illis rebus, quę ad iustititiam, & ad supplicium impellunt, ad commiserendum prouocentur.

Genes. 8

Adeo propesa sunt ad misericordiam Dei viscera vt etiā ab illis quę ad iustitiā pronocāt. ad clemētiam prouocentur

Adeo ad misericordiam pronum, post nostrae carnis praecipue assumptionem Deū Bernardus considerat serm. 5. de Natiuitate, vt illum non tātum misericordem, sed ipsissimam misericordiam reputandum, & appellandū esse sentiat, quod ex Psalmistae verbis acutissimé eruit, quibus idem Psalmista Christi in templo praesentationem Psal. 47. prophetauit dicēs. *Suscepimus Deus misericordiam tuā in medio tēpli tui*, vbi Regius vates non Deum misericordem, sed ipsā misericordiam Dei, verbū Incarnatum appellat, & nominat. *Suscepimus*, inquit Bernardus, *Deus misericordiam tuam in medio templi tui, siquidem ipse est, de quo legimus. Misericordia Domini ab aeterno, & quia coaeternus est Patri filius, ideo non tam misericors, quam ipsa coaeterna misericordia.* Quod itidē ex Pauli verbis idem Bernardus confirmat 2. Corinthiorum cap. 1. *Benedictus Deus, & Pater Domini Nostri IESV Christi Pater misericordiarum*: Circa quae verba obseruat Christum Dominum multarum misericordiarum pelagus, & aggregationem esse dum ait. *In eo autē quod Deus Pater misericordiarū dicitur, quis non videt velut proprio nomine filium designari?* & optime quidem aduertit Bernardus; nam si vnicum tātū filium aeternus pater habet, & misericordiarum pater est; eius proculdubio filius pelagus misericordiarum est.

Bernard *Deus non solum misericors, sed ipsamet misericordia.*

Psal. 47

Psal.

Bernard

Deus misericordiarum pelagus.

Deus filius idem est atque misericordia

Hic tamen tacitamēte prętereundū non duximus, quod Paulus loco citato Deum aliquo sibi peculiari nomine nō

designauerit

Cur Paulus Deum aliquo suo peculiari nomine non nominat, sed solum patrē misericordiarū appellat Paulus ibidē.

designauerit, cum reuera peculiaria nomina habeat, peculiaribusq; nominibus in Sacra Scriptura appelletur, *Ieouah*, nempe, & *Sabaoth*, sed á miseri cordijs, eius notitiam inculcet dicens. *Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis*. Apponamus igitur prius circa hāc dubitationē Bernardi mētem quam loco superius allegato ponit, vt postca ex propropria aliquid depromamus. *Recte certe non pater judiciorum* (ait) *vel vltionum dicitur, sed pater misericordiarum, non modo, quod pater videatur misereri potius, quam indignari: sed eo magis quod miserendi causam, & originem suminat ex proprio: judicandi, vel vlciscendi magis ex nostro*. In hunc fere sensum venit id, quod circa eandem dubitationem pensamus: quod similitudine quadam exponemus. Quem admodum igitur qui in aliqua ciuitate in aliquibus artefactis cōficiendis vnicus est non à proprio nomine, sed ab ipsis artefactis appellatur, & cognoscitur: ita & nostro intelligendi modo Deus non á nominibus proprijs vult apud Paulum innotesci, sed a misericordijs, in quibus conficiendis vnicus artifex est; vnde idem est dicere, *Pater misericordiarum*, atque Deum nomina-

Quēadmodum vnicus artifex denominatur ab artefactis ita Deº á misericordijs exercendis, in quo vnicº est.

A re; nemo enim qui Deus non est, propriè misericordiarum Pater, & artifex est: ipse enim solus est adeo solers misericordiarum artifex, vt nunquam manum leuet ab opere, idest, nunquam á misericordijs faciendis, & conferendis quiescat, vt Psalmo 76. de illo attestatur Regius vates cum ait. B *Nūquid misericordiam suam abscindet à generatione in generationē? aut continebit in ira sua misericordias suas? aut obliuiscetur misereri Deus*. Vnde in expositione Psalm. 88. optime de Deo protestatur Hieronymus quod semper misericordiam ædificet, & nunquam destruat dicens. C *Semper Domine miseratio tua sublimatur, & nunquam destruitur*. Et quamquam abæterno misericordias exercuit, & nunquam ab earum exercitio se abstinuit, in nouissimis tamen tēporibus excellentiores adhuc misericordias cæpit efficere, vnde eodem Psalmo Re D gius vates profitetur se inæternum easdem misericordias laudaturum á generatione in generationem, idest, nō illam solam misericordiam, quam cōtulit in peccatores, dum filium in mūdum mittere destinauit, verū etiā, & excellentissimam illam misericordiam, qua vsus est, dum eundem filiū Christū

Nūquam Deus manum leuat à misericordijs exercēdis

Psal. 76

Hieron.

Deus cōtinuus misericordiæ ædificator

Excellentiores Dei post incarnationem misericordiæ.

ANNOTATIO LII.

Circa eadem verba contextus.

Hora eius.

Quod intensus Christi in nos amor eius passionis tempus epylogauerit, ad breuissimamque horam redegerit.

Adeò extenduntur hujus horæ mysteria vt finē nesciant; neque mirū est, cū in ea vltra terminos, & fines suos amor operando extendi videatur. Vt igitur tantæ, tāq; extensæ horæ finem assignemus, necessariū est, vt ad principiū reuertamur: sed ad quale nam principium? ad illud, iuquam, in quo amor diuinus in hominum vtilitatem cæpit operari. *In principio* (inquit Scriptura Gen. 1. *Creauit Deus Cælum, & terram:* In principio *dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux, & fuit vespere, & mané dies vnus.* In principio *dixit Deus: Sit firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, & fecit Deus firmamentum, &* A *factum est vespere, & mane dies secundus.* Sicq; in instāti, in quo dixit statim facta sūt omnia, in quorum fabricatione cum sola verba expenderit, ex ista tamen creandi actione fatigatū Deum Scriptura demonstrat dum cap. 2. eiusdem libri illū die 7. requieuisse testatur dicens. B *Compleuitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat, & requieuit die septimo ab vniuerso opere, quod patrauerat.* Ex quo Scripturæ loco duo discutienda exurgunt. Primum quomodo se fatigatum ostendat, qui verbo tantum laborabat? ipse enim dixit, & facta sūt omnia. Secundum quomodo breuissima C instantia, in quibus omnia formabātur septenus dies appellauerit Scriptura? In instanti enim in quo Dominus imperabat, fiebat vnumquodq; eorum, quæ facta sunt. Nōne tūc Deus hominū amore laborabat? laborabat certe, & per quā maxime: aliter enim non diceret. *In charitate perpetua dilexi* D *te.* Nonne omnia propter hominem operabatur? maxime quidem, aliter enim non adduceret omnia ad hominem, vt illis nomen imponeret omnibusq; dominaretur. Cur igitur hominū amor, qui in Dei pectore existebat laborē nō leuat? Cur fatigationem non arcet?

Genes. 1. | Psal. 148. | Genes. 2 | *Cur inopere creationis Deū defessum Scriptura inducat.* | *Cur breuissima instantia in quibus De⁹ creauit vnumquodque longū septenum dicatur.* | Hier. 31. | Gene. 31

cur anxietatem non mitigat? cur non epilogat instantia? cur non abreuiat tẽpora? cur septenum nõ reducit ad horam? Si tunc Deus omnia per amorem operatur, quomodo operãdo laborat, indigetque quiete? Si propter hominem laborat, quomodo tempus quod in opere consumit non breuissimam horam, sed lõgum septenum reputat? Nonne quia passionis tempore amore laborabat septenum (vt ita dicamus, horam breuissimam reputauit? nonne tunc quasi in festiuali baptismo jucundabatur dicens. *Baptismo habeo baptizari.* Non ne, & in creatione, & in redemptione, vnus idemque amor? vnus idemque in diligendo affectus? cur igitur tunc defessus, nunc hilaris, & jucundatus? Cur tunc instantia ad septena producit, nunc autem septena reducit ad horam? præbete ergo sensum, mysterium cognoscite. Quia tunc in principio creauit, nũc autem in fine dilexit: quia tũc amor incipiebat operari, nunc autem operandi exercitio inflammatus intensius operatur (*era amor principiante*) Non quod Dei in nos dilectio eximia, amorque singularis tunc operari inceperit, cum vt ipse Dominus testatur in charitate perpetua nos dilexerit, sed quia tunc in nostrum commodum, & vtilitatem publicè exerceri cæperit. Et in hunc sensum accipiendus est noster Rupertus cum in expositione cap. 13. Ioann. conferens vtrumque Dei amorem sic ait. Loquens de illo, á quo impulsus creationis opus aggressus est. *Non erat consummata ista dilectio.* Perfecta igitur, & cõsummata est, cum in finem deducta est, idest in consummationem, & vltimam perfectionem, vltra quam consummari non potest, vt ipse Christus Dominus testatur dicens: *Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Et quanquam absurdum sit aliquam Dei gratiam imperfectam reputare, vt lib. 1. Pedagogi Clemens Alexandrin. aduertit, quia vt idem author testatur: *Qui perfectus est, perfecta vtique largitur.* Nihil tamen prohibet dicere intensiores esse Dei nostri in homines dilectionis operationes, & affectus in opere redemptionis, quam in opere creationis. Ita enim sese in Dei pectore amor gessit, atq; se gerũt agẽtia naturalia, quæ in principio statim suarũ actionũ nõ adeo velociter mouẽtur, & currũt, atq; in fine earũdẽ, sed quo magis appro-

Marginalia: Luc. 12. — *Solutio prima dubitationum supra positarum incipit.* — Rupert. — Ioan. 15. — *Omnia Dei beneficia, opera perfecta.* — Clem. Alexandr. — *Intensior Dei amor in redemptione, quã in creatione.*

...gẽtia na...ralia, ...o ma. ...s appro...piant ad ...tem mo ...us eo ce...rius mo...uentur.

Ioan. 4.

Amoris proprietas

Eo intensiores fuerũt Christi in suos dilectionis actiones, quo propius ad redẽptionis terminũ accedebat.

Ioan. 8.

appropinquant ad centrum, siue ad terminum, & finem eo velocius mouentur, & currũt. Naturalis certè erat Deo, & est amandi siue diligendi affectus, cum ipse Deus amor, & charitas sit, vt Ioan. noster obseruat, charitatis autẽ, & amoris velle difundi, & communicari, proprijssimum est, cũ charitas bonum quoddam sit, omne autem bonum ideo bonum sit, quia sui diffusiuum est. Dũ igitur ad hominem Dei charitas, & dilectio diffundi cœpit largisimè diffusa est, sed eo largius diffusa, quopropius ad hominem reparandum accedebat, vnde illa eadem dilectio, quæ in principio in hominum vtilitatem operabatur cum nõ adeo intẽse operaretur, atque in fine operata est: tunc instãtia creationis integros dies reputabat, at vero in fine, id est, in hominum redemptione exercenda longum horarum spatium reducit ad horam. Ex perto fidem præstemus Ioanni, qui cum idem pasionis tẽpus integrũ diẽ ab ipso Christo reputari audiuisset cum, vt ipse refert judæis dixit. *Abrahã pater vester exultauit, vt videret diem meũ, &c.* in præsenti tamen euentu non diem appellat, sed horám, vt pote, quia dum supra pectus magistri recubuit venam cordis inspexit, quam tunc vehementiori dilectionis æstu palpitare expertus est, intentiusque æstuare, ac proinde id iam quod antea diem integrum dixerat, nunc breuisimam quãdam horam reputari: quo enim propius accedebat Christus ad opus redẽptionis exercendum eo de omnibus quę patiebatur facilius iudicabat.

Ex cordis Christi vena intellexit Ioannes Christum totũ pasionis tẽpus horam breuissimam reputare.

Secunda resolutio dubitatio. sũ supra positarũ

Augustin.

Amoris definitio.

Neque deteriorem quæstionis solutionem trademus, si amoris difinitionem, quam lib. de natura dilectionis tradit Augustin. in mediũ protulerimus. *Est*, inquit, *amor dilatatio cordis alicuius in aliquem desiderio currens, gaudio acquiescens*. Semper igitur secundum suam essentiam, & naturam amor Dei in homines dilatari contendit, vnde vt dilataretur in principio cucurrit vsq; dum in fine quieuerit, sed quemadmodũ qui cũrrit, quo maiori animi conatu tendit ad finem, eo longius existimat spatiũ esse, per quod currit, quãdo vero quiescit in fine sibi vehemẽter optato, quo celerius cucurrerat, eo breuius se quiescere putat; sic cursor iste, idest diuinus amor, maximo á principio cucurrit desiderio, vt in homines diffunderetur, ideoque priora spa-

tia, per quæ decurrebat, vt ad redemptionis opus accederet, quam vehemẽter optabat, longa tempora esse existimabat, at vero vbi primum quieuit in fine, idest, ad redemptionis opus exercendum accessit, longum tempus, quod in supplicijs tolerandis consumpsit breuissimam horã reputauit, quia gaudio acquieuit, vt August. proloquitur.

August.

ANNOTATIO LIII.

Circa eadem verba contextus.

Hora eius.

Assignatur vera, & literalis ratio, qua ductus Euangelista tempus passionis Christi horam eius nominauerit.

DISCVSSIMVS adhùc in præteritis ãnotationibus, cur totum passionis tẽpus horam appellauerit Euãgelista, discutimus autem in præsenti, & subsequẽtibus cur idem passionis tempus, Christi hora ab eodem Euangelista appelletur. Prius ergo necesse est, vt literalem rationẽ istius appellationis assignemus. Id autem facilius faciemus, si prius quæstionẽ illam nõ vulgarem enodare potuerimus, quæ inter patres circunfertur circa Christi diem, quem ipse Ioannis 8. Abrahamũ vidisse testatus est dicens. *Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauisus est*: Quod Christi assertum de æternitatis die intelligit Pater Gregor. quem tunc vidisse affirmat Abrahamum, quando in figura Sanctissimæ Triadis Angelos tres hospitio suscepit; vnde de illo, dici ait idem pater, quod tres viderit, & vnũ adorauerit: pro hac patris nostri Gregorij opinione seu interpretatione acerrime pugnat Caetanus illamque ex cõtextu vere elici, conatur ostendere.

Quæstio inter patres circa Christi diem quem ipse testatus est Abrahamum vidisse.

Ioan. 8.

Quando Abraham Christi diẽ viderit ex Gregor. sententia.

Gen. 18.

Caetan.

Asserunt vero alij de die tẽporali Christi esse eius dictũ intelligendum, nempe de die illo, in quo Christus ad inferos descendit, ex inde Sanctorum Patrum animas ablaturus, tũc enim dicunt vidisse Abrahamum diem Christi valdeque fuisse gauisum, quia nempe il-

Quando eundẽ viderit Abrahã, ex multorũ opinione.

lo die

lo die ab illo obscuro carcere quo detinebatur fuerit liberatus.

Augustini sententia circa Christi diē quem vidit A. brahamus.

Vtrumque Christi diē sentit Augustinus, vidisse Abrahamum, æternum scilicet, qui nō habuit ortum, nec nouit occasum, & temporalem, quo venturus erat in carne, quādo autem vnumquéque viderit non exponit August; ac proinde tenendum est cū Chrysostom. Ambros., & Origene, multisque alijs grauissimis Patribus, hunc diem Christi, quem vidit Abrahamus fuisse diē horamque passionis, & mortis ipsius, quam tunc vidit, quando vnigenitum filium Isaac, vt Dei mandatū omnino impleret, in holocaustum offerre ex animo destinauit: tā enim hæc hora, & iste dies passionis Christi illi proprius erat, vt suum ipse antequam aduentaret iam appellauerit dicens: *Abrahā pater vester exultauit, vt videret diem meum*: & merito quidē, vniuscuiusq; enim mortis dies, proprius, & peculiaris dies est morientis: iuxta illud Psalmi 36. *Dominus autem irridebit eum quoniam prospicit quod venit dies eius.* Stat autem huius de nominationis fundamentum in eo, quod iuxta statum illius diei, in quo vniuscuiusque hominis vita finitur,

Chrisostomi, Ambrosij, & Origenis sententia circa Christi diē quē vidit Abraham.

Ioan. 8.

Dies mortis vniuscuiusq; illi proprius & peculiaris est, & cur.

tribuitur illi præmium, vel supliciū, ita vt in solo illo die hominem mereri, vel demereri quodammodo videatur iuxta illud Ecclesiast. 11. *Si ceciderit lignum, vel ad austrum, vel ad Orientē illic erit*: & iuxta Theologorū axioma. *Qualem te inuenerit dies mortis talem te habebit dies iuditij finalis*: ac proinde solus mortis dies peculiaris, & proprius vniuscuiusque dies appellatur. Ex quo iam patet, quid nam temporis voluerit Euangelista significare his verbis, *hora eius*, idest, horam mortis Christi, in qua ipse omnia nostræ redemptionis mysteria consūmans vitam erat pro hominibus traditurus; quæ quidem moriendi hora á Christo Domino fuit vehemēter exoptata, & quodammodo accelerata, vt in ea vehemens desiderium impleret, quod habebat moriēdi pro hominibus: quod quidem desiderium Lucæ 22. verbis expressit, dum loquens de vltima cæna, quam cum discipulis manducabat, & á qua passionis hora inchoabatur dicebat: *Desiderio desideraui*, idest, intensissime, auidissimeq; exoptaui, *hoc Pascha manducare vobiscum*: vbi non simpliciter pascha commune manducare exoptat, sed hoc pascha peculiare, vt Hæresi 30. Ebionitarū

Ecclesi.

Theologorum axioma

Luc. 22.

Epiphan. annotauit Epiphanius, idest, vltimum vitæ suæ pascha, in qua ipse se ipsum pro paschali agno erat in crucis mensa oblaturus, nostræque redẽptionis pretium redditurus. Quod etiam hom. 82. in cap. 26. Matthæi obseruauit P. Ioan. Chrisost. vbi sic interrogat, & respõdit. *Quare hoc anno comedere Pascha desiderauit? Quia videlicet tunc salutem totius orbis erat allaturus: tunc mysteria tradituru, tũc dolores mortis oppressurus.* Et bene quidem aduertit Chrisostomus, nam ita spõte, & exanimo, vt sæpe monstratum est, ad crucem seu ad mortẽ accessit Christus, quasi si ad cõuiuium, aut ad nuptias accesserit: & ab hoc moriẽdi desiderio impulsus proditorẽ cunctantem impellebat dum inuitabat dicens. *Quod facis, fac citiùs,* nisi enim hanc horam vehementer desideraret quid opus erat Iudam sponte sua festinantẽ, & modis omnibus oportunitatem quęrentem ad proditionẽ hortari, & vrgere? Sed quia etiamsi, vt humanæ carnis fragilitas exposcebat mortem vehemẽter exhorruerit, vt patet ex eius tristitia, pauore, & agonia, qua affectus fuit in horto, tamen secundum volũtatem rationis horã mortis suæ desiderabat, & tanto quidem magis, quanto magis appropinquabat ad mortem.

Ioann. Chrisost. — *Intimum Christi pro nobis moriend. desideriũ.* — Ioan. 13. — *Christus, in quantũ homo mori timuit.* — Math. 26. Marc. 14. Luc. 22.

Eandem prope rationem serm. 1. de Cæna Domini asignat Bernard. vt hæc hora Christi propria ab Euangelista nominetur. *Quia,* inquit, *hãc præsciuit, hanc elegit, vt in ea per mortem de hoc mũdo transiret ad patrem secundum humanitatem, à quo nũquam recessit secundũ diuinitatem, illa hora est finis ille, de quo dicitur. Cum dilexisset suos in finem dilexit eos.* Hæc Bern.

Cur Christi hora ex Bernard.

Bene igitur tẽpus illud, in quo Christus omnia hæc mysteria cõsummauit, & perfecit, quę tam ardẽter perficere, & consummare desiderabat, horam ipsius appellauit Euangelista; nam tẽpus illud, in quo, quod auidẽ exoptamus euenit nobis, nostrum propriè appellamus.

Idem est Christi hora, atq; tẽpus, inquã erga suos eximia amoris signa præbuit.

Neque á literali fundamento discedere videbimur, si ideo hanc horam, Christi horam appellari dixerimus, quia in ea tribuit illi Pater in manus omnia, quæ cæli ambitu continẽtur in remunerationẽ, & præmium obedientiæ, qua eiusdẽ Patris mandatis á primo suæ Incarnationis instãti vsque ad præsentem horam obtemperauit, in qua quidẽ hora permisit Pater, vt circa eius impe-

Secunda ratio cur tẽpus passionis Christi, eius hora nominetur. — Ioan. 13. — ad Philip. 2.

rium, & regnum libere dispo- A
neret: iustū namque, & rationi consentaneum erat, vt ille, qui totum vitæ suæ tēpus Patris volūtati dicauerat, vltimā saltem horam acciperet á patre, in qua quicquid optabat perficeret, & vt qui totum vitæ discursum, & tempus non suum, sed Patris esse iudicauit, B
saltem mortis horam sibi ad scriberet, & qui vixerat in tempore alieno, moreretur in tempore suo: moritur namque tēpore nō suo, qui vitæ tempus Dei præceptis non obediendo consumit, sed stultè dispergit, secundum illud sapientis: *Ne impie agas multum, & noli esse stultus ne moriàris in tempore non tuo.* Habet igitur Christus tempus suum, & horā suā, in qua moriatur, quia tempus in quo vixit nō inepte consumpsit, sed totum Patris voluntati consecrauit, vnde iure optimo omnia in hac hora, & tempore illi tradidit Pater in manus, vt exoptata perficeret, qui vsque tunc non propriā, sed Patris voluntatē perficere exceptauit: iure certe totam hanc horam in exequendis optatis consumit vt suam, & optimo iure illi Euangelista hanc horam, vt suam propriam tribuit dicens: *Sciens Iesus quia venit hora eius.*

Qui intēpore alieno moritur dicātur.

Eccles. 7.

Ideo Christus habuit tēpus, & horā suā, in qua moreretur, quia vitam intempore non suo sed Patris.

Ioan. 13.

ANNOTATIO LIIII.

Circa eadem verba contextus.

Hora eius.

Ostenditur quod ex Christi dilectionis magnificentia proueneril, vt tempus passionis, eius hora appelletur.

QVANQVAM literalis ratio superius assignata potissima sit ad nostri intelle- C
ctus sedandos tumultus, & ad dubitationes, quæ ex istis Euāgelistæ verbis exurgūt enodādas quibus passionis tempus Christi horam appellauit, tamen quia dum in re adeo proficua impensius laboramus, vtiliora semper commoda percipimus; circa eandē dubitationem iterū sermocinemur. Vi- D
detur namque hanc passionis Christi horam, vel nostrā, vel potius Iudæorum appellandā esse, quam Christi: Iudæorum quidem secundum id, quod idem protulit saluator dicens: *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarū.* Nostram vero quia in illa

Christi passionis hora Iudæorū potius vel nostra, quā Christi esse videtur.

Luc. 22.

in illa redempti sumus á miserabili dæmonis seruitute, & quia in ea deletum est Chyrographum dānationis nostræ, vt hom. de Ascensione loquitur Pat. Gregorius.

Gregor.

Si tamen secundum diuersas rationes hanc horam consideramus, & nostrā, & Iudæorum, & Christi censendam esse inueniemus: nam si ad miseram seruitutem attendamus, qua sub odioso peccati iugo deuincti tenebamur nostra certe appellanda est illa hora, in qua effuso sanguine immaculati agni vectes ferrei confracti sunt, tātique cruoris pretio ipsi sumus in libertatē reducti, in illa enim, vt epistol. 1. cap. 1. loquitur Petrus Apostolus. *Nō corruptibilibus auro, vel argento redempti sumus, sed prætioso sanguine, quasi agni immaculati Christi.*

Christi passionis hora, & sua & Iudæorum, & nostra censenda est. Christi hora & secundū ... congesta ... fuit hora ... gentium

1. Pet. 1.

Quod si ad leges vindictæ attendamus tūc istam horam Iudæis potius quam Christo tribuemus, tunc enim odiū detestandum, fugiendamque inuidiam quam in Christi cōceperant libere exercuerunt, & secundum voluntatem suā iniquam, Dei filium immanissime tractauerunt, vt testatur Euangelista cum ait *Iesum vero tradidit voluntati eorum.* Et in hunc sensum idest secū-

Secūdum leges odij & vindictæ Iudæorum hora

Luc. 23.

dum vindictæ desideriū, quo Iudæi æstuabant in Christum; locutus est ipse Christus cū eisdem dixit: *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum,* idest, data est vobis desuper in ista hora potestas, vt quicquid tormentorum vester animus nouerit, in corpus meū exercere valeatis. Neq; aliud tēpus sibi magis propriū inuenit, & reputat inuidus, & male affectus animus, quā illud, in quo odiū, & inuidiam opere cōplere potest, vnde hanc horam, de qua loquimur sibi propriam reputarunt Iudæi, in qua Christū vinculis alligare, & morti tradere potuerunt, vt clarissime testatur mirabilis quidam locus, qui est apud Hieremiam Threnorum 2. in quo S. Propheta eosdem Iudæos introducit sibi ad inuicem gratulātes, quod hoc tempus hanc opportunitatem, & horam inuenerint, in quo Dei filium morti traderent. *Aperuerunt super te os suum* (ait Hieremias in spiritu Christum seruatorem allocutus) *inimici tui, sibilauerunt, & fremuerunt dētibus suis & dixerūt deuorabimus eum. En ista est dies, quam expectabamus, inuenimus, & vidimus.* Quem locum de eisdem Iudæis, & de hac die, & passionis hora accipiendum esse docet Ambrosius

Luc. 22.

Animus odio affectus illud tēpus proprium, & sibi peculiare reputat, in quo odium ... exercere potest.

Thren. 2.

Ambrof.

sius sermone 15. in Psal. 118. dicens. *Non Hyerosolimæ euersionem, sed Christi seruatoris passionem Hieremiam prophetare liquet siquidem adiungit. Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris.* Optime autem ostendit Hugo Victorinus gaudium ingés, quo Iudæi ad hujus diei præsentiam exultabant, tanquã occasioné nacti occidendi Christũ, suũq; odium consummãdi, dum sic exponit: *Expectabamus, desiderando: inuenimus, quærendo: vidimus exultando.*

Thren. 4.

Iudæorũ auidus animus Christi occidendi.

Hugo Victorin.

Neque minori euidentia infertur esse prædictum Ieremiæ locum intelligendum de eodem gaudio, & exultatione qua Iudæi in Christi mortis die, & hora insultarunt, suáq; esse duxerunt, ex eo, quod Rabi Salomo ibi diligenter obseruauit, positam, scilicet, esse in hoc versu prius dictionem, *pe*, quæ significat, *os*, quam dictioné, *Ain*, quæ significat, *oculum. Quoniam*, inquit Salomo, *ore suo loquebantur, quod oculis nõ videbãt.* Ex quo apparet nõ solum, non esse locum istum intelligendum de desiderio, quo Caldæi, Idumæi, & Moabitæ, Hyerosolimam euertere exoptarunt, & perfecerunt, sed de iniqua Iudæorum auiditate, qua Christum interficere desiderabãt, quæ tanta erat, vt antequam perficerent, iam perficere existimabant, & ante quã dies optatus ad id perficiendũ aduentaret, iam aduentasse credebant ac dicebant. *En iste dies est, &c.* Fauent huic menti ea quæ ad caput Ioannis 11. habet Rupertus noster, dum cõsiderat, quomodo ex anticipata animi voluntate, qua Iudæi Christum volebãt interficere prouenirct, quod illum ad occidendum quærerent, in Cænophegia, quem tanquam verum agnum non nisi in festo Paschæ occidi conuenebat. Iure ergo optimo dies illa, & hora, quam tam auide desiderabant, sua potius dicẽda erat, quam Christi.

Rab. Salomo.

Sæpe lingua profert, quod auide cor exoptat.

Thren.

Ioan. 11.

Rupert.

Anticipãt Iudæi tẽpus, citius implerent data.

Si denique secundum magnificentiæ naturam, proprietatem, & leges horam istam cõsideramus, cuiusque sit inquirimus, proprijssimè Christo seruatori nostro tribuendã esse sentimus: tunc namque animo magnifico, propria aduenit hora, cũ magnificé sui animi largitatem exercet, munera scilicet exhibendo, & beneficia conferẽdo, alienũ namq; á se illud tempus putat magnificus, & amissum, in quo magnificentiam suam non exercet. Diem, & tempus amittere dicebat Titus Vespasiani filius (vt

Secũdum munificẽtiæ leges, tẽpus passionis Christi eius proprissima hora.

Magnificus animo tempus in quo beneficia in aliquẽ non confert amisisse putat.

(vt lib.3. in cap. 6. epist. Pauli ad Galat. author est Hieronymus) in quo in seruos, vel subditos suos aliquod beneficium non conferebat. Quod cū de eodem Tito Vespasiano, Rex Alphonsus audierit, egisse refert Panormit. lib. 2. de rebus ipsius Alphonsi, gratias Deo, quia in omnibus vitæ suæ diebus beneficia cōtulerit in suos ac proinde nullum diem amiserit. iuxta quod optima est Senecæ sentētia lib. de Beneficijs: *Duæ duo amittere, ait, qui beneficia facere, aut negligit, aut dilatat.* Tempus, scilicet, & amicitiæ argumentum: & fortasis in hūc sensum locutus est Paulus cum docuit tempus esse redimendum, illud enim quod in aliena potestāte est, nostrum non est, quod vero redimimus & in nostram potestatem adducimus propriè nostrum est.

Hieron. Panorm. Seneca. *Duo perdit qui beneficia dilatat.* *Quid nam proprium nostrum dicamus.*

Vnde iam clare patet quā to iure secundum magnificentiæ leges hæc hora, de qua sermo est Christo seruatori tribuatur, in qua tot, tātaque beneficia contulit in Ecclesiam suam, in qua tot largitus est munera, in qua tot instituit sacramenta: bene igitur Christi hora, in qua eius æterna scientia supereminet, quam Euangelista inculcat dicens: *Sciens Iesus quia venit hora eius.* Bene Christi hora, in qua eius humilitas sublimatur dū Dominus, & magister discipulorum pedes lauare non dedignatur: bene Christi hora, in qua vera eius humanitas clarissime ostenditur, dum factus in agonia Patrem exorat: bene Christi hora, in qua eius diuinitas innotescit ex eo quod testatur Euangelista. Quia *à Deo exiuit*: bene Christi hora, in qua eius gloria declaratur in eo, quod dicitur, qui a *ad Deū vadit.* Apposite ergo loquitur Euangelista dicens: *Sciens Iesus quia venit hora eius.* Tempus enim quod otiose transfigimus non nostrum est, sed amissum á nobis: illud veró nostrum est quod bene operando consummimus: vnde loco superius allegato ait Hieronym. *Nos putamus non perire nobis diem, horā, & tempus ætatis, cū otiosi sumus, audiamus ergo Paulum monentē vt operemur bonum ad omnes, tempusque redimamus, & horam.*

Ostēditur quanto iure hæc hora Christo tribuatur. Ioan. 13. Idē ibid. Math. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioan. 13. Idē ibid. Hieron. vbi sup. *Perit tempus otiose transactū.* Galat. 6.

ANNOTATIO LV.

Circa eadem verba contextus.

Hora eius.

Assignatur alia ratio petita ab vtili, ob quam hãc passionis horã Christi propriam appellauerit Euangelista.

ETIAMSI causa, quã superius assignauimus à Christi dilectionis magnificẽtia petita optima sit, vt hãc horam illius peculiarẽ, & propriam facer Euangelista iudicauerit: aliam iterum adducere non piget á qua eiusdem Euangelistæ loquẽdi proprietas etiam comprobetur: ab vtili igitur petenda est; qui enim proprijs vtilitatibus, commodisq; studẽt, illud sibi tẽpus vt peculiare adscribunt, in quo maximas vtilitates, cõmodaq; consequũtur: vnde jam tẽpore illo, quo aliquis sibi vtilia quæque multiplicat Lusitane tririssimũ est dicere (*Agora he o seu tempo.*) Quod de negotiatoribus, qui quæstui inseruiũt potissimũ asseueratur, hi enim tẽpus ad lucrandum auscultant, quod si aduenit suum esse existimant dicuntq; nũc mea aduenit occasio. Neq; astrorum inclementijs, corporum laboribus, imminentissimisque periculis impediuntur, aut retardãtur, quominus ad destinatã aliquam partem conuenienti lucrandi tempore perueniant, vt lib. 1. epistolarum epistola 1. aduertit Horatius dicens.

Altera ratio ab vtilitate, ob quam Euangelista tempus passionis Christi, eius horã appellauit.

Negotiatorũ mos, tempus ad lucrandũ auscultare

A

Callidus negotiator nullis parcit laboribus.

B

> *Impiger extremos currit mercator ad Indos,*
> *Per mare pauperiem fugiens, per saxa per ignes.*

Horat.

Nam vt in expositione psalmi 17. obseruat Ambrosius: *Spes commodi furatur laborem, & metum abscondit periculi.*

Ambros. Spes cõmodi furatur laborem, & periculum abscõdit.

C

Fuisse autem Christum Dominum quæstuosum in terris, auidumque negotiatorem passim testantur Patres, & præsertim S. Eusebius Emissenus hom. in cap. 13. Matthæi in expositione parabolæ de negotiatore bonas margaritas quærente vbi sic ait. *Possumus autem per hunc negotiatorem Dominum nostrum, & saluatorem intelligere, qui inuenta vna pretiosa margarita, per quam sanctam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugã intelligimus: omnia, quæ habuit vẽdidit, id est, se ipsum vendi, & occidi permisit: & emit eam, sic enim Apostolus ait. Empti estis pretio magno.* Dũ igitur Christus Do-

Christus in terris negotiator callid. Euseb.

D

Ecclesia, margarita pretiosa magno pretio cõparata.

1. Cor. 6.

Ii minus

Per totū suæ vitæ periodum expectauit Christus vnam lucrandi ocasionē, & horam

minus auidé exoptat quæstuose negotiari per totū suæ vitæ tempus commodam lucrandi occasionem expectauit, quæ quia nō dum aduenerat á negotiatione quodāmodo quieuit vsquè dum aduentaret, ideoque cum ad comercium incundum inuitabatur respondebat. *Non dum venit hora mea*, quæ cum in præsenti euentu accessisset statim eum ad negociandum incitauit, vt testatur Ioannes dicens. *Sciens quia venit hora eius, & quia omnia dedit ei Pater in manus surgit à cæna*, quasi illum plenis diuitiarum manibus ad lucrādum paratum ostendens.

Vbi primū aduenit lucrandi hora statim ad animas nostras lucrādas auide properauit.

Ioan. 3.

Sed ó clementissime seruator, auidissimeque in nostram vtilitatem, & lucrum negotiator! quando in hac hora negotiatoris personā gerere dignatus es, concede vt te de tua negotiatione, de eiusque prouentu interrogemus: Vtrum nempe ad vectigal attendas, quod vt lucreris expendis, dū expendédo lucraris? præciosō enim sanguine comparare decernis vilissimum hominem, quem lucraris. Sed quo feror! tam enim tibi charum habes quod emis, vt adhuc parum putes præciosissimum vectigal quod expendis. Nosti ergo quod expenderis, quia sine ex-

Vt villē hominem lucrare-tur Christus copiosum vectigal expendit; & adhuc parū se expēdisse existimat.

pensis lucrari nō nosti: & quia apprimé nosti necesse esse, vt faciat sumptum, qui quærit lucrum.

• Sed quæro nunc á te ó auidissime negotiator vtrum ad pericula eminentia aduertas, quibus in præsenti hora subijceris, vt exoptatum lucrum consequaris: non ne ad laborem portandæ crucis, sustinendi opprobria, tolerādi verbera, gustandi felis amaritudinem attendis dum tam auide lucrum comparare conaris? minime quidem: *Spes enim commodi furatur laborem*. Non ne periculum mortis perpendis in quod libenter incurris, dum ad inimicorum manus festinanter properas? minime quidem, nam *Spes commodi metum abscondit periculi*. Nō ne callide negotiator vereris, quod dum tam auide lucro intendis, nimis cupidus videaris? Neutiquam certe: *In sua enim natura honestā sunt lucra, per quæ nemo læditur: & bene quæritur, quod de nullis dominis abrogatur: neque ex parte ementis fraus est in negotio, in quo preciosius est quod expenditur, quam quod comparatur expensis*. Vt loquitur Cassiodorus.

Ad imminentia tormenta non attendit Christus vt hominē lucretur.

Ambros. vbi sup.

Idē ibid.

Cassiod.

Quando lucratur nemini iniuria fuit, & honesta.

Videamus igitur qualia nam sint lucra, quæ in hac hora auidus iste negotiator com-

parare contẽdit, & quibus adeo intentus est, vt ad euidẽtissima pericula nõ aduertat, immo desideratam sibi lucrandi occasionẽ accessisse existimet, & suam horam appellet illam, in qua tot inimicorum machinamẽtis impetitur, in quaquicquid habet expendit, in qua denique vitam in cruce tradit. Primũ igitur quod in hac hora lucratus est Christus, fuit sui corporis exaltatio, quam Patri obediẽdo, & moriẽdo promeruit, vt 3. parte. quæst. 48. art. 1. docet D. Thomas: & 2. ad Philippenses attestatus est Paulus dicens. *Factus obediens vsque ad mortem, mortem autẽ Crucis, propter quod Deus exaltauit illum.* Quem locum dum Pat. Augustin. expendit quæ sint Christi lucra exponit, dũ sic ait: *Humilitas passionis, claritatis est meritum: claritas humilitatis est præmium.* Huius ergo præmij spes passionis laborem ita furata est, vt passionis eiusdem tempus, & hora; fenerandi potius, quam patiẽdi Christo seruatori videatur: cum autem illi fenerandi sit hora, eius proculdubio censenda est.

Lucra quæ in sua morti hora cõparat Christus. *D. Tho.* *ad Phil. 2* *August.* *Claritas humanitatis Christi eius humilitatis præmium.*

Neque sui tantum corporis exaltationem Christus in hac hora lucratus est, verum & nostram salutẽ promeruit, tam enim copiosum fuit vectigal, quod in agendo commercio expendit, vt non solũ corpori suo, sed nobis abũdantissime pro fecerit, & dum tam libenter, & volũtarié exhibet, quod non debet, humani generis debitum soluit. Vt in responsione ad vltimum argumẽtum art. 1. quæstionis D. Thomæ superius allegatæ subtiliter annotauit Caietan. dicens. *Quia Christus subtrahit à se, quod suum est, propter amorem illorum, pro quibus patitur: ideo effecit, vt sibi ex ipso operis genere debeatur eorum salus, pro quibus se sua salute priuauit.* Quod etiam S. Leo Papa serm. 7. mẽsis obseruat dum prætium exagerat, quod noster negotiator in emendis, lucrandisque peccatoribus expendit dicens. *Effusio pro iniustis sanguinis iusti tam potens fuit ad priuilegium, tam diues ad prætium, vt vniuersitatem captiuorum, quæ in redemptionem suam credidit tyrannica vincula minime retineret:* Pro qua humani generis redemptione operanda, proque eius prætio soluendo adeo solicitus Christus sẽper fuit, vt á primo natiuitatis die vsque ad vltimam mortis horam id solũ in mente gereret, versaret in pectore; quomodo nẽpe proprijs expensis solueret alienũ debitũ cuius solutioni nullo jure ab-

Secundũ quod in hac hora lucratus est Christus. *Quam fuerit copiosum vectigal, quod Christus expendit.* *Caietan* *LeoPap* *Abundã. redẽptionis prætii* *Christus á prima natiuitatis die sol. citus de hominũ redẽptione.*

re obnoxius tenebatur, vt ser. 3. de Natiuitate, eiusdē aduertit Garricus dicens: *Memor semper fuit Christus, quod non nisi nobis natus fuit, nec nisi nobis viuere voluit, nec mori nisi pro nobis, quia pro se non habuit cur moreretur.* Quodquidem argumētum non minus deuotè, quam doctè prosequitur noster Bernardus cap. 11. illius libri, quē ad milites templi direxit dicens. *Itaque cognouimus quod peccata nostra Christus diuinitatis suæ potentia voluit relaxare. Porro iam de voluntate quis dubitet? qui enim nostram, & induit carmen, & subijt mortem putas suam nobis negabit iustitiam? voluntariè incarnatus, voluntariè passus, voluntariè crucifixus, solam à nobis retinebit iustitiam? Quod ergo, ex deitate constat illum potuisse, ex humanitate innotuit, & voluisse. Sed vnde rursum confidimus quod mortem abstulit? hinc plane, quod eam ipse, qui non meruit pertulit, qua enim ratione iterum exigeretur à nobis, quod pro nobis ille iam soluit. Qui peccati meritum tulit, suam nobis donando iustitiam: ipse mortis debitum soluit, & reddidit vitam.*

Garric.

Bernard

Voluntarie Christus, & gratis nos redemit.

sicut potuit, sic voluit mundum redimere

Vnde colligatur quod gratis nos redemit.

Soluit Christus quæ nō debebat debitum, pro hominib⁹ debitoribus.

Verum quæres quomodo mori potuit, qui Deus erat? Quoniam nimirum, & homo erat. Sed quo pacto mors hominis illius, pro altero valuit? Quia, & iustus erat: profectò namque cum homo esset potuit mori: cum iustus, non debuit gratis: non quidem peccator mortis sufficiebat soluere debitum pro altero peccatore, cum quisque moriatur pro se. Qui autem mori pro se non habet, numquid pro alio frustra debet mori? *Sed quæ,* ait Bernardus, *iustitia est, vt innocens moriatur pro impio?* Sicque respondet, *non est iustitia, sed misericordia.* Hæc Bernardus, ex quibus clarissime perspicitur fuisse Christum in hac hora non solum sui corporis exaltationem pro meritū, sed etiam nostram salutem lucratū. Vnde bene Euangelista hanc lucrandi occasionem, Christi horam nominauit, in qua non solum (vt dictum est) sui corporis exaltationem Patri obediendo promeruit, verum etiam crucis patibulum sustinendo pro humano genere diuinæ iustitiæ debitum soluit, quod a primo suæ natiuitatis die soluere, auidissime desiderauit. Bene Christi horā, in qua ipse nos à nequissimi exactoris tributo exemit: bene Christi horam, in qua tot captiuos redemit, in qua tot seruos emit, tot fratres, & amicos lucratus est.

Bernard ibid.

Quod Christ⁹ innocens mori fuit pro impijs non ex iustitia, sed ex misericordia.

Soluit Christus pro nobis & insuper meruit sibi.

Emit Christ⁹ seruos, lucratus est amicos acquisiuit fratres.

Tertium

Tertium quod Christus in mortis hora lucratus est. Christus Dominus ad instar Iacob per gelu, & æstum cha rā sibi spō sam Ecclesiam comparauit.

Tertium denique commodum, quod Christus Dominus in hac hora fæneratus est, fuit amantissima eius sponsa Ecclesia, pro qua comparanda, sibique jungenda gelu vstus est in præsepio nascens, & æstu in Ægyptum proficiscens: pro hac sibi coadunanda fugiebat certé somnus ab oculis eius quando in oratione Dei pernoctabat, & quando, Petro cum reliquis dormientibus, ipse Patrem exorans á somni sopore abstinebat. Hęc igitur hora est, in qua Labami superata fraude affectuosus Iacob charam sibi Rachelem adipiscitur, & non jam solo baculo ditatus, sed diues effectus, & cum duabus turmis in domū Patris sui redire decernit, ac proinde suam peculiarem hāc horam jure optimo existimat, in qua adeo prospere fæneratus est, in qua tot lucra consequitur, in qua dilectam sibi Ecclesiam proprij cruoris dote subarrat, & secum in crucis ligno tamquā in nuptiali thalamo castè conjungit.

Luc. 2. Math. 9. Luc. 6. Gen. 29. Gene. 21 Gene. 32

In Cruce tamquā in nuptiali thalamo coniunxit sibi Christus Ecclesiam sponsam.

(∴)

()

ANNOTATIO L. VI.

Circa eadem verba contextus.

Hora eius.

Ex Christi in hac hora in nostra redemptione operanda magnificentia, nostra in nostra salute promerenda auaritia incusatur.

DVM nobis præsens occasio Christū ante oculos proponit tā auide in hac hora nostram salutem operantē ansam præbet, vt ab eius exēplo aliquod proficuum documentum eruamus: quanta nēpe sedulitate teneamur cælestia comparare, quod D. Hieronymus ad Rusticū Monachū scribens persuadere impense nititur dicens: *Si negotiatores sæculi tanta sustinent, vt ad incertas, perituras que diuitias perueniant, & seruent cum animæ discrimine quæ multis periculis quæsierunt, quid Christiano negotiatori faciendum est, nisi vt vēditis ōnibus, quærat preciosissimā margaritā, & vt totis substātia*

Astricte tenemur impēse laborare, vt cælestia cōsequamur

Hieron.

suæ opibus agrum emat, in quo reperiat thesaurum, quem nec fur effodere, nec latro possit auferre. Quomodo autem id faciendum sit nos docet Emissenus, hom. in cap. 13. Matthæi, dum callidi negotiatoris officium ponit dicens. *Ille callidus negotiator est, qui ex his, quæ diu possidere nõ potest, tale aliquid emit, quod nunquam amittere timet, & in quo vniuersa possideat.* Quod quidem argumẽtum de recte, & cum prouentu lucrando affectuose nimis, prosequitur P. Garricus, serm. 2. de Resurrectione dicens: *Lucrosum omnino comercium est contemnere ea, quæ te deserunt, & polluunt, vt lucrifacias Christũ, immo si opus sit non solum tua, sed & te ipsum superimpendere, vt cum tanto fænore immortalitatis, & gloriæ, te ipsum merearis recipere: quis enim ambigat lucrosum esse comercium seminare corpus mortale, animale, & ignobile, vt surgat immortale, spirituale, & gloriosum.* Sed heu dolor quam pauci sũt qui velint caduca huius mundi ludibria, quibus nimis tenaciter adhærent pro cælestibus commutare! Heu quam sunt paucissimi qui hunc velint cælestem negotiatoré imitari, qui tam preciosas diuitias expendit, vt nos non sibi mercaretur, sed nobis! Omnes

Emissen.

Callidi negotiatoris studium.

Garric.

Quod nã sit optimũ lucrandi genus.

Quã sint paucissimi, qui Christo in negociãdo velint imitari

A certe volunt viliter emere, & carè vendere. Nõ sic Christus profectó, non sic, carè emit, & viliter vẽdit: de pretio enim quo nostram salutẽ, & redéptionem in hac hora mercatus est cap. 1. 1. suæ Epistolæ sic ait Petrus Apostolus. *Non corruptibilibus auro, & argento redempti estis, sed precioso sanguine quasi agni immaculati.* Incuius tanti pretij conspectu ingratitudinem nostram, cordisque duritiam detestatur Bernardus serm. 15. in Cantica dicẽs. *O duri, & indurati filij Adam, quos non emollit tanta flamma, tã ta benignitas, tam ingens ardor amoris, tam vehemens, & tam magnificus amator, qui pro vilibus Sarniculis tam preciosas merces expendit.*

B

C

Dum autem Christus cælorum regnum venale facit, aquæ frigidæ commutationi exponit dicens, Matthæi 10. *Quicumque potum dederit vni ex minimis istis aquæ frigidæ, amen dico vobis non perdet mercedem suam. (Compra Deos a preço de sangue, & vende a troquo de agoa.)* Vnde vt serm. 62. de Tempore Augustinus aduertit nullus erit mercator, siue negotiator, qui se á tam preciosæ margaritæ ẽptione possit licitè excusare, siquidem tã viliter venditur, vt aqua pre-

D

Christus care emit & viliter vendidit.

1. Pet. 1.

Ingẽs pretium quo Christus emit.

Bernard.

Inculatur nostra ingratitudo a Deibenignitatis cõmendatione.

Ad quod pretium venalle exponit Christus cælum.

Nemo se á tali emptione potest licitè excusare.

Auguft.

Cur nō ad ratium aquæ calidæ, sed frigidæ Christus calū venalle exponat.

tio comparetur. *Quis erit* (inquit Auguftinus) *qui se possit excusare, cum etiam pro calice aquæ frigidæ mercedem se Dominus redditurum promiserit?* Et vt idē Auguft. aduertit, ideo non aquæ calidæ, sed frigidæ cæleftem mercedem exponit Chriftus, vt adhuc clarius appareat, quam vili pretio cæleftia vendat, dum nec pretium lignorum exigit, quibus aqua frigida calefiat, & sic nemo sit, qui libenter non emat, quod pretio aquæ frigidæ comparatur. Quod itidem argumentū S. Leo Papa ferm. 6. de quadragessima profequitur dicens: *Si aliquis tanta paupertatis coartatur angustijs, vt neque ad duo æra inopi impartienda sufficiat, habet in præceptis Domini, vnde impleat bonæ voluntatis officiū, siquidem qui sitienti pauperi calicē aquæ frigidæ ministrauit, mercedem est sui operis adepturus, tāta seruis suis Domino, ad obtinendum regnum suum præparanti cōpendia, vt etiam præbitio aquæ, cuius vsus gratuitus, atque communis est præmio non careat: quod ne vlla intercluderet difficultas, de aqua frigida forma est proposita pietatis. Ne putaret se mercede cariturum, cui de calefactione potus, lignorum impēdium de fuisset.*

Leo Pap.

Quod si omni fuæ vitæ tē-

A pore negotiator ifte exiguo aquæ prætio regnum cælorum venale expofuit, id in hac hora tanto facit libentius, quanto negotiari exoptat auidius, ideoque inea, in cruce pofitus clamans ait, *Sitio*, frigidæ tūc aquæ poculi cōmutationi, qua fitim extingueret preciofiffimū fanguinem, quem largitèr effundebat libentèr exponés, vt

Auidissime in cruce Christus negotiari exoptat.

Ioan. 19.

B adhunc locum Ferus obferuat dicens. *Tantum petit aquæ, quātum vel sudoris, vel sanguinis pro salute nostra profundit.* In hac certe hora liberalius ad huc negotiatus eft Chriftus. Poftquam enim neque aquæ pretio cælorum regnum ab alC quo videt cōparari, liberé cōceffit, cui voluntas fuerit obtinendi. *Deu Christo naquella hora o Paraizo a quem o quizesse.*) Latro enim, qui frigidæ aquæ fcyphum, quo illud emeret non habebat, fola emendi voluntate obtinuit. Nam vt ferm. 2. de Refurrectione circa hunc euētum Garricus protulit. *Cum deD est facultas, sufficit ad emendum bona voluntas.*

Ferus.

Ad frigidæ aquæ calicis cōmutationē sanguinem suū ofuit Christus in hac hora.

Libere in hac hora, & absque vlla commutatione, calum donauit Christus

Latro in Cruce sola bona volūtate calū empsit.

Garric.

Exomnibus cērte fuperius adductis clarifsimé auaritia noftra in cæleftibus comparādis incufatur: noftraque in lucrando proferetur, infcitia, qui lucrum auide exoptamus, & lucrandi munus omnino nef-

Inscitia hominū in verit bonis lucrādis incusatur

Garric.

cimus, quos eosdem loco idē Pat. Garricus ad vere lucrandum excitare contendit dicēs: *O cupidi qui immoramini studio lucrandi? cur non discitis artē lucrandi? Cur non vilia, immo detrimenta, & stercora contemnitis, vt Christum lucri faciatis? Quare appenditis argentum non in saturitate? Vt video vilior est vobis argento vestro panis ille, qui de cælo descendit, & dat vitā mundo: sed non potest scire quantus sit, qui nō vult gustare, qualis sit. Vtinam auarus vel ipse sibi preciosior esset pecunia sua, nec amore illius venalem exponeret animam suam.* Prudens ille negociator dignusque rerum æstimator fuit, qui nec animam suam preciosiorem fecit se ipso, *idest spiritu suo, quo videlicet connexus inhærebat Christo, paratus animam perdere, vt in vitam æternam possit eam custodire.*

Esaiæ 55.

Ioan. 6.

Auarus animam venalem facit.

Quis fuerit prudēs negociator.

ANNOTATIO LVII.

Circa eadem verba contextus.

Hora eius.

Quod totum suæ vitæ tempus in hanc horam quasi in Epilogū redegerit Christus Dominus.

VT tandem hanc Christi horam absoluamus, tria ad quæ Dominus omnia, quæ fecit quasi ad compendium redegit in mediū proferamus, opera scilicet in hominem, miracula in Eucharistiam, temporaque in hanc horā. Quæ enim in creatione operatus est, quasi in Epilogum redegit in hominem, vnde 8. Physicorum cap. 2. *Microcosmos* ipse homo appellatur, quia videlicet totius mūdi imaginem in se continet: quod mirabili quadam inductione Homil. 29. in Euangel. P. Gregor. ostendit dicens. *Omne quod est, aut est & non viuit, aut est & viuit, & nequaquam sentit, aut est, viuit, & sentit, sed non intelligit, aut discernit, aut est,*

Pphisic. cap. 5.

Gregor.

viuit, sentit, intelligit, & discernit. Sunt enim lapides, sed non viuunt: sunt arbusta viuũt quidem, sed tamen non sentiunt, sunt bruta animãtia, viuunt, sentiut, sed non intelligunt: sunt Angeli, viuunt, sentiunt, & intelligendo discernunt: homo autem quia habet esse cõmune cum lapidibus, viuere cum plantis, sentire cum animantibus, discernere cum Angelis, recte nomine vniuersi exprimitur, in quo iuxta aliquid ipsa vniuersitas tenetur. Hæc P. Gregorius. Ex quibus apparet omnia opera sua Deum in hominem tanquam in Epylogum redigisse.

homo omniũ creaturarum Epylogus

Simili prorsus modo mirabilia sua compendiauit in illo mysteriorum mysterio nẽpe in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento: vnde Regius cecinit vates dicens. *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se.* De quo compendio, siue abbreuiatione cũ latius á nobis differendum sit, ad tertium transeamus, ad illã nempe horam, de qua in præsenti sermo est, & quam vt peculiarẽ sibi Dominus adscripsit, quæ totius eiusdem Christi quidam quasi Epilogus fuit: cum enim omnia sint propter suum finem, hæcque hora fuisset finis temporis vitæ Christi:

Psal. 102.

Eucharistia õniũ Christi miraculorũ cõpendiũ.

Hora Christi passionis totius tẽporis vitę ipsius cõpendium.

A omnia proculdubio vitæ eiusdem Christi tempora, ad hanc horam respexerunt, vnde per excellentiam præsens hora ipsi Christo conuenientissime attribuitur.

Hora pas sionis Christi per excellentia hora eius dicitur.

Quod autem fuerit tempus hoc, isteque dies, quem sacer Euangelista horam Christi appellauit omnium reliquo-B rum temporũ eiusdem Christi quasi Epilogus quidã, in quo omnia, quæ de eodem Christo á Prophetis dicta erant plenissime consummata sunt, & omnino impleta seruator ipse ostendit dum suos discipulos alloquutus dixit: *Ecce ascendimus Hyerosolimam, & consummabũ-C tur omnia, quæ scripta sunt de filio hominis.* Quod itidem testatus est, cum in vltimo eiusdem horæ instanti dixit. *Consummatum est:* circa cujus diei, temporis, & horæ consummationẽ deuotissimi Abbatis Garrici verba placet afferre, quæ habet serm. 4. de Natiuitate, vbi D sic proloquitur. *Adeo plenum est tẽpus istud, vt quicquid vniuersis retro sæculis mystice gestũ, aut dictum fuit, totum verius, ac plenius impletum sit in hac plenitudine temporis: nam & hic ipse dies tot sacramenta, tot oracula quasi recapitulata in breui exhibuit, vt de eo vere dici posit. Consummatus in breui expleuit*

Math. 20

Ioan. 19.

In hac Christi hora omnia eius mysteria consummata

Garric.

Sap. 4.

tempora

tempora multa.

Ad hanc certè horam tam quã ad suum finem, terminũ, & Epilogum respiciebat Virginis partus hora, qui enim in ea nobis nascebatur in tempore secundum illud Esaiæ. *Puer natus est nobis*, ipse in fine temporũ, idest, in hac vltima eius vitæ hora datus est pro nobis in pretium: fuisse autem hanc horam passionis Christi natiuitatis horæ complementum, & terminum pulchre ostẽdit Rupertus in expositione cap. 19. Ioannis dicens: *Propter hãc horam de Spiritu Sancto concepit beata Virgo; propter hanc grauida facta est, propter hanc completi sunt dies vt pareret, propter hanc omnino de vtero eius Deus homo factus est.* Et optime quidem nam quid nasci profuit, nisi redimi profuisset?

Esaiæ. 9.

Rupert.

Hora crucis, hora natiuitatis terminus, & finis.

Quando in Cana Galileæ, vbi suam horam non dum aduenisse protestabatur, aquã conuertit in vinum, ad huius horæ complementum attendebat, in qua vinum erat in sanguinẽ conuersurus: vnde sic ad hunc Ioannis locum cõmentatur Lyranus: *Non dũ venit hora mea idest, tempus patiendi in natura quã habeo à te ò mulier.* Et si in illa hora gratum præbuit cõuiuantibus potum, in hac sui thalami nuptialis

Ioan. 2.

A hora, ad sitim omnino sedandam longe gratiosius sitientibus exhibuit poculũ dicens. *Accipite, & bibite ex hoc omnes.* Si nuptiarum hora illa fuit talium tamen nuptiarum hora fuit, quæ huius horæ nuptias adũbraret, & quæ in hac hora fælicissimé sunt exercitæ dum affectuosus dilector sponsus, charam sibi dilectam Ecclesiam castè, & affectuosè cõjunxit, vt ad hunc locum Ioãnis, noster Rupertus obseruat. Quod si illa hora ideo speciosa visa est, quia vt cap. 2. sui Euãgelij Ioan. refert ad fuit mater Iesus. Hoc certe præconiũ huic horæ non defuit, cum in ea prope spõsi thalamum eius mater steterit, vt idẽ Ioan. cap. 19. testatur dicens: *Stabat iuxta Crucem Iesus, mater eius.* Figurabantur igitur in illa hora mysteria, quæ in hac hora, de qua loquimur erant omnino complenda, illa enim reliquarum Christi horarum cõplementum est, & Epylogus.

Math. 2.

Hora passionis Christi, hora nuptiarũ eius.

Rupert.

Ioan. 2.

Nihil defuit hora passionis Christi, vt consumata esset.

Idem 19.

Cõpleuit hac passionis Christi hora, omniũ horarũ mysteria.

B

C

D Compendium etiam hæc hora illius temporis fuit, & horæ, in qua Christus Dominus transacto Galileæ mare in mõtem subijt vbi in manus panes accipiens, benedicens, ac distribuens suos aluit conuiuas. illud enim in illa hora monstrabatur, quod in ista de qua

Ioan. 6.

quid mystice significatũ fuerit in cõuiuio panis, & piscium in deserto

sermo

sermo est, erat implendum: in monte enim Siõ cum discipulis congregatus accepit panẽ, & gratias agens benedixit, ac fregit, deditque amantissimis conuiuis, ac dixit. *Accipite, & manducate &c.* Vt in expositione mystica istius Christi facti, & conuiuij Rupertus obseruat dicens: *Tunc in manibus suis Dominus Iesus panes accepit, quando secundũ scripturas passus est, tũc inquam, acceptis panibus gratias egit, quando scripturas implendo se ipsum obtulit discipulis in cibũ, Patri vero in sacrificium gratiæ, & veritatis.*

Math. 26. Rupert.

Quod si hora quasi sexta ad puteum Siccar defessus sitibundus, fameque affectus sedebat, ideo erat quia aduẽtasse desiderabat hanc horam, in qua ad mensam procumbens ex itinere, idest, ex laboribus totius vitæ requiesceret, in qua conuescens cum discipulis suis intimam famem nostræ redẽptionis satiaret, in qua patris calicem bibẽs sitim extingueret, in qua quem promiserat potũ in vitam æternam salientem hominibus affatim porrigere valeret inuitans, & dicens. *Bibete ex eo omnes.* O felix igitur hora, quæ tãtorũ claudit complementa sacramentorum! hora omnimode plena, & quæ nec vacua, nec diminuta vnquam poterit appellari (*não foi hora minguada*) Plenissima enim omnino fuit siquidem in illa fuit plenitudo gratię consũmmata. Hæc certè hora est, in qua vt loquitur Paulus: *Hora est iam nos de somno surgere,* & saltem vna hora vigilare cũ Christo, idest, pro tantis huius horæ beneficijs ab eodem cõsecutis, illi gratias rependere, vt sic nec modicum aliquãdo progrediatur à nobis, sed impleat quod promisit dicens. *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationẽ sæculi.* Quomodo autem sit nobis cum Christo in hac hora vigilandum ad cap. 27. Matthæi docet Origenes, dum sic ait: *Vigilat qui solicite agit de fidei veritate, ne in aliquod tenebrosum dogma incurrat; qui enim sic vigilans orat, illius exauditur oratio.*

Ioan. 4. *Quid ad horã [ex]spectabat Christus adueniens Siccar expe[c]tabat.* Math. 26.

Crucis hora omnimode plena. Rom. 13. Math. 28. Origen. *Qui vere in hac hora cum Christo vigilat.*

ANNO.

ANNOTATIO L. VIII.

Circa illa verba contextus.

Vt transeat.

Quod fuerit Christi mors breuis quidam transitus à mundo in Patrem, per quem ad eundem Patrem transirent electi.

APPOSITE de more facer Euangelista dum Christi mortem commemorat, illam transitum appellat, & ipsius transitus terminos ponit dicens: *Sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrē.* (Ioan. 13) Pascha enim quod in hac hora Christus Dominus celebrabat transitum significat vnde idem est dicere: *Sciens quia venit hora eius, vt transeat*, atque, *sciēs quia venit hora exercēdæ solemnitatis illius, in qua immaculatus agnus ab origine mūdi occisus, erat in ara Crucis diuino Patri offerendus, per cuius oblationis validissima merita eramus omnes ad Patrem trāsituri*, vt in expositione cap. 5. epistolæ ad Corinth. annotauit

Literalis expositio huius loci

Pascha transitus

Anselmus dicens: *Pascha interpretatur transitus, & Christus pro nostra redēptione immolatus, pascha nostrū est, idest, trāsitus noster, quia per eum à diabolo transimus ad ipsum, & ab isto instabili sæculo, ad eius fundatissimum regnū: ideo quippe ad eum permanentem transimus, ne cum mundo transeamus, & Christus est nobis trāsitus à vitijs, ad virtutes, & à præsenti exilio, ad supernam patriā: quia ideo pro nobis est immolatus, vt nos liberans faceret ita transire.*

Anselm.

Christi passio trāsitus noster ex mūdo, ad Deum.

Mors Christi trāsitū nostrū securū reddit.

Cogitate igitur transeuntē, videte á quo trāseat, & ad quē trāseat aduertite: trāsit ille, qui absque sui detrimēto transiēs, per medium Iudæorum ibat: (Luc. 4.) ideo trāsit absque mortis impedimento; mortem quidem degustādo, sed mortis iura rūpendo, quia moriens non est á morte detentus, sed per illam ad immortalem vitam peruenit. (Ioan. 18.) Transit á mundo, quia de mundo non erat eius regnum: (Ioan. 13) transit ad Patrem, quia á Patre exiuit. (Math. 25.) Transit *Iesus*, idest, *saluator*, quia renuente pharisæorū turba, & se ipsū, & suos qui erant in mū do fuerunt, & erūt potuit saluos facere: per eius namque transitum, idest, per merita eius mortis, & transitus, facti omnes, & electi á sæculo in patriam transeunt, trā

Transiēs per mortē Christus mortis iura abrūpit.

AdChristi trāsitū transeūt electi, fibantque omnes quotquot saluandi sunt, vt docte de more lib. 2. in Exod. cap. 12. exponens Angeli transitum per Ægyptū, Ægyptiorumq; primogenita percutientis Rupertus noster obseruauit, dicens: *Transiuit ille de hoc mundo quidē qui quodāmodo dicitur Ægyptus, & transiuit per Ægyptū inferiorem, idest, per infernum, qui secūdum nomen Ægypti vere tenebrosus est locus, & horribilis, & quoscunq; inuenit illic dignos filios Israel signatos fide sanguinis sui à iusto Abel, qui prius in typo illius obtulit agnum, vsq; ad latronem, quē sanguine suo signauit in ipsa hora transitus sui, cūctos liberauit percutiendo promogenitum Pharaonis, idest peccatū primæ prauaricationis, quod originale dicitur, & quod persuasio diaboli generauit.*

Exod. 12

Mundus hic Ægyptus tenebrosus est

Ægyptus inferior, idē est ac que infernus.

Abel prius omnium agnum obtulit Christum oblatum mortipro phetiȝans

Hunc quidē transitū, siue iter á Christo in Patrē directū voluit Haimō Alsbertanus Episcopus in illo transitu mystice figurari, quē Ioan. 6. fecit Iesus trās mare Galilææ: *Quod vero,* inquit Alsbertanus, *abeūtem Dominū trans mare Galilææ turbæ multæ sequuntur figurate innuit, quia mox vt Christus trāsiuit à mortuis secutæ sunt eum multæ turbæ credentiū ex vtroq; populo collectorum: secutæ sunt autem, non gressu pedum, sed imitatione fidei, & morum, vt impleretur quod idem dixit. Cum exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum.*

In Christi trāsitu per mare Galilęæ, eiusdem Christi ad patrē trāsitus figuratus. Alberta.

Ioan. 12.

Circa quem transitum per Tybiriadis mare mirifica est nostri Ruperti cogitatio ineūdem sensum, quem prosequimur, exponens enim eadem Ioan. verba: *Abijt Iesus trans mare Galilææ quod est Tiberiadis, & sequebatur eum multitudo maxima.* Christi Crucem transuehendi cymbam appellat (*barca de passagem*). Quemadmodum si aliquis exercitus ad aliquam ciuitatē ingrediēdam proficiscitur, dū mediat flumen apprehēsa prius á duce cymba ad aliam fluminis partem se confert, & postea eadem cymba omnis exercitus transfertur: ita dum militātis Ecclesiæ exercitus, cujus Dux strenuissimus Christus est in triumphantem Hierusalē ingredi conatur, ante cujus ingressum tribulationum multarum aquæ interjacent apprehensa primum á Christo Duce Crucis cymba per mortis vndas animose transiuit, earum incōstantiam firmans, sæuitiamque ita sedans, vt omnis postea Christianorum exercitus eadē cymba securè intrepideque valeat transire. *Abijt,* inquit Rupertus, *Iesus*

Ioan. 6. *Christi Crux trāsuehendi Cymba.*

Militātis Ecclesiæ exercitus Dux Christus,

Sedauit Christus mortis fluctus dū perillas trāsiuit Rupert.

transmare Galilææ, id est, transmigrauit ab amara via, & diffi. cili nauigat ione portatus ligno crucis, qua triũphauit omnes fluctus suæ passionis, nobisque magnæ gentium multitudini eiusdem crucis nauigium ad sequẽda vestigia dereliquit.

Rupert.

A nominis etiam ethymologia, ostẽdit Pat. Greg. fuisse in hac Galilææ trãsmigratione hunc Christi trãsitum figuratum, ostẽdens etiã ab eodẽ nomine Galilææ quomodo mors Christi potius transmigratio quædã, & breuis quidã trãsitus debeat appellari, quam mors: vbi etiã docet S.P. Gregorius transmigrandi modũ, quo vti debemus, vt ei occurrere valeamus in Galilæã, id est, in patriã, quod præcipuẽ elicit ex eo, quod in Galilæa se discipulis posthũc trãsitũ appariturũ pollicetur. *Bene*, ait Gregorius, *de Redẽptore nostro dicitur. Præcedet vos in Galilæã, ibi eum videbitis. Galilæa namq; trãsmigratio facta interpretatur: iã quippe redẽptor noster à pãssione ad resurrectionẽ, à morte ad vitã, a pœna ad gloriã, à corruptione ad incorruptionẽ transmigrauerat: & bene prius post resurrectionẽ in Galilæa à discipulis videtur, quia resurrectionis eius gloriã post transitum læti videbimus, si mõdo à vitijs ad virtutum celsitudinem transmigremus.*

A nominis Galilææ ethymologia ostẽditur significari in illo Christi transitu hunc de quo loquimur.

Gregor.

Nominis Galilææ ethymologia.

Quomodo transitur post Christum.

Optime quidem circa hũc Christi trãsitũ, & mortẽ, ser. 4 de passione philosophatur S. Leo Papa, dũ ait, tantã fuisse Christi in nos dilectionẽ, vt ex proprio patibulo nobis pontẽ confecerit, per quẽ ad beatitudinẽ transire possimus: *Passio* inquit, *Christi salutaris, salutis nostræ continet sacramentũ, & de instrumẽto, quod iniquitas Iudæorũ parauit ad pœnã potẽtia redẽptoris gradũ nobis fecit ad gloriã.* Quod itidẽ argumẽtũ serm. de transfiguratione latè prosequitur. Bene igitur Christus Põtifex appellatur, in quo cũ officio cõuenit nominis ethymologia: suæ enim mortis, & passionis meritis validissimis pontẽ cõposuit, iter direxit, trãsitũ præparauit, per quẽ transirent electi, & bonus trãsitus per quẽ trãsitur ex mundo, ad Patrẽ, ex impiorũ cõsortio ad electorũ societatẽ: bonus, inquã, transitus, per quod nõ laborãdo, sed diligẽdo trãsitur, vt deuote demore obseruat Bernard. dũ ser. in cæna Domini, sic ait: *Te dilexit Christus in morte, vt tu dilectione eius possis transire de mundo ad Patrẽ: te dilexit in finem, vt tu in eius dilectione, vsque in finem permaneas, quod quidẽ si feceris, proculdubio ad Patrẽ transibis.*

Leo Papa

Crucis patibulum pons ad gloriam.

Idẽ. ser. de transfigurat.

Christus Pontifex dum pontem construit nobis.

Per pontẽ, & trãsitũ à Christo cõpositũ, non laborando, sed amando transitur.

Bernard

Ita

Christus in passione miles strenuus arcem eg liper crucis scalã inuadens

Ita se habuit Christus in hoc transitu, & morte sua, quasi strenuus quidam miles, qui dum munitissimam arcẽ conatur inuadere muro scalam applicat, per quam arcem ascendat, & erecto in arcis summitate signo reliquos milites ad ascendendum adhortatur: apposuit namque crucis scalam arci illi, quam vi ob tinendam esse docuerat, id est, regno cælorum, per illamque ascendens Cælos inuasit, ibiq; erectis, & ostensis suæ passionis signis, plagis, scilicet, in proprijs manibus illatis tyrones milites adhortatur strenuus miles electus ex millibus, vt per eandem scalam intrepide transeuntes, & ascendentes arcem possideant, quã ipse omnium prior inuasit. Quod pleno quidem pietatis eloquio libro de virtutibus Cardinalibus prolocutus est Cyprianus dicens: *Considero opera tua, & admiror te cruci inter damnatos affixum, iam nec tristem, nec pauidum, sed suppliciorum victorem, eleuatis manibus triumphantem de Amalech, & quasi sanctificantem de excelso plebem, & eleuatum in sublime, & quasi cælo proximum superioribus inferentem consummati agonis vexillum, & inferioribus erexisse scalam in Patris occursum.*

Math. 11. *Christi plagæ redemptio. vexilla quibus Christianis ad cælum inuadendũ adhortatur.* Cant 5 Cypria. Exod. 17

Optime quidem, & conuenienter de Christo dicitur quod cum transeat ad Patrem transitum viamque nobis facilitet, quia cum á patre venit in mundum, vias planaturus aduenit: *Legis scilicet, difficultates in Euangelij facilitatem conuertens*, vt loquitur Tertulianus: ad strenuissimũ namque ducem spectat viam suis militibus facilitare, iterque dirigere, per quod ipsum expeditius in sequantur, quod vere Christus effecit, dũ per mortis viã transiens, ita reddidit facilẽ, & planam, vt nullus insequẽtium per eandem ingredi vereatur, vt serm. 3. de ramis palmarum piè obseruauit noster Guarricus dicens: *Is, qui salui fiunt omnino necessariũ erat, vt Christus transiens viam sterneret sicut per prospera, sic per aduersa.* Dum igitur adeo facilis redditus est iste transitus ex mundo ad Patrem postquam per illum Christus transiuit, dum jam adeo æqualis est ista via postquam idem Christus per illam incessit optimo certe jure nos inuitat P. Gregorius ad illam ingrediendam, & sine aliquo timore aut cũctatione sectandã hom. 3. in Euangelia dicẽs. *Sequamur fratres charissimi redemptoris nostri viam*

Veniens Christus à patre in mundum viam nobis planã fecit ad cælum, proficiscẽs à mũdo ad patrẽ tutã reddidit. *Strauit Christus mortis viam dũ per eam moriendo transiuit.* Gregor. *Beatitudinis via iã sine timore deambulari potest.* Gregor.

viã, vsu quippe virtutũ ita iã planã vt per eam fœminis liceat ambulare. Neq; aliter euenire poterat itineri isti, nã cũ Rex per aliquod iter transit planum omnino, & facile redditur. Felix igitur, & bonus trãsitus, per quem tam facilé, & secure post Christi transitum transitur ex mundo ad Patré, per quem non trãseunt reprobi cùm non transeant ex mũdo, sed cùm mundo, neque ad Patrem, sed ad perpetuam tyrannidem, de quo transitu tractatu. 55. in Ioan. ita ait Augustin. *Spes membris in capite data est, quod essent illo transeunte sine dubio secutura, quid ergo infideles ab hoc capite, & ab hoc corpore alieni, nonne & ipsi transeunt, quia non permanent? transeunt plane, & ipsi, sed aliud est transire de mundo aliud est transire cùm mundo: aliud ad Patrem, aliud ad hostem.* Hæc Augustin. cui consonat Hieronymi admonitio in cap. 26. Mat. thæi, qua aduertit quomodo recte per hanc viam transeatur: *Bene*, inquit, *transitus noster celebrabitur si terrena hæc dimittentes, ad cælestia festinemus.*

Per hanc viam nõ transeunt reprobi, & cur.

Auguſt.

Reprobi transeũt sed nõ ad Patrem.

quomodo per hanc viam recte transeatur.

Hieron.

Quod nã sit ostium nostri trãsitus adpatrem.

Bernard

Neque tacite prætereundum illud, quod Sanctus Pat. Bernardus circa istius transitus ostium lib. de passione Domini cap. 3. deuotissime ponderauit. (*Qual seja a porta deste passadisso* (Christi enim seruatoris perforatum latus istius transitus ingressum esse meditatur dicens, ideo amantissimum Iesum latus suum perforari permisisse, vt per illud, tamquam per istius transitus ostium adapertum, ad Patris præsentiam ingrederemur. *Ad hoc*, ait Bernard. *perforatum est latus tuum, vt nobis ad Patrem patescat introitus.* Quod itidé Rupertus obseruat, dũ quidnam significet ostium illud exponit, quod cap. 4. suorum visionum in cælo adapertum Ioann. noster se vidisse testatur: *Quid est*, inquit Rupertus, *hoc ostium nisi ipse, qui dixit. Ego sum ostium per me si quis introierit saluabitur: tunc denique, vt cælum terrigenis introeũtibus pateret, hoc ostium apertum est, quando Christus passus est, & latus eius lancea militis patefactum est.*

Cur Christi latus ad apertũ

Apoc. 4.

Rupert.

Ioan. 3.

(?) (?)
. (?)

ANNO-

ANNOTATIO L. IX.

Circa illa verba contextus.

Vt transeat.

Quod post quam Christus per mortem ad Patrem transiuit, iam non mors amara, aut terribilis, sed suauis, & dulcis quidã somnus iustis hominibus videatur.

CVM omnis mutatio physica nomen speciemque sortiatur á termino, ad quẽ terminatur, morsq; Christi fuerit causa exemplaris mortis nostræ inde fit, vt iustorum mors potius quies, dormitioq; appelletur, quam mors, cum Christi mors á qua iustorum mors denominationem sumit dulcissimus somnus fuerit & optanda quies, vt Hieronymus obseruat in epist. quam scripsit de ijs, quæ Deo attribuuntur in Scriptura dicens: *Dormire Dei est cum vnigenitus Dei Patris in assũpta carne pro nobis mori dignatus est, cuius mors recte dulcis sõnus fuisse prædicatur, ipso dicente per Hieremiam: Ideo quasi á somno excitatus sum, & somnus meus dulcis est mihi.* Quod etiam de Christi morte luculenter confirmat Ambrosius serm. 57. de sepulchro Christi Domini, sic enim ait. *Vt quid Christo tumulus in terris, cuius sedes manebat in cælis? vt quid illi sepultura, qui tridui tantum temporis spatio, non tam in sepulchro mortuus jacuit, quam veluti in lectulo dormiens quieuit?*

Iustorum mors somnus, & quies, potius appellãda, quã mors, á Christi morte, qua illi dulcis quidam somnus fuit.

Hieron.

Hier. 3.

Ambros.

Christi sepulchrum eius lectulũ in quo somnum captauit.

A Christi igitur morte tãquam á sua causa exẽplari habet iustorum mors, quod somnus, quiesque appelletur, sicq; fuit á Christo appellata dum Ioan. 11. dixit: *Lazarus amicus noster dormit.* Et optime quidẽ quemadmodũ enim qui dormit suauiter quiescit (causa enim quietis somnus comparatur á natura) & post somnum breui tempore suapte sponte expergiscitur, & reuocatur ad pristina, ita etiã qui mortuus est in Christo tãquam á somno facile reuocatur, & excitatur ad vitã immortalẽ, & beatam, vt sic bene quietũ transitum, ad instar Christi mortis sanctorũ mortẽ appellemus, & somnũ, vt sancti Patres illã appellare cõsuescũt, & præsertim noster Rupertus dũ Christi seruatoris dictũ superius adductũ põderat, quod circa La-

Ioan. 11.

Similitudo qua reperitur inter illos qui suauiter dormiũt, & illos qui moriuntur in Domino.

amici sui profatus est morté, Apostolorumque responsum, qui dixerunt: *Si dormit saluus erit.* Vbi Rupertus ita illos affatos fuisse ostendit, quia non dum hanc didicerant de iustorum morte philosophiam: *Non dum,* inquit, *tantum profecerant discipuli, vt scirent regulariter, & proprie loqui secũdum disciplinam fidei: nam vbi de fide resurrectionis agitur, melius dormitio, quam mors, de corporũ resurrectione prædicatur.* Quod quidem argumentum, prosequitur Chrisost. ho.6. in epist. ad Thessalo. & ho.32. in Matthæum, vbi adducens illud dictum dominicum Matthæi.9. *Non mortua est puella, sed dormit* sic ait. *Docet nos Christus non esse timendam mortem, cum ad conditionem somni iam redacta sit.* Suffragatur Hieronymus epist.3. quæ est ad Heleodorum Monachum adducens idé dominicum dictum Matthæi.9. Item Ambrosius oratione de fide resurrectionis, vbi ex eo persuadere contendit lugẽdos non esse mortuos, quia mors, somni quædã species est, qua iusti á præsenti sæculi labore quiescunt, in æternam postea felicitatem resurrecturi.

Ibid. vbi sup.

Rupert.

Excusantur discipuli, quod Christi dictũ de morte Lazari non intellexerit.

Chrisost.

Matth.9

Hieron.

Ambros

Mors quędã somni species.

Circa quam iustorũ mortis excellẽtiam, quam á Christi morte tanquam á termino suo, & exemplari assumpsit, S. P. Bernardum in medium iuuat afferre: ipse enim serm. quodã ex varijs, in quo illud cap.5. Iob exponendum suscepit: *In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum.* Per septimum tribulationẽ, in qua malum iustos non tangit mortem intelligit, secundum illud Sapientiæ. *Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Ideo igitur* (ait Bernardus) *septima tribulatio, idest mors, iustos non tangit, neque terret, aut illos doloribus cruciat, quia nimirum scilicet somnus est dilectis Dei: ianua vitæ: initium refrigerij: sanctissimi montis scala, & ingressus in locum tabernaculi admirabilis.* Quod etiã de iustorum morte suauitate, & quiete argumentũ multoties prosequitur idem Bernardus. Nam scribens ad Romanum Romanæ Curiæ Subdiaconum epist.106 ita ait. *Iustus mortem, & si non cauet, tamen nõ pauet: denique si morte præocupatus fuerit, in refrigerio erit: moritur enim iustus, sed securé, quippe cuius mors, vt præsentis est exitus vitæ, ita est introitus melioris. Bona igitur mors iusti* (paucis interjectis concludit Bernardus) *Propter requiem, melior propter nouitatem, optima propter securitatem.* Quod in serm.

Iob.5.

Septima hominis tribulatio mors.

Cap.3.

Bernar.

Mors iustorum ianua vitæ, refrigerij, ... tabernaculi admirabilis.

Idem.

Iustus mortem non pauet.

Sap.4.

Mors iustorum vitæ melioris introitus.

Idem.

de transitu Episcopi Malachię adhuc luculentius confirmat dicens: *Prætiosa plane sanctorū mors, tanquam finis orum, tanquā victoriæ cōsummatio, tanquā vitæ janua, & perfectæ securitatis ingressio.* Hæc omnia Bernardus, cui lib. 1. Soliloquiorum cap:3. Isidorus suffragatur, dū justorum mortem calamitatis terminū appellat *(fim de infortunios.)* Consonat August. dū in expositione cap. 11. Ioan. mortem grauissimæ Sarcinæ depositionem vocat. Neque certe despicienda sunt illa quæ Thomas Morus circa hāc optimam justorum mortis proprietatem, quā á Christi morte est consequuta, suis carminibus scripta reliquit, quibus illām quietis matrē appellat.

Mors iustorū labo rū finis, victoriæ cō-summatio.

Isidor.

August.

Mors iustorum sarcinæ depositio.

Thomas Morus.

mors quietis mater.

Nam stultum est mortem, matrē timuisse quietis,
Quam fugiūt morbi; mœstaq; pauperies.

Iuuat autem hanc mortis proprietatem inferre ex nominis Ethymologia, quo significatur locus, vbi sanctorum ossa reponūtur, vsque dum ad animarum reunionem aduocentur, dicitur enim, *cæmeterium*, à *cæmen*, quod *dulce*, significat, & ab *Erion*, quod idē est, atq; *status*, ita vt, *cæmeterium*, idem

cæmeterij ethymologia.

sit, atque, *status dulcis, & quietus*, quia in eo dulciter requiescunt sactorum ossa. Ita Abulēsis tom. 1. in expositione cap. 23. Geneseos.

Idem est cæmeterium atq; dulcis status.

Abulens.

Hæc certe justorum mortis proprietas adeo peculiaris illi, & propria est, vt etiam nōnulli, qui Christum Dominū non nouerunt illam in ea euidentissime cōspexerint, & fateātur, Etnici nempe philosophi, inter quos in hac certissima philosophia præcipuus est Seneca epist. 22. vbi mortem limen securitatis appellat: *quid*, inquit ille, *turpius esse potest quam in ipso limine securitatis esse solicitu?* Cui lib. 2. Tusculanarū quæstionum suffragatur Tullius dū bi de hac optima bonorū hominum mortis proprietate sic ait: *O quam optabiliter iter illud ineundum esse debet, quo confecto nulla reliqua cura, nulla solicitudo futura sit.* Quod tandē de hac piorum hominum mortis excellenti proprietate argumentum Cæsar apud Salustiū corroborat dicens: *Mors requies ærumnarum in luctu, atque in miserijs est, & cuncta mortaliū mala dissoluit.*

Mors securitatis limen.

Senec. epist. 22.

Cic.

Ex his, quæ de justorū mortis quiete vsque adhùc monstrauimus intēsa illa certe prouenit auiditas, & desiderium illud accensum, quo sancti viri

Mors iustorum ærūnarū terminus.

Ex mortis dulci securitate prouenit, vt sancti viri illam auiditer excoptent.

vitam pro morte commutare exoptant: nam cum totus eorũ vitæ discursus militia quędam sit, laboriosa tempestas, & diuturna vigilia, mortem sibi accelerari desiderant, quæ illis sõnus dulcis optata quies, & secura pax est, vt ho. 36. in cap. 15 Genes. optime aduertit Chrisostomus dicens. *Qui vitam honeste, & in virtutibus egerunt, quãdo ex hac vita emigrãt, verè liberantur, & quasi soluuntur à certaminibus, & à vinculis relaxantur, est enim mors his, qui bene viuunt translatio quedam ad meliora, à momentanea vita ad perpetuam, & immortalem, finemque non habentem.*

Chrisost.

Mors iustorum ad meliora trãslatio est.

Cum igitur sancti viri hanc quietem, & Christi societatẽ nisi per mortis transitũ se obtinendos conspiciunt, dumque eiusdem transitus breuitatem, securitatemque cõsiderãt, quã Christus illi attribuit dum ad Patrem transiuit, hunc transitum, & mortẽ auidissimè exoptant, qualiter se exoptare ostẽdit Paulus cùm ait. *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Circa quæ Pauli verba audiẽdus est Augustinus admodum subtiliter differens: *Qui desiderat*, inquit, *dissolui, & esse cum Christo, non patienter moritur, sed patienter viuit, & delectabiliter moritur.* Hæc August. Cui conso-

Philip. 1.

Au gust.

Iusti non patiendo, sed gaudẽdo moriũtur.

A nat P. Gregor. dũ lib. 24. Moral. sic ait: *Iustorum animæ dum carne spoliantur hilarescunt, & dum vetustatis debitum soluunt, noui iam muneris lætitia perfruũtur.*

Gregor.

Iustorum animę hilarescunt in morte.

Hanc certe mortis exoptãdam quietem, dulceque solatium vinctis martyribus Cyprianus ante oculos ponere nitebatur, vt illos ad mortẽ pro Christo libenter subeunda animaret dum epist. 3. quæ est ad Martyres, & Confessores sic scripsit. *Expectatis quotidie læti salutarẽ vestræ professionis diẽ, & iam iam à sæculo discessuri ad martyrum munera, & domicilia diuina properatis.* Quod etiã lib. de exhortatione ad Martyrium cap. 12. adhuc elegãtius prosequitur dum sic ait: *Quis est qui omnibus viribus non laboret, ad tantam claritatem peruenire, vt amicus Dei fiat, & cum Christo statim gaudeat, vt post tormenta, & supplicia terrena, statim ad præmia diuina perueniat? O quanta est dignitas, & quanta securitas exire hinc lætũ, exire inter pressuras gloriosum, claudere in momento oculos, quibus homines videbantur, & mundus, & aperire eosdem, vt Deus videatur!* Hæc Cyprianus, vnde jam nemini mirum videri debet (vt in epistola ad Phylagrum aduertit Nazianzenus)

Cyprian.

Idem.

Ampla [illegible] ana, quę [illegible] iustorum mortẽ cõsequũtur.

si viri

si viri facti ac perfecti in morte exultent, & lætentur cum illos expectet totius diuinitatis beatissimus conspectus.

Contra veró amara peccatorum mors est, & pessima, vt Psalm. 33. testatur Regius vates. Quia non transeunt ex mundo ad Patrem, neque trãseunt cum Christo ad Regnũ, sed cum hoste ad interitum: non enim qua Christus incessit via ipsi incedũt, & ideo nõ ad Patrem vadunt: non incedunt obediendo, sed spernendo, ideoque non facilé transeunt neque secure transmigrant: ambulãt vias difficiles, & ideo non solum fatigati discedunt, sed ad perpetuum laborem, fatigationem, & tyrãnidem transgrediuntur: dum enim Dei mandatorum facilitatem non sapiunt, transeundi celeritatem ignorant: cumq; cordis aures habeant mundi clamoribus obtusas, suauem sponsi vocationem non percipiunt. *Transite ad me omnes, qui concupiscitis me.* Audiũt tamé, & libenter transeunt iusti suauitatem, & dulcedinem in trãsitu inuenientes, quam Dominus illi contulit, dum transiuit ad Patrem.

Fuisse autem iustorũ mortem, & transitum hanc dulcé quietem, quietamque trãquilitaté ac pacem á Christi trãsitu consecutam, ex differenti veteris á noui testamenti loquendi more prius ostendamus, & postea id ipsum authoritate confirmabimus: dum namque in veteri testamento de Sãctorum Patriarcharum morte sermo est illorum mors non trãsitus, sed *appositio*, siue *aggregatio* appellabatur: vt videre est in varijs locis Genes. & præsertim cap. 25. vbi loquens Scriptura de morte Abrahæ, ait. *Mortuus est Abraham in senectute bona, & aggregatus est ad populum suum.* Et iti dem loquens scriptura cap. 35 de morte Sancti Patriarchæ Isaac, ait illũ ad populum suũ fuisse appositum. Quem etiã loquendi morem seruat eadé Scriptura Sacra cap. 49. eiusdé lib. dum de S. Patriarchæ Iacob morte agens sic dicit: *Finitis mandatis, quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & obijt, appositusque est ad populum suum:* quæ quidem nomina, *aggregatio*, nempe, & *appositio*, detentionem quãdã, & moram inuunt, qua sanctorum animæ detinebantur, & quasi cruciabantur in sinu Abrahæ á maxima auiditate, qua tenebantur perpetuæ felicitatis consequendæ dum ad illam non statim transibant,

quia

Marginalia: Psal. 33. — Peccatorũ mors amara. — Impiorũ mors trãsitus est, sed nõ ad Patrẽ, sed ad tyrannũ. — Eccles. 24. — Ostenditur quod hac dulcedo, quam habet iustorũ mors, — A — B — C — D — á Christi morte proueneit. — Cur iustorũ mors, á Christi morte, non trãsitus, sed appositio, seu aggregatio diceba tur. — Gen. 25. — Ibid. 35. — Ibid. 49.

quia vsque tũc aditus adapertus nõ erat, neque directa via, sicque eorum mors detentio potius, & quidam quasi cruciatus illis erat, quã requies: aggregabantur enim, & apponebantur, vt postea transeundi tempore omnes simul transirent.

Aliter de sãctorum morte loquitur sacra pagina postquã Christus transiit ad patrem atq; loqui consueuerat antequã trãsiret.

Aliter veró circa sanctorũ mortem loqui cõsueuit noua Scriptura, postquam Christus Dominus transiuit ad Patrẽ: nam ex tunc justorum mortẽ non appositionem, siue aggregationem, sed transmigrationem, siue transitum appellat; mortemque justorum eorum diem lætissimum appellat, ait namque: *Migrauit ad Dominũ, transiuit ad Dominum*, ita vt appositio illa, & pænosa aggregatio, qua justi ante Christi trãsitum detinebantur ne statim ab hac vita profecti beatitudinem consequerentur in celerẽ transitum, in dulcem, pacificamque quietem conuersa sit postquam Christus Dominus ad Patrem transiens mortis viam abbreuiauit, ad perpetuamque direxit tranquilitatẽ & pacem.

Neque certe deficiũt authoritates, quibus hanc veritatẽ cõprobemus. Eam nãq; attestatus fuit Regius vates dũ dixit: *In pace in id ipsum dormiã,*

Psal. 4.

A *& requiescam.* Quasi diceret, quanquam multũ ante Christi tempus mors mihi contingat per totũ id certe tempus mihi pænosa erit, vsque dum veniat illius mors, quæ hanc pænosam detentionem in dulcem somnum, & in optatam, pacificamque quietem conuertat.

B Accepisse justorum mortẽ à Christi morte, & transitu hanc quietem, dulcedinem, requiemque suauẽ infert Glossa Ordinaria exemptione agri figuli ad sepulturam, & quietem corporum peregrinorum, pretio Christi sanguinis comparati. *Ex pretio sãguinis Chris-*

Math. 27.

Glossa.

C *ti* (ait Glossa ad cap. 27. Matthæi) *emitur ager figuli in sepulturam peregrinorũ, idest, ad permãsionem quietis eorum, qui peregrinantur cum Domino.* Quod etiam S. Maximus Episcopus homil. de Iuda proditore per quãdeuotẽ meditatur, dicẽs: *Istius itaq; figuli ager Christi sanguine ẽptus est peregrinis, peregri-*

S. Maxi.

D *nis inquam, qui erãt sine domo, sine patria, & toto orbe exules iactabantur, requies Christi sanguine prouidetur, vt quibus non est in mundo possessio, sit ijs in Christo sepultura, &c.* quæ ibi in hanc sententiam á Diuo Maximo, per quam deuote referuntur.

Neque erit absre in hujus

annota-

Cur ante Christi mortē viri animosi & probatissimi mortem effugerint postquam vero Christus trāsijt, fragilis quaeq; mulieres. plam intrepide aggrediatur

annotationis calce inquirere, redderéq; rationē, & causam cur viri aliqui probatissimi, qui tempore legis naturæ, & scriptæ extiterunt adeo mortem exhorruerint, vt aliquis eorum, aliquid, quod nō licebat, vt mortis jaculum deuitaret aliquando comisisse videatur: Abrahamum virum probatissimum, omnique virtutū genere condecoratu testē laudo, de quo sacra narrat historia Genes. in cap. 12. quod mortis metu propriam conjugem euidentissimo peccādi periculo exposuerit dicēs: *Noui quod pulchra sis mulier, & quod cū viderint te Ægyptij, dicturi sunt vxor ipsius est, & interficiēt me, & te reseruabunt, dic ergo, obsecro te, quod soror mea sis, vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui.*

Abrahamus ob mortis metū propriā conjugē euidentissimo periculo exposuit. Gen. 12.

De viro Dei animoso Helia refert sacra pagina 3. Reg. cap. 19. quod mortis timore Iezabelis fugerit conspectum: *Timuit ergo Helias*, ait, *& surgens abijt quocumque eum ferebat voluntas.*

Helias mortis metu fugit Iezabelis conspectū. 3. Reg. 19.

Sed Abrahamum quid cōmemoro? Heliam quid refero, cum id potius in Petro animo so Christi discipulo euidentissime comprobetur, cui adeo terribilis fuit mortis aspectus, vt neque Christo comite illam

Petrus mortis metu Christū negauit intrateato. Lucæ. 22.

A aggredi ausus fuerit magistrique societatem ipsius mortis metu jure jurando abnegauerit.

Soluit Paulus quæstionē dū ad Hebræos scribēs cap. 2. ait: *Omnes nos ante Christi mortē mortis timori fuisse obnoxios* Soluit Ambros. in expositione 22. B Lucę, dum ait Petrum ex cō muni hominū cōditione mortem exhorruisse. Soluit adæquate idem Paulus ibidem, dū ait Christū morte sua omnes nos à mortis timore liberasse: exhorruit certe mortē Abrahamus: exhorruit Helias conditione naturæ, nō defectu virtutis: exhorruit Petrus mortē C ante Christi mortem, qui post mortem Christi in tantū mortem despexit, vt alligatis catena manibus illam superare niteretur: vnde hoc? quia videlicet ante quam Christus cum morte congrederetur nimis acri pungebat aculeo mors, at vbi primum aculeum, siue stimulum in petra Christo infigere ausa est, fregit aculeū pe- D tra, neque amplius stimulum habuit, quo tam acriter pūgeret. Canit hoc victoriose Paulus Corinth. in cap. 15. dicens. *Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus?*

ad Hebr. *Solutur dubiū cū Paulo, & Ambrosio.* Ambros. Paul. ibi.

Act. 12. *Post Christi mortē alligatis manibus insurrexit inmortē Petrus.*

Mortis aculeus in Christo tanquā in petra fractus. ad Cor. 15

Illud certe morti post eius cū Christo cōgressum euenit,

quod

quia vſque tũc aditus adapertus nõ erat, neque directa via, ſicque eorum mors detentio potius, & quidam quaſi cruciatus illis erat, quã requies: aggregabantur enim, & apponebantur, vt poſtea tranſeundi tempore omnes ſimul tranſirent.

Aliter de ſã ctorum morte loquitur ſacra pagina poſtquã Chriſtus tranſiuit ad patrem atq; loqui conſueuerat antequã trãſiret.

Aliter verò circa ſanctorũ mortem loqui cõſueuit noua Scriptura, poſtquam Chriſtus Dominus tranſiuit ad Patrẽ: nam ex tunc juſtorum mortẽ non appoſitionem, ſiue aggregationem, ſed tranſmigrationem, ſiue tranſitum appellat; mortemque juſtorum eorum diem lætiſſimum appellat, ait namque: *Migrauit ad Dominũ, tranſiuit ad Dominum*, ita vt appoſitio illa, & pænoſa aggregatio, qua juſti ante Chriſti trãſitum detinebantur ne ſtatim ab hac vita profecti beatitudinem conſequerentur in celerẽ tranſitum, in dulcem, pacificamque quietem conuerſa ſit poſtquam Chriſtus Dominus ad Patrem tranſiens mortis viam abbreuiauit, ad perpetuamque direxit tranquilitatẽ & pacem.

Neque certe deficiunt authoritates, quibus hanc veritatẽ cõprobemus. Eam nãq; atteſtatus fuit Regius vates dũ dixit: *In pace in id ipſum dormiã, & requieſcam.* Pſal. 4. Quaſi diceret, quãnquam multũ ante Chriſti tempus mors mihi contingat per totũ id certe tempus mihi pænoſa erit, vſque dum veniat illius mors, quæ hanc pænoſam detentionem in dulcem ſomnum, & in optatam, pacificamque quietem conuertat.

Accepiſſe juſtorum mortẽ à Chriſti morte, & tranſitu hanc quietem, dulcedinem, requiemque ſuauẽ infert Gloſſa Ordinaria exemptione agri figuli ad ſepulturam, & quietem corporum peregrinorum, pretio Chriſti ſanguinis comparati. *Ex pretio ſãguinis Chriſti* (ait Gloſſa ad cap. 27. Matthæi) *emitur ager figuli in ſepulturam peregrinorũ, ideſt, ad permãſionem quietis eorum, qui peregrinantur cum Domino.* Quod etiam S. Maximus Epiſcopus homil. de Iuda proditore per quãdeuotẽ meditatur, dicẽs: *Iſtius itaq; figuli ager Chriſti ſanguine ẽptus eſt peregrinis, peregrinis inquam, qui erãt ſine domo, ſine patria, & toto orbe exules iactabantur, requies Chriſti ſanguine prouidetur, vt quibus non eſt in mundo poſſeſſio, ſit ijs in Chriſto ſepultura, &c.* quæ ibi in hanc ſententiam á Diuo Maximo, per quam deuote referuntur.

Math. 27. Gloſſa. S. Maxi.

Neque erit abſre in hujus

annota-

Cur ante Christi mortē viri animosi & probatissimi mortem effugerint postquam vero Christus trāsierit, fragiles quoque mulieres plane intrepide aggrediantur.

annotationis calce inquirere, redderemq; rationē, & causam cur viri aliqui probatissimi, qui tempore legis naturæ, & scriptæ extiterunt adeo mortem exhorruerint, vt aliquis eorum, aliquid, quod nō licebat, vt mortis jaculum deuitaret aliquando comisisse videatur: Abrahamum virum probatissimum, omnique virtutū genere condecoratu testē laudo, de quo sacra narrat historia Genes. in cap. 12. quod mortis metu propriam conjugem euidentissimo peccādi periculo exposuerit dicēs: *Noui quod pulchra sis mulier, & quod cū viderint te Ægyptij, dicturi sunt vxor ipsius est, & interficiēt me, & te reseruabunt, dic ergo, obsecro te, quod soror mea sis, vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui.*

Abrahamus ob mortis metū propriā conjugē euidentissime periculo exposuit. Gen. 12.

De viro Dei animoso Helia refert sacra pagina 3. Reg. cap. 19. quod mortis timore Iezabelis fugerit conspectum: *Timuit ergo Helias, ait, & surgens abijt quocumque eum ferebat voluntas.*

Helias mortis metu fugit Iezabelis conspectū. 3. Reg. 19.

Sed Abrahamum quid cōmemoro? Heliam quid refero, cum id potius in Petro animoso Christi discipulo euidentissime comprobetur, cui adeo terribilis fuit mortis aspectus, vt neque Christo comite illam

Petrus mortis metu Christū negauit intrepido. Lucæ. 22.

A aggredi ausus fuerit magistrique societatem ipsius mortis metu jure jurando abnegauerit.

Soluit Paulus quæstionē dū ad Hebræos scribēs cap. 2. ait: *Omnes nos ante Christi mortē mortis timori fuisse obnoxios* Soluit Ambros. in expositione 22.

ad Heb. 2. Soluitur dubiū cū Paulo, & Ambrosio. Ambros.

B Lucę, dum ait Petrum ex cōmuni hominū cōditione mortem exhorruisse. Soluit adæquate idem Paulus ibidem, dū ait Christū morte sua omnes nos à mortis timore liberasse: exhorruit certe mortē Abrahamus exhorruit Helias conditione naturæ, nō defectu virtutis: exhorruit Petrus mortē

Paul. ibi.

C ante Christi mortem, qui post mortem Christi in tantū mortem despexit, vt alligatis catena manibus illam superare niteretur: vnde hoc? quia videlicet ante quam Christus cum morte congrederetur nimis acri pungebat aculeo mors, at vbi primum aculeum, siue stimulum in petra Christo infigere ausa est, fregit aculeū petra, neque amplius stimulum

Act. 12. Post Christi mortē alligatis manibus in surrexit inmortēl Petrus.

D habuit, quo tam acriter pūgeret. Canit hoc victoriose Paulus Corinth. iñ cap. 15. dicens. *Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus?*

Mortis aculeus in Christo tanquā in petra fractus. ad Cor. 15

Illud certe morti post eius cū Christo cōgressum euenit,

quod

quod api, quæ fracto in punctione aculeo statim perit, fregit Christus mortis aculeum, & mortua est mors, nã vt loquitur mater Ecclesia: *Mortẽ moriendo destruxit.* Timuit igitur Abrahamus, fugit Helias, exhorruit Petrus, quia non dum aculeum fractum nouerant (idest originale peccatũ, teste Paulo) ideoque Timuerunt, quia cum viua morte res illis agenda erat: intrepidi vero post Christi mortẽ, mortẽ aggrediũtur, vltroq; inuadũt infirmæ quæque mulieres, quia cum morte mortua illis certamen est, quam Christus transiens ad Patrem fracto aculeo superauit.

Mors ad instar apis fracto aculeo periit.

Mortis aculeus peccatum

Paul. ibi.

Sãctiviri veteris legis cũ viua morte decertabãt, at vero in noua lege cũ morte mortua certamen est.

ANNOTATIO LX.

Circa illud verbum contextus.

Suos.

Quosnam Euangelista Ioannes hoc verbo, Suos, *comprehenderit.*

ANTEQVAM profundissimum illud diuini amoris pelagus ingrediamur, quos suorum nomine Sacer Euangelista intelligat necessarium duximus exponendum, magna namque dissentio est inter authores, circa quos hic nomine, *suos*, comprehendat Ioannes: Cyrillus omnes homines comprehendendos esse docet cui neutiquã assetiri audebimus propter contextus verba ad peculiares quosdam restringentia, nempe ad eos, qui erãt in mũdo: neutiquã autẽ dixeris illos esse in mundo, qui jam a mũdo insinu Abrahæ recipiendi discesserant: nec illos, quos non adhuc mundi aura receperat.

Cyrill. opinio.

Omni homine cõprehendit.

Ioan. 13.

Refutatur hac Cyrilli opinio.

Astrictius loquitur Rupertus, sed non probandus, cum ad solos, & ad omnes electos, qui erant in mundo existimet ibi Christi dilectionem propagari: nam præter quam quod, verba *Qui erant in mundo*, talem sensum excludãt dũ Abrahamum, Isaac, Iacob, cæterosque electos, qui in mũdo non erant, ab electorum numero semoueat, amorẽ Christi coarctet: nõ solum enim in electos, sed & in reprobos suę intentionis signa tunc diuinus amor exhibuit: nam & traditoris pedes lauit, & ei se ipsũ communicandum dedit, quin & amicum nominauit, dicens

Ruperti opinio solos prędestinatos cõprehendit sed refutatur etiam.

Christus Domin' non solis electis sed reprobis sua dilectionis signa prębuit.

Amice

amice ad quid venisti?

Quod si ad verbum, *suos*, non adiunxerat Euangelista, verba, *qui erant in mundo*, tunc non solum ad omnes electos, verum ad omnes homines referri posse, verbum, *suos*, & deberi, necessario fatēdum erat, cū secūdum rationē creationis, & redēptionis omnes, quotquot sūt creaturæ, Christi, sint & præsertim intellectuales, in quibus imaginem, & similitudinē suā collocauit, & quas preciosō sāguine suo redemit, meritisq; validissimis reparauit.

Sequendus potius videtur Pat. Chrisostomus, quemadmodum omnes fere recentiores sequuntur, qui docet ibi nomine: *Suorum qui erant in mundo*, intellexisse Euangelistam Christi Apostolos, quos ibi suorum nomine designauit, quia secundum rationem mutuæ amicitiæ, & familiaritatis locutus est. Quamquam enim Christus Dominus omnes homines dilexerit, diligatque, & pro omnibus mortuus sit, omniumque redemptor, reparatorque extiterit, tamen quosdam specialiter dilexit, & intensius adamauit, nempe discipulos suos, quos ipse sibi delegit, & in ministerium sui Euangelij postea delegauit, quin, & inter discipulos quosdā excellētiores charioreq; habuit, nēpe Apostolos, quin, & de Apostolis sibi specialiter aliquē assūpsit in dilectū, nēpe Ioannē. Cum igitur maiora, & familiaritatis, & necessitudinis argumēta essēt inter Christū, & Apostolos, ideo hic, *suos*, nominat Euāgelista: cū præsertim tēpore suæ passionis, de quo nunc loquitur, hæc amoris argumēta, intētiorisq; charitatis signa eisdē discipulis exhibuerit, qualia fuerūt pedū ablutio, suiq; corporis & sāguinis proprijs manibus administratio, & illud intimū, vehemētēq; desideriū, quod se pati demōstrauit, cū ab eis discessurus dicebat: *Vado ad eū, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis?* ibi nāque Xpūs Dominus suorū se discipulorū valde zelotypū prębuit suūq; nimiū in Apostolos amorē indicauit, dū ab eisdē suiprę sētiā intimæ desiderari optat: vult nāq; amor redamari vt multóties de eodem inculcat Bern. Vultq; sēper quē diligit, inuicē amāri nāq; vt ait P. Gregor. *semel aspexisse non sufficit*. Iuxta quā amoris conditionē nō incōgrue videbimur interpretari verba illa: *Vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis?* Quasi suis amantissimis discipulis

Ioan. 13.

Omnes natura et iam in creatione, quā in redemptione Christi sunt.

Christi intimo probatur quæ solos comprehendit Apostolos.

Christus Dominus ratione, mutuæ amicitiæ & conuersationis, Apostolos, suos, specialiter nominabat.

Ioan. 13.

Eximia Christi in Apostolos amoris signa.

Ioan. 16.

Christi in Apostolos amoris ruga.

Ioan. 1

Bernard.

Gregor. hom. de Resurr.

Ioan. vbi sup.

dixisset. En ego ad Patrē proficiscor, & nemo vestrum de meo quærit discessu, ac si nihil vobis interesset mea præsētia, vnde iā me nō tam intime diligere videmini, quam á me amari intelligitis. Ex quibus in tensissimi amoris nugis, clarissime patet eximius Christi in Apostolos amor, nimiaque familiaritas, iuxta quam potius sui in præsenti euentu appellātur, quam cæteri.

Cur Christus potius Apostolos, suos vocet quā cæteros homines.

Non est tamen ob id nobis de Christi in nos amore diffidendū, neque negandū Christū alios etiā homines dilexisse præsertim fideles, & prædestinatos, pro quibus omnibus mori non dubitauit siue ad huc viuentes in carne, siue iam mortuos. Ad ius enim Christi pertinent omnes homines, non solū ratione creationis, sed redēptionis, vt superius annotauimus, iuxta illud 1. Chorinth. cap. 3. *Omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei*, & iuxta illud eiusdē Pauli Ephes. 5. *Christus dilexit nos, & tradidit semet ipsum pro nobis*. Vere enim amat qui nō solum sua, sed & se ipsum tradit amanti: quamquam enim magni amoris signū sit possessa tradere, maius quidē est se ipsum pro dilecto moriturū exhibere, vt

Nemini de Christi amore est diffidēdum.

1. Cor. 3.

Ephes. 5.

Qui vere amat.

Magnū amoris indicium

A elegāter prosequitur P. Greg. hom. 31. in Euāgelia: *Fortasse*, inquit, *laboriosum non est homini relinquere sua valde laboriosū est relinquere semetipsū, maius quippe est abnegare quod est*, & bene qui vehementer amat, dicitur abnegare quod est; siquidē desinit esse quod erat, B & incipit esse quem amat. Vnde bene Augustinus: *Si terrā amas, terra es, si cælum amas, cælum es:* In quo sensu loquitur, & Paulus cum ait: *Viuo ego, iā non ego, viuit vero in me Christus*, idest, postquam per charitatem, & amorem coniūctus sum Christo, desiui esse, qui eram, & transformatus sum C in Christo, quem vehementer diligo, & propter quem mortem exopto.

Gregor.

Cur qui vere amat, dicitur abnegare quod est.

Aug.

Galat. 2.

Dilexit ergo Christus, & omnes homines, pro quibus semetipsum exinaniuit, quibus se ipsum præbuit, & quorum dilectione homo factus est; quāquam enim non amiserit quod erat, assumpsit ta- D men quod non erat, vt homines redimeret, quos amabat. Minime ergo diffidendum est de Christi in nos amore, quāquam enim specialiter suos dilexisset Apostolos etiā alios mirificè adamauit. Nā vt beatā Virginē omittamus quā Christus eius filius intensissi-

Quāquā Christus a moreh minū desierit se quod erat, in pa tamen esse, qui non era

me

Dilexit Christus Virginē super omnia. *Anselmus.* *Ioan. 11.*

me, & super omnia dilexit (vt latè ostendit Anselmus) etiam noster Euangelista cap. 11. sui Euangelij affirmat Christum seruatorem quosdam alios ab Apostolis specialiter dilexisse Mariam nempe Magdalenā, Martam, & Lazarum earum fratrē. Adamauit ergo Christus suos, qui tunc erant in mū do nempe Apostolos, quos ratione mutuæ familiaritatis eni xe diligebat: dilexit & omnes homines, quos ratione creationis, & similitudinis mirifice æstimabat: nec sic ad solos Apostolos suā dilectionem dirigebat, vt ad omnes etiā homines eius charitas non attenderet. *Sic namq;*, vt ait P. Greg. lib. Moral. 25. cap. 13. *Curat singulos, ac si vacet à singulis.* *Gregor.*

ANNOTATIO L.XI.

Circa illa verba contextus.

Cum dilexisset suos, qui erant in mundo.

Ostenditur non adeo stricte Christi dilectionē ad suos Apostolos terminari, vt in ōnes etiā homines nō propagetur.

NE autē reddamur exanimes dū Euāgelistæ verba sic intelligenda esse cū patribus sentimus, vt ad solos Apostolos referenda esse dicamus, aliquid amplius circa eadem verba duximus annotandum: nempe eundem fere loquendi modū obseruasse Euāgelistam cap. 1. sui Euangelij, dum ait, *In propria venit, & sui eum non receperunt.* Vbi expresse loquitur de Iudæis, quos ibi nomine suorum insignit, non solum secundum vniuersalem rationem, secundum quā omnes Christi sumus, sed etiā, secundū particularem, nēpe carnis cognationem, quo etiā sensu nostros appellamus illos, quos vel consanguinitate, vel affinitate attingimus. Neque interim nos à suo iure secernit Christus. Vnde quāquam ibi nomine *suos*, nō omnes includat Euāgelista, sed solos Apostolos cōprehēdat, nemo tamē nostrū à Christi dilectione, & possessione excluditur, nam Christus Dominus sic dilexit certos quosdā, vt nō eos solos diligat, & sic diligit singulos, ac si solos diligeret, sic etiā ōnes diligit quasi singulos diligeret, vt deuote de more ait Aug. 3. cōf. c. 11. *O tu, bonus Iesus, qui sic curas vnūquēq; nostrū quasi solū*

Ioan. 1. *Etiam Iudeos suos nominat Christus secundū carnis cognationē.* *Ita peculiariter intendit Christus vnicuiq; ac vnimet fi.* *August.*

cures: & sic omnes quasi singulos curares. Secundum quem eximium amorem in vnũquẽq;, eximiamque charitatem locu tus est Paulus ad Galatas cap. 2. dicens: *Christus dilexit me, & tradidit semetipsum pro me*, quasi solũ Paulũ dilexisset Christus, & pro solo Paulo morere tur. De quo sensu P. Chrisosto mũ Paulũ interrogantẽ audite: *Quid facis ò Paule dũ cõmunia propria tibi vendicas? Cum quæ pro toto terrarum orbe facta sunt, tibi facis peculiaria? Nõ ne tu ipse dicis. Qui tradidit filium suum pro nobis? non igitur pro te, sed pro omnibus.* Apperit autẽ Chrisostomus Pauli sensũ dũ sic prosequitur. *Declarat par esse, vt quisquis nostrum nõ minus agat gratias Christo, quam si ob ipsum solum aduenisset: neq; enim recusaturus erat, vel ob vnũ tãtum exhibere dispensationẽ, adeo singulum quemq; hominũ pari charitatis modo dilexit, quo diligit orbem vniuersum, &c.* Quæ eleganter prosequitur D. Chrisostomus. Non ergo desidamus de Christi in nos dilectione, cũ suos Apostolos speciali ter dilexisse audimus: immo Pauli affectum immitãtes non inuideamus ijs, quos Christus intime enixeq; dilexit, sed laboremus, & studeamus, vt Christum singulariter diligamus, vt vicissim ab eodẽ diligamur, & beneficia, seu priuilegia, quæ in alios collata sunt, nostra potius reputemus: ea nãq; sanctorũ conditio est, & mẽs, vt alijs non inuideãt, immo pro beneficijs à Deo in alios collatis sese retributioni pu tent obnoxios, sibiq; peculiaria existiment suorũ bona pro ximorũ, quod vel in Ioãne, de quo agimus, vel in Paulo, quẽ retulimus, maxime cõprobatur: ille enim etiãsi specialiter esset dilectus Christi in alios dilectionẽ non inuidus cõmẽdat, dum ait: *Cũ dilexisset suos, qui erat in mũdo &c.* Paulus autem redemptionis beneficia, quæ in omniũ hominum cõmodũ operatus est Christus, quasi in se solum collata recognoscit, desideratq; pro omnibus cõpensare, dũ ait: *Christus dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* Quam iustorum proprietatẽ Chrisostomus, in. de cõpunctione cordis maxime cõmẽdauit, dũ lib. 2. sic ait *Hic est affectus serui fidelis, vt beneficia Domini sui, quæ cõmuniter data sunt omnibus, quasi sibi solũ præstita reputet, & quasi sit ipse omniũ debitor, & pro omnibus ipse solus habeatur obnoxius.* Hæc Chrisost.

Circa vero alterã sanctorũ conditionẽ, nẽpe proximis nõ

Marginalia: Galat. 2. — Chrisost. — *Obvnum tantũ peccatorem mortẽ subire nõ recusaret Christus si vnus solus peccaret.* — *Non sunt inuidẽda sanctorũ præmia, sed exoptanda, & inquirenda.* — *Sanctorũ conditio, & mens.* — *Ioannes Euangelista, & Paulus Christi in alios dilectionẽ nõ inuidi.* — Ioan. 13. — Galat. 2. — Chrisost. — *Grati animi proprietas.*

Psal. 141 inuidere loquebatur Regius vates dum diceret: *Me expectãt justi donec retribuas mihi.* Quẽ quidem versiculũ sic septuaginta verterunt: *Coronabuntur justi dum retribueris mihi*, id-est, ea est conditio, charitasque sanctorum, vt non solum non inuideant bonis, & beneficijs, quæ in me contuleris, quinimo, & se coronis insignitos reputabunt, cum me á te corona viderint insignitum, quod quidem ex eo prouenit, quia scilicet optime sciunt, tenentque justi amplissimum esse cæleste ærarium, copiosum Dei gazophilatiũm, innumerabilẽ thesaurũ, multã mercedẽ, infinitũ amorẽ, incomprehensibile exhibendi desideriũ, ac proinde nunquam deficere, neque justum fraudari posse á desiderio suo, quod bene annotauit Hieronymus, dum illa verba Pauli 1. Corinth. cap. 9. ponderat: *Omnes quidem currunt; sed vnus accipit brauium. In illo*, inquit, *stadio, in illo spectaculo omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauiũ. Cæteri victi discedunt, & perseuerauerũt incurrẽdo, sed cũ acceperit vnus, remanent cæteri, qui similiter laborauerunt: hic autem non sic profecto non sic, quotquot currunt si perseueranter currãt, omnes accipiunt, & qui prior venerit, expectat, vt cum posteriori coronetur.* Quod cum experimento didicisset Ioannes dũ illa sanctorum millia ad capita coronis insignita, ad manus palmis condecorata aspexit, non erat cur alijs dilectis ipse dilectus inuideret: quia suæ dilectionis præmium ab alijs dilectis non absũmi bene nouerat. Sicque alios dilectionis insigni decorat dum ait: *Cum dilexißet suos, qui erant in mundo &c.*

Marginal notes: Psal. 141. — Septuag. — Sanctorũ cond.tio. & charitas. — Ærariũ cœleste copiosum ... — Nunquã iustus a desiderio suo frauda-tur. — 1. Cor. 9. — Hieron. ad hæc verb. Pauli. — Exiguũ mũdi præmium est & dimi-ctum. — Ampla Diuæ munera... — Apoc. 7. — Ioan. 13.

ANNOTATIO

LXII.

Circa illa verba contextus.

Suos, qui erat in mundo.

Quod sicut Christus omnium diligentium longe affectuosior diligens extitit, ità omnium fuit longe dilectus.

NE in expositione istorum verborũ aliquibus plusquã par est detineri videamur S. Pat. IoãnẽChrisost. in mediũ afferemus, qui hom.

Sacra script ura sverba sut minutatim, ac multoties cōsideranda:
Chrisost.

21. in Genes. docet Sacra scriptura verba esse minutatim scindenda, & multoties iteranda, vt ab eis mirificos sensus auferamus: *Dici nequit charissimi*, ait, *quam multiplex thesaurus in verbis commodum lectis reconditus sit. Et scio quidem quod opinantur aliqui nihil amplius dici, quam illorum nominum enumerationem, & appellationē: spectant enim tales ad solam superficiem. Ego autem omnes vos obsecro, ne simpliciter ea, quæ in Scripturis sacris contenta sunt, transeatis. Nihil enim hic scriptum est, quod multas sensuum nō habeat diuitias. Quandoquidem diuino spiritu afflati prophetæ locuti sunt, ideo vti à spiritu scripta ingentem in se continent thesaurum. Et ne miremini, quod in hac nominum enumeratione multas, latentesque diuitias sententiarū, vobis me ostensurum pollicear. Neq; enim, vel syllaba, vel apiculus est in sacris literis, in cuius profundo non sit grandis quispiam thesaurus.* Tanti igitur Patris doctrinā imbuti illa eadem verba, de quibus superioribus annotationibus actum est in præsenti iterum aggredimur explicare.

In Sacræ Scripturę verbis thesaurus multiplex recōditus.

minimus sacra scriptura apiculus, grādis mysteriorū thesaurus.

Et quāquam clarissimum sit ideo ad illud verbum, *suos*, Ioannem apposuisse verba sequentia: nempe (*Qui erant in mundo*) vt ostenderet, quibus præcipue Christus Dominus in suæ mortis confinio intensioris dilectionis signa præbuerit, vtpote Sanctis Apostolis, quos non solum in præsenti euentu, sed á primo ipsorum vocationis tempore charissimos habuit, intimosque amicos frequenter nominauit, & in sui Euangelij propagationē delegit: non tamen erit abs re dicere, verba illa (*qui erant in mundo* ad verbum, *suos*) ideo apposuisse, vt prope modum infinitum esse ostenderet numerum eorum, qui Christum seruatorem dilexerūt, diligūt, & vsque in finem sæculi diligent: quasi diceret. Non solum habet affectuosus iste dilector, affectuosos in mundo dilectores, quos diligit, & á quibus diligitur: sed alios propemodum infinitos, qui á mūdo jam recesserunt. Fuit nāq; Christus Dominus á prima statim mundi constitutione ita ardenter dilectus, & ita auide exoptatus: vt sicut illum agnū ab origine mūdi occisum cap. 13. Apocalypsis Ioannes appellat, quia ab eadem mundi origine fuit occisioni destinatus, & quia eius occisio, omnibus quotquot ab origine mundi fuerūt proficua, & vtilis fuit, omnibusque ex tunc

Ioan. 13.

Lucæ. 1

Ioan. 15.

Numerꝰ eorū qui Christū dilexerūt, diligunt, & diligēt prope modum infinitus.

Apoc 13
Cur Christus dicatur agnꝰ ab orig ne mun occisus.

Hugo.

D. Tho.

Christus dilectus ab origine mundi & quomodo.

gratiam redemptionis promeruit, vt ad hunc locum obseruat Hugo Cardinalis: vel quia in figuris occisus fuit vt Diu. Thomas existimat 3. p. quæst. 83. art. 1. Ita quia ab ejusdé mũdi constitutione in suis figuris dilectus, & fidei feruore adamatus est, dilectus ab origine mundi conuenientissime appellatur.

Genes. 4

Christus á primis parẽtibus adamat.

A primis certe parentibus dilectus, & adamatus fuit Christus, dum filium Abelem occisum á fratre conspiciunt, quia in hac figura spem conceperunt, fore sibi aliquando vẽturum innocentissimũ nepoté, qui in ara Crucis occisus, & immolatus, eorum scellus proprio cruore detersit, qué tanti beneficij spes charissimũ illis, dilectissimumque statim reddidit.

Gen. 22.

Christus ab Abrahamo adamatus, & quãdo

A sancto Patriarcha Abrahamo adamatus est Christus, dum in ariete cornibus hæréte vepribus illum fidei oculis cõspexit, ipsa enim fides Abrahamum docuit, quod in ara Crucis affixus Christus illi, & Isaac, ac omnibus ex circumcisione credentibus saluté erat allaturus: si namque dũ Abraham in puerum occidendum oculos conjiciebat, á paterna dilectione in illum eius viscera impellebantur, quem videbat, multo magis á fidei feruore ad illum adamandũ impellebantur, quem non videbat, se tamen visurum exultabundus expectabat: *Nam amor in Deum succensaque charitas* (sicut hom. 55. in Genesim obseruat Chrisost.) *mentem á sensibilibus ad spiritualia transfert, & á præsentibus ad futura, & á visibilibus ad inuisibilia.* Dilectio ergo illa eximia, quæ Abrahamum in amorem præsentis pueri incitabat, illius etiam viscera ad illum diligẽdum impellebat, qué præsens, puer adumbrabat.

Amor seu charitas . . . Chrisost.

Clem. Alexã.

amor à nomine ... mandi ... sequi ... videret ... amabatur sola nominis suauitat

Neque certè huic mẽti cõtradicit illud, quod Clemens Alexandrinus obseruat, á visu nempe amorem hominibus proficisci, aliter namque in dilecto Christo euenire conspicimus, dum non, á visu, sed á solo nomine, & auspicatione diligi intuemur; sicut Cãticorum 1. edocetur dum ob nominis flagrantiam á deuotis animis dilectum fuisse ostenditur. *Oleum effusum nomen tuũ, ideo adolescentulæ dilexerunt te nimis* (inquit sacer contextus.) Neque mirũ est illum nominis tantum suauitate ad suam dilectionem attrahere; nam vt ait extraneus Poeta.

Cant. 1.

Conueniunt rebus nomina sæpe suis.

Eius namque nominis suauis

Dulce Christi nomē omnes attrahebat, ad se.

dulcedo, & dulcis suauitas ipsius internam suauitaté, amabilemque indolem exprimebat, quæ ad animos ad se alliciendos, sibique conciliandos adeo efficax est, vt non de ambulando ad se attrahat, sed de currendo arripiat? ex sua náq; natura, & probitatis excellétia habet spósus Christus quod diligatur, totus enim desiderabilis, & amabilis est, vt eius dilecta sponsa experimento testatur Canticorum 5. circa quæ sponsi verba sic proloquitur Theodoretus. *Quid, inquit spōsa, in singulis sponsi mei pulchritudinis partibus explicandis cōmoror? totus est desiderabilis: omnes ad amandum se trahit.* Vnde iá mirandum non est quod solo nomine ad se diligendū attrahat cum præcipue eius nomen intimam ipsius bonitaté, amabilemque indolem cōuenientissime significet. Quam Christi nominis ad amorem conciliandum dulcediné, cap. 26. inculcat Isaias dicens: *Nomen tuum, & memoriale tuum in desiderijs animæ meæ.* Quæ verba de suauitate nominis IESVS interpretatur Lyranus, & bené, nā si Regis Iosiæ nomen, illū amabilé reddidit cūctis, qui nō aspexerūt, vt cap. 49. Ecclesia. refert Sacra pagina, quanto magis Christi nomen suaué,

Cant. 5.

Theod.

Christus desiderabilis, & amabilis

Isaiæ. 26.

Lyran.

Eccl. 49.

A ad omnes attrahendos efficax esse debuit, & ad illius amoré conciliandum?

Quod si Ambrosio fidem prestanda est, non deficit profecto Alexandrini assertum, vidit namque tūc Abraham Christum Dominum, vidit, & tormenti genus, quo erat mūdum redēpturus: *Christum vidit Abraham in isto sacrificio,* inquit Ambros. *huius passionē aspexit, & ideo ipse Dominus ait de eo, Abraham diem meum vidit, & gauisus est, vnde ait Scriptura, vocauit Abraham nomen loci illius Dominus vidit, vt dicant hodie: in monte Dominus apparuit. Hoc est, quod apparuerit Abrahæ reuelans sui futuram passionem corporis, qua mundum redemit, demonstrans etiā genus passionis cum suspensum ostēdit cornibus arietem, virgultum enim illud, patibulum Crucis est.* Hæc omnia Ambros. Vnde non immerito, & absque aliquo motiuo impellente adamauit Abrahamus Christum tot ante sæcula.

Nonne á sanctissimo Iacobo Patriarcha fuit Christus intensissimé dilectus quemadmodum, & ab eodem fuit auidissimé exoptatus eius aduétus, desiderataque præsentia? quod certe testificantur verba illa mirifica, quæ animā emit-

Quādo Abrahamo Christus

Amb. li. de Abrahā cap

Ioan. 8.

Virgultū quo hærebat aries Isaac Crucis lignū significauit.

Christus Dominꝰ á S. Iacob adamatꝰ

B C D

tendo

Gen. 49.

tendo est pro locutus: *Salutare tuum expectabo Domine*, & illa *Donec veniret desiderium collium aeternorum.* Nam de Christo venturo, & á sancto Patriarcha auidissime exoptato, & jam tunc summe dilecto docent Patres esse hæc verba intelligenda, inter quos præcipui sūt Ambrosius, Rupertus, & Brixianus ad hunc locum Genesis: quorum iuuat Ambrosium audire sic exponētē: *Desiderium Christi seruatoris super omnes montes, idest, super omnes illos sublimes viros Patriarchas, atque Prophetas.* Ex qua Ambrosij expositione, & sensu clarissime colligitur fuisse Christum Dominum plus cæteris Patriarchis, & Prophetis á Sancto Patriarcha Iacob longe dilectum, & optatum. Hanc quidē Christi dilectionem, & desiderium in omniū veteris testamēti patrum præcordijs semper versari cap. 2. suæ prophetiæ testatur Aggæus dicens: *Veniet desideratus cunctis gentibus.* Nam ex gentium in Christū desiderio bene in eum amor, & dilectio infertur, & inculcatur, attestante P. Gregorio, sicque dicente hom. 30. in Euangelia: *Qui mēte integra Deum desiderat, profecto iam habet, quem amat.*

Ambros. Rupert. Brixian.

Ambros.

Christus in veteri lege plusquā ōnes prophetas exoptat⁹, & dilect⁹.

Aggæ. 2.

Ex desiderio alicuius rei infertur amor quo desideratur.

Idem est Deū desiderare, atque illum diligere.

Gregor.

Tantum equidem multos

A

ante Christi seruatoris aduentum annos eius dilectio pectoribus increbuerat, vt ab illa iá tunc anthonomastice dilectus diceretur. Vnde dū affectuosus eius amicus Esaias Cantica sua ad illum, tanquam ad adæquatū suæ dilectionis obiectum dirigeret, sic titulū affigebat: *Canticū pro dilecto*: Quē etiam loquendi modum eius sponsa, vetus scilicet Ecclesia, obseruabat dum de eodem, quem aduenire ardēter exoptabat loquens sic dicere consueuit: *Dilectus meus mihi, & ego illi: Dilectus meus candidus, & rubicundus.* Item alibi. *Nunciate dilecto quia amore langueo.* Ab eodem etiam Christi venturi amore agitatus idē (quē superius retulimus) Esaias capite 26. se illum in præcordijs impressū gestare dulcissimis, & amantissimis verbis protestatur, dicens: *Anima mea desiderauit te in nocte, de mane vigilabo ad te.* De Christo enim vēturo exponit Gregor. lib. 23. Moralium cap. 21. hoc Isaiæ desiderium.

Christus per anthonomasiā dilect⁹ nominatur.

B

Isaiæ. 5.

Cant. 2. & 5. Ibidem.

C

Isaiæ. 26.

D

Gregor.

Quid autem auidissimum illum amoris affectum cōmemorabimus, quo Patris verbum postquam humanam naturam assumpsit dilectus est, qui quidem affectus adeo in gentem amicorum numerū, illi

Ingent in lege gratia Christi amicorū numerus, & pene innumerabilis.

illi aggregauit, vt non valeat enumerando recenseri, quæ enim tam faciêda erit in enarrando loquêdi copia, quę martyrum, Confessorum, ac Virginum incôprehensibilê multitudinem valeat comprehendere ab affectuosa Christi dilectione attracti, & illecti per cruces, per ignê, per lapides, per enses, per suspêdia, per mêbrorũ trũcationê, per verbera, per ludibria, per famê, per sitim, per nuditatem, per frigora, per infamiam illum auidissimè sunt insecuti, eiusq; amici facti? Quod si adeo difficile existimauit Hieronymus probum amicum inuenire, & fidelem, vt scribens ad Rufinũ diceret. *Amicus fidelis diu quæritur, vix inuenitur, difficile cõseruatur,* noster tamê dilectus adeo felix in amicis sibi cõparandis extitit, vt ab vna tantũ natione centum quadraginta quatuor amicorum millia sibi conciliauerit, vt noster attestatur Euangelista dicens: *Ex omni tribu filiorum Israel centum quadraginta quatuor millia signati* & cum amplius enumerando progrederetur incomprehensibilem esse istius dilecti amicorum numerum testatur dicens: *Post hac vidi turbã magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & linguis, stãtes ante thronum &c.*

Amicum fidelē inuenire difficile, difficilius conseruare. Hieron. ad Ruf.

Christus amicis cõparãdis felicissimus.

Apoc. 7.

Innumerabilis Christi amicorum numerus.

Ex quo in nos, in nostrũq; Euangelistam quæstio illa denuo exurgit quam olim Cresconius Grammaticus temporibus Augustini proterue excitauit, dicens nullo modo verum esse posse, id quód de innumerabili sponsi Christi amicorum quantitate asserimus, nosterque Ioannes testatur; cũ sponsus ipse Matthæi 7. arctã esse vitæ viam protestetur, paucosque esse affirmet illos, qui per illam ingrediũtur. Cui obiectioni, quamquam lib. 3. contra eundem Cresconium adæquatè satisfaciat Augustinus, dũ nõ ideo paucos Christum dixisse saluãdos ait, quia pauci sint numero eius amici saluandi, sed quia cõparatione reproborũ exiguior sit eorum numerus.

Cresconij Gramatici impiũ assertum destruitur, eiusq; fundamentum.

Math. 7.

Quomodo intelligẽda Christi verba, de paucitate saluandorum. August.

Quamquam igitur, vt diximus, ita quæstio adæquate ab Augustino soluta sit: nos tamen ab eo maxime proueni re dicimus, paucos Christum dixisse saluandos, quia paucos reputat omnes, á quibus diligitur, quamquam reuera numero sint infiniti, quod illi ex eo prouenit, quod tam auide á nobis amari desideret, tantosque sibi amicos conciliari exoptet, vt semper illi paucissimi

Auidum in Christi pectore nostra salutis desiderium.

simi

simi videantur omnes á quibus diligitur, quãquam, vt dictum est, numero sint infiniti. Quod de Christi in suos dilectione, & affectuosa charitate testatur, Theodoretus dum in oratione de charitate, quæ to. m. 2. suorũ operum cõtinetur ait diuinum amorem satietatis leges non accipere.

Theod. *Diuinus amor nescit satiari.*

Cum igitur tantus fuerit numerus eorum qui Christũ á mundi constitutione dilexerũt, in præsenti diligebãt; & vsque ad mundi finem erant dilecturi necessariũ reputauit Euangelista ad illud verbum, *suos*, verba illa, *qui erant in mũdo*, apponere, quibus non solũ innueret, sed declararet de qui bus nã suis esset in præsẽti ser mo: népe de sanctis Apostolis quibus tũc propẽsioris, intensiorisque dilectionis, vt dictum est, signa exhibuit, vt homil. 69. Chrisost. annotauit.

Ioan. 13. *Cur ad verbum* suos, *apposuit Ioannes* qui erãt in mũdo

Chrisost.

A

ANNOTATIO LXIII.

Circa eadem verba contextus.

Suos, qui erãt in mundo.

B

Inquiritur, redditurque causa, ob quam Christus Dominus adeo impense studuerit, vt Iudam sibi in amicum conciliauerit, cũ præsertim tot amicorũ millia Iuda longe meliorũ possideret.

C

NEMINI certe, dubium esse poterit, quanta animi auiditate Christus Dominus Iudam á nefario scelere auocare, in suamq; gratiam, & amicitiam adducere, in eaque illum conseruare exoptauerit: quod quidem ex his, quæ in vltimo vitæ cõfinio erga illum operatus est magnopere comprobatur, ad eius namque pedes consternatus, ne ab amicitia sua separetur exorat, & vt sibi consulat deprecatur, vt ser. 23. Pat. Chrisolog. meditatur dicens: *O homo iam tibi parce, quia vt tibi ipsi parcas, tuos Deus lauit, tuos tenuit, suos amplexatus est* pedes

D

Chrisol. *Ad pedis Iudæ cur consternatus Christus.*

pedes: eademque intensione illum amicum appellat, ac interna illius immunditiæ dolore concutitur dicens: *Vos mundi estis, sed non omnes.* In eius iterum cor iacula mittit dum ait: *Qui manducat panem meum, leuabit calcaneum suum cōtra me.*

Itaq; omnes prorsus suæ pharetræ sagittas in cor eius immisit vt illū in suā amicitiā reuocaret. Omnes tamen respuit, ac fregit eiusdē cordis dura lorica, qua illud diabolus ad Christi dilectioni resistendū induerat, & muniebat, quā ita fortiter tēperauerat, vt potius frangeretur, quam cederet, & sit suspēsus crepuit medius. Quæ omnia hom. 70. in Ioan. Euangelium piē de more ponderauit Chrisostom. dicens: *Contēplare postquam dilapsus est Iudas quātum habuit auxilium, & nūquam resurrexit: dixit ad eum Iesus: Vnus vestrum diabolus est. Dixit: Mundi estis, sed non omnes: dixit: Non de omnibus dico. dixit: Qui intingit mecum manū in parapside hic me tradet, & nihil horum sensit.* Ideoque (paucis interjectis) ab hac Christi erga Iudam affectuosa propēsione excitatus exclamat idē Chrisost. dicens: *O Christi patientiam! non dum proditorem arguit, sed tegit scelus, indulgens ei locum pænitentiæ.* Quod etiā meditatus est Beda, dum illa Christi verba Lucæ 22. exposuit: *Verumtamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa: de proditore*, inquit, *prædixit dans locum pænitentiæ, vt cum intellexisset scire cogitationes suas & occulta consilia pæniteret eum facti sui, cuius etiam prædixit pœnam, vt quem pudor non vicerat, corrigant saltem denuntiata supplicia.*

Sed antequā in nostræ dubitationis solutione indagāda vlterius pregrediamur, iuuat expendere Christi verba, quibus ipse Iudā præmonuit, vt ab incepto scelere desisteret: *Qui manducat*, inquit, *panem meum, leuabit calcaneum suum contra me.* Sūt enim verba hæc, ingemiscentis debellati, & superati, non autem debellātis, vincentis, & superantis. Nam quemadmodum in Scriptura Sacra, alicujus pedem tenere, idem est atque ab eo victoriā reportare, vt in secunda nostrarum annotationum parte late, Deo dante, mōstrabimus, ita plātam pedis supra aliquē leuare, signum est superantis, atque vincentis. Dum igitur Christus Dominus traditoris pedem supra se eleuandū dicit, se ab eodem superandum esse procul dubio fatetur: cū enim, quis plantam super adversarium

Marginalia (left): Luth 26 — Ioan. 13 — Iē vbi sup. — Omnes eius sagittas in cor eius immisit diuinus amor. — Omnes tamen respuit Iudæ obduratum cor. — Pati: frāgi voluit, quam pœnitere. — Actor. 1. — Chrisost. — Ioan. 6. — Idem 13 Math. 26 — Chrisost.

Marginalia (right): Admirabilis Christi patientia, in Iuda tolerādo. — Qua intentione prædixit Christus Iudæ traditionem — Ioan. 13 — Alicuius pedē tenere idē est atq; ab eo victoriā reportare — Calcaneum in aliquem leuare, signū est vincentis, superātis.

A B C D

uersariū leuat, illū jā prostratū, victūq; tenet: vnde nōnulli Hebrei in interpretatione Psal. 109. *Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis. Donec ponā inimicos tuos scabellūpedū tuorū,* dicūt loqui ibi Dauid de victoria ab Abrahamo de quatuor Regibus diuinitus cōsequuta; cujus meminit Sacra pagina Genes. in cap. 14. atq; asserunt idē significare verba hæc: *Donec ponāinimicos tuos scabellū pedū tuorū, atq; donec tibi plenā de inimicis tuis victoriā cōcedā.* Et quāquā hāc expositionem cō textui maxime repugnare videamus, in eo quod de Abrahamo interpretetur; nō repugnat tamē quoad loquendi modū; in eūdē enim sensū eadem verba cōstruūt, qui ea de Christo Dño intelligūt, & de victoria eius inimicis reportata exponūt: sic enim ibi cōmētatur Liranus. *Inimicos tuos scabellum pedū tuorū, id est subiectos tibi.*

Psal. 109

Hebræorū huius psalmi interpretatio.

Gen. 14.

Lyranus

Dum igitur Christus Dominus Iudam calcaneū supra se eleuaturum ait, clarisśime innuit suam de proditore dilectionem nō solum victoriam non reportaturam, sed etiam ab illius ingratitudine debellandam, & profligādam fore: ita Augustin. tractatu 59. in Ioannem Christi verba interpretatur dicens: *Hoc quid est*

Christi dilectio à Iudæ ingratitudine, quasi victa.

A *aliud, nisi conculcabit me?* Consonat Ambrosius, dū in expositione illius versiculi Psal. 40. *Homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem,* ait prophetasse ibi Dauid de hoc Christi cum Iuda conflictu, in quo diuina dilectio ab ipsius Iudæ ingratitudine quodammodo superata fuit: *Vidi ego* B *puer,* inquit Ambros. *aliquem athletam cum elisisset aduersariū frontem ei percussisse calcaneo, in signum quod insultauerit victo. Hoc igitur est, quod dicitur: Leuauit calcaneum suum super me, quo verbo insultantis, Iudæ jactantia declaratur.* In confirmatione hujus fraudulétæ vi- C ctoriæ, pulchre adducit idem Amb. Supplātationē Iacob ad Esau, in qua quāquā par est locutio, diuersū tamē fuit fundamētū; nam supplātatio Iacob ad fratrē suum diuinitus facta est. Iudæ autē ad Christū supplātationē diabolus subgessit. D *Esau,* inquit Amb. *bis supplantauit fratrē, qui supplātat dolū facit, quo aduersariū illidit, aut vulnerat ideo, & Iudas supplantasse dicitur quia osculo suo vulnus infixit, quo inuadēdi saluatoris signū persecutoribus demōstrauit. Supplātauit ergo quasi serpēs, quia serpens ore venenum infundit, & vulnerat dente calcaneū.*

August.

Psal. 40

Ambro

Ibidem

Gen. 27

Laudun. Anselm.

Ab Ambrosij expositi one nō dissentit, Laudunensis noster, dū in sua Interliniali sic habet, *Magnificauit supra me supplantationem, idem est, quod in me insurrexerit, & strenue insidiatus est mihi.*

Inquiritur causa ob quam Christi dilectio in Iudam non inualuit.

Est ergo in hoc Christi cum Iuda, amoris conflictu maxime ponderandum, cur dinina eius dilectio in cor Iudæ n on inualuerit, cum adeo efficax sit, adeoque strenuè in córdibus debellandis se gerat diuinus amor, vt etiam cum non affectat, efficiat redamari, vt sermone tertio de Sancto Patre Benedicto, obseruat Garricus noster dicens: *Charitas etiam sine alieno suffragio facile se ad omnem animam commendat.* Dubitandi fundamentum astruit occasio: adeo enim victoriosa in illo euentu incedebat Christi dilectio, vt in victoriam, seu victoriose dilexisse dicatur. Nam verba illa nostri contextus, statim explananda: nempe: *Infinem dilexit*, ita exponunt aliqui recentiores: *In victoriam dilexit*, seu *victoriose dilexit*, Quasi velit inuere Euangelista in illa peculiari hora quam affectuosa Christi dilectio sibi vt propriam accepit, adeo strenue se gessisse, vt non solum de

Amoris seu dilectionis vis & proprietas.

Garric.

Christi dilectio in hora Crucis victrix incessit.

Christi dilectio in hora Crucis non solū de peccato, & de morte, sed etiā de se ipsa triūphauit.

A B C D

peccato, & morte, verum, & de eo dem Christo, ac proinde de se ipsa victoriam reportauerit.

Redditur ratio ob quā Christi dilectio in Iudam non inualuit.

Haud tamen mirandum est Iudæ ingratitudinē Christi dilectioni non cedere, cum sit ipsa ingratitudo hostis gratiæ, & inimica salutis, vt sermone secundo de septem misericordijs obseruauit Bernardus, omniaque dilectionis jacula declinet, frangatque, vt idem Bernardus loquitur in suo libro de diligendo Deo, dicens: *Omnino sola nos à profectu conuersionis impedit ingratitudo nostra.*

Ingratitudo hosti gratiæ inimica salutis.

Bernard.

Est vtique Christi dilectio sagittaria, atque in cordibus debellandis sagittis vtitur, vt expertus testatur Dauid, dicens: *Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi*, quinimo, & dilectio ipsa sagitta penetrabilis est, cuius vulnere sauciata sponsa, clamabat dicens: *Charitate vulnerata ego sum:* Cuius etiam ictibus cor trāsfixum gestare profitetur Augustin. *Sagittaueras tu Domine*, inquit, *cor meum charitate tua.* Atqui manifestissimum est, quod si saggitta ad lapideum signum dirigatur, non penetret, sed vel resiliat, vel frangatur: dùm igitur ad lapideum Iudæ cor diuinæ dile-

Christi dilectio sagittaria est.

Psal. 37.

Christi dilectio sagitta ipsa.

Cant. 2.

August.

Iudæ cor lapideum charitatis sagittas resilire. *Thren. 4.* *D. Tho. Paschas. Dionis.*

ctio sagittas immittit, non penetrant, sed resiliunt: ex illis namque est, de quibus ait Hieremias quod eis daturus sit Dominus scutũ cordis, quẽ locum Diuus Thomas, noster Paschasius, & Dionysius de duritia cordis intelligunt, qua verbi Dei sagittis obstinata corda resistunt.

Secunda ratio cur Christi dilectio in Iudã non inualuit. *Ignis materia in qua sustẽtatur.*

Vt secundam causam assignemus ob quam affectuosa Christi dilectio in Iudæ cor non inualuit, aduertendum est propriam ignis materiam esse pingue, & humidum: vnde minime potest ignis lapidibus applicari, qui nihil pinguedinis, succi ve continent, aut humiditatis, sed ex sua natura sicci, & aridi sunt: ex quo fit vt si lignis vehemens lapidibus applicetur, illos non inflammet, sed scindat: inflammabit certe ignis aurum, & liquefaciet illud, inflammabit argentum, inflammabit æs, quin & ferrum inflammabit, totumque reddet ignitum; at vero lapides scindentur priusquam reddantur igniti. Cum igitur ingratitudo (vt in soliloquijs Augustin. obseruat) omnem prorsus charitatis succum, & dilectionis pinguedinem ab humanis cordibus expellat, reddit lapidea, & ad inflammãdum incapacia, neque amplius apta manent, vt inflammentur. Vndedũ Dominus filios Israel inflammare disposuerit, & in suam amicitiam reducere exoptâuerit; postquam non vnũ tantum diem, aut vnum integrum annum, sed quadraginta annos in negotio consumpsit, vt ipse testatur dicens. *Quadraginta annis proximus fui generationi huic.* Vel vt vertit Pagninus, & Campensis: *Lis mihi fuit cum generatione ista*, id tandem sibi neutiquã conficiendum cognouit, quia eorum corda erant ingratitudine indurata, redditaque lapidea; ac proinde facilius reputauit noua illis corda ingerere, quàm lapidea inflammare, vt ipse Dominus Ezechielis capite. 11. testatur dicens: *Auferam cor lapideum, & dabo eis cor carneum, vt sint mihi in populum.* A lapideo igitur Iudæ corde profluxit á diuina dilectione non inflammari, & non á diuinæ dilectionis defectu, quæ quia ignis est, lapidibus applicari non nouit. Hos tamen, idest indurata corda, & lapidea quãquam non inflammet, ita stringit, & concutit, vt in mille frusta scindantur; quod Iudæ contigit, qui medius crepuit,

Lapidea inflãmari nõ possũt. *Aug. ingratitudo reddit corda lapidea.* *psal. 94* *Pagnin. Campẽs.* *Ezec. 11* *Nõ ex diuina dilectione, sed ex proprio defectu profluxit, vt Iudæ cor nõ fuerit inflamatũ.*

& diuisa sunt omnia viscera eius. Quod tam de Iuda, quam de iudæis, ejusdem in eodem ingratitudinis crimine socijs Threnorum in cap. 3. vaticinatus est Hieremias dicens. *Dabis eis scutum cordis laborem tuum.* Nam ita hunc locum vertit Paraphrastes Chaldæus, vt de Iuda, & Iudæis optime intelligatur. *Dabis*, inquit, *eis confractionem cordis, lassitudinem tuã, finem in ipsis*, idest lassati in via iniquitatis confracto corde peribunt.

Thren. 3

Paraph. Caldai.

Ne tamen ingrati nimis extollantur dum audiunt Iudæ ingratitudinem á Christi dilectione victoriam reportasse: attendant esse illis cum hoste certamen, qui victus vincit, superat superatus, & triũphat occisus, nam mortem moriendo destruxit, quod optime ponderat Pat. Gregor. dum euentum illum considerat, quem cap. 13. primi lib. Machab. refert Sacra pagina, Eleazaro contigisse, qui sub Elephanto, quem feriens interemit; opressus occubuit: & qui hujus figuræ mysterium exoptauerit latius perpendere, legat Patrem Gregor. lib. 19. Moralium cap. 13. & Rabanum super eundem Ma-

Christus vincit victus, & triũphat occisus.

Machab 13.

Gregor.

Raban.

A chab. locum, dum nos ad præsens argumentum prosequẽdum cum Ambros. transimus qui in expositione Psalmi quadragesimi, sic ait: *Leuauit Iudas super Christum calcaneum suum cum proderet eum, sed non leuauit impune, leuauit enim calcaneum quasi luctator insolens, &* B *superbus, in quo caput percuteret saluatoris, sed caput Christi ferire non potuit, quia caput Christi Deus, suum sane caput informis laquei nodo ligauit, vt remedium sibi salutis auferret.* Considerat autem Ambros. eodem loco, aliquibus interiectis, quomodo Iudas victoriam reportauerit, aitque C Iudam dolose certasse, Christum vero volenté occubuisse; sed ideo ita occubuisse, vt hoste de victo gloriosius resurrexerit: *Quod in Iuda est*, inquit Ambros. *dolum fecit; quod in Christo volens passus est: sæpe enim videmus fortiorem velle percuti, vt acrior lacessitus insurgat, & vehementius* D *excitetur.* Hæc Ambros. victus igitur vincit Christus, victor Iudas punitur, dũ vincit testatur ille qui in eius persona ait: *Iniquitas calcanei mei circũdabit me*, vel oprimet me, *& timere me facit*, vt Augustin. exponit, quæ superati potius & afflicti vox est, quam su-

Ambros.

Iudas luctator insolens impune calcaneũ leuauit.

Iudas per dolum victor.

Christus patitur mortem, vt gloriosius resurgat.

Ambros. ibidem.

Iudas punitur vincẽs. Psal. 48.

Augustin.

perantis

perantis, & triumphantis, fateatur igitur verum, vel inuitus Iudas proditor, ita enim eius calcanei iniquitas quę in magistrum leuauit cũ strinxit vt medius cõfregerit, eiusque viscera penitus diffuderit.

Actor. 1.

Hic certe occasio ansam offert, vt de execranda Iudæ ingratitudine eiusque cordis duritia multa dicamus, sed quia in secunda harum nostrarum annotationum parte id fusius Deo iuuante pertractare decernimus, ab istis nũc supersedemus, & ad inquirendã causã transimus, ob quã Christus Dominus cũ tot amicorũ millia possideret, adeo tamen impense, in Iudæ amicitia cõparanda laborauerit, & quia á nemine præterquam ab eodẽ Christo eam addiscere possumus, illum de hac re humiliter interrogemus: pulsemus perseueranter vt clementer ad aperiat ille, qui pulsanti se apertorum policetur.

Math. 7. Luc. 11.

Quando igitur ó bone Iesus in præsenti euentu interrogas, an quid feceris cognoscamus, concede vt interrogemus quid facias, dũ ad Iudæ proditoris pedes curuato poplite moraris? dum in peluim aquã infundis? dũ amoris æstu accẽsus, & caritatis vulnere sauciatus, intimoq; cordis dolore percussus sic dolẽter profaris? *Sed non omnes*, quasi qui tot amicorũm millijs non saturis, sed adhuc proditorem Iudam in amicum aggregare impense exoptes? Nonne ad auidũ istud tuum cõparandorũ amicorum desiderium satiandum tot amicorum millia sufficiũt? non tot Angelorum chori? tot Patriarcharũ cunei? tot Apostolorum, discipulorumque cætus? tot Martyrum exercitus? tot Confessorum agmina? tot Virginũ aggregationes tibi satis sũt? aut ad quid abominãdi cujusdã proditoris amicitiã exoptas? quid ab homine infimæ sortis, deteriorisq; cõditionis, & naturæ amari contẽdis? sed quid in interrogando moramur, dũ te nõ verbis solum, sed factis nos edocẽtem audimus? & in hoc euentu nõ tibi, sed nobis laborantem conspicimus? tuam certè in Iudæ amicitia exoptanda dilectioné commendas, sed amorem nostrum simul ad dilectionem prouocas, & ad recte diligendum erudis: dum enim adeo solicitus es de vno, cum possideas plurimos, tuæ consummatæ dilectionis naturam ostendis, quæ talis est, vt te ad vnum tantum redimendum impelleret, si vnus solus peccaret, sicut ad omnes redi-

Ioan. 13.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

redditur prima ratio obquã Christus Iudam sibi in amicũ cõcilia re exoptauerit.

Dum Christus de Iuda reducẽdo agit, suã dilectionẽ cõmendat, & nostrã eru dit.

Pro vno solo peccatore moreretur. Christus, si vnus solus peccaret.

mendos impulit, quia omnes peccarunt, vt in expositione cap. 2. epist. ad Galat. Chrisostom. obseruat dum ait *Neque certe recusaturus erat, vel ob vnum tantum exhibere dispensationem.* Nosque tali facto erudis, vt ita ardēter vnū quemque proximum diligamus ac diligimus vniuersos, eandémque curam, & solicitudinem in vniuscuiusque salute procuranda impēdamus, quā in omnium proximorū remedium necessarium erat impendere. Vnde derelictis nonaginta nouem ouibus, quæ iā boni pastoris ouilli securè seruabātur, inuastam heremi solitudinem te ingeris, nosque ingerendos esse doces, vt vna, quæ perierat reducamus, & pari nos discrimini ob vnam, atque ob omnes simul offeramus, vt tu bone pastor. Iesus ob vnum tantum Iudā deperditum adeo libenter crucem subires, atque pro omnibus subire decreuisti.

Chrisost. *Christi in proximis diligēdis eruditio.* *Luc. 15.* *Probata charitas tam pro vno, quā pro multis periculis exponitur.*

Vt alteram rationem assignemus, ob quam Christus adeo intense Iudæ amicitiā exoptauerit, cum tot amicorū milliā possideret, ad ignis naturā recurramus, qui adeo vorax est, vt ingētibus lignis quibus alitur non contentus leues festucas, paleolasque minutissimas, quæ circū circa sunt nitatur comburere. Vorax certe ignis iure optimo appellaris ó Iesu amantissime, vnde tot tātisque amicis non contentus ad minutissimū vilissimumq; homunculum in tui amorem accendendum, & inflammādum, tuæ dilectionis flammā immittis, nescit enim satietatis legis diuinus amor, vt iam supra cum D. Theodoreto annotauimus.

Assignatur secūda ratio ob quā Christus adeo intēse exoptauerit Iudā in suā amicitiā adducere *Ignis proprietas.* *Christi amor, ignis vorax & consumens.* *Deut. 4* *Nescit amor satietatis legem* *Theod.*

Quod si aliam adhuc causam exigitis, ob quam Christus Dominus adeo intense Iudæ amicitiam exoptat, curq; tanti erga illum amoris signa ostendit, cur pedes lauat, cur bucellam porrigit, cur amicū nominat: ad eiusdem amoris manifestam proprietatem recurrite, quam cōmunem habet cū igne: nescit enim abscōdi ignis nec patitur tegi. Vt in epistola Paridis ad Helenam Ouidius obseruat dicens.

Assignatur tertia causa, ob quam Christus Iudā sibi amicū consiliare exoptauerit. *Ioan. 13.* *ibidem.* *Math. 26* *Amoris, & ignis cōmunis proprietas, abscōdi nō posse.* *Ouidius*

> *—Quis enim celauerit ignem*
> *Lumine, qui semper proditur ipse suo.*

Ita certe affectuosa dilectio, amorque intensus, vbi primū alicujus cordi inhæret, abscondi non valet, neque contineri potest, quin euidentissima sui signa præbeat vt in suo fasciculo amoris cap. 11. obseruat Iustinianus Laurentius

Laurent. Iustinia.

dicens: *Habent hoc propriū, qui amoris succensi sunt flamma, vt diu latere non valeant: estque amor virtus quaedam cordis, valida, & praeceps, quae nequit occultari.*

Probant hanc amoris proprietatem nonnulla Sacrae Scripturae loca, & praecipuè locus ille Genesis 45. vbi narratur, quod dum vellet Ioseph suam infratres dilectionē, amorē que singularē occultare, id tamen assequi non potuerit, neque diu valuerit dilectionis flammam reprimere: *Non poterat se amplius*, ait Sacra pagina, *cohibere Ioseph.* Ad quē locum optime Lyranus: *Pietas*, inquit, *paterna nō permittebat, eum amplius continère pietatis interioris signa.* Luculentius autem Abulensis ibi *Magna*, ait, *intra se visceruum commotio, & affectionis teneritudo, impetu magno ferebantur, ita vt necesse esset, eum alte vocem emittere, donec emitteretur primus impetus teneritudinis.* Suffragatur Augustinus dum serm. 83. de tempore adducens eūdem locum sic ait: *Dilectionis affectum pio dolore testatus est Ioseph.* Ingens certe amoris ardor ingētem flammam emisit, neque valuit occultari.

Gen. 45. Lyra. Paterna pietatis proprietas. Abulēs. August.

Optimus ad eandem amoris proprietatem inculcandā,

A & astruendam locus est Reg. 2. cap. 18. vbi narrat Sacra pagina, quod dum Dauid copiosum contra filiū Absolonē patris euersionem, & mortem molientem exercitum mitteret, stans tamen clamabat dicens: *Seruate mihi pueru Absalō*, maiorem certe demonstrans, sibi in corde pugnam excitare B filij dilectionē, quam erat bellum, quod contra filium inire necessitas postulabat. Perbellè Chrisostom. lib. 3. de prouid. Dei: *Quid*, inquit, *ea miseratione miser-bilius? suscipere bellum cogebatur Dauid, in quo, & vincere, & vinci aeque illi molestum erat.* Quo autem signo Dauidis amor in hoc euentu se se C prodierit optime ostēdit Ambros. in expositione psal. 118. dicens: *Parcite dicebat Dauid, filio meo Absalon, tacebat amor impietatis scelus, pietatis autem gradum, & nomen necessitudinis proferebat, vt pugnaturi nō aduersarium Regis, sed filium cogitantes dolorem laesa pietatis in-* D *biberent.*

2. Reg. 18. Chrisos. Ambro.

Valde certe congruenter, homil. de Absalon persequēte patrē loquitur idem Chrysostomus dum euentum istū expendit: ibi enim late ostendit nunquam potuisse ingrati filij pertinaciam, dilectionis paternae flāmā aliqualiter retardare.

tardare: immo quo inuerecundiori conatu Absalō parricidiū intendebat, eo maiori affectu paterna viscera mouebantur, dilectioque eximia in illius fauorem prorumpebat: *In de*, ait Chrisost. *parricida exercitum contra patrem inflammat, hinc Dauid vt parcat filio, abeuntes duces exorat: inde dementia contra genitorem exurgit, hinc clementia, vt parricidæ parcatur exposcit: inde furor, hinc dilectio operatur: parricida non læsus insanit, Dauid læditur, & mitescit.*

Chrisost.

Liceat autem hic ex vtroq; istorū Sacræ Scripturæ loco, alteram cōsumatæ dilectionis proprietatem ellicere, dum scilicet se prodit semper in dilecti commodum, & fauorem prorumpere: *Ego sum*, inquit, *Ioseph frater vester, quem vendidistis in Ægyptum, nolite pauere, neque vobis durum videatur, quod vendidistis me in his regionibus, pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum.* O benignus amoris affectus! prorupit certe dilectio intimo pectore medulitusq; radicata, prorupit vtique, nec potuit occultari, & ita prorupit, vt fratrum scelus omnino minuerit, dum suam in Ægyptum venditionem, cōmunem salutem vocat, Deiq; missionem prouidentiam, & iudicium: ad Deique prouidā curam recurrit, vt fratrū scelus occultet, & vt proditionis crimen minuat, De iprouidētiā exagerat, atq; inculcat. *Quam pia fraternitas*, inquit Ambros. ad hunc locum, *quā dulcis germanitas, vt etiam parricidale excusetur ad missum, dicens: diuina illud prouidentiæ fuisse, non impietatis humanæ, quandoquidem ait, quod nō ab hominibus oblatus ad mortem, sed a Domino missus sit ad salutem.*

Inculcatur altera amoris proprietas.

Vbi sup.

Ambro

Non potuit in Dauidis pectore dilectionis flamma celari, & cum proditur in Absalonis commodum prorumpit, dum vt scelus minuat, puerū nominat, illiusque crimē, pueritiæ vocabulo tegit. *Minuit*, inquit August. *puerilis sensus in patrem inuerecundos conatus.*

August

Dum autem Ambrosius Ioseph cum fratribus suis á quibus venditus est euentum cōsiderat, illum figurā fuisse ait euentus Christi cum Iuda, & Iudæis, a quibus venditus, & emptus est. *Hæc ergo*, ait, *iam tunc futura posterioribus temporibus mysteria reuelata sunt, deniq; ipsis exprimitur sermonibus, vt & ipsum esse intelligamus, & qui antea in Ioseph, & postea in suo locutus est corpore &c.* Optime certe, non enim dedignatus est Christus Iudam nominare

Chrisost

nare amicum, quem cognoscebat proditorem, quemadmodum Ioseph fraterno nomine vocat, quos in se proditionis scelus exercuisse optime nouerat.

Affectuosa igitur dilectio, quæ in Christi pectore inhærebat aduersus Iudam tegi nõ potuit, immo se ipsã prodidit dũ proditori Iudæ osculũ præbuit, pedes lauit, nominauit amicũ, eiusq; amicitiam adeo intense exoptauit.

Ioan. 13. Math. 26

ANNOTATIO LXIIII.

Circa eadem verba contextus.

Suos, qui erãt in mundo.

De peculiari signo, & nota, qua voluit Christus vt cognoscantur illi, qui speciali familiaritatis ratione sui sunt.

QVAMQVAM vniuersi, qui fuerunt, sunt, eruntque in mundo tam creationis iure, quam redemptionis beneficio, Christi procul dubio sint, illos tamen, qui peculiari familiaritatis, & dilectionis ratione sui dicuntur, peculiari etiam nota, & signo á reliquis discriminare decreuit (*Pos deuisa aos Jeus.*) Nam sunt nonnulli, qui quamquã iure creationis, & redemptionis beneficio Christi sint, ita tamen perditê viuunt, & sinistre operantur, ac si Christiani non sint.

à dilectionis signo voluit Christus quod dinoscãtur sui.

In hoc certe magnatorum moré obseruasse videtur Christus, qui dum nubunt peculiare aliquod insigne proferre consuescunt (*tirão librea*) quo tam ipsi, quam sui inter reliquos homines manifestissimé dignoscantur: dũ enim Christus Dominus sibi in mortis cõnubio Ecclesiam copulauit ex dilectione sibi vestem consuit (*Tirou librea de amor*) qua ab omnibus cognosceretur: vnde dũ sponsa charissima ad charissimum sponsum dignoscẽdum amantissimis suis comitibus signa præbuit, dixit. *Dilectus meus candidus, & rubicundus.* Quasi si diceret. Ne ó charissimæ sorores in dilecto spõso meo agnoscendo desipiami ni á peculiari signo dignoscite, ab inflammata nempe charitate, & dilectione, qua rubet, & quam sibi, & suis, vt peculiare insigne assumpsit: in hunc enim fere sensum hæc

Insigne quoddam posuit Christus suis, admodũ illorũ, qui nuptias celebrant.

Ex dilectione sibi in hac hora Christus vestẽ consuit.

Cant. 5.

Sponsi Christi signa, á quibus cognoscitur.

sponsę

sponsæ verba serm. 48. in Cantica mellifluè exponit Bernardus, & hac eadem dilectionis nota insigniri docet oportere illos, qui illius sponsi Christi familiares, & domesticos esse exoptant dicens. *Flammea est charitas, hæc mihi Dominum Iesum rubicundum facit. In eo mihi, & veritas candet, & rubet charitas. Dilectus, inquit, meus candidus, & rubicundus. Quid ni candidus? ipse lux est, & in eo tenebræ non sunt vllæ. Quid ni rubicundus? Deus enim ignis est, & in se ignem venit mittere in terram. Si tibi ministrat intelligentiæ lucem, candidus est, sed si non animum accendit ad amorē non eum sentis rubicundum. In se ipso vtrumque est, sed tibi non est, nisi cum eorum in te sentis effectum, si sponsa es æmulare mixturā gemini coloris huius ab spōso tuo, vt similiter candida, & rubicūda sis, idest syncera, & succensa: nam ipse sicut serenādi, ita & succendendi vim habet. Qui approximat illi, approximat igni.*

Bernar.

Charitas flammea est, seu rubicūda. In Christo candet veritas, & rubet charitas.

1. Ioan. 1. Deut. 4

Luc. 12.

Quando cādet nobis Christus quando vero rubet.

Christi flāma dilectionis, & succendit, & serenat.

Hac igitur eadem dilectionis nota, & veluti tessera (*como com deuisa*) suos signari, seu insigniri vult Christus, vt inter impios hæreticos improbosque homines manifestissimè dignoscantur: nam vt id expositione illorum verborū Cant. 8. *Pone me vt signaculū*

Ad quid peculiari signo, insigniri vult Christus viros probos.

Cant. 8.

A *supra cor tuum*, Augustin. obseruat, *signare est signum rei imponere, cuicumque enim rei ponis signum, ideo ponis, ne cōfusa cū alijs agnosci nō possint*, hinc est quod illa millia milliū sanctorū, quæ Christū spōsū insectari cap. 7. Apocalyps. Ioannes se vidisse testatur, insigniti, seu signati incedebant, quia secundū hāc intimæ familiaritatis rationē Christi proprij erant.

Apoc.

Cur in Apocalypsi signati apparent sancti.

B Suos igitur signari voluit Christus dilectionis insigni dū se ipso eorum corda signanda præcepit. *Deus* enim, *charitas est*. Illi igitur inter omnes homines tamquam Christi familiares dignoscuntur, qui tam C in corde, idest, in internis actionibus, quā in brachio, idest, in exterioribus operationibus illū defixū gerunt, illiusq; dilectione tamquam proprio sigillo interius, exteriusque signātur. Vnde Ambrosius lib. de Isaac, & anima cap. 8. sic eleganter ait: *signaculum in corde* D *Christus est, vt semper diligamus, & signaculū in brachio, vt secūdum illum operemur*. In quo etiam sensu dicitur Aggæi 2. *Ponam te quasi signaculum*. Quasi dicat æternus pater filio vnigenito, te carne assumptā vtar ad signādos electos, ita namq; locum istum exponit Hieronymus, dicens. *Christus ipse imago est*

1. Ioan. 4

Qui Christi signare dicuntur.

Dilectio Christi sigillum.

Ambros.

Agge. 2

Hieron

go est Dei inuisibilis, vt quicũq; crediderit in Deum, hoc quasi anulo signetur.

De hoc Christianorum signo à quo Christus vult quod cognoscantur sui, multis in locis meminit Paulus, & præsertim ad Ephesios cap. 1. dicens. *In quo, & credentes signati estis spiritu promissionis sancto.* De quo adhuc clarius loqui videtur cap. 4. eiusdem epist dicens. *Nolite contristare spiritum Sanctum Dei in quo signati estis in die redemptionis.* Esse autem hunc Sanctum Spiritum, in quo signari dicuntur Christi familiares ipsamet dilectionem homil. 30. testatur Pat. Gregorius dicens. *Ipse namque Spiritus Sanctus amor est.*

Ephes. 1.

Diuã spiritus Sanctus sigillum est, quo signati electi.

Ephes. 4.

Gregor.

Quia igitur Christus Dominus in nuptijs suis, quas cũ Ecclesia præsenti hora contraxit dilectionis insigne protulit, dum candidus, & rubicundus apparuit, eodem quoque signo suos vult insigniri, ideoque per curiæ suæ chancelarium Ioannem in hoc præsenti capite, quod exponimus pręcepit, vt ex solo dilectionis signo sui familiares cognoscantur dicens: *In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis si inuicem vos dilexeritis*: & secundum hanc Christi legem, & signum loquuntur sancti,

Cant. 5.

Ioannes Euãgelista amoris chancellarius.

Ioan. 13

dum distinctionem ingerunt inter eos, qui sunt Christi, & illos, qui cum sui essent, quia dilectionis insigne amiserunt diaboli facti sunt propinqui: vnde dum Augustin. illud Ioãnis exponit. *In hoc manifesti sunt filij Dei &c.* Sic congruẽter ait. *Dilectio sola discernit inter filios Dei, & filios diaboli.* Cui serm. 24. cõsonat Ambrosius dicens. *Ex charitate Christi discipulus cõprobatur.* Quod etiam argumentum in expositione primæ Ioannis epistol. docte, prosequitur Æcumenius dum sic proloquitur. *Mutua dilectio inter fideles signum est in diuisæ fidei.* Hæc ille, cui illa mira addenda sunt verba, quæ lib. de patientia, Tertullianus proloquitur: *Dilectio est*, inquit, *summum fidei sacramentum: dilectio est Christiani nominis Thesaurus, symbolum fideliũ, in dilectione namque tamquam in thesauro conseruatur fidelium nomen, & religio.*

1. Ioan. 3 Augu. ad hunc locum.

Ambros

Æcum.

Tertul.

Dilectio fidelium thesaurus

Ex quo fit, vt illi, qui dilectione insigniti nõ sunt, Christi non sint, neque ad eius ærarium pertineant, possintque á dæmone apprehendi, tamquã oues, qui proprij Domini signa non gerũt. Charitatis enim expertes Deo vacui sunt, & inanes incedũt, ac proinde ab aduersarijs possũt inuadi. Qui

Qui charitate insigniti nõ sunt, ad Christi ærarium non pertinent.

Possunt similiter à dæmone invadi, quia vivi sunt.

autem charitate pleni sunt toti in Dei seruitio occupati sũt, illique mancipati, ideoque ad inimici jura nullo modo pertinent. Vnde lib. 17. cõtra Faustum cap. 10. optime loquitur August. dum ait: *Charitatem datam esse ad implendum locum Dei*: Nam quemadmodũ peculiare signum seruo impositũ proprium Dominũ repræsentans impedit, ne ab alio qui proprius Dominus nõ est possideatur seruus, ita & charitas in his, qui Christi sunt ipsum Christum tamquam propriũ Dominum repræsentans diabolo locum impedit, siquidẽ Christi loco substituitur.

August.

Charitas implet locum Dei.

Suos igitur qui erãt in mũdo dilectionis signo á reliquis discriminauit Christus Dominus, propriaq; dilectionis tessera illos insigniuit vt vbique tamquam sui peculiares amici cognoscãtur, dicens: *In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si charitatem habueritis ad inuicẽ.* Circa quæ Ioan. verba in responsione tertiæ interrogationis earũ, quæ tom. 2. suorum operum continentur sic congruenter ait Basil. *Ad declarationem suorum discipulorum, non signa, & admirabiles potentias exigit Dominus, quanuis patrandi eis virtutem largitus sit, sed ait. In hoc cognoscent omnes quod discipuli mei estis si dilectionem habueritis ad inuicẽ.*

Ioan. 13.

Basil.

Ioan. 13.

ANNOTATIO L. XV.

Circa illa verba contextus.

Cum dilexisset in finem dilexit.

Explicatur contextus, apponiturque causa intensissimæ illius dilectionis, qua Christus dilexit suos.

VT tam in cõtextus serie explicãda, quam in diuinæ dilectionis antiquitate vi, & magnitudine perpendẽda facilius procedamus: erit prius aduertendum duplicem fuisse Christi in nos amorem: alter namque ille fuit, quo ab æterno quatenus Deus nos dilexit: alter vero, quo postquam factus est homo nos sibi copulauit in fratres, & ad se ipsũ tãquam ad vltimam nostræ felicitatis metam humanissimẽ benignissimeque adduxit: vtriusque istius dilectionis Hie-

Duplex Christi amor in homines.

Ierem. 31

remiæ 31. non solum meminit Dominus, verũ, & primam tã quã causam ad secundã impellentem apposuit dicẽs: *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans*, quasi si diceret. Amor ille eximius, charitasque singularis, quæ abæterno circa vos in meo pectore versabatur, me intam vehemẽtem vestri dilectionem cõpulit, vt minimé omnino quiescerẽ, vsq; dũ vestrã mihi induẽs naturã per propriæ mortis perpessionẽ vos ipsos post me attraxerim. Illa enim particula, *ideo*, causatiua est, significatq; illam perpetuam, & antecipatam charitatem, qua Deus homines abæterno dilexit causã fuisse impulsiuam perfectissimæ, & consummatissimæ dilectionis, qua & Deus homo factus est, & dilexit homines factus homo. Antiquam istam, perpetuamque charitatẽ, qua Deus diligebat homines ante quã homo fieret, desiderijs, ac precibus prouocabat Ecclesia dicens: *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino*. Seu vt vertũt Septuaginta: *Meliores sũt amores tui vino*. Ita nãq; meditatur noster Rupertus cũ istũ Canticorũ locũ exponit. *Prioris istius dilectionis actũ*, inquit, *Ecclesia suspirãs viua voce in Canticis ait. Osculetur*

Cant. 1.

Rupert.

A *me osculo oris sui, quia meliores sunt amores tui vino, & factum est, quod optauit Ecclesia: venit dilectus, atq; omniũ gratiarum dilibutus vnguentis desideratũ diu osculũ dilectæ porrexit, & deuotas animas post se currendo attraxit: vnde optime ait. Ideo attraxi te miserans*: quod jam homo factus iterum testatus est,

Iere. 31

B dicens. *Ego si exaltatus fuero à tera, omnia trabam ad me ipsum*. Ex quibus jam clare colligitur duplicem esse Christi in nos amorem, fuisseque primum, vel vt melius dicamus æternum eius amorẽ causam illius, quem per propriæ mortis perpessionẽ exercuit, quod

Ioan. 12.

Æternus Christi in nos amor causa fuit illius amoris, quo nos dilexit in tẽpore.

C ex dicendis adhuc clarius cõprobabitur.

Quamquam igitur cũ D. Chrisost. & cum reliquis autoribus existimemus locutũ fuisse Euangelistam in præsenti, de eximia illa dilectione, & charitate, quam Christus Dominus morti propinquus verbis, & operibus in suos Apostolos demonstrauit, inficiandum tamen non est, in istis prioribus verbis. *Cum dilexisset suos*, ad illam priorem charitatem, infinitumque amorem allusisse, quo Christus Dominus abæterno peccatores dilexit, cum ad huc esset in sinu Patris Deus Ver-

Chrisost.

D

Agit hoc loco Ioannes de secundo, in nos Christi amore & ad primũ alludit.

Ioan. 13

& diuisa sunt omnia viscera eius. Quod tam de Iuda, quam de judæis, ejusdem in eodem ingratitudinis crimine socijs Threnorum in cap. 3. vaticinatus est Hieremias dicens. *Dabis eis scutum cordis laborem tuum*. Nam ita hunc locum vertit Paraphrastes Chaldæus, vt de Iuda, & Iudæis optime intelligatur. *Dabis*, inquit, *eis confractionem cordis, lassitudinem tuã, finem in ipsis*, idest lassati in via iniquitatis confracto corde peribunt.

Thren. 3.

Paraph. Caldai.

Ne tamen ingrati nimis extollantur dum audiunt Iudæ ingratitudinem á Christi dilectione victoriam reportasse: attendant esse illis cum hoste certamen, qui victus vincit, superat superatus, & triũphat occisus, nam mortem moriendo destruxit, quod optime ponderat Pat. Gregor. dum euentum illum considerat, quem cap. 13. primi lib. Machab. refert Sacra pagina, Eleazaro contigisse, qui sub Elephanto, quem feriens interemit, opressus occubuit: & qui hujus figuræ mysterium exoptauerit latius perpendere, legat Patrem Gregor. lib. 19. Moralium cap. 13. & Rabanum super eundem Ma-

Christus vincit victus, & triũphat occisus.

Machab 13.

Gregor.

Raban.

A

chab. locum, dum nos ad præsens argumentum prosequẽdum cum Ambros. transimus qui in expositione Psalmi quadragesimi, sic ait: *Leuauit Iudas super Christum calcaneum suum cum proderet eum, sed non leuauit impune, leuauit enim calcaneum quasi luctator insolens, & superbus, in quo caput percuteret saluatoris, sed caput Christi ferire non potuit, quia caput Christi Deus, suum sane caput informis laquei nodo ligauit, vt remedium sibi salutis auferret*. Considerat autem Ambros. eodem loco, aliquibus interiectis, quomodo Iudas victoriam reportauerit, aitque Iudam dolose certasse, Christum vero volenté occubuisse; sed ideo ita occubuisse; vt hoste de victo gloriosius resurrexerit: *Quod in Iuda est*, inquit Ambros. *dolum fecit, quod in Christo volens passus est: sæpe enim videmus fortiorem velle percuti, vt acrior lacessitus insurgat, & vehementius excitetur*. Hæc Ambros. victus igitur vincit Christus, victor Iudas punitur, dũ vincit testatur ille qui in eius persona ait: *Iniquitas calcanei mei circũdabit me*, vel *oprimet me*, *& timere me facit*, vt Augustin. exponit, quæ superati potius & afflicti vox est, quam su-

B

C

D

Ambros.

Iudas luctator insolens impune calcaneum leuauit

Iudas ... victor.

Christus patitur mortem, vt glorios resurgat.

Ambros. ibidem.

Iudas punitur vincens.

Psal. 48.

August.

perantis, & triumphantis, fateatur igitur verum, vel inuitus. Iudas proditor, ita enim eius calcanei iniquitas quę in magistrum leuauit cū strinxit vt medius cōfregerit, eiusque viscera penitus diffuderit.

Actor. 1.

Hic certe occasio ansam offert, vt de execranda Iudæ ingratitudine eiusque cordis duritia multa dicamus, sed quia in secunda harum nostrarum annotationum parte id fusius Deo iuuante pertractare decernimus, ab istis nūc supersedemus, &ad inquirendā causā transimus, ob quā Christus Dominus cū tot amicorū millia possideret, adeo tamen impense, in Iudæ amicitia cōparanda laborauerit, & quia á nemine præterquam ab eodē Christo eam addiscere possumus, illum de hac re humiliter interrogemus: pulsemus perseueranter vt clementer ad aperiat ille, qui pulsanti se aperturum policetur.

Math. 7. Luc. 11.

Quando igitur ó bone Iesus in præsenti euentu interrogas, an quid feceris cognoscamus, concede vt interrogemus quid facias, dū ad Iudæ proditoris pedes curuato poplite moraris? dum in peluim aquā infundis? dū amoris æstu accēsus, & caritatis vulnere sauciatus, intimoq; cordis dolore percussus sic dolēter profaris? *Sed non omnes*, quasi qui tot amicorum millijs non satieris, sed adhuc proditorem Iudam in amicum aggregare impense exoptes? Nonne ad auidū istud tuum cōparandorū amicorum desiderium satiandum tot amicorum millia sufficiūt? non tot Angelorum chori? tot Patriarchatū cunei? tot Apostolorum, discipulorumque cætus? tot Martyrum exercitus? tot Confessorum agmina? tot Virginū aggregationes tibi satis sūt? aut ad quid abominādi cujusdā proditoris amicitiā ex optas? quid ab homine infimæ sortis, deteriorisq; cōditionis, & naturæ amari contēdis? sed quid in interrogando moramur, dū te nō verbis solum, sed factis nos edocētem audimus? & in hoc euentu nō tibi, sed nobis laborantem conspicimus? tuam certè in Iudæ amicitia exoptanda dilectionē commendas, sed amorem nostrum simul ad dilectionem prouocas, & ad recte diligendum erudis: dum enim adeo solicitus es de vno, cum possideas plurimos, tuæ consummatæ dilectionis naturam ostendis, quæ talis est, vt te ad vnum tantum redimendum impelleret, si vnus solus peccaret, sicut ad omnes redi-

Ioan. 13. Ibidem. Ibidem.

Ibidem.

redditur prima ratio obquā Christus Iudam sibi in amicū cōciliare exoptauerit.

Dum Christus de Iuda reducēdo agit, suā dilectionē cōmendat, & nostrā erudit.

Pro vno solo peccatore moreretur. Christus, si vnus solus peccaret.

mendos impulit, quia omnes peccarunt, vt in expositione cap. 2. epist. ad Galat. Chrisostom. obseruat dum ait *Neque certe recusaturus erat, vel ob vnum tantum exhibere dispensationem.* Nosque tali facto erudis, vt ita ardēter vnū quemque proximum diligamus ac diligimus vniuersos, eandēque curam, & solicitudinem in vniuscuiusque salute procuranda impēdamus, quā in omnium proximorū remedium necessarium erat impendere. Vnde derelictis nonaginta nouem ouibus, quæ iā boni pastoris ouilli secure seruabātur, inuastam heremi solitudinem te ingeris, nosque ingerendos esse doces, vt vna, quæ perierat reducamus, & pari nos discrimini ob vnam, atque ob omnes simul offeramus, vt tu bone pastor. Iesus ob vnum tantum Iudā deperditum adeo libenter crucem subires, atque pro omnibus subire decreuisti.

Chrisost. — *Christi in proximis diligēdis eruditio.* — *Luc. 15.* — *Probata charitas tam pro vno, quā pro multis periculis exponitur.*

Vt alteram rationem assignemus, ob quam Christus adeo intense Iudæ amicitiā exoptauerit, cum tot amicorū milliā possideret, ad ignis naturā recurramus, qui adeo vorax est, vt ingētibus lignis quibus alitur non contentus leues festucas, paliolasque minutissimas, quæ circū circa sunt nitatur comburere. Vorax certe ignis iure optimo appellaris ó Iesu amantissime, vnde tot tātisque amicis non contentus ad minutissimū vilissimumq; homunculum in tui amorem accendendum, & inflammādum, tuæ dilectionis flammā immitis, nescit enim satietatis legis diuinus amor, vt iam supra cum D. Theodoreto annotauimus.

Assignatur secūda ratio ob quā Christus adeo intēse exoptauerit Iudā in suā amicitiā adducere

Quód si aliam adhuc causam exigitis, ob quam Christus Dominus adeo intense Iudæ amicitiam exoptat, curq; tanti erga illum amoris signa ostendit, cur pedes lauat, cur bucellam porrigit, cur amicū nominat: ad eiusdem amoris manifestam proprietatem recurirte, quam cōmunem habet cū igne: nescit enim abscōdi ignis nec patitur tegi. Vt in epistola Paridis ad Helenam Ouidius obseruat dicens.

> —*Quis enim celauerit ignem*
> *Lumine, qui semper proditur ipse suo.*

Ita certe affectuosa dilectio, amorque intensus, vbi primū alicujus cordi inhæret, abscondi non valet, neque contineri potest, quin euidentissima sui signa præbeat vt in suo fasciculo amoris cap. 11. obseruat Iustinianus Laurentius

dicens

Laurent. Iustinia.

dicens: *Habent hoc propriũ, qui amoris succensi sunt flamma, vt diu latere non valeant: estque amor virtus quadam cordis valida, & praeceps, qua nequit occultari.*

Probant hanc amoris proprietatem nonnulla Sacrae Scripturae loca, & praecipuè locus ille Genesis 45. vbi narratur, quod dum vellet Ioseph suam in fratres dilectionẽ, amorẽ que singularẽ occultare, id tamen assequi non potuerit, neque diu valuerit dilectionis flammam reprimere: *Non poterat se amplius*, ait Sacra pagina, *cohibere Ioseph.* Ad quẽ locum optime Lyranus: *Pietas*, inquit, *paterna nõ permittebat, eum amplius continere pietatis interioris signa.* Luculentius autem Abulensis ibi *Magna*, ait, *intra se viscerum commotio, & affectionis teneritudo, impetu magno ferebantur, ita vt necesse esset, eum alte vocem emittere, donec emitteretur primus impetus teneritudinis.* Suffragatur Augustinus dum serm. 83. de tempore adducens eũdem locum sic ait: *Dilectionis affectum pio dolore testatus est Ioseph.* Ingens certe amoris ardor ingẽtem flammam emisit, neque valuit occultari.

Gen. 45.

Lyra. Paterna pietatis proprietas.

Abulẽs.

August.

Optimus ad eandem amoris proprietatem inculcandã, & astruendam locus est Reg. 2. cap. 18. vbi narrat Sacra pagina, quod dum Dauid copiosum contra filiũ Absolonẽ patris euersionem, & mortem molientem exercitum mitteret, stans tamen clamabat dicens: *Seruate mihi pueru Absalõ*, maiorem certe demonstrans, sibi in corde pugnam excitare filij dilectionẽ, quam erat bellum, quod contra filium inire necessitas postulabat. Perbellè Chrisostom. lib. 3. de prouid. Dei: *Quid*, inquit, *ea miseratione miserabilius? Suscipere bellum cogebatur Dauid, in quo, & vincere, & vinci aeque illi molestum erat.* Quo autem signo Dauidis amor in hoc euentu se se prodierit optime ostẽdit Ambros. in expositione psal. 118. dicens: *Parcite dicebat Dauid, filio meo Absalon, tacebat amor impietatis scelus, pietatis autem gradum, & nomen necessitudinis proferebat, vt pugnaturi nõ aduersarium Regis, sed filium cogitantes dolorem laesa pietatis inhiberent.*

2. Reg.

Chris.

Ambr.

Valde certe congruenter, homil. de Absalon persequẽte patrẽ loquitur idem Chrysostomus dum euentum istũ expendit: ibi enim late ostendit nunquam potuisse ingrati filij pertinaciam, dilectionis paternae flãmã aliqualiter retardare.

tardare: immo quo inuerecundiori conatu Absalō parricidiū intendebat, eo maiori affectu paterna viscera mouebantur, dilectioque eximia in illius fauorem prorumpebat: *In de*, ait Chrisost. *parricida exercitum contra patrem inflammat, hinc David vt parcat filio, abeuntes duces exorat: inde demētia contra genitorem exurgit, hinc clementia, vt parricidæ parcatur exposcit: inde furor, hinc dilectio operatur: parricida non læsus insanit, David læditur, & mitescit.*

Chrisost

Liceat autem hic ex vtroq; istorū Sacræ Scripturæ loco, alteram cōsumatæ dilectionis proprietatem ellicere, dum scilicet se prodit semper in dilecti commodum, & fauorem prorumpere: *Ego sum*, inquit, *Ioseph frater vester, quem vendidistis in Ægyptum, nolite pauere, neque vobis durum videatur, quod vendidistis me in his regionibus, pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum.* O benignus amoris affectus! prorupit certe dilectio intimo pectore medulitusq; radicata, prorupit vtique, nec potuit occultari, & ita prorupit, vt fratrum scelus omnino minuerit, dum suam in Ægyptum venditionem, cōmunem salutem vocat, Deiq; missionem prouidentiam, & iudicium: ad Deique prouidā curam recurrit, vt fratrū scelus occultet, & vt proditionis crimen minuat, De iprouidētiā exagerat, atq; inculcat. *Quam pia fraternitas*, inquit Ambros. ad hunc locum, *quā dulcis germanitas, vt etiam parricidalis excusetur ad missum, dicens: diuinæ illud prouidentiæ fuisse, non impietatis humanæ, quandoquidem ait, quod nō ab hominibus oblatus ad mortem, sed a Domino missus sit ad salutem.*

Inculcatur altera amoris proprietas.

Vbi sup.

Ambrof

Non potuit in Dauidis pectore dilectionis flamma celari, & cum proditur in Absalonis commodum prorumpit, dum vt scelus minuat, puerū nominat, illiusque crimē, pueritiæ vocabulo tegit. *Minuit*, inquit August. *puerilis sensus in patrem inuerecundos conatus.*

August.

Dum autem Ambrosius Ioseph cum fratribus suis á quibus venditus est euentum cōsiderat, illum figurā fuisse ait euentus Christi cum Iuda, & Iudæis, a quibus venditus, & emptus est. *Hæc ergo*, ait, *iam tunc futura posterioribus temporibus mysteria reuelata sunt, deniq; ipsis exprimitur sermonibus, vt & ipsum esse intelligamus, & qui antea in Ioseph, & postea in suo locutus est corpore &c.* Optime certe, non enim dedignatus est Christus Iudam nominare

Chrisost.

naré

nare amicum, quem cognoscebat proditorem, quemadmodum Ioseph fraterno nomine vocat, quos in se proditionis scelus exercuisse optime nouerat.

Affectuosa igitur dilectio, quæ in Christi pectore inhærebat aduersus Iudam tegi nõ potuit, immo se ipsã prodidit dũ proditori Iudæ osculũ præbuit, pedes lauit, nominauit amicũ, eiusq; amicitiam adeo intense exoptauit.

Ioan. 13. Math. 26

ANNOTATIO LXIIII.

Circa eadem verba contextus.

Suos, qui erãt in mundo.

De peculiari signo, & nota, qua vult Christus vt cognoscantur illi, qui speciali familiaritatis ratione sui sunt.

QVAMQVAM vniuersi, qui fuerunt, sunt, eruntque in mundo tam creationis iure, quam redemptionis beneficio, Christi procul dubio sint, illos tamen, qui peculiari familiaritatis, & dilectionis ratione sui dicuntur, peculiari etiam nota, & signo á reliquis discriminare decreuit (*Pos deuisa aos seus.*) Nam sunt nonnulli, qui quamquã jure creationis, & redemptionis beneficio Christi sint, ita tamen perditê viuunt, & sinistre operantur, ac si Christiani non sint.

à dilectionis signo voluit Christus quod dinoscãtur sui.

In hoc certe magnatorum more obseruasse videtur Christus, qui dum nubunt peculiare aliquod insigne proferre consuescunt (*tirão librea*) quo tam ipsi, quam sui inter reliquos homines manifestissimé dignoscantur: dũ enim Christus Dominus sibi in mortis cõfinio Ecclesiam copulauit ex dilectione sibi vestem consuit (*Tirou librea de amor*) qua ab omnibus cognosceretur: vnde dũ sponsa charissima ad charissimum sponsum dignoscẽdum amantissimis suis comitibus signa præbuit, dixit. *Dilectus meus candidus, & rubicundus.* Quasi si diceret. Ne ó charissimæ sorores in dilecto spõso meo agnoscendo desipiami ni á peculiari signo dignoscite, ab inflammata nempe charitate, & dilectione, qua rubet, & quam sibi, & suis, vt peculiare insigne assumpsit: in hunc enim fere sensum hæc

Insigne quoddam posuit Christus suis, ad modũ illorũ, qui nuptias celebrant.

Ex dilectione sibi in hac hora Christus vestẽ consuit.

Cant. 5.

Sponsi Christi signa, á quibus cognoscitur.

sponsæ verba serm. 48. in Canticа melifluе exponit Bernardus, & hac eadem dilectionis nota insigniri docet oportere illos, qui istius sponsi Christi familiares, & domesticos esse exoptant dicens. *Flammea est charitas, hæc mihi Dominum Iesum rubicundum facit. In eo mihi, & veritas candet, & rubet charitas. Dilectus, inquit, meus candidus, & rubicundus. Quid ni candidus? ipse lux est, & in eo tenebræ non sunt vllæ. Quid ni rubicundus? Deus enim ignis est, & in se ignem venit mittere in terram. Si tibi ministrat intelligentiæ lucem, candidus est, sed si non animum accendit ad amorē non eum sentis rubicundum. In se ipso vtrumque est, sed tibi non est, nisi cum eorum in te sentis effectum, si sponsa es amulare mixturā gemini coloris huius ab spōso tuo, vt similiter candida, & rubicūda sis, idest syncera, & succensa: nam ipse sicut serenādi, ita & succendendi vim habet. Qui approximat illi, approximat igni.*

Hac igitur eadem dilectionis nota, & veluti tessera (*vt mo com deuisa*) suos signari, seu insigniri vult Christus, vt inter impios hæreticos improbosque homines manifestissime dignoscantur: nam vt id expositione illorum verborū Cant. 8. *Pone me vt signaculū supra cor tuum,* Augustin. obseruat, *signare est signum rei impo nere, cuicumque enim rei ponis signum, ideo ponis, ne cōfusa cū alijs agnosci nō possint,* hinc est quod illa millia milliū sanctorū, quæ Christū spōsū insectari cap. 7. Apocalyps. Ioannes se vidisse testatur, insigniti, seu signati incedebant, quia secundū hāc intimæ familiaritatis rationē Christi proprij erant.

Suos igitur signari voluit Christus dilectionis insigni dū se ipso eorum corda signanda præcepit. *Deus* enim, *charitas est.* Illi igitur inter omnes homines tamquam Christi familiares dignoscuntur, qui tam in corde, idest, in internis actionibus, quā in brachio, idest, in exterioribus operationibus illū defixū gerunt, illiusq; dilectione tamquam proprio sigillo interius, exteriusque signātur. Vnde Ambrosius lib. de Isaac, & anima cap. 8. sic eleganter ait: *signaculum in corde Christus est, vt semper diligamus, & signaculū in brachio, vt secūdum illum operemur.* In quo etiam sensu dicitur Aggæi 2. *Ponam te quasi signaculum.* Quasi dicat æternus pater filio vnigenito, te carne assumptā vtar ad signādos electos, ita namq; locum istum exponit Hieronymus, dicens. *Christus ipse imago est*

Margin notes (left): Bernar. — Charitas nimca, seu rubicūda Christi, candet veritas, rubet charitas. — Ioan. 1. — Luc. 12. — Quando idet ... Chris ... quan ... vero ... abet. — Christi lāmadilectionis, & succen... & ... enat. — Ad quid tessula ... signo, insigniri vult Christus viros probos. — Cant. 8.

Margin notes (right): Apoc. 7 — Cur in Apocalypsi signati apparēt sancti. — 1. Ioan. 4 — Qui Christi signari dicuntur. — Dilectio, Christi sigillum. — Ambros. — Aggæ. 2. — Hieron.

A B C D

go est Dei inuisibilis, vt quicũq; crediderit in Deum, hoc quasi anulo signetur.

De hoc Christianorum signo à quo Christus vult quod cognoscantur sui, multis in locis meminit Paulus, & præsertim ad Ephesios cap. 1. dicens. *In quo, & credentes signati estis spiritu promissionis sancto.* De quo adhuc clarius loqui videtur cap. 4. eiusdem epist dicens. *Nolite contristare spiritum Sanctum Dei in quo signati estis in die redemptionis.* Esse autem hunc Sanctum Spiritum, in quo signari dicuntur Christi familiares ipsámet dilectionem homil. 30. testatur Pat. Gregorius dicens. *Ipse namque Spiritus Sanctus amor est.*

Ephes. 1. *Etiã spiritus Sanctus sigillum est, quo signãtur electi.* Ephes. 4. Gregor.

Quia igitur Christus Dominus in nuptijs suis, quas cũ Ecclesia præsenti hora contraxit dilectionis insigne protulit, dum candidus, & rubicundus apparuit, eodem quoque signo suos vult insigniri, ideoque per curiæ suæ chancelarium Ioannem in hoc præsenti capite, quod exponimus pręcepit, vt ex solo dilectionis signo sui familiares cognoscantur dicens: *In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis si inuicem vos dilexeritis*: & secundum hanc Christi legem, & signum loquuntur sancti,

Cant. 5. *Ioannes Euãgelista amoris chancellarius.* Ioan. 13

A dum distinctionem ingerunt inter eos, qui sunt Christi, & illos, qui cum sui essent, quia dilectionis insigne amiserunt diaboli facti sunt propinqui: vnde dum Augustin. illud Ioãnis exponit. *In hoc manifesti sunt filij Dei &c.* Sic congruẽter ait. *Dilectio sola discernit inter filios Dei, & filios diaboli.*

B Cui serm. 24. cõsonat Ambrosius dicens. *Ex charitate Christi discipulus cõprobatur.* Quod etiam argumentum in expositione primæ Ioannis epistol. docte, prosequitur Æcumenius dum sic proloquitur. *Mutua dilectio inter fideles signum est in diuisæ fidei.* Hæc ille, cui illa mira addenda sunt verba,

1. Ioan. 3 August. ad hunc locum. Ambros Æcum.

C quæ lib. de patientia, Tertullianus proloquitur: *Dilectio est*, inquit, *summum fidei sacramentum: dilectio est Christiani nominis Thesaurus, symbolum fideliũ, in dilectione namque tamquam in thesauro conseruatur fidelium nomen, & religio.*

Tertul. *Dilectio fidelium thesaurus*

D Ex quo fit, vt illi, qui dilectione insigniti nõ sunt, Christi non sint, neque ad eius ærarium pertineant, possintque á dæmone apprehendi, tamquã oues, qui proprij Domini signa non gerũt. Charitatis enim expertes Deo vacui sunt, & inanes incedũt, ac proinde ab aduersarijs possũt inuadi. Qui

Qui charitate insigniti nõ sunt, ad Christi ærarium non pertinent.

Laudun. Anselm.

Ab Ambrosij expositi one nō disentit, Laudunensis noster, dū in sua Interliniali sic habet, *Magnificauit supra me supplantationem, idem est, quod in me insurrexerit, & strenue insidiatus est mihi.*

Inquiritur causa ob quam Christi dilectio in Iudam non inualuit.

Est ergo in hoc Christi cum Iuda, amoris conflictu maxime ponderandum, cur diuina eius dilectio in cor Iudæ non inualuerit, cum adeo efficax sit, adeoque strenuè in córdibus debellandis se gerat diuinus amor, vt etiam cum non affectat, efficiat red amari, vt sermone tertio de Sancto Patre Benedicto, observat Garricus noster dicens: *Charitas etiam sine alieno suffragio facile se ad omnem animam commendat.* Dubitandi fundamentum astruit occasio: adeo enim victoriosa in illo euentu incedebat Christi dilectio, vt in victoriam, seu victoriose dilexisse dicatur. Nam verba illa nostri contextus, statim explananda: nempe: *Infinem dilexit*, ita exponunt aliqui recentiores: *In victoriam dilexit*, seu *victoriose dilexit*, Quasi velit innuere Euangelista in illa peculiari hora quam affectuosa Christi dilectio sibi vt propriam accepit, adeo strenue se gessisse, vt non solum de peccato, & morte, verum, & de eo dem Christo, ac proinde de se ipsa victoriam reportauerit.

Amoris seu dilectionis vis & proprietas.

Garric.

Christi dilectio in hora Crucis victrix incessit.

Christi dilectio in hora Crucis non solū de peccato, & de morte, sed etiā de se ipsa triūphauit.

Redditur ratio ob quā Christi dilectio in Iudam non inualuit.

Haud tamen mi randum est Iudæ ingratitudinē Christi dilectioni non cedere, cum sit ipsa ingratitudo hostis gratiæ, & inimica salutis, vt sermone secundo de septem misericordijs obseruauit Bernardus, omniaque dilectionis iacula declinet, frangatque, vt idem Bernardus loquitur in suo libro de diligendo Deo, dicens: *Omnino sola nos à profectu conuersionis impedit ingratitudo nostra.*

Ingratitudo hostis gratiæ inimica salutis.

Bernard.

Est vtique Christi dilectio sagittaria, atque in cordibus debellandis sagittis vtitur, vt expertus testatur Dauid, dicens: *Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi*, quinimo, & dilectio ipsa sagitta penetrabilis est, cuius vulnere sauciata sponsa, clamabat dicens: *Charitate vulnerata ego sum:* Cuius etiam ictibus cor trāsfixum gestare profitetur Augustin. *Sagittaueras tu Domine*, inquit, *cor meum charitate tua.* Atqui manifestissimum est, quod si saggitta ad lapideum signum dirigatur, non penetret, sed vel resiliat, vel frangatur: dùm igitur ad lapideum Iudæ cor diuinæ dile-

Christi dilectio sagittaria est.

Psal. 37.

Christi dilectio sagitta ipsa.

Cant. 2.

August.

ctio

Inde cor lapideum charitatis sagittas respuit. Thren. 4.

D. Tho. Paschas. Dionis.

ctio sagittas immittit, non penetrant, sed resiliunt: ex illis namque est, de quibus ait Hieremias quod eis daturus sit Dominus scutū cordis, quē locum Diuus Thomas, noster Paschasius, & Dionysius de duritia cordis intelligunt, qua verbi Dei sagittis obstinata corda resistunt.

Secunda ratio cur Christi dilectio in Iudā non inualuit.

Ignis materia in qua substentatur.

Lapides inflāmari nō possūt.

Vt secundam causam assignemus ob quam affectuosa Christi dilectio in Iudæ cor non inualuit, aduertendum est propriam ignis materiam esse pingue, & humidum: vnde minime potest ignis lapidibus applicari, qui nihil pinguedinis, succi ve continent, aut humiditatis, sed ex sua natura sicci, & aridi sunt: ex quo fit vt si lignis vehemens lapidibus applicetur, illos non inflammet, sed scindat: inflammabit certe ignis aurum, & liquefaciet illud, inflammabit argentum, inflammabit æs, quin & ferrum inflammabit, totumque reddet ignitum; at vero lapides scindentur priusquam reddantur igniti. Cum igitur ingratitudo (vt in soliloquijs Augustin. obseruat) omnem prorsus charitatis succum, & dilectionis pinguedinem ab humanis cordibus expellat, reddit lapi-

Augu st. *Ingratitudo reddit corda lapidea.*

A dea, & ad inflammadum incapacia, neque amplius apta manent, vt inflammentur. Vnde dū Dominus filios Israel inflammare disposuerit, & in suam amicitiam reducere exoptauerit; postquam non vnū tantum diem, aut vnum integrum annum, sed quadraginta annos in negotio consumpsit,

B vt ipse testatur dicens. *Quadraginta annis proximus fui generationi huic.* Vel vt vertit Pagninus, & Campensis: *Lis mihi fuit cum generatione ista*, id tandem sibi neutiquā conficiendum cognouit, quia eorum corda erant ingratitudine indurata, redditaque

C lapidea; ac proinde facilius reputauit noua illis corda ingerere, quam lapidea inflammare; vt ipse Dominus Ezechielis capite. 11. testatur dicens: ***Auferam cor lapideum, & dabo eis cor carneum, vt sint mihi in populum.*** A lapideo igitur Iudæ corde profluxit á diuina dilectione non inflammari,

D & non á diuinæ dilectionis defectu, quæ quia ignis est, lapidibus applicari non nouit. Hos tamen, idest indurata corda, & lapidea quāquam non inflammet, ita stringit, & concutit, vt in mille frusta scindantur; quod Iudæ contigit, qui medius crepuit,

psal. 94.

Pagnin. Campeg.

Ezec. 11

Nō ex diuina dilectione, sed ex proprio defectu profluxit, vt Iudæ cor nō fuerit inflamatū.

& diuisa sunt omnia viscera eius. Quod tam de Iuda, quam de iudæis, ejusdem in eodem ingratitudinis crimine socijs Threnorum in cap. 3. vaticinatus est Hieremias dicens. *Dabis eis scutum cordis laborem tuum.* Nam ita hunc locum vertit Paraphrastes Chaldæus, vt de Iuda, & Iudæis optime intelligatur. *Dabis*, inquit, *eis confractionem cordis, lassitudinem tuã, finem in ipsis*, idest lassati in via iniquitatis confracto corde peribunt.

Thren. 3

Paraph. Caldai.

Ne tamen ingrati nimis extollantur dum audiunt Iudæ ingratitudinem á Christi dilectione victoriam reportasse: attendant esse illis cum hoste certamen, qui victus vincit, superat superatus, & triũphat occisus, nam mortem moriendo destruxit, quod optime ponderat Pat. Gregor. dum euentum illum considerat, quem cap. 13. primi lib. Machab. refert Sacra pagina, Elcazaro contigisse, qui sub Elephanto, quem feriens interemit, opressus occubuit: & qui hujus figuræ mysterium exoptauerit latius perpendere, legat Patrem Gregor. lib. 19. Moralium cap. 13. & Rabanum super eundem Machab. locum, dum nos ad præsens argumentum prosequẽdum cum Ambros. transimus qui in expositione Psalmi quadragesimi, sic ait: *Leuauit Iudas super Christum calcaneum suum cum proderet eum, sed non leuauit impune, leuauit enim calcaneum quasi luctator insolens, & superbus, in quo caput percuteret saluatoris, sed caput Christi ferire non potuit, quia caput Christi Deus, suum sane caput informis laquei nodo ligauit, vt remedium sibi salutis auferret.* Considerat autem Ambros. eodem loco, aliquibus interiectis, quomodo Iudas victoriam reportauerit, aitque Iudam dolose certasse, Christum vero volentẽ occubuisse; sed ideo ita occubuisse, vt hoste de victo gloriosius resurrexerit: *Quod in Iuda est*, inquit Ambros. *dolum fecit, quod in Christo volens passus est: sæpe enim videmus fortiorem velle percuti, vt acrior lacessitus insurgat, & vehementius excitetur.* Hæc Ambros. victus igitur vincit Christus, victor Iudas punitur, dũ vincit, testatur ille qui in eius persona ait: *Iniquitas calcanei mei circũdabit me*, vel *oprimet me, & timere me facit*, vt Augustin. exponit, quæ superati potius & afflicti vox est, quam superantis

Christus vincit victus, & triũphat occisus.

Machab 13.

Gregor.

Raban.

A

Ambros.

Iudas luctator insolens impune calcaneũ leuauit.

B

C

Iudas per dolum victor.

Christus patitur mortem, vt gloriosius resurgat.

Ambros. ibidem.

D

Iudas punitur vincens.

Psal. 48

Augustin.

perantis, & triumphantis, fatetur igitur verum, vel inuitus. Iudas proditor, ita enim eius calcanei iniquitas quē in magistrum leuauit cū strinxit vt medius cōfregerit, eiusque viscera penitus diffuderit.

Actor. 1.

Hic certe occasio ansam offert, vt de execranda Iudæ ingratitudine eiusque cordis duritia multa dicamus, sed quia in secunda harum nostrarum annotationum parte id fusius Deo iuuante pertractare decernimus, ab illis nūc supersedemus, &ad inquirendā causā transimus, ob quā Christus Dominus cū tot amicorū millia posſideret, adeo tamen impense, in Iudæ amicitia cōparanda laborauerit, & quia á nemine præterquam ab eodē Christo eam addiscere possumus, illum de hac re humiliter interrogemus: pulsemus perseueranter vt clementer adaperiat ille, qui pulsanti se apertur um policetur.

Math. 7. Luc. 11.

Quando igitur ó bone Iesus in præsenti euentu interrogas, an quid feceris cognoscamus, concede vt interrogemus quid facias, dū ad Iudæ proditoris pedes curuato poplite moraris? dum in peluim aquā infundis? dū amoris æstu accēsus, & caritatis vulnere sauciatus, intimoq; cordis dolore

Ioan. 13. Ibidem. Ibidem.

A percussus sic dolēter profaris? *Sed non omnes*, quasi qui tot amicorūm millijs non satieris; sed adhuc proditorem Iudam in amicum aggregare impense exoptes? Nonne ad auidū istud tuum cōparandorū amicorum desiderium satiandum tot amicorum millia sufficiūt? B non tot Angelorum chori? tot Patriarcharū cunei? tot Apostolorum, discipulorumque cætus? tot Martyrum exercitus? tot Confessorum agmina? tot Virginū aggregationes tibi satis sūt? aut ad quid abominādi cujusdā proditoris amicitiā exoptas? quid ab homine infimæ sortis, deteriorisq; cōditio C nis, & naturæ amari contēdis? sed quid in interrogando moramur, dū te nō verbis solum, sed factis nos edocētem audimus? & in hoc euentu nō tibi, sed nobis laborantem conspicimus? tuam certè in Iudæ amicitia exoptanda dilectionē commendas, sed amorem nostrum simul ad dilectionem D prouocas, & ad recte diligendum erudis: dum enim adeo solicitus es de vno, cum possideas plurimos, tuæ consummatæ dilectionis naturam ostendis, quæ talis est, vt te ad vnum tantum redimendum impelleret, si vnus solus peccaret, sicut ad omnes redi-

Ibidem.

redditur prima ratio obquā Christus Iudam sibi in amicū cōciliare exoptauerit.

Dum Christus de Iuda reducēdo egit, suā dilectionē cōmendat; & nostrā erudit.

Pro vno solo peccatore moreretur. Christus, si vnus solus peccaret.

mendos impulit, quia omnes peccarunt, vt in expositione cap.2. epist. ad Galat. Chrisostom. obseruat dum ait *Neque certe recusaturus erat, vel ob vnum tantum exhibere dispensationem.* Nosque tali facto erudis, vt ita ardẽter vnũ quemque proximum diligamus ac diligimus vniuersos, eandéque curam, & solicitudinem in vniuscuiusque salute procuranda impédamus, quã in omnium proximorũ remedium necessarium erat impendere. Vnde derelictis nonaginta nouem ouibus, quæ iã boni pastoris ouilli secure seruabãtur, inuastam heremi solitudinem te ingeris, nosque ingerendos esse doces, vt vna, quæ perierat reducamus, & pari nos discrimini ob vnam, atque ob omnes simul offeramus, vt tu bone pastor Iesus ob vnum tantum Iudã deperditum adeo libenter crucem subires, atque pro omnibus subire decreuisti.

Chrisost.

Christi in proximis diligẽdis eruditio.

Luc. 15.

Probata charitas tam pro vno, quã pro multis periculis exponitur.

Vt alteram rationem assignemus, ob quam Christus adeo intense Iudæ amicitiã exoptauerit, cum tot amicorũ milliã possideret, ad ignis naturã recurramus, qui adeo vorax est, vt ingẽtibus lignis quibus alitur non contentus leues festucas, paliolasque minutissimas, quæ circũ circa sunt nititatur comburere. Vorax certe ignis iure optimo appellaris ó Iesu amantissime, vnde tot tãtisque amicis non contentus ad minutissimũ vilissimumq; homunculum in tui amorem accendendum, & inflammãdum, tuæ dilectionis flammã immitis, nescit enim satietatis legis diuinus amor, vt iam supra cum D. Theodoreto annotauimus.

Assignatur secũda ratio obquã Christus adeo intẽse exoptauerit Iudã in suã amicitiã adducere

Quod si aliam adhuc causam exigitis, ob quam Christus Dominus adeo intense Iudæ amicitiam exoptat, curq; tanti erga illum amoris signa ostendit, cur pedes lauat, cur bucellam porrigit, cur amicũ nominat: ad eiusdem amoris manifestam proprietatem recurirte, quam cõmunem habet cũ igne: nescit enim abscõdi ignis nec patitur tegi. Vt in epistola Paridis ad Helenam Ouidius obseruat dicens.

— Quis enim celauerit ignem
Lumine, qui semper proditur ipse suo.

Ita certe affectuosa dilectio, amorque intensus, vbi primũ alicujus cordi inhæret, abscondi non valet, neque contineri potest, quin euidentissima sui signa præbeat vt in suo fasciculo amoris cap. 11. obseruat Iustinianus Laurentius

dicens

Laurent. Iustinia.

dicens: *Habent hoc propriū, qui amoris succensi sunt flamma, vt diu latere non valeant: estque amor virtus quædam cordis valida, & præceps, quæ nequit occultari.*

Probant hanc amoris proprietatem nonnulla Sacræ Scripturæ loca, & præcipuè locus ille Genesis 45. vbi narratur, quod dum vellet Ioseph suam in fratres dilectionē, amorē que singularē occultare, id tamen assequi non potuerit, neque diu valuerit dilectionis flammam reprimere: *Non poterat se amplius*, ait Sacra pagina, *cohibere Ioseph.* Ad quē locum optime Lyranus: *Pietas*, inquit, *paterna nō permittebat, eum amplius continère pietatis interioris signa.* Luculentius autem Abulensis ibi *Magna*, ait, *intra se viscerum commotio, & affectionis teneritudo, impetu magno ferebantur, ita vt necesse esset, eum alte vocem emittere, donec emitteretur primus impetus teneritudinis.* Suffragatur Augustinus dum serm. 83. de tempore adducens eūdem locum sic ait: *Dilectionis affectum pro dolore testatus est Ioseph.* Ingens certe amoris ardor ingētem flammam emisit, neque valuit occultari.

Gen. 45.

Lyra. Paterna pietatis proprietas.

Abulēs.

August.

Optimus ad eandem amoris proprietatem inculcandā, & astruendam locus est Reg. 2. cap. 18. vbi narrat Sacra pagina, quod dum Dauid copiosum contra filiū Absolonē patris euersionem, & mortem molientem exercitum mitteret, stans tamen clamabat dicens: *Seruate mihi pueru Absalo*, maiorem certe demonstrans, sibi in corde pugnam excitare filij dilectionē, quam erat bellum, quod contra filium inire necessitas postulabat. Perbellè Chrisostom. lib. 3. de prouid. Dei: *Quid*, inquit, *ea miseratione miser abilius? suscipere bellum cogebatur Dauid, in quo, & vincere, & vinci aque illi molestum erat.* Quo autem signo Dauidis amor in hoc euentu se se prodierit optime ostēdit Ambros. in expositione psal. 118. dicens: *Parcite dicebat Dauid, filio meo Absalon, tacebat amor impietatis scelus, pietatis autem gradum, & nomen necessitudinis proferebat, vt pugnaturi nō aduersarium Regis, sed filium cogitantes dolorem læsa pietatis inhiberent.*

2. Reg.

Chrис

Ambr.

Valde certe congruenter, homil. de Absalon persequēte patrē loquitur idem Chrysostomus dum euentum istū expendit: ibi enim late ostendit nunquam potuisse ingrati filij pertinaciam, dilectionis paternæ flāmā aliqualiter re-

tardare: immò quo inuerecundiori conatu Absalō parricidiū intendebat, eo maiori affectu paterna viscera mouebantur, dilectioque eximia in illius fauorem prorumpebat: *In de*, ait Chrisost. *parricida exercitum contra patrem inflammat, hinc David vt parcat filio, abeuntes duces exorat: inde dementia contra genitorem exurgit, hinc clementia, vt parricidæ parcatur exposcit: inde furor, hinc dilectio operatur: parricida non læsus insanit, David læditur, & mitescit.*

Chrisost.

Liceat autem hic ex vtroq; istorū Sacræ Scripturæ loco, alteram cōsumatæ dilectionis proprietatem ellicere, dum scilicet se prodit semper in dilecti commodum, & fauorem prorumpere: *Ego sum*, inquit, *Ioseph frater vester, quem vendidistis in Ægyptum, nolite pauere, neque vobis durum videatur, quod vendidistis me in his regionibus, pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum.* O benignus amoris affectus! prorupit certe dilectio intimo pectore medullitusq; radicata, prorupit vtique, nec potuit occultari, & ita prorupit, vt fratrum scelus omnino minuerit, dum suam in Ægyptum venditionem, cōmunem salutem vocat, Deiq; missionem prouidentiam, & iudicium: ad Deique prouidā curam recurrit, vt fratrū scelus occultet, & vt proditionis crimen minuat, De iprouidētiā exagerat, atq; inculcat. *Quam pia fraternitas*, inquit Ambros. ad hunc locum, *quā dulcis germanitas, vt etiam parricidale excusetur ad missum, dicens: diuinæ illud prouidentiæ fuisse, non impietatis humanæ, quandoquidem ait, quod nō ab hominibus oblatus ad mortem, sed a Domino missus sit ad salutem.*

Inculcatur altera amoris proprietas.

Vbi sup.

Ambros.

Non potuit in Dauidis pectore dilectionis flamma celari, & cum proditur in Absalonis commodum prorumpit, dum vt scelus minuat, puerū nominat, illiusque crimē, pueritiæ vocabulo tegit. *Minuit*, inquit August. *puerilis sensus in patrem inuerecundos conatus.*

August.

Dum autem Ambrosius Ioseph cum fratribus suis á quibus venditus est euentum cōsiderat, illum figurā fuisse ait euentus Christi cum Iuda, & Iudæis, a quibus venditus, & emptus est. *Hæc ergo*, ait, *iam tunc futura posterioribus temporibus mysteria reuelata sunt, deniq; ipsis exprimitur sermonibus, vt & ipsum esse intelligamus, & qui antea in Ioseph, & postea in suo locutus est corpore &c.* Optime certe, non enim dedignatus est Christus Iudam nominare

Chrisost.

nare amicum, quem cognoscebat proditorem, quemadmodum Ioseph fraterno nomine vocat, quos in se proditionis scelus exercuisse optime nouerat.

Affectuosa igitur dilectio, quæ in Christi pectore inhærebat aduersus Iudam tegi nō potuit, immo se ipsā prodidit dū proditori Iudæ osculū præbuit, pedes lauit, nominauit amicū, eiusq; amicitiam adeo intense exoptauit.

Ioan. 13. Math 26

ANNOTATIO LXIIII.

Circa eadem verba contextus.

Suos, qui erāt in mundo.

De peculiari signo, & nota, qua voluit Christus vt cognoscantur illi, qui speciali familiaritatis ratione sui sunt.

QVAMQVAM vniuersi, qui fuerunt, sunt, eruntque in mundo tam creationis iure, quam redemptionis beneficio, Christi proculdubio sint, illos tamen, qui peculiari familiaritatis, & dilectionis ratione sui dicuntur, peculiari etiam nota, & signo á reliquis discriminare decreuit (*Pos deuisa aos seus.*) Nam sunt nonnulli, qui quamquā jure creationis, & redemptionis beneficio Christi sint, ita tamen perditê viuunt, & sinistre operantur, ac si Christiani non sint.

á dilectionis signo voluit Christus quod dinoscātur sui.

In hoc certe magnatorum more obseruasse videtur Christus, qui dum nubunt peculiare aliquod insigne proferre consuescunt (*tirão librea*) quo tam ipsi, quam sui inter reliquos homines manifestissimé dignoscantur: dū enim Christus Dominus sibi in mortis cōnubio Ecclesiam copulauit ex dilectione sibi vestem consuit (*Tirou librea de amor*) qua ab omnibus cognosceretur: vnde dū sponsa charissima ad charissimum sponsum dignoscēdum amantissimis suis comitibus signa præbuit, dixit. *Dilectus meus candidus, & rubicundus.* Quasi si diceret. Ne ó charissimæ sorores in dilecto spōso meo agnoscendo desipiamini á peculiari signo dignoscite, ab inflammata nempe charitate, & dilectione, qua rubet, & quam sibi, & suis, vt peculiare insigne assumpsit: in hunc enim fere sensum hæc

Insigne quoddam posuit Christus suis, admodū illorū, qui nuptias celebrant

Ex dilectione sibi in hac horaChristus vestē consuit.

Cant. 5

Sponsi Christi signa, á quibus cognoscitur.

sponsę

sponsæ verba serm. 48. in Cantica mellifue exponit Bernardus, & hac eadem dilectionis nota insigniri docet oportere illos, qui istius sponsi Christi familiares, & domesticos esse exoptant dicens. *Flammea est charitas, hæc mihi Dominum Iesum rubicundum facit. In eo mihi, & veritas candet, & rubet charitas. Dilectus, inquit, meus candidus, & rubicundus. Quid ni candidus? ipse lux est, & in eo tenebræ non sunt ullæ. Quid ni rubicundus? Deus enim ignis est; & in se ignem venit mittere in terram. Si tibi ministrat intelligentiæ lucem, candidus est, sed si non animum accendit ad amorē non eum sentis rubicundum. In se ipso utrumque est, sed tibi non est, nisi cum eorum in te sentis effectum, si sponsa es amulare mixturā gemini coloris huius ab spōso tuo, ut similiter candida, & rubicūda sis, idest syncera, & succensa: nam ipse sicut serenādi, ita & succendendi vim habet: Qui approximat illi, approximat igni.*

Hac igitur eadem dilectionis nota, & veluti tessera (*eomo com divisa*) suos signari, seu insigniri vult Christus, ut inter impios hæreticos improbosque homines manifestissimè dignoscantur: nam vt id expositione illorum verborū Cant. 8. *Pone me ut signaculū supra cor tuum,* Augustin. obseruat, *signare est signum rei impo nere, cuicumque enim rei ponis signum, ideo ponis, ne cōfusa cū alijs agnosci nō possint,* hinc est quod illa millia milliū sanctorū, quæ Christū spōsū insectari cap. 7. Apocalyps. Ioannes se vidisse testatur, insigniti, seu signati incedebant, quia secundū hāc intimæ familiaritatis rationē Christi proprij erant.

Suos igitur signari voluit Christus dilectionis insigni dū se ipso eorum corda signanda præcepit. *Deus* enim, *charitas est.* Illi igitur inter omnes homines tamquam Christi familiares dignoscuntur, qui tam in corde, idest, in internis actionibus, quā in brachio, idest, in exterioribus operationibus illū defixū gerunt, illiusq; dilectione tamquam proprio sigillo interius, exteriusque signātur. Vnde Ambrosius lib. de Isaac, & anima cap. 8. eleganter ait: *signaculum in corde Christus est, ut semper diligamus, & signaculū in brachio, ut secūdum illum operemur.* In quo etiam sensu dicitur Aggei 2. *Ponam te quasi signaculum.* Quasi dicat æternus pater filio vnigenito, te carne assumpta vtar ad signādos electos, ita namq; locum istum exponit Hieronymus, dicens. *Christus ipse in-*

Cant. 8. | Apoc. 7 | Cur in Apocalypsi signati apparēt sancti. | Quid charitas flammea, seu rubicunda Christi candet veritas, rubet charitas. | Ioan. 1 | Deut. 4 | Luc. 12. | Quando candet non ens Christus quando vero rubet. | Christi flāma dilectionis, & succendit, & serenat. | Ad quid peculiari signo, insigniri vult Christus viros probos. | 1. Ioan. 4 | Qui Christi signati dicuntur. | Dilectio Christi sigillum. | Ambros. | Agge. 2. | Hieron.

go est Dei inuisibilis, vt quicũq; crediderit in Deum, hoc quasi anulo signetur.

De hoc Christianorum signo à quo Christus vult quod cognoscantur sui, multis in locis meminit Paulus, & præsertim ad Ephesios cap. 1. dicens. *In quo, & credentes signati estis spiritu promissionis sancto.* De quo adhuc clarius loqui videtur cap. 4. eiusdem epist dicens. *Nolite contristare spiritum Sanctum Dei in quo signati estis in die redemptionis.* Esse autem hunc Sanctum Spiritum, in quo signari dicuntur Christi familiares ipsămet dilectionem homil. 30. testatur Pat. Gregorius dicens. *Ipse namque Spiritus Sanctus amor est.*

Ephes. 1.

Sciã spiritus Sanctus sigillum est, quo signãtur electi.

Ephes. 4.

Gregor.

Quia igitur Christus Dominus in nuptijs suis, quas cũ Ecclesia præsenti hora contraxit dilectionis insigne protulit, dum candidus, & rubicundus apparuit, eodem quoque signo suos vult insigniri, ideoque per curiæ suæ chancelarium Ioannem in hoc præsenti capite, quod exponimus pręcepit, vt ex solo dilectionis signo sui familiares cognoscantur dicens: *In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis si inuicem vos dilexeritis*: & secundum hanc Christi legem, & signum loquuntur sancti,

Cant. 5.

Ioannes Euãgelista amoris chancellarius.

Ioan. 13

dum distinctionem ingerunt inter eos, qui sunt Christi, & illos, qui cum sui essent, quia dilectionis insigne amiserunt diaboli facti sunt propinqui: vnde dum Augustin. illud Ioãnis exponit. *In hoc manifesti sunt filij Dei &c.* Sic congruẽter ait. *Dilectio sola discernit inter filios Dei, & filios diaboli.* Cui serm. 24. cõsonat Ambrosius dicens. *Ex charitate Christi discipulus cõprobatur.* Quod etiam argumentum in expositione primæ Ioannis epistol. docte, prosequitur Æcumenius dum sic proloquitur. *Mutua dilectio inter fideles signum est in diuisæ fidei.* Hæc ille, cui illa mira addenda sunt verba, quæ lib. de patientia, Tertullianus proloquitur: *Dilectio est*, inquit, *summum fidei sacramentum: dilectio est Christiani nominis Thesaurus, symbolum fideliũ, in dilectione namque tamquam in thesauro conseruatur fidelium nomen, & religio.*

1. Ioan. 3 August. ad hunc locum.

Ambros.

Æcum.

Tertul.

Dilectio fidelium thesaurus

Ex quo fit, vt illi, qui dilectione insigniti nõ sunt, Christi non sint, neque ad eius ærarium pertineant, possintque à dæmone apprehendi, tamquã oues, qui proprij Domini signa non gerũt. Charitatis enim expertes Deo vacui sunt, & inanes incedũt, ac proinde ab aduersarijs possũt inuadi. Qui

Qui charitate insigniti nõ sunt, ad Christi ærarium non pertinent.

autem

remiæ 31. non solum meminit Dominus, verũ, & primam tãquã causam ad secundã impellentem apposuit dicẽs: *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans*, quasi si diceret. Amor ille eximius, charitasque singularis, quæ abæterno circa vos in meo pectore versabatur, me intam vehemẽtem vestri dilectionem cõpulit, vt minimé omnino quiescerẽ, vsq; dũ vestrã mihi induẽs naturã per propriæ mortis perpessionẽ vos ipsos post me attraxerim. Illa enim particula, *ideo*, causatiua est, significatq; illam perpetuam, & anticipatam charitatem, qua Deus homines abæterno dilexit causã fuisse impulsiuam perfectissimæ, & consummatissimæ dilectionis, qua & Deus homo factus est, & dilexit homines factus homo. Antiquam istam, perpetuamque charitatẽ, qua Deus diligebat homines antequã homo fieret, desiderijs, ac precibus prouocabat Ecclesia dicens: *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino*. Seu vt vertũt Septuaginta: *Meliores sũt amores tui vino*. Ita nãq; meditatur noster Rupertus cũ istũ Canticorũ locũ exponit. *Prioris istius dilectionis actũ*, inquit, *Ecclesia suspirãs viua voce in Canticis ait. Osculetur me osculo oris sui, quia meliores sunt amores tui vino, & factum est, quod optauit Ecclesia: venit dilectus, atq; omniũ gratiarum dilibutus vnguentis desideratũ diu osculũ dilectæ porrexit, & deuotas animas post se currendo attraxit: vnde optime ait. Ideo attraxi te miserans*: quod jam homo factus iterum testatus est, dicens. *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum*. Ex quibus jam clare colligitur duplicem esse Christi in nos amorem, fuisseque primum, vel vt melius dicamus æternum eius amorẽ causam illius, quem per propriæ mortis perpessionẽ exercuit, quod ex dicendis adhuc clarius cõprobabitur.

Quamquam igitur cũ D. Chrisost. & cum reliquis authoribus existimemus locutũ fuisse Euangelistam in præsenti, de eximia illa dilectione, & charitate, quam Christus Dominus morti propinquus verbis, & operibus in suos Apostolos demonstrauit, inficiandum tamen non est, in istis prioribus verbis. *Cum dilexisset suos*, ad illam priorem charitatem, infinitumque amorem allusisse, quo Christus Dominus abæterno peccatores dilexit, cum ad huc esset in sinu Patris Deus Ver-

[Marginal notes: Ierem. 31 — Cant. 1. — Rupert. — Iere. 31. — Ioan. 12. — *Æternus Christi in nos amor causa fuit illius amoris, quo nos dilexit in tẽpore.* — Chrisost — *Agit hoc loco Ioannes de secundo, in nos Christi amore; & ad primũ allu- dit.* — Ioan. 13.]

Verbum existens, & non dum homo factus, ita vt verbis istis: *Cum dilexisset, in finem dilexit*, non solum vtrumque amorem, de quo superius actũ est, commemorauerit, verum etiam, & primum, causam fuisse secundi edocuerit, quasi si diceret: *Quia dilexerat ab initio; ideo dilexit in finem*, nam particula illa, *Cum*, causatiua etiã est, facitque hunc sensum. *Causa, quia dilexit in finem, fuit, quia dilexerat ab initio*. Sic enim hũc nostri contextus locum exponit Ferus dicens: *Vere enim dilexerat, vere perseuerauit in finem diligere: priori verbo causa ostenditur cur Christus in mundum venerit factus homo: ad hoc enim non pellexit illum nostra dignitas, quia eramus indigniores, quam vt beneficijs corporalibus afficeremur: tantum abest, vt digni fuerimus æternis: nec nostrum meritum illum pellexit, toti enim eramus in peccatis nati, nec nostra justitia, quis enim iustificabitur in conspectu Dei? Sed immensa eius charitas, qua nos complexus est, eum adhoc pellexit, & incitauit.*

Ioan. vbi sup.

Ferus in hũc loc. Ioan.

Sine aliquo nostro merito, sed Christi benignitate & charitate redẽpti sumus.

Psal. 42.

Attendite autem qua verborum energia ad Romanos cap. 5. priorem hunc amorem exageret Paulus, quo Deus homines ab æterno dilexit, & quem noster Euangelista illis verbis significat (*cum dilexisset*) & quam eleganti dicendi modo ostendat idem Apostolus hanc priorem dilectionem, & charitatem causam fuisse intentissimæ illius secundæ dilectionis, quam idem Euangelista sequentibus verbis inculcat dicens. (*In finem dilexit.*) *Commendat*, inquit Paulus, *charitatem suam Deus in nobis, quia cũ adhuc peccatores essemus Christus pro nobis mortuus est*, quasi si diceret. Valde certe commẽdabilis est æternus Dei nostri in peccatores amor, charitasque singularis, quæ tanta fuit, vt illum ad tradẽdum pro nobis filium impelleret. Quam Pauli contextus expositionem Christus ipse confirmat dum Ioannis cap. 3. ait. *Sic Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret*. Ex quo jam nemini dubiũ esse potest, æternam Dei charitatem, qua nos ab æterno dilexit, causam fuisse (vt ita dicamus) impulsiuã intensissimæ dilectionis, quã Christus Dominus vltima suæ vitæ periodo suis amãtissimis discipulis, operibus demõstrauit, cum non solum se illis ad manducandum dederit, sed pro omniũ redẽptione æterno Patri in sacrificium obtulerit, & piaculum. Quæ omnia

Ioan. 13

Ioan. ibidem. Rom. 5.

Ioan. 3.

Christus pro nobis piaculum & sacrificium ... Patri oblatum

mia dū Euangelista facer enarrare dispofuisset, vidissetque quam inaudita, & stupenda forent, statim simul cum illis earum causam apposuit dicēs: *Cum dilexisset in finem dilexit*, idest, *ita mirabiliter operatus est, quia consummate dilexit, & ita consummate dilexit in finem, quia dilexerat ab initio:* pro tantorū excessuum fundamento, & causa præsentem dilectionem assignans, & pro præsentis dilectionis causa amorem antiquissimum referens, qui ab æterno in Dei pectore morabatur. Nam (vt obseruauit extraneus) *Ipse sibi causa est amor.*

Ioan. 13

Amor sui ipsius causa est.

Sed quia locum Pauli á nobis superius adductum emphasym maximam continere affirmauimus, ad illam exponendam, & demonstrandam iterum reuertamur, quam illis prioribus verbis contineri pēsamus: *Cōmendat autē charitatē suam Deus in nobis cum adhuc peccatores essemus*, nō enim, dixit Paulus: *Demonstrat, ostendit, aut præbet* charitatē suā Deus nobis, sed *commendat in nobis*; & optime quidē, nullo enim alio modo potuit Dei dilectio, eiusque pietas, benignitas, misericordia, & charitas clarius illucescere, & sublimari, quā amando peccatores fædos, denigratos, & turpes, & qui indignissimi erant, vt amarētur. Vnde bene in eis eadem charitas á Paulo cōmendari perhibetur, ipsa enim peccatorū fæditate Dei charitas sublimatur, & ipsa culparū nigredo diuinā dilectionē, quodāmodo illustrē reddit: quāquam enim vnaquæque virtus á se ipsa habeat quod resplēdeat (vt hom. 23. in Genesim Chrisost. obseruat) & per se ipsam admirabilis sit: siquis tamē illā in medio prohibētiū exercet, multo tūc admirabiliorem reddit. Vnde qui aliquod opus albū spectabile, & gratiosū reddere intēdit, ac desiderat, supra nigrum spatiū collocat, vt ex nigredinis obfuscatione, sublimetur albedo: nam *opposita iuxta sese posita magis illucescunt*, vt habet cōmune philosophorū proloquiū. Nō secus fecisse Dominū testatur Paulus cū ait: *Cōmēdat autē charitatē suā Deus in nobis cū adhuc peccatores essemus*; idest, ex nostrarū fæditate culparū, & peccatorū nigredine dilectionē suā per quā spectabilē reddidit Deus, quo enim fædiores, quo deteriores, quo peccatorum nigredine obfuscatiores eramus, eo amplius eius diuina charitas, amorque eximius in nos collatus sublimatur, illustriorq; redditur, qui tales, ac tātillos vt Bernar.

Exponitur locus Pauli superius adductus.

Rom. 5.

Quomodo commēdetur in nobis Dei charitas.

Per se ipsam commēdatur virtus. Chrisost.

Philosophorum proloquiū

Roman. vbi sup.

Bernar. loquitur adamauit.

Roman. vbi sup. Fuisse autem hanc Pauli mentem dum ait, Deum charitatem suam in peccatoribus commendare, verbum Græci contextus clare demonstrat, quod non solum, *commendare*, significat, *sed nobilem, & notum facere, atque illustrare*: & quoniam nobile, & illustre est inimicis benefacere, meritó charitatem suam Deum in amandis peccatoribus illustré reddere, & commendare dicitur.

Theodo. in hûc locũ Paul.

Nobile, & generosum est in imicis benefacere.

Nam vt in Inchiridion cap. 73. ait Augustin. *Minus magnũ est erga eum esse beneuolum, siue beneficũ, qui sibi mali nihil facit, illud vero multo grãdius, & magnificentissimæ bonitatis est, vt tuum quoque inimicum diligas, & ei qui tibi male vult, & si potest facit, tu bonum semper velis, faciasque cum possis: illius memor exempli, qui in cruce pendens pro suis orauit persecutoribus.*

August.

Lucæ 23

Ambros. Hunc eundem Pauli sensum apperit Ambrosius, dum eius locum exponit dicens: *Sic commendat Deus charitatem suam dum adhuc inimicis suis beneuolus est, & mittit qui saluet eos, cum vtique non mereantur.* Hoc idem argumẽtum in expsitione eiusdẽ Pauli loci multis prosequitur Anselmus: *Mortuus*, inquit, *est, & hoc non pro quibuslibet, sed pro impijs, idest, pro fœdis, execrandis & à Deo penitus separatis, & ipse tam magnum fecit, vt pro talibus mori temporaliter dignaretur, vt æternam mortem ab eis auerteret.*

Anselm.

Hinc certe beneficiorum eius apparet magnitudo, ratioque postulat vt qui in debité ab eo tantum dilecti sumus, consideremus quantum eum diligere debeamus, aut si quid ei præponere debeamus cum ille nobis impijs nec vitam suam præposuerit, nec mortem denegauerit. Pium enim Dominum vsque ad mortẽ diligere debemus, quem pro impijs seruis cruciatum mortis excipisse cognoscimus: vbi & præsumptio humana reprimitur, ne suis meritis aliquid tribuat, & vere miranda eius bonitas apparet, qui pro impijs dignatus est mori.

Dei beneficiorum magnitudo cõmendatur.

Quãtum Christum diligere debeam⁹.

Cur Paulus se ipsum contumelijs insectetur.

Eundem diuinæ dilectionis commendandi, amplificãdique modum (vt aduertit Chrisostom.) ipse Paulus obseruat dum gratias pro apostolatus munere rependens se blasfemum, & Ecclesiæ persecutorem nominat. *Traducitur* (inquit Chrisost.) *vita serui, vt appareat humanitas Domini.* Eundẽ denique diuinæ dilectionis amplificandi modum

1. Tom. 1. Chrisost. in hûc locum.

obseruasse

obseruasse Lucam Euangelistam in Mariæ Magdalenæ vitijs enarrandis ait Petr. Chrisolog. dicens: *Exagerat Euangelista facinus, vt accummulet indulgentiam largitoris.*

Chrisol. *Cur Euāgelista Lucas Magdalenam, publicam peccatricē nominarit.*

Ex ista antecipata Dei in homines dilectione quam illis prioribus verbis, nēpe *(cum dilexisset)* Euangelistam significare dicimus, inferūt patres feduciam, & spem, quam habere debemus de adeptione æternæ felicitatis. *Hac* (inquit Chrisostom. in expositione Pauli loci superius adducti) *facta omnem excellentiam excellunt, vehementerque stupidum, ad fidem adducunt: neque vero alius est, qui saluaturus nos sit, nisi hic vnus, qui sic delexit cum ad huc peccatores essemus, vt ipse se ipsum pro nobis dederit.* Tunc addit Chrisostom. *Vides quantum habeat instructionis ad futurorum comparandam spem hic locus?* Et paucis interjectis concludit, dicens. *Qui igitur inimicis suis sic pepercit, vt nec filio quidem pepercerit, nunc amicis nobis factis non aderit? cum videlicet iam nulla dedendi filij necessitas immineat.* Quod etiā multis prosequitur Anselmus, in expositione eiusdem Pauli loci, inter quæ sic hæc proloquitur: *Qui ergo peccatoribus donauit mortem suam, quid seruat iustis, nisi vitam suam?* Quā etiam illationem ex eisdem Pauli verbis infert Theodoretus dicens: *Si cum inimici infestique essemus, tanta nos cura dignos extimauit, vt filium suū pro nobis traderet, quomodo fieri potest, vt facta reconciliatione, æternæ vitæ non simus participes?*

Vnde debeat provenire spes de æterna felicitate consequēda. Chrisost. Idē ibid. Idē ibid. Anselm. Theod. Ioan. 13

ANNOTATIO L. XVI.

Circa eadem verba contextus.

Cum dilexisset

Inquiritur, redditurque causa primæ Christi in homines dilectionis.

QVEMADMODVM perfectissimi istius amoris quem sacer Euangelista posterioribus verbis significauit nēpe *(in finem dilexit)* causam assignauimus, illum scilicet priorē, quo abæterno dilexit Deus peccatores, sic istius prioris causā inquirimus, siquidē nec nostra dignitas, nec nostrū meritū illū ad peccatores amādū

Ioan. 13.

pellexit, aut ad diligendũ incitauit: & quãquam Dei amoris causa melius ipsum amando, quam philosophando inquiratur: cum (vt in libro de natura, & dignitate amoris cap. 1. Bernardus obseruat) *Sit amoris ars difficilima omniumque artium ars, cuius magisterium ipsa sibi retinuit natura.* Quod in responsione ad secũdam interrogationem doctè, prosequitur Magn. Basilius dicens: *Sane quod de charitate est, ea non in doctrina praeceptis posita est: neque enim, aut luce gaudere, aut vitã diligere, aut eos charos habere, à quibus geniti, educative sumus, à quoquam didicimus: sic etiam ac multo etiam magis nulla charitatis est disciplina, sed simul, atque constitit animal rationale, insita ei naturalis etiã quaedam rationis est vis, quae in se ipsa amandi necessitudinis initia continet.* Haec ille. Si igitur neque humanae dilectionis indagandae causa disciplina est, quomodo causam diuinae dilectionis inquirimus?

Nõ adiscitur amãdi ars.

Bernar.

Basil. Magn.

Innata est hominib' diligendi proprietas

Id tamen nõ vetat quominus sanctorũ Patrũ vestigijs inhaerendo eandẽ prioris istius dilectionis causã inquirire laboremus, vt etiam eam P. Augustin. affectuosè inquirere laborat, dum illa verba Psalmi 44. exponens praeponderat: *Concupiuit Rex speciem tuam.* Vbi hoc desiderium, siue concupiscentiam, ad istam anticipatam charitatem, qua Deus Ecclesiam dilexit, putat esse referendam: vbi ad Dei praescientiam recurrit Augustinus, vt tantae, tamque anticipatae dilectionis causã reddat, aitq; tunc verbum diuinum non dilexisse in gentibus, ex quibus Ecclesia collecta est, foeditatẽ, & peccatorum turpitudinẽ, qua denigratae erant, & informes, sed pulchritudinem, & decorem, quem ipsis conferre poterat, quin immo contulit lauãdo pretioso sanguine suo secundũ illud: *Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Concupiuit,* inquit Augustin. *speciem, quam speciẽ? peccatricis, iniquae, & impiae, qua lis erat apud patrem diabolum, & apud populũ suũ? non, sed eandem qua dicitur, quae est ista, quae ascendit dealbata: anteà ergo non alba, postea dealbata, quia si fuerint peccata vestra sicut phaenicium tanquam niuem dealbabit, vt igitur pulchram faceret, foedam amauit: amauit foedam ne remaneret foeda, euertit foeditatem seruauit pulchritudinem.* Et bene, nõ enim amauit Deus in vno quoq; nostrorũ opera nostra, peccata, idest turpitudinemq; peccatorũ, sed amauit

psal. 44.

August

A Dei prouidentia aeterna e in nos dilectio prouenit secundum Augustinũ.

Ap oc.

August.

Nõ amauit Deus in hominibus opera mala, sed virtutes quas ipsi erat in his operaturus.

opera suā, id est, virtutes, quas erat in nobis operaturus: non enim respexit quales tūc eramus, sed quales esse possimus sua mediante gratia: quemadmodum statuarius, qui dū videt rude lignum, & incomptum, eligit tamen, & seruat, non quatenus rude est, neque ruditatem eligēdo; sed quia mediante arte pulchrā ex eodem statuam potest cōficere: quale lignum erat mulier illa peccatrix, cujus quamquam pulchritudo externa humanos oculos allicere consueuerat; tamen turpitudo animi, fœditasque conscientiæ abominabilem, & detestandā reddebat, & tamē Christus elegit non amādo, quod erat, sed quod in ea operari intēdebat. *Intus* (inquit Augustin.) *pulchram nouit, qui speciē eius adamauit.* Ideoque secundū Augustin. verbum, *dilexit nos*, ad illam priorem charitatem, & dilectionem referendum est, qua Christus peccatores adamauit cum adhuc esset in sinu patris, cumque adhuc peccatores essemus, quam Euangelista significat dicens: *Cum dilexisset*, quia non ad præsentem aspexit fœditatem, sed ad futuram Ecclesiæ pulchritudinem, cujus postea amore captus semetipsum tradidit cruci figendum, & quam adeò perseueranter amauit, vt in finem dilexisse dicatur. Fuit igitur secundum eundem Augustin. istius anticipatæ dilectionis præcipua causa, Dei nostri præscientia, qua præsciuit Ecclesiæ futuram pulchritudinem, eius præcioso sanguine consecutam. Ex qua amoris anticipatione, nostraque peccatorū fœditate loco superius allegato argumentatur idē August. vt ad Deum amādum alliciat, attrahatque: *Ad qualē*, inquit, *venit? & qualem facit? Veniat ergo iam ipse in verbis propheticis, ecce ipse sponsus procedat nobis, amemus illum, & si inuenerimus aliquid fœdi, non amemus: Ecce ipse inuenit multa fœda, & amauit nos.*

(·?·)(·?·)
(·?·)

Magdalena in quātū peccatrix, rude lignum.

Quid in Magdalena adamauit Christus. August.

Ioan. 13.

August. ibidem

Diuini Amoris exemplo, ad Deum diligendū prouocamur.

ANNOTATIO LX.VII.

Circa eadem verba contextus.

Cum dilexisset.

Prosequitur idem de prima Dei in homines dilectione argumentum.

LABORAMUS ad huc in inuestigāda causa eximij amoris, quo nos Deus est ab æterno prosecutus, & à quo impulsus misit filium suū in mundū, vt inaudita in peccatores beneficia conferret: & quamquam incomprehensibilia sint judicia Dei, inuestigabilesque eius viæ, vt loquitur Paulus, tamen sanctos Patres, qui idem inuestigare conati sunt insequentes pulsamus, si forsitan non propter merita nostra, sed propter semetipsum dignabitur Dominus aperire.

Rom. 11.

Ad vulgarem amoris cæcitatem refert Petrus Chrisologus, hujus prioris dilectionis effectum dū sermone 30. ait. *Delicta non videt vis amoris:* Cui suffragatur Chrisostom. hom. 12. in Matth. dicens: *Perfecta Charitas vitia non sentit.* Sed hoc dixerim in amore affectus potius, quā deffectus: videt namque quē amat, eius interim delicta nō videt, videt inquem feratur, in eum tamē, cur feratur non videt, ipseque se deludit dū operit: *Charitas enim operit multitudinem peccatorum.* Qualiter vt operiret supra colum filij corruit reuertentis pius pater non quod consumpserat aspiciens, sed quod reuertatur præpōderās, delicta non quia cæcus sit nō vidēs, sed quia affectuosus nō contemplans.

Chrisol.
Amor cæcus.
Chrisost.
Charitas vitia non sentit.
1. Petr. 4.
Luc. 15.
Ipse se obcæcat amor.

Bene circa hanc deuotam occupationem consulit Pater Bernardus, dum istius anticipatæ dilectionis causam docet non inquirendam, cū serm. 61. ait. *Amo, quia amo, amo, vt amē.* Si sibi quod præbet acciperet, neque se se tanto ties fatigaret, dum eiusdem dilectionis causam inquirit. Fatigatus namque exclamat sermone 65. in Cant. *O suauitatem! ò gratiam! ò amoris vim ita ne summus, vnus factus est omnium? quis hoc fecit? amor, dignitatis nescius, dignatione, diues, affectu potēs, suasu efficax. Quid violentius? triumphat de Deo amor quæ est ergo ista vis tam violenta ad victoriam, tam vi-*

Bernard.
Amoris vires mirabiles.
Triūpha de Deo amor.

ta ad violentiam? Hæc Bernardus. Post igitur tot stupefactiónum, post tot in inquirẽdo fatigationum quid jam dicat audiamus. *Si non dilexisset*, inquit, *inimicos non dum possedisset amicos*: cujus sensum, vt aperiamus necesse est, vt ipsius dilectionis naturam perscruptemur, secundum quod eandem S. Dionysius inculcat dum eã ideo bonam prædicat, quia sui ipsius est defusiua, cui consonat Pat. August. Dum ait, omnem amorẽ neutiquã posse vacare, quod potius de isto diuino. De quo nobis sermo est intelligẽdũ docet P. Greg. hom. 30. *Nunquam est Dei amor*, inquit, *otiosus*, *operatur etenim magna si est: si vero operari renuit*, *amor non est*: quod fortasis Dominus voluit indicare, dum absque intermissione ignem in suo præcepit vigere delubro: *Ignis*, inquit, *in altare meo semper ardebit*: nam amor ignis est, vt passim ostẽdit Sacra pagina: Cũ igitur amor diuinus sit incessabile agens, & vacare nõ possit, cumque sit sui ipsius diffusiuum, non potuit, non defundi, non potuit, non ardere, non potuit non operari, cum autẽ nullus esset tunc non peccator, *Corruperat* quippe, *Omnis caro viam suam*, naturali quadam propensione compulsus adamauit peccatores, cum adhùc peccatores essemus. *Fertur enim amor desiderio, nõ ratione*, vt sermone 9. in Cant. habet Bernardus.

Amor, bonũ cõmunicabile, & diffusiuum.

Dionys.

August.

Amor nõ otiosus.

Gregor.

Continua est amoris actio.

Leuit. 6.

Amor ignis est.

Gene. 6.

Cur Christus adamauit peccatores.

Bernar.

Amor desiderio fertur,

His tamen omnibus circa primam Dei in homines dilectionem, & circa eius causam speculationibus missis, Theodoreti potius placet sententia, qui ipsius Dei benignitatis, & clementiæ abyssum, adæquatam causam illius prioris dilectionis, qua Christus dilexit nos, antequam homo fieret, esse docet. Sic enim ait dum eũdem Pauli locum superius adductum exponit: *Cogitemus certe, quod cum adhúc delinqueremus & inique nos gereremus, morboq; impietatis adhuc essemus implicati, Dominus Christus mortẽ pro nobis susceperit, & hinc benignitatis, & clementiæ abyssum intelligamus.* Hæc Theodoretus: Cui serm. 1. de natiuitate consonat Abbas Garricus, dũ ad tantæ dilectionis conspectum admirabũdus exclamat dicẽs. *O fons misericordiarum! ò abyssus iudiciorum Dei! quis de hoc fonte bibit, & non amauit? quis hanc abyssum consideraunt, & nõ expauit? qui non amauit nequam & impius est: sicut qui non expauit vecors, & incensatus est.*

Theod,

Cur Christus dilexit peccatores ex Theodoret.

Garric.

Dei benignitas, & misericordiæ fõs perẽnis, & abyssus profũda.

ANNO-

ANNOTATIO LXVIII.

Circa illa verba contextus.

In finem dilexit.

Apponitur prima horum verborum contextus expositio.

Vasti & sine fine dilectionis pelag.

CVM adeó vastum sit diuinæ dilectionis pelagus, frustra & sine fine inquiritur terminus eius, & finis: sicque omnes quotquot illud ingressi sunt, ad varios fines deflexerunt, vnum tamé omnes finem assequentes: nempe non habere finem. Ne auté labor, quem in eodem fine inquirendo consumimus, aliquibus frustraneus videatur audiant Pat. Ioanné Chrisostom. hom. 7 in epistolam Pauli ad Ephesios, vbi docet mag. num nobis commodum ex hac inquisitione prouenire. *Hoc, inquit, curemus dilecti, népe vt dilectionem Dei cognoscamus: magnum enim hoc est: nihil quippe ita proderit, nihil ita compunget, quam hanc eximiam dilectionem pōderare: plus enim istud habet momenti ad attrahendum animas nostras, quam metus gehenna.*

Diuiná dilectionē inquirere frustraneum non est. Chrisost.

Plus nos allicit ad bene operádum amor Dei quā metus inferni.

Variant igitur authores in explicandis verbis nostri contextus, nempe, quid hac locutione velet significare Euágelista (*In finē dilexit*) Prima igitur expositio est Patris Aug. hom. 1. in hunc locū sic exponētis. *Quid est dilexit in finem, nisi dilexit, in Christum: finis enim legis Christus est, vt ait Apostolus, ad iustitiam omni credenti: finis perficiens, non interficiens: finis, quo vsque eamus, non vbi pereamus.* Quæ quidé expositio, quāquā longé sit á sensu literali remota, habet tamen deuotam, & spiritualem intelligétiam, sensumq; merificum: cūm enim (vt ait Scriptura Prouerbiorū 16.) *Omnia propter se metipsum operatus fit Deus*, nihil prohibet dicere, & propter se ipsū; & in se ipso peccatores, suosq; discipulos adamasse, sieq; quasi causam reddés Euangelista, cur dilexisset suos, dicat dilexisse illos non propter eorum merita, sed propter semetipsum, siequè bene sonat: *In finem*, atque, *In Christū*, vel *propter Christum*. In quem etiā sensum loqui videtur Regius vates dum Psal. 83. vt Dominum ad sui commiserandum moueat deprecatur, vt in faciem

Ioan. 13

Augustin.

Prima expositio

Rom. 10

Prouer. 16.

Exponitur. Augustini interpretatio.

Psal. 8

respiciat

respiciat Christi sui: quasi diceret, si oculos in nos cōijcis, non inuenies Domine cur miserearis, cur ames, cur parcas, vt igitur miserearis, ames, & parcas, *Respice in faciem Christi tui*: ibi namque fundamentū rationem, & causam inuenies cur parcas, miserearis, & àmes. *Amauit igitur* (inquit Augustinus) *suos, non in ipsis sed in se, idest non propter illos, sed propter se, in quem eosdem transformauerat amor.* Neque exigua est hæc Dei dilectionis cōmédatio, & intensissimi amoris, quo peccatores dilexit Christus, siquidem nemo excellentiores dilectionis actiones in alios exercet, quā in se ipsum, incipit namque charitas dūmodo bene ordinetur à semet ipsa. Bene igitur sonat, *dilexit in finem*, idem, *quod dilexit in se ipsum*, cum sit Christus, vt dictum est, & omnium nostrorum, & omnium nostrarum actionū terminus & finis, solet namque amor dilectum in diligentis pectore constituere, vt dum se ipsum amat, amet & suum, pectus ergo diligētis, sedes est dilecti, & locus certus vbi certissime inuenitur: vnde eleganter Seneca Epist. 29. ad Lucillū. *Nō est*, inquit, *quod amicum tantum, vel in foro, vel in curia quæras, si diligēter attendas domi inuenies, errat enim qui amicū in atrio quærit, aut in conuiuio probat, pectore enim amicus, non in atrio inuenitur.*

Hanc expositionem, & doctrinam serm. 3. quadragessimæ approbat Guarricus dum ait. *Non hoc dicimus quia in natura incommutabili humanos ponamus affectus, sed vt in amore illius summæ bonitatis affectus noster dulcescat, dum ipsum plus nos amare, quam ipsi nos amemus, ex similitudine discimus humana.* Et, paucis interiectis, eandem doctrinam, & expositionem, quam superius ex Augustino tradidimus prosequutus sic ait idem Guarricus. *Parum erat Christū summæ misericordiæ viscera, non claudere miseris, in ipsa sua eos viscera trahit, suisq́; inserit mēbris*: Hæc Guarricus.

Ex hac ergo Augustini mēte, & expositione magnū certe solatium nobis prouenit, fiduciaque resultat, in tā enim firma arce, idest, in Christi pectore cōstitutis, nihil certe durum, aut aduersum timendū est, nec in tam magnifici Regis penetralibus collocatis aliquid defuturum fore putādū est, vt serm. 2. de S. P. Benedicto noster Guarricus obseruat dicens. *Securus in eum proijcio omnem solicitudinem meam, cuius* nec

Margin notes: August. — Summendem Christi in nos dilectio. — Deus omnium nostrarū actionū terminus. — Amoris conditio. — Sedes dilecti pectus est diligētis. — Seneca. — Vbi quærēdus, & inueniendus, atque probādus sit amic⁹. — Guarric. — Idem. — Magnū Christianorum solatiū est, in Christi pectore versari. — Guarric.

nec potentia vinci, nec sapientia falli, nec beneuolentia potest fatigari, quominus expleat omnẽ indigentiam meam: quam satius, quam securius est ipsum esse solicitum, quã me ipsum pro me, &c. quæ ibi nõ minus deuote quã docte habet Guarricus: quibus addẽda sunt melliflua Bernardi verba, quæ in hac sententiã habet, serm.66.in Cant.dicẽs. *Vbi firma, tutaque infirmis securitas, & requies, nisi in vulneribus saluatoris? tanto illic securior habito, quantum ille potẽtior est ad saluandum; fremit mundus, premit corpus, diabolus insidiatur, non cado, quia fundatus sum supra firmam petram.* Quod etiã argumẽtum serm.4. de ramis Palmarum deuotissimis verbis est idem Guarricus iterum prosecutus dicens: *Tuta habitatio fratres mei, turrisque fortitudinis à facie inimici pia, ac sedula meditatione Christi Domini vulneribus immorari. fideque, & amore crucifixi animam ab æstu carnis, à turpitudine sæculi, ab impetu diaboli contutari. Super omnẽ gloriam mũdi protectio huius tabernaculi, videlicet in vmbraculo diei ab æstu, in securitatem, & absconsionem à turbine, & à pluuia, vt per diem sol non vrat te prosperitate, nec turbo moueat in tempestate.* Neque prætermittenda esse duximus mirabilia alia S. Bernardi verba, quæ habet lib. de passione Christi cap. 3. quia ad confirmandum hoc argumentũ optima quidem sunt. *Ad hoc*, inquit, *vulneratum est cor tuum, vt in illo, & in te ab exterioribus perturbationibus absoluti habitare possimus.* Ex qua certe Christi in homines amoris propensione eius dilectio per quã maxime cõmendatur, & omni alia dilectione incomparabiliter demonstratur intẽrior: quamquam enim intensus, & valde affectuosus sit paternus amor in filios, illos tamen brachijs contutari contentus est: affectuosa quidem sunt in propriam sobolem materna viscera inter externa tamen vbera fouere protegereque contenta sunt, nam cum Dominus affectuosam matris dilectionem exprimere voluisset satis habuit dicere Esaiæ 66. *Ad vbera portabimini, & ad genua bladietur vobis.* De paterno vero affectu, & exhibitione sic serm.3 ait Pet.Chrisolog. *Pater creditur, cum filium trahit manibus, claudit gremio, ligat lacertis.* Quasi ostendens ad Patris dilectionem complendam, & ostendendam sufficere, filium brachijs cõtutari. Christus vero vt suam in nos dilectionẽ commendaret, omnique alia

Quam securissimus Christi protectione. — Bernard. — *Christi vulnera arces munitissimæ, & ad saluandum per quam apta.* — Guarric — *Contutantur animæ ab inimicis sola Christi vulnerũ meditatione.* — Esai. 25. — Psal.120. — Bernard. — *In Christi latere tuta fidelibus requies* — *Christi amor in suos omnẽ superat amorem* — *Paterni, ac materni amoris signa.* — Esaiæ.66 — Chrisol.

dilectio

Cur expansis brachiis moritur Christus.

Cur apperto latere

dilectione longe intentiorem esse ostenderet, non solum in fine vitæ suæ adapertis in cruce ad amplectendum brachijs moritur, sed pectus perforari permittit, vt intra viscera sua nos recipiat, contueatur, ab omnique perturbatione defendat.

Amat igitur Christus suos *in finem*, idest, *in se ipsum*, quia dum omnes habet in corde, vt proprium cor diligit illos, quos in corde verus amor collocauit; quosque itá dilectio in Christum transformauerat, vt eorum pœnosas actiones. Christi proprias redderet, sæpe namque Christus se optare, vel pati demōstrauit, ea, quæ sui patiebantur, & optabant: de eorum nāque esurie, de eorumque siti affligi, & cruciari testatus est dicens: *Sitiui, & dedistis mihi bibere, esuriui, & dedistis mihi manducare.* O mira amoris dignatio! ó dilectionis vis inaudita! ó intēsus Christi charitatis affectus! siti, qua cruciātur sui, se cruciari significat, quia non poterat sitis illos cruciari, quin simul illum non afficeret, qui eos intra se, & in suo pectore gerebat, & ita illos amabat in se, vt amabat se ipsum, vt docte aduertit Abulēsis quæst. 392.

Christi in sensus in amore labens ... prius effecit.

Math. 25.

Quam affectuosam dilectionem, & suorum in se ipsum transformationem clarissimé etiam demonstrauit, dū Saulo suos persequenti dixit: *Saule Saule, quid me persequeris?* se in suis persecutum demonstrans: vt ad hunc locum Beda obseruauit dicens: *Non ait cur persequeris mea membra? sed me, quia ipse in membris patitur, & beneficia membris collata, sibi facta denuntiat.* Quod etiā argumentum, siue Christi dilectionis transformandi suos in se effectum, ad eundem locum prosequitur Lyranus late, & Diuus Augustinus dum rationem reddit cur cum orauit ad Patrem mortem exhorruisse significauerit, aitque non ibi Christum postulasse, qui mortem sustinendo Patri obedire per quam maxime desiderabat, sed illos petijsse, quos intra eius pectus eximia charitas constituerat: *Transfigurat*, inquit Augustin. *in se suos, qui nihil aliud vult, quam Pater.* Quam diuinæ dilectionis transformandi vim inculcat Diuus Dionysius lib. de diuinis nominibus cap. 4. dicens: *Est autem secessum, extasimque faciens diuinus amor, amatores, sui iuris esse non finens, sed in ea, quæ amat penitus transferens.* Hæc Dionysius. In finē igitur dilexit Christus quos ab

Act. 9.

Beda.

Lyran.

August.

Math. 26

Dionis.

Amoris proprietas, transformare amatores in amatē & e cōtra

æterno dilexerat, ideſt, transformauit in ſe, vt cū ſediligeret diligeret vtiq; *ſuos*, ideoque, & illos transfert in ſe, & ſe transfert in illos, vt ipſe aſſeuerat cū ait: *In me man et, & ego in illo* vt ſic cum manemus in illo tuti ſimus, & cum manet in nobis etiam tutemur ab illo: vnde in expoſitione cap. 8. epiſt. ad Romanos, cōuenienter ait Origenes. *Charitas eius, qui nos dilexit affectus noſtros in ſe rapuit, vt dolores, cruciatus, & imminentia mala non ſentiamus.*

Ioan. 6.

Origen.

Dilexit Chriſtus, vt Deus, & dilexit vt proximus.

Circa hanc autem Auguſtini horū verborū expoſitionē non erit abs re dicere voluiſſe Chriſtū, & exercere Dei dilectionē, & proximi charitatē, ideſt, voluiſſe diligere, vt Deū, & vt proximū, vt Deus enim dilexit ab æterno, vt Euangeliſta teſtatur cū ait: *Cū dilexiſſet*, vt autē proximus, ſuos vult diligere tamquam ſe ipſum, vt dominicū habet de proximi dilectione mandatū: quos igitur Deus dilexit ab æterno, nunc Chriſtus frater, & homo factus, homines vult diligere vt proximus, ac proinde diligit, *in finē*, ideſt, *in ſe ipſū*, nam qui diligit in ſe, ſicut ſe ipſū diligit. Aſtruit hanc myſticā, & ſpiritualem potius quā literalem expoſitionem Laurētius Iuſtinianus cap. 2. faſcul. amoris cum cauſam ponderat cur Chriſtus ita dilexit in finem, atq; voluiſſe implere præceptum, quod de proximis diligēdis tradiderat: *Mandatum, inquit, dilectionis inſtituit, & ipſius dilectionis iuſſa perficit.*

Iuſtin.

Hanc tamen expoſitionē deuotam potius, & piam, quā contextui cōſonam eſſe putamus: nam ſi ſecundum quod ex literæ tenore percipimus loquendum eſſet, breuiſſimis, clariſſimiſque verbis Euangeliſtæ verba exponeremus dicendo, idem valere, verba hæc: *Cū dilexiſſet in finem dilexit*, atq; ſi diceret Euangeliſta. Qualiter ſe geſſit Chriſtus in vita erga ſuos, taliter ſe ſe moriendo exhibuit: cum igitur viuens ſemper amauerit, & moriēdo dilexit, quia á charitate impulſus venit in mundum, in mundo degens charitatem commendauit, á mundo diſcedens charitatem exhibuit, vt omnia quæ pro nobis fecit, eius charitati perſoluendum eſſe intelligeremus, vt cap. 2. ſui amoris faſculi, idem Laurentius. Iuſtinian. obſeruauit dicens. *Non tua, ò homo promeruit charitas, vt ſuum tibi Deus filium daret, ſed ſua ſic voluit, qua ante mundi*

Facilis el textus expoſitio.

Ad Eph. 5.
Ioan. 15.
Ioan. 13.

Idē Laurēt. Iuſt. ibidem.

conſtitutionem

constitutionē dilexit te, totū igitur charitati illius arroga; quod habes, & quia es.

ANNOTATIO LXIX.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

Apponitur alia horum verborum expositio.

Secunda expositio August.

ALIAM horū verborū expositionē affert idem Augustinus eadem homilia superius allegata, quā noster āplexatus est Beda in suis cōmentarijs in hūc locū Ioannis, quæ ita habet: *Dilexit in finem*, idest, *vsq; ad mortem dilectio Christū perduxit*. Idē nāq; secundū Augustini mentē valet nomen, *finis*, atque nomen, *mors*, quàm doctrinam, & interpretandi fundamētū sumpsit ex Aristotele, qui 3. Ethicorum mortem, vitæ finem appellauit. Ita igitur exponit August. Tantus fuit amor, tanq; immensa charitas qua Christus prosecutus est suos, vt eū vsque ad mortem perduxerit:

Beda.

Aristot.

A *Neq; poterat*, ait Aug., *Christus maiorē discipulis dilectionē exhibere, quā pro eisdē vitā dare, secundū id, quod ipse testatus est dicēs: Maiorē dilectionē nemo habet quā vt animā suā ponat quis pro amicis suis*. Dū igitur vsq; in finē dilexit, idest, vsq; ad mortis perpetionē, se probū magistrū exhibuit, cujus propriū est, id B quod verbis docet factis implere, vt ad hūc locū Nicen. Gregor. annotauit dicēs: *Hoc ipse dixit, & hanc tantam dilectionē dicēdo significauit, & patiēdo mōstrauit*. Quod late nimis ostēdit Laurentius Iustin. cap. 2. sui amoris fasciculi.

August.

Ioan. 15

Christus optimus magister, qui quod de charitate præcepit ipse priº exercuit.

Nicen.

Laurent. Iustin.

Quā etiā exponēdi rationē C & methodū noster Rupert. obseruat dicens: *Quomodo autem cæperat diligere suos, & quomodo in finem dilexit eos? sic vtiq; iam dilexerat eos, vt de cælo ad terrā descenderit propter eos; & vt qui erat Deus inuisibilis in sinu Patris homo visibilis de vētre fæmineo factus fuerit: sed nō erat cōsūmata ista dilectio* (Não se ouuie D o amor por satisfeito de tudo isto) *Nihil enim suis profuisset, quod homo fuerat factus, si nō pro illis etiā pateretur. Siquidē hoc ipse supra dixit. Nisi granū frumēti cadēs in terrā, mortuū fuerit, ipsum solum manet, &c.* Igitur, vt oportebat: *In finem dilexit eos*, idest, dilectionem erga il-

Rupert.

Christi amor non quieuit donec illum ad mortē pro hominibus subducerit.

Ioan. 12.

los

Christi amor vltra mortis terminos trãsiuit, nam post mortē etiā in nostrū cōmodum operatus est.

eius munificētiā non declarat, dum illam in tradēdo pro nobis vitam consummari dicit, plus vltra namque transgressus est amor, maiorq; in Christo fuit, quam vt animam suam poneret pro amicis, vel etiam pro inimicis: dedit enim natiuitatem, dedit vitam, dedit insuper & resurrectionē: nam *paruulus natus est nobis. Attritus est propter scelera nostra. Resurrexit propter iustificationem nostram.* Vltra igitur mortis perpetionē diuinus operatus est amor, plus tribuit, quam promisit, qui enim promiserat mortem, addit & resurrectionem, vt etiam vltra maioris dilectionis terminos exilire cognoscamus; dum vltra mortis perpetionem amando operatur: *plus* enim vt ait Hieronymus, *Deus tribuit, quā rogatur.*

D 56.
Esai. 9
Esai. 53.
ad Rom 4.

Plus Deus tribuit, quā promisit, & plus tribuit quā rogatur.

Hieron.

Aliaborū verborū expositio.

Circa quā amoris immēsā largitatē potius verbū, *in finē*, idem sonat, atque *in sempiternum*, quasi dicat Euangelista: *Cum Christus ab æterno dilexerit, dilexit in sempiternū*, ita vt neq; á parte anteá, neque á parte post diuinæ dilectioni terminus adscribatur, cū præsertim cōmuniter idē valeat in Sacra pagina, *in finē*, atq; *sēper*, siue *in sempiternū*, vt videre est in his locutionibus. *Vsque quo Domine irasceris in finē. Ne obli-*

Diuinæ amoris dilectio nullis terminis circūscripta.

Psal 78.
Psal. 73.

A *uiscaris in finē: in finē ergo dilexit*, idem valere videtur atque *In sempiternum dilexit*: quod verius, & certius dicendū est de flagrantissimo Christi in suos amore, quā de profano, & fragili, de quo Propertius.

Dediuina sola dilectione, & nō de mūdana vere dici potest, quod finibus nō terminetur.

Propert.

Errat qui finē vesani quærit amoris.

B *Verus amor, nullum nouit habere modum.*

Quod fortassis Dominus cap. 6. Leuit. de suo amore in infinitum producto demonstrare intendebat, dum omnia in tēplo ad certum terminū, & mēsurā elaborari jubebat, dūmodo solo igni non adhiberetur mēsura dicēs. *Erit ignis iste perpetuus in altari.* Vt Interlinialis

Leuit. 6.

C clarissime innuit, dum pro altari, in quo perpetuo ignis iste fouebatur Christi corpus intelligit, & per ignem Spiritus Sancti charitatem. *Ignis*, inquit, *in altari semper ardebit, quod est corpus Christi, igne spiritus Sancti inflammatum.* Et optime quidem dictum est, vbi

Interlin.

Christi corpus, altare holocausti in quo amoris ignis perpetuo ardet.

D primum enim in corpusculo illo exiguo intra virginis viscera formato, ignis istius flāma fuit accensa, nunquam amplius extincta est, quamquam per medias mortis vndas trāsierit, aquæ enim multæ non potuerunt illam extinguere. Ad hujus ergo perpetui

Semel in hoc diuino altari accensa amoris flāma, nunquam amplius extincta.

Gregor.

ignis immitationem vult Pat. Gregor.lib.Moral.21.cap.7.vt in ara nostri cordis ignis iste perpetuo accendatur, idest, vt continuus perpetuusq; Christi in nos amor, continua retributione persoluatur: *Altare,* inquit, *Dei, cor nostrũ est, in quo debet ignis semper ardere, quia necesse est ex illo charitatis flammã indesinenter ascẽdere &c.* Quod etiam prosequitur noster Laudunensis dicens: *Charitas omni tempore in nobis debet feruere vsq; mane futuræ vitæ.* Eodem hoc igne inflammari exoptabat August. in soliloquijs dicens: *O ignis, qui semper ardes, & nunquam extingueris, accende me: vtinam arderem ex te ignis sancte! ò quam dulciter ardes, quam designanter aduris, ve illis, qui non ardent ex te.*

Cor nostrũ etia altare est in quo ignis charitatis, & dilectionis semper debet ardere.

Laudun.

August.

Siquis autẽ admiretur ex eo, quod in propriæ mortis perpetione Christus dilectionis consummationem posuerit, cum ipsam dilectionẽ posset consumare, nostræ redẽptionis opus per Angelum, vel per hominem quendam exercẽdo: audiat Pat. Gregorium Moral. 20.& ex eius doctrina clarius percipiet, quam vellit Christus tuam dilectionẽ consumare. *Cum certe posset,* inquit ille, *nobis etiam non moriẽdo succurrere, voluit tamen hominibus moriendo subuenire, quia nos videlicet minus amasset, nisi, vim suæ dilectionis nobis ostenderet; nisi hoc quod à nobis tolleret* (idest mortem, *ad tempus ipse sustineret.* (Constrangeo o amor a saber por experiencia o que padeciamos morrẽdo.) Nam vt idem Gregor. Moral. in lib. 3.obseruat: *Dolorem non potest consolari, qui non concordat dolenti: emolliri prius debet animus vt afflicto congruens hæreat hærendo trahat: nec iacentem erigimus, nisi à rigore nostri status inclinemur.* Quæ quidẽ doctrina á Christi seruatoris facto eruta optima est ad vnũquemque in proximorum dolorem, & pietatem inducendum, vt enim tractatu de gradibus humilitatis, ait Bernardus: *Æger ægro, & jejunus jejuno, quanto propinquius, tanto familiarius compatiuntur. Sicut enim pura veritas non nisi puro corde videtur, sic miseria fratris verius misero corde sentitur: sed vt ob alienam miseriam miserũ cor habeas, oportet tuam prius agnoscas, & proximi mẽtem in tua inuenies, vt ex te noueris, qualiter illi subuenias, exemplo saluatoris nostri, qui pati voluit, vt compati sciret, & disceret ex his, quæ passus est misericordiã.* Hæc quidem doctrina adeo proficua est, vt etiam apud gentes

Gregor.

Omnia propter nos ... Christus ... ga illos ... ... dat.

Idẽ Gre

Optima ... ... patiatur.

Bernard

Voluit ... ti Christ vt cõpati sciret.

commendari

Virgil.

cōmendari meruerit, ita enim apud Virgilium Æneidos lib. 1. ait Dido Regina.

Nō ignara malis, miseris succurrere disco.

Horat.

Cui consonat illud Horatij in arte Poetica.

Si uis me flere, dolendū Primū ipse tibi, tunc tua me infortunia lædent.

ANNOTATIO L.XX.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

Apponitur horum verborū Diui Chrisostomi, & Theophilacti expositio.

Ioannes Chrisost.

Theoph.

ACCEDAT jam P. Ioannes Chrisost. cū sectatore Theophilato, & quicquid circa Euangelistæ locutionem sentiant audiamus. *Relicturus* (inquit Chrisostom.) *discipulos, maiorē eis demonstrauit amorem: & hoc est, quod dixit. Cum dilexisset suos qui erant in mundo in finem dilexit eos.* Quæ quidē expositio plusquam omnibus supradictis placet, estque lite-

Chrisostomi expositio ab omnibus fere amplecti tur, tāquā literę vicinior.

A ræ contextus propinquior, & intellectui accommodatior, ideoque ab omnibus libenter, amplectitur: quæ ita componitur, & cōstruitur: *Licet Christus per omnem vitæ periodū suos discipulos per quam maxime dilexerit, multaque huius amoris signa illis præbuerit, in confinio tamen, siue in fine vitæ suæ, maiora* B *& illustriora eiusdem dilectionis signa exhibuit, intentioremque erga eos charitatem monstrauit.* Si namque (vt loquitur Pat. Gregor.) *Magnitudo amoris exhibitio est operis.* Bene certe Christus in mortis confinio maioris propensiorisque dilectionis argumēta discipulis suis præ- C buit, siquidem tunc in eos talia contulit beneficia, qualia vsque dum minime cōtulerat; nam admirando humilitatis, & charitatis exemplo eorum pedes lauit, tunc conuescens cum illis Sacrosanctū Eucharistiæ Sacramentum instituit, se illis in edulium exhibēs, ex D propriaque carne dapes conficiens, & ex sanguine proprio administrans potū. Tunc eos primo noui sacrificij ministros instituit, dans illis potestatem conficiendi hoc sacramentū, & fidelibus dispensandi. Tūc blandissimis, amātissimisque verbis longum ad eos sermonem habuit. Illos sæpe ac sæ-

Cōtextus expositio.

Gregor. *Ab operū magnitudine in suos collata infertur Christi in eos dilectionis magnitudo.*

Enumeratur beneficia, quæ Christus in suæ mortis cōfinio cōtulit in suos. Cor. 1.

Ioan. 14 & 15.

sibi vitam finituram, cum ad hæc infinita in homines beneficia exhibere desideraret, sciretque tempore breui, & finito circumscribi, viginti nempe, & quatuor horarũ spatio, inualescebat eius desideriũ, optabatq; quicquid dederat Pater in manus, manibus traderet dicipulorũ, immo tradidit se, & sua, idest corpus, & sãguinẽ suũ in memoriale perẽne õniũ quæ pro illis, & pro omnibus tunc passus est: ad instar amãtissimi Patris, qui mortis suæ tempore maiora, vehemẽtioraque sui erga charissimos natos dilectionis præbet argumenta, quicquid possideat illis impartiẽdo, & dulcioribus locutionibus exhortando.

Christus in hac hora tradidit sua, & se in manus suorũ Apostolorũ.

Admonet igitur noster Rupertus in expositione istius Ioan. locutionis, vt tãti Patris vltima verba, extremaque mãdata ad instar filiorum recte amantium, & obsequentium medullitus teneamus, adamq; simque seruemus; *Solent.* (inquit) *Patris bene amantibus filijs dulciora esse, & profundius permanere in memoria verba, quæ dilrgẽtissimus Pater in ipsa morte supremum trahens spiritum locutus est, quæ dixit, quæ mandauit quæ rogauit, aut monuit sic non*

Rupert.

Illa qua parẽtes mbent, dicuntq; dũ spiritum emittunt, solẽt in filijs meduitus radicari.

A *bis reuerenti aure, pio corde, & humili spiritu suscipienda, & fideli memoria commendanda sunt ea, quæ moriẽs Christus fecit, protulit, & mandauit.*

Ne quid tãdem in hac materia desiderari videatur nouam apponimus istorum nostri contextus verborum interpretationem, idem nempe va B lere: *In finem dilexit,* atque, *in victoriam dilexit,* quem interpretandi modũ summunt aliqui recentiores, ex eo quod verbum *Nesach,* quod hebraicum est, & finem, & victoriã significat, dicunt igitur, idem velle Euangelistam significare his verbis, ac si diceret. C *Cum dilexisset, victoriose dilexit,* idest per amorem, vicit Christus diabolum, & mortem, ac omnia tormenta, quæ Iudæorum sæuitia valuit ex cogitare.

Apponitur altera cõtextus expositio i recẽtioribus inuenta.

Hæc tamen expositio non probatur quia fundamentum sumit á verbo *Nesach,* quod Hebraicum est. At Ioan D nes Græco idiomate, suum Euangeliũ conscripsit.

Ioãnes Euangeliũ suũ Græco idioma te cõscripsit.

ANNO.

ANNOTATIO
L. XXI.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

Apponitur horum verborũ Patris Cyrili sequenda interpretatio.

VLTIMO tandem loco Cyrili expositioné apponimus, quia sublimius dilectionis continet argumentum, latioremque ansam præbet, vt de eadem dilectione fusius disputemus.

Quod si cui in Christi dilectione meditanda nimis fusi videamur, audiat Pat. Bernardum qui sermone 13. de Cœna Domini postquam de eadem dilectione fuse nimis disputauit, eandem iterum disputationem aggrediens, ita ait: *De dilectione Dei quo plus bibo, plus sitio: & ea saturari non possum, nec ego, nec aliquis refecte diligens Christum. Ipsa quo plus editur, plus famem exanget: & quanto plus ipsa bibitur, plus sitim inacuit: ipsam quam inhabitat mentem sic inebriat, vt nil iam quærat, vel diligat, nec diligere possit, nec valeat præter eum, qui sic mundum dilexit, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit, & diligit illum, non moriatur sed viuat cum eo. Ad hanc nos dilectionem author ipse inæstimabilis charitatis inuitat: in ea nos manere deprecatur, & rogat ait enim. Manete in dilectione mea.* Tanti igitur Patris vestigia insectantes in eadé Christi dilectioné multum immoramur suauiter, & ipse cujus dilectionem exponimus tribuat vt proficuè immoremur.

In finem igitur, *dilexit*, idem valet apud Cyrilũ, atque *perfecte consummateq́; dilexit*; & bene, nam finis vniuscujusq; rei eius consummatio est; atque perfectio, quia res non dũ suã vltimam perfectionem consequitur vsque quo perueniat ad vltimum finem suum, vnde idé significat finis rei, atq; perfectio eius, & sic verbum *finis*, in euãgelistæ enuntiatione idé valere putat Cyrillus, atque *perfectio*, siue *consummatio*, & perite quidem interpretatur Cyrillus, nam verbum græcum, *Theleon*, quo vsus est Euangelista, præter alias significationes, quas sibi vendicat, idem significat quod *perficio, absoluo, consummo*, vnde voca-

Bernard.

Diuina dilectio sui ipsius sitim inflãmat. Itẽ & suĩ famẽ auget.

Inebriat & omnẽ aliam ab eo fastidiũ facit. Ioan. 3.

Ioan. 15.

Cõtextus optima expositio.

Finis rei idem est atq; cõsummatio.

Cyrill.

bulũ

bulum Græcum, *Thelos*, idẽ significat quod *finis*, seu, *Id quod est vltimum, perfectum, & consummatum, omnibusque suis numeris absolutum*: quo sensu Paulus ad Romanos 10. Christum finem legis appellat, id est, perfectionem, consumma tionem, & formam legis, & qui solus legẽ perfectè ad impleuit, & per quem legem implemus.

Christus finis legis, id est illius cõsumma tio.

Vnde jam patet nõ inepte illos loqui, qui dicũt, quod cũ hîc dixisset Ioannes. *In finem dilexit eos*, verbum, *Thelos*, pro aduerbio, & vsurpasse, atque idem voluisse significare, ac si diceret. *Perfectè, absolutè summeque dilexit*: ita vt referatur hæc particula, *in finem*, ad modum, excessum, abũdantiam, perfectionem, excellentiamq; dilectionis, quã Christus mortis suæ tempore discipulis demonstrauit, cum jam relicturus eos esset in terris, & profecturus esset in cælum.

Ex hac istius loci Cyrili expositione maximũ certe prouenit Christi fidelibus emolumẽtum, grandeque solatium, siue solatij fundamentum, & ratio, dum nempe ab illo perfectè amari conspicimus, qui omnipotẽs est, & quemadmodum perfectè, consummateq; diligit, ita dilectis suis consummata, & perfecta beneficia elargiri valebit; qui enim ab eo perfectè, & consummatè diligitur, qui omnipotens est, nihil sibi deficiendum pertimescit, vt non minus erudite, quam pie serm. 3. de Diuo Patre Benedicto prosequitur Guarricus noster dum illa Ecclesiastici verba cap. 45. prepõderat. *Dilectus Deo, & hominibus. Paucis*, inquit Guarricus, *comprehendit summã perfectionis, & plenitudinem gratiæ, & veritatis: quid enim de esse potest ad æternam felicitatem illi, qui à Deo diligitur? & si aliquid ei deesse videtur non ob aliud est, nisi vt nihil ei desit.*

Nihil deficit illis, qui à Christo diliguntur.

Ex Cyrili interpretatione maximũ Christi fidelibus solatium prouenit

Ad Rom. 10.

Ecclesi. 45. Guarric.

Desunt multoties aliqua dilectis Dei vt nihil eis desit

Quod si quis obijciat Christum ardentem hũc amorem, & hanc perfectam, & cõsummatam dilectionem numquã amplius suis discipulis ostẽdisse, immo illos in inimicorum manus, in flagella, famẽ, nuditatem, & carceres tradidisse. Omissis nunc alijs quam plurimis huius rei fundamentis, & causis, eundem Guarricũ vbi supra optime respondentẽ exaudiat. *Sane*, inquit, *mirabili arte, sed mirabiliori charitate prudens clementia, clemensque prudentia Dei, saluti consulit humanæ* (Foi traça diuina por nosso bem inuentada) *vt cum homines diligat, non tamen facile*

Obiectio quedã circa Christi in suos dilectionem

Guarric. ibidem.

Solutur obiectio.

dilectionis suæ certos, aut securos esse sinit: nec ob aliud magnam multitudinem dulcedinis suæ timentibus se abscondat, nisi vt dum semper custodit humiles, semper habeat amabiles.

Probatur Cyrili expositio, & sequenda proponitur.

Hæc Cyrili expositio, quã superius apposuimus maxime placet, omnibusque alijs superius adductis anteponendam duximus: quia omnes perfectæ consummatæque dilectionis terminos Christum erga suos in mortis confinio expleuisse videmus: vnde idem esse in finem diligere, atque diligere perfecte, & consummate pesamus.

Christus Dominus in hora mortis, omnes cõsummatæ dilectionis numeros ad impleuit.

Expleuit certe Christus omnes consummatæ, perfectæque dilectionis partes erga suos, quia nimirum dilexit prior, dilexit immerentes, dilexit constanter, dilexit perseueranter, dilexit operibus, & dilexit gratis, dilexit denique Zelotypicè, quæ sũt perfectæ, consummatæque dilectionis proprietates, & quæ ad illam consummandam, & omnimò de perficiendam necessario requirũtur. De quibus sigilatim disputare lubet: ostendereque omnes esse á Christo seruatore in suos diligendò perfectissime obseruatas, vt sic Cyrili expositio roboretur, quæ docet idem valere: *In finem dilexit*, atque *perfectè, consummateque dilexit*: & bene, nam si, vt ait Scriptura, *Dei perfecta sunt opera*, quomodo eius dilectio siue charitas in suos perfecta non esset, cum ipse Deus charitas, & amor sit. Ad illum igitur amoris gradum, & intensionem extensa est mirifica Christi in suos charitas dilectioque consummata, quo amplius intendi non potuit, nec augeri, vt loquitur Ioannes Chrisostom. Hanc quidem dilectionis miram intentionem, absolutam perfectionem, & absolutionem consummatam, bene probat antecipata illa in diligendo præuentio, de qua superius latius disputauimus, & de qua forsitan sponsa loquebatur cum diceret: *Dilectus meus mihi, & ego illi. Ideo namque* (serm. 68. in Cantica, ait Bernard.) *non dixit sponsa, ego dilecto meo, & ille mihi, sed dilectus meus mihi, & ego illi.* Vt ostenderet diuini amoris antecipationem. Quin, & noster Euangelista circa eandem perfectæ dilectionis proprietatem philosophatur, dum epistolæ suæ primę cap. 4. sic ait: *In hoc est charitas Dei, non quasi nos prius dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos.* Circa quæ Euangelistæ verba, & consummatæ Christi dilectionis

Quæ sint consummatæ dilectionis conditiones.

Christi dilectio consumata, & perfecta, quia Dei perfecta sunt opera.

Christi charitas erga suos ad illã vsque cõsumationẽ peruenit, qua amplius augeri non potuit.

Cant. 2.

Bernard.

Diuine dilectionis præuentio

Ioan. 1. epist. c. 4.

ctionis proprietatem ita lib. de gratia Christi cap. 26. ait. Augustin. *Optime Ioannes, inquit, quia prior ipse dilexit nos, optime omnino, atque verissimé, non enim haberemus vnde illum diligeremus, nisi hoc ab illo, cum prior diligeret acciperemus.* Hæc de hac priori consummatæ Chrsti dilectionis proprietate nunc dixisse sufficiat, latius enim de eadem, annotatione inferiori disputabimus.

Auguft.

ANNOTATIO LXXII.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit

Agitur de prima, & secũda perfectæ consummatæque dilectionis proprietate nempe diligere prius, & diligere immerentes.

PRIMAM igitur istam consummatæ dilectionis proprietatem, & anticipatam in amando præuentionem Psalm. 58. maxime commendat vates cum ait. *Deus misericordia eius, praeueniet me:* quasi hanc Christi dilectionis præfectionem commendans, ostendensque ipsam illum ad nostrum amorem impulisse nullis præcedentibus meritis nostris, vt ad Romanos 11. Paulus obseruat dicens. *Quis prior dedit eis,* & cætera. Vnde in expositione eiusdem versiculi psalm. citati sic ait Incognitus. *In omnibus bonis à Deo receptis, vel recipiendis non merita nostra, sed Dei misericordiam praeuenientem considerare debemus.* Neque obiter prætereũdum est Dauidem, hanc amoris antecipationem misericordiam appellasse, non enim casu sic locutus fuit, sed vt ostenderet, potius esse, & prouenire à Dei misericordia, quod in nos amorem contulerit: *tantus tantum gratis, tantillos, & tales,* (vt Bernardi verbis vtamur tractatu de diligendo Deo) quam ab aliqua actione nostra meritoria: nullis enim præcedẽtibus meritis nostris cõtulit in nos sui amoris beneficia, munificentiamque exhibuit; neque aliquis nostrum potuisset vnquam ad tantam charitatis fruitionem peruenire, nisi eademmet charitas eum præueniendo aptauerit, immo admonet P. Bernardus maxime fugiẽdam esse in hac

Psal. 58. — Cõmẽdatur Christi in suos antecipata dilectio — ad Rom. 11. — Incognit. — Prauentio dilectionis Christi in suos, misericordia appellatur à Dauide — Bernard — Aptat nos Christi charitas, vt illã assequi possimus.

Idē Bern. ser. 33. in Cantic.

re præsumptionem, temeritatemque, dum ait: *Anima quærens Deum ne magnum bonum in magnum sibi detorqueat malum, nouerit se præuentam in illo, & ante se quæsitam, quam quærentem.* Quod adhuc deuotius elegãtiusq; prosequitur serm. 85. in Cantica, vbi exponens obiter illa verba Psalmi: *Errani sicut ouis, quæ perijt, quære seruum tuum.* Innuens istam diuini amoris anticipationē, sic ait, vnamquamque Christianorum animam aloquendo. *Redire vis? sed si in voluntate tua res est, quid opem flagitas? quid aliunde mendicas, in qua abundas tu tibi? palam est* (inquit Bernardus) *quia vult, & non potest si sibi fuerit derelicta.* Hæc Bernardus.

Idē. Bernard.

Psal. 118

Non possumus ad Deū accedere, nisi ipse ducat

Ex qua amoris anticipatione, nostrorumque penuria meritorum, bene inferuntur duæ illæ priores amoris proprietates cum alijs á nobis superius enumeratæ quæ ipsum amorem perficiunt, omnimodeque consummant, nempe amare prius, & amare immerentes, ita vt iure dicat Euangelista Christum dilexisse in finem, ideſt, vſque ad conſummationē, vltimamque perfectionem. Circa priores istas duas perfectæ dilectionis cōditiones eundem Bernardum

A

iterum audire non pigeat, ab illis namque argumētatur, vt nos ad vicem Deo reddēdā pro ipsis inuitet, in eode lib. de diligendo Deo, vbi sic ait: *Deus diligendus est suo merito, & nostro commodo, multum quippe meruit de nobis, qui immeritis dedit se ipsum, quid enim melius ipso poterat dare, vel ipse? ergo dilig̃edus Deus est, quoniā ipse prior dilexit nos: dignus plane qui redametur præsertim si aduertatur quis, quos, quãtum que amauerit, quis enim ille est, nisi cui omnis spiritus confitetur Deus meus es tu, quoniàm bonorum meorum non eges? & vera huius charitas magestatis quippe non quærētis, quæ sua sunt, quibus autem tanta puritas exhibetur? cum adhuc inquit Apostolus inimici essemus reconciliati sumus Deo.* Dilexit ergo Deus, & gratis, & inimicos, sed quantum? quantū dixit Ioãnes cap. 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt filiū suum vnigenitum daret.* Recte ergo disserens, inquit Origenes hom. 14 in lib. Num. tom. 1. suorū operum: *Quid ergo magnum faciet homo, si semetipsum offerat Deo, cui ipse prior se obtulit Deus.* Bene certe, nam vt in suo de catechisandis rudibus August. ait: *Nulla maior est ad amorem inuitatio, quam præuenire amantem.*

I

C

D

Neq; De ipse potuit quid melius dare hominibus quam se ipsum, qui dedit.

Psal. 15.

Charitatis regia conditio.

ad Rom. 5.

Ioan. 3.

Origen.

August. *Maxim ad amor inuitatio*

Hæc

Hæc igitur, & ea, quæ superius annotauimus nunc satis sint ad priores istas duas consummatæ dilectionis proprietates inculcandas, nempe diligere prius, diligere immerentes. Ad reliquas ergo jam cum bona gratia transeamus.

ANNOTATIO L. XXIII.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

Ostenditur ad perfectam dilectionis rationem, per quam maxime constantiam desiderari, & eà quibus constantia concuciatur in mediū proferuntur.

AD perfectam consummatæ dilectiónis rationem, constantiam, vim, & in diligendo tenacitatem, maxime pertinere existimamus, vt in suo de catichisandis rudibus obseruauit Augustin. dicens: *Constans, & perfectus debet esse amor noster, vt si necesse fuerit amore illius moriamur, qui amore nostri placide, & benigne mori dignatus est.* Tali namque dilectionis proprietate & perfectione se munitum Paulus profitetur dum cap. 8. Epistolæ ad Romanos sic ait: *Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura aliqua poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.* Quod quidem prefectæ dilectionis argumentum elegātissimis verbis prosecutus est Petrus Rauena, dū serm. de Spiritu Sancto sic ait. *Quod ferrum? quæ vulnera? quæ pœna? quæ mortes? amorem præualent superare perfectum? amor in penetrabilis est lorica, respuit jacula, gladium excutit, periculis insultat, mortem irridet, si igitur amor est vincit omnia.* Nouerūt hanc in perfecto amore consantiā roborisque strenuitatē etiam externi: vnde Virgilius in Bucolicis sic canit.

Omnia vincit amor, & nos cedamus amoris

Ex quibus jam apparet vim, & constantiam ad dilectionē requiri, vt perfecta sit, & omnibus numeris absoluta.

Marginalia: August. — ad Rom. 8. — *Perfecte consummataq; dilectionis cōstantia inculcatur.* — Petrus Rauena. — *Nihil inconstantē dilectionē prævalet.* — *Consummata dilectionis facinora egregia.* — Virgil.

à quatuor côcutitur amoris cõstantia, & opugnatur,

Solet tamen hæc perfectæ, consummatæq; dilectionis fortitudo vis, & cõstãtia á quatuor per quã maxime concuti & propulsari à dilecti, scilicèt aduersa fortuna: á prosperitate diligentis, á mortis timore, & ab absentia, quæ vel loci distantia, vel mortis separatione contingit. Hæc tamen omnia

Omnia tamen irridet vera, & cõsummata dilectio.

B

verus amor, perfectaque, & consummata dilectio solet cõtemnere, & irridere, nullique istorum succumbit. Vt igitur ab aduersa dilecti fortuna exordiamur, mirum certè est quomodo aduersitas veram, perfectamque dilectionem ab affectata, & simulata secernat: quod Boetius de consolatione lib. 2. mirabili, sententia demonstrauit dicens: *Amicorum tibi fidelium mentes aspera, horribilisq; fortuna detexit: hæc tibi certos sodalium vultus, ambiguosque secreuit*, cui consonat Poeta.

Primũ à quo oppugnatur dilectionis cõstantia.

C

Boetius.

Aduersitas secernit veros amicos à falsis.

Ouuid.

Prospera sors passim simulatos iungit amicos
Sed paucos tantum sæuior aura probat.

D

Et vt omittamus ea, quæ in eandem sententiam lib. prim. de tristibus Elegia 4. protulit idem Ouuidius, potius audire iuuabit Patrem Isidorum

A

in libro de summo bono cap. 3. vbi sic ait: *In prosperitate incerta est amicitia, nec scitur vtrum persona, an felicitas diligantur: sæpe etiam per honores quorundam, eorum mutantur, & mores, vt quos anteà conglutinatos charitate habuerint, post quam ad culmen honoris venerint, amicos habere despiciant.* Quibus certe verbis non solum admonet Sanct. Pater Isidorus aduersam dilecti fortunam dilectionem ab amantis pectore depellere dummodo perfecte non amet, verum etiam docet prosperã diligentis fortunã cor immutare, ita vt perpetuæ obliuioni tradat memoriam amici, quem anteá se dilexisse simulabat. Quod in pincerna Pharaonis Genesios 40. obseruauit Sanctus legislator Moyses dicẽs: *Succedentibus prosperis, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui.* Ex quo etiam loco istius hominis amicitiam, & mutuam cum Ioseph in carcere familiaritatem incusat Ambrosius, idque venturæ prosperitatis vitio contigisse affirmat obliuisci nempe Ioseph, quem in carcere se intime dilexisse simulabat. *Vni præpositus*, inquit Ambrosius, *multo ebrius mero prosperitatis, beneficij authorem oblitus*

S. Isidor.

Amicitia in prosperitate incerta.

Secundũ à quo oppugnatur dilectionis cõstantia.

Prospera fortuna sors animum immutat.

Gene. 40

Ingrati animi cõditio.

S Amb

blitus est, obtusas habebat aures fastu, vicinæ potentiæ.

Ad hujus mentis cõfirmationem mirabilis est in Sacra pagina locus Genesis cap. 28. ex quo apparet, quãtũ voluerit Iacob suam erga Deũ dilectionem & amicitiam cõmẽdare, dũ talem aduersus eum animũ, & tam constantẽ amicitiã habere voto profitetur, vt nullis rerũ abundantijs, nullis honorum titulis, nullisque vitæ emolumentis ab eius seruitio, & dilectione subtrahi potuerit dicens: *Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem aduescendũ, & vestimentum, ad induendum, reuersusque fuero prospere in domũ patris mei, erit mihi Dominus in Deum.* Quasi dicat: Si Dominus suum mihi comitatum, præsentiamque præstiterit, atque in hoc itinere meo ab omnibus periculis liberum illæsumque custodierit necessaria ad victum suppeditaue rit, & eo authore, ac protectore cum prosperitate ad proprios lares regressus fuero, tamen Dominum ipsum adorabo, neque hæc omnia prospere, & ex animo contingentia me ab eius dilectione poterunt semouere, neque commune illud in me efficiẽt, vt scilicet inter prospera, & læta eius beneficiorum obliuiscar, illiusque amicitia, amore, & reuerẽtia dedigner. In hũc enim sensum illud S. iuuenis Iacob iuramentum interpretatur Chrisostomus hom. 55. in Genesim dicens: *Non ad præsentem Iacob respiciebat statum, nihil enim omnino secum afferebat, sed jam fidei oculis non multum post futuram præuidens abundantiam, suam declarabat gratitudinem, & qui nihil adhuc acceperat amicitiam, & obsequium in perpetuum vouet.*

Gen. 28.

Sanctorũ erga Deũ dilectio, deuota q; intentio nullis fortunæ aduersitatibus immutatur.

Grati animi proprietas.

Chrisost.

Ante soluunt insti quam reddere teneantur.

Suam erga Deum dilectionem comendabilem reddere intendebat Dauid, ex eo quod in prosperis non immutabatur Psalm. 140. dicens: *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum:* nam in Hebræo habetur sic *Oleum autem capitis, non prohibebit caput meum.* Quem locum Rab. Solomon de vnctione regia, & de honore coronæ intelligit, quo insignitus Dauid animum suum in Deum non immutauit, in hunc enim sensum exponit Lyranus, Dauidis verba, ejusque mentem dicens: *Oleum capitis, id est vnctio Regis in capite meo recepta, & diadema regni, nõ prohibebit caput meum ab humilitate debita, neque impinguet contra Deum, & eius nuntios*

Psal. 140.

Hebræorum contextus.

Rab. Solom.

Lyranus

 superbiendo

Caput, seu collũ, aut ceruix pinguis idem est, atq; eleuata & superba.

Iob. 15.

superbiendo, Ita Lyranus, & bene, nam in Sacra Scriptura, caput pingue, seu collum pingue, idem est, atque superbũ, & eleuatum: vnde Iob cap. 15 *Cucurrit aduersus Deum, & erecto colo, & pingui ceruice armatus est.* Itaque Dauid secundis rebus non immutari, neque á Dei amore separari, sed semper eandem retinere dilectionem protestatur dum ait: *Oleũ autẽ capitis, non prohibebit caput meum.*

Multum itaque in aduersa dilecti fortuna, vel in deligentis prosperitate vera dilectio, eiusque constantia, & fortitudo examinatur, & dignoscitur, in vtroque enim euétu periculum subit amor, seu dilectio, vt Moral. 7. obseruauit P. Gregorius dicens: *Cum quis in prosperitate diligitur, incertum valde est vtrum prosperitas an persona diligatur: amissio vero fœlicitatis interrogat vim dilectionis, neque prosperitas quippe amicum indicat, neque aduersitas inimicum celat.*

Ggreor.

Felicitas amissa amici animum detegit.

Celat prosperitas probã dilectionem

Ex supra dictis jam patet illam esse veram, consummatã, omnibusque numeris absolutam dilectionem, quæ quãquam ab aduersitate, in qua dilectus cõstituitur, vel á prosperitate, ad quam diligẽs eleuatur, oppugnetur, & concutiatur neutri tamen succũbit, sed eandem semper retinendo naturam, vim, & constãtiam, & in paupertate diligit, quos in abundantia adamauit, & in abundantia non respuit, quos paupercula diligebat. Ad quã dilectionis perfectionem obtinendam, & sectandam nos prouocat sacrum oraculũ Ecclesiastes in cap. 27. dicens: *Fidem posside cum amico in paupertate illius, vt in bonis eius læteris: in tempore tribulationis illi permane fidelis, vt & in hæreditate illius cohæres sis.* Et optime quidem, nam cũ verus amor cõmunia, propria faciat, propriaque á communibus non distingat, inter suam, suique dilecti sortem, discrimen non inuenit, sicque neq; amici aduersitate ab eo declinat, neq; suæ ipsius prosperitatis aura extollitur, neq; habet cur extollatur cum percaleat omnia amicorum siue mala, siue bona communia esse, communiterque ad inuicem sortiri. Vnde incusás Theophrastes philosophus fictam dilectionem, dum sibi duo amici apponerẽtur diues alter, & alter pauper admirabundus interrogauit dicens: *Si amici sunt cor sum alter diues est, & alter pauper?* Cum igitur in vera amicitia omnia ad inuicem com-

Vera, & constãter dilectionis conditio, & natura.

Eccle. 2

Vera dilectionis effectus.

Omnia amicorũ cõmunia.

Theophr

Æquat dilectio amicorũ sortem.

municentur

Vbi primū Christus latronē in amicū elegit, statim sui regni participē fecit.

municētur, neque est cur amicus proprijs honori bus extollatur; neque cur amici aduersitatibus amicorum, ab amicis separentur. Idéoque Christus Dominus, vt suam dilectionē commēdaret omnibusque numeris absolutam esse ostēderet, latronem, cùm quo in patibulo crucis amicitiā iniuit, postea regni consortij participem fecit: vt hom. de justo latrone Ambrosius obseruauit dicens: *Qui consortio passionis vtitur, paradisi consortio condonatur.* Illa igitur dilectio omnino perfecta, vltimeque consummata censenda est, quæ tā sua, quā dilecti sui omnia cōmunia reputat, neque dilecti aduersitate ab eius dilectione subtrahitur, neq; proprijs honoribus ellata dilecti obliuisci tur, illumque spernit: nam vt serm. 6. de passione conueniēter ait Chrisost. *Aduersis probatur amor, affectio pensatur periculis.*

Ambros.

Consumma dilectionis ...

Chrisost.

Ab ista igitur consummatæ dilectionis proprietate infert Bernard. consummatam omnimodeq; perfectā Christi in homines dilectionē, quæ in eius pectore tantum inualuit, vt ab eo suppliciorū acerbitate nunquam auelli potuerit. Sic enim habet serm. 15. in Cantica: *Quam intime ò Domine dilexisti, quam fortiter tam indigna, tam aspera, & dura pro hominibus passus es, dura verba, duriora verbera, durissima supplicia.*

Bernard.

Tertium dilectionis consūmatæ ...

Secundum á quo solet perfectæ dilectionis constātia oppugnari, est metus mortis; vnde semper mos fuit apud homines ad dilectionem suam cōmēdādā se pro dilectis suis paratos prædicare, ad mortis periculū sub eundum in cujus rei cōfirmationem elegans est locus apud Senecam tragicū in suo Hypolito, vbi suæ dilectionis præstantiam commēdare volens sic ait.

Seneca.

Vis dilectionis intrepida.

Nā me per altas ire si iubes niues
Piget gelatis ingredi Pindi iugis?
Nam si per ignes ire, & infesta agmina
Cunctor paratis ensibus pectus dare?

Propert.

Suffragatur Propersius qui ad vxorem suam loquens vt dilectionis suæ perfectionem amplificet, vxorisq; amoris vim, & constantiam excitet ita canit.

Isset ad illiacas, quid enim terret amanti.
Penelope gauisa domos, si passus Vlisses.

Chrisost.

In quibus examinetur amor & innotescat charitas.

Origen.

Sed vt istos profanos authores cum bona venia dimmittamus, est potius audiēdus P. Chrisostomus, qui serm. 6. de passione in dilectionis veræ laudem sic proloquitur. *Panis examinatur dilectio: morte, perfecta charitas innotescit.* In quā sententiam Græcorū omniū elegantissimum Origenem audiamus, qui dum homil. de laudibus Mariæ Magdalenæ illud eiusdem Magdalenæ dictū Ioannis 20. ponderat: *Domine si tu sustulisti eum dicito mihi, sic ait, Ioseph timuit, & non fuit ausus tollere corpus tuum de Cruce ò bone Iesu, nisi de nocte, & nisi cum peteret à Pilato: Maria verò noctem non præstolatur, neminem veretur, sed audacter promittit. Ego eum tollā: audacem faciebat amor.* (Daualhe o amor ousadia.) Ex quibus Origenis verbis clare colligitur ideo non potuisse, neq; mortui corporis, neque mortis metu retardari, quia eam amor vltra mortis fines transire impellebat: nec mirum, nam charitas affectuosa, consummataque dilectio mortē non timet, cum sit ipsa, atque mors fortis vt Canticorum 8. testatur sponsa experta, quæ est mira dilectionis commendatio, vt in expositione Psal. 121. Augustin. obseruat dicens: *Magnificentius exprimi non potuit fortitudo charitatis, quam vt diceretur valida sicut mors.*

Dilectio vera morte non retardatur.

Cant 8.

August.

ANNOTATIO L.XXIIII.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit

Apponitur quartum à quo solet dilectionis constantia concuti, & oppugnari, non tamen vinci dummodo perfecta sit.

Quartū a quo retardatur dilectionis constantia absentia.

QVARTVM tandē á quo dilectionis constātia solet magnopere oppugnari & concuti est absentia dilecti, quæ vel morte interueniente, vel loci distātia cōtingit: nam vt loquitur Achiles apud Homerum Illiadum 22. Magna longaque est in morte rerum obliuio, cui accedit Euripidis sentētia in Heccuba, vbi tāquā falsum incusat illius amorem, qui rei amatæ morte interueniente obliuiscitur sicque ait. *Quam turpe est si quem viuum amicum sentimus, huic defina-*

Homer.

Dilecti morte illius obliuisci turpe est.

mus

mus esse mortuo. Hunc etiam turpem absentiæ in dilectionē conatum, mirabili suo dicendi modo detestatur Bernardus serm. 51. in Cantica, dum absentiam, dilectionis nouercam congruenter appellat, de qua certe optime, & conuenienter dictum est, quod dilectionis nouerca sit, quemadmodū enim nouerca anteactę sui viri vxoris filios expellit, á se reijcit, atque á domo exulare facit: sic absentia anteactæ dilectionis affectus extinguit, facitque penitus abolere, qui si genuini sunt, & á genuina dilectione prouenti, absentiæ ictibus lacessiti firmius, constantiusque perseuerāt, neque possunt ab imo pectore propulsari. Ex quo fit vt cum authores germanam, perfectāq; dilectionem cōmendare intēdunt, id tanquam in ea præcipuum decantāt, nempe nūnquam absentia terminari, vel extingui: si enim perfecta dilectio est, nec morte finitur, nec loci distātia minuitur, aut extinguitur: nam vt in Epistola ad amicum quendam ait Hieronymus, vt in suo pectore erga illum amicitiam, & dilectionem in absentia firmam perseuerare significet: *Cælum non animum mutat, qui transmare currit*: quod ex Aristotele 8. Æthicorum sumpsisse videtur, qui dum circa hanc perfectæ dilectionis proprietaté philosophatur sic ait: *Distantia loci nō separat amicitiam; sed operationem: nam amicitia animorum est coniūctio, non corporū*

Vera itaque dilectio consummata, atque perfecta quāquam ab absentia fortiter cōcutiatur, nō tamen minuitur, neque tempore extinguitur, aut morte quiescit, seu terminatur: immo tunc magis increscit, & augmentatur, quando ab ipsa absentia concutitur vel loci distātia impetitur. Vnde nequaquam probādum videtur commune illud proloquium, tam procul á corde, quam ab oculis, nisi hoc de ficta dilectione intelligamus: nam consummata dilectio intimoque pectore radicata sēperante oculos proponit collocatque rem dilectam, vt in suo de amicitia cap. 26. Aug. eleganter scribit dicens: *Quod tenere diligimus, id videndi desiderio æstuamus, ea namq; est vis amoris, vt oculis mentis offerat, quod ardentius mens desiderat,* (mil vezes à vista se afigura aquillo que se pinta no desejo) In quam sentētiam valde elegantia sunt Bernardi verba, quæ habet in suo de præcepto, & dispensatione vbi sic ait. *Non*

Marginalia: Bernard. — Absentia dilectionis nouerca. — Nouercarum mos. — Affectus veræ dilectionis, absentia dilati, augentur. — Optima dilectionis laus, nō terminari absētia dilecti. — Hieron. — Arist. — Amicitia animorū coniūctio. — Augetur dilectio dilecti absentia. — Qui præsente diligit, sem per ante oculos, dilectum gerit. — August. — Bernard. Præstitior est spiritus vbi amat, quam vbi animat.

Non præsentior est spiritus noster vbi animat, quam vbi amat; nisi forte magis putetur esse vbi vinctus ex necessitate tenetur, quam quo alacri fertur voluntate. Quod idem Pat. August. breuissimis quibusdam verbis confirmat dicens. *Ibi sum, vbi non sum, ibi sum vbi est amor.*

August.

Ex his, quæ huc vsque ex tantorum patrum, authorūq; probatissimis sententijs allata sunt per quam maxime Christi in nos dilectio eximia consummataque charitas illucescit; & commendatur: quin immò incusatur fragilis, inconstans, imbecillis, & varius nostrorum omnium in Christum affectus, & amor: nam dilexit nos Christus in summa miseria constitutos: á paradisi possessione dejectos: á regni hæreditate expulsos, ab originali, & prima nostrorum parentum innocentia deturbatos: adamauit nos cum adhuc peccatores essemus, vt sæpe sæpius dictum est. Neq; eū nostra calamitas, aduersa sors, sinistraq; fortuna á sua in nos dilectione sciunxit, aut peccatorum fœditas illius benignissima viscera immutauit. Non eum resurrectionis gloria, nō immortalitatis dos, non ascensionis mirabilis emminentia, & dignitas, eum á suorum dilectione amouit; aut longa loci distantia segregauit: immo eandem semper retinendo dilectionem dum ad Patris consessum regnaturus ascendit, tūc cum discipulis suis humanissimè cōuesci non dedignatur: *Conuescens* (ait Lucas in Actis Apostolorum cap. 1.) *præcepit eis ab Hierosolimis ne discederent &c.* Neque deniq; ad dexteram Patris residens suorum, quos diligit obliuiscitur, sed pro illis continuo, & fortiter interpellat, vt lib. de passione cap. 5. noster Bernard. meditatur dicens: *Stat mediator noster in conspectu patris sui in confractione, vt auertat iram eius, ne disperdat nos: vere non cadit mente, stat constanter, etiam perseuerantia bonæ voluntatis.*

Commendatur Christi in nos dilectio singularis, nosterq; fragilis in eū amor incusatur.

Act. 1.

Adhuc Christus pro suis interpellat.

Bernard.

Ex hac tanta, tamque consummata Christi in suos dilectione, suorum tepida incusatur charitas, omniumque nostrorum in ipso diligendo incuria condemnatur: nam illi vbi primum passionis procella intonuit, statim eo relicto omnes fugerūt, & illi, qui eius dexteram, & sinistram dū de regno loqueretur exoptant, tunc mortis vmbra per terre facti magistrum relinquunt, quem miracula edentem auidissimé insequebantur. Quem

Incusatur Apostolorum in passione Christi metus.

Math. 26
Math. 20

Apostolorum amoris defectum dilectionisque imperfectionem in expositione cap. 26. Matthæi, Origenes excusare intendit dicens. *Nõ habebant adhuc spiritum veritatis, & charitatis.* Fauet Rupertus dum in expositione cap. nostri, sic ait, de eadem Apostolorũ dilectione proloquens. *Non erat consummata ista dilectio* (herão ainda imperfeitos amantes.) Nam vt Origenes eodem loco obseruat: *si charitatis, & veritatis spiritum habuissent, non essent infirmati, neq; aliquid aliud extra diuinam charitatem egissent.* Ex quibus Origenis verbis, & ex facto discipulorum dum magistrum in tribulatione destituunt bene certe infertur humanæ dilectionis imperfecta cõditio, & natura, quæ nec constans, nec fortis est, sed primis aduersitatis jaculis corruit: monstratur etiam quam firmiter constãter, & fortiter Christus peccatores dilexerit, quem nulla tribulationum turbo, ab intẽto declinauit.

Origen. Rupert. IdẽOrig. ibidem.

Humana dilectio imperfecta, & fragilis.

Diuina autẽ fortis, cõstãs, ac perseuerãs. Vnde habeat Christus in nos dilectio quod firmasit, & perseueret nostra vero quod citò aestas...(?) sit fit eque...tur.

Circa vtriusque dilectionis naturã: Christi nẽpe in suos, suorumque in Christum paulisper nobis liceat philosophari, inquirereque, vnde, & Christi dilectionis cõsũmata perfectio, & amoris nostri cõ-

A

ditio imperfecta proueniat. Pro quo ex omnium philosophorum consensu tenendum est, ignis naturam in humido, & pingui per quam maxime cõseruari (vt jam aliter annotauimus) quod experientia omnium rerum indagatrix, & magistra clare demonstrat: nam si stupis, vel sicco fæno ignem admouimus, magnam statim excitat flammam, breui tamẽ tempore finiẽdam, nec ardorem intensum effecturam: cõtra vero si lampadi, olei abundantia communitæ eundem ignem applicamus, certa quadam commensuratione terminatam flammam, æqualemq; emittet, & multum duraturã, & ventorum flatu non facile extinguendam. Est quidẽ nostra dilectio ignis (omnis enim dilectio, siue proba, siue improba sit, ignis est, est tamen ignis materiæ siccæ, & aridæ, idest stupis, vel fæno applicatus, qui quamquam statim dũ applicatur magnam videatur á se flammam emittere, leui tamen quodam flatu extinguitur, vt in Petri dilectione comprobatum est, in quo dilectio magnas in principio flammas excitauit, quæ breuissimè depressæ sunt, & á leui quodam mulierculæ flatu extinctæ. Videte flammas, quas Petri in

B C D

Ignis materia in quo conseruatur pingue, & humidum.

Similitudo inter illã prodis flammam, & diuinã dilectionẽ, & inter nostra, & ignẽ, quẽ fæno cõferuare mittimus.

Petri dilectionis flãma à cuiusdam mulierculæ flatu extincta.

Christum

Christum dilectio emittebat. *Tecum*, inquit, *paratus sum in mortem, & in carcerem ire*. Et iterum. *Si oportuerit me mori tecum, non te negabo*. Et Lucæ 22. *Domine si percutimus in gladio?* Ad tenuem modo, & leuē flatum, à quo accensæ istæ flammæ de primuntur aduentite Sufflat muliercula, & ait. *Nūquid, & tu ex discipulis es hominis istius? Non noui*, inquit, *hominem*. Ecce depressa flamma, ecce ignis extinctus, ecce dilectio tenuis, & imperfecta, erat quippe fæno applicita, *omnis* namque *caro fænum*.

Luc. 22. Matth. 26 Luc. 22. Ioan. 18. Math. 26

Contra veró amor Christi in suos omnimodeque absoluta, & consummata dilectio ignis erat pingui oleo altus, Deus enim ignis est, Christus autem oleum, tali enim nuncupatione Canticorum in cap. 1. ab sponsa insignitur. *Oleū*, inquit, *effusum*, siue vnguentum exinanitum (vt vertunt nonnulli) *nomen tuum*: quod certe de Christo in passione optimé dictum est, nam fuit ipse in natiuitate sua sol Oriens, & splendés, in passione veró lampas ardens, & lucens, qualiter eum Prophetæ fore prædixerunt: *Propter Sion* (inquit Esaias in cap. 26.) *non tacebo, & propter Hierusalem nō quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius, vt lampas accendatur*. Et optime quidé ita namque in passione accensa est hujus lápadis flamma, vt nullo tormétorum impitu, nullis inimicorum tormétis, nullis absentiæ flatibus potuisset extingui, aut retardari, quin tenderet, in sublimius, ideft in consummationé, & in perfectionem. Sufflauit iniquitas phariseorum, sufflauit judæorum malitia, sufflauit judicis cæcitas, sufflauit Iudæ ingratitudo, suflauit discipulorum secessus, sufflauit Petri negatio, sufflauit Crucis pondus, sufflauit fel lis amaritudo, suflauit mortis præsentia, sufflauit resurrectionis dignitas, sufflauit denique ascensionis majestas, non potuerunt tamen omnes isti vehemétissimi flatus dilectionis flamas reprimere, quin in finé non protenderentur, ideft in perfectionem: neque potuerunt aquæ tribulationum multæ extinguere charitatem, aut amoris impetum retardare, quominus peruenisset in finem, ideft, in perfectam, absolutam, consummatamque in homines dilectionem. De hoc igitur vehemntissimo ignis ardore potiusquam deuulgari, & profano amore illud Poetæ affirmandum est.

Deus ignis est Christus oleum. Cant. 1. Septuag. *Christus in natiuitate sol Oriens, in passione autem lāpas ardens.* Esai. 26.

Perfecta & consumata Christi dilectio mitis tribulationum flatibus impetita nō potuit extingui aut retardari.

Vehemēs dilectio despicit pericula.

Quā vehemens nimis vrit amor ludibria præbet
Obscuræ famæ, dānaq; multa crebro.

Ad hanc tam inflammatæ dilectionis constantiam, & perfectionem aliqualiter immitādā nos prouocat Pat. Bernardus dum serm. 2. in Cantica vnumquemque nostrum admonens sic proloquitur. *Sit fortis, & constans amor tuus, nec succumbens laboribus, nec sedens terroribus: amemus fortiter, affectuose, & valide.*

Bernard.

Qualis debet esse nostra erga Deum dilectio.

ANNOTATIO L.XXV.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit

Assignatur quarta consummatæ dilectionis proprietas, nempe perseuerantia, & à quo retardetur innuitur.

INTER omnes cōsūmatæ, perfectæq; dilectionis proprietates, tamquā præcipua iure optimo perseuerātia recensetur: nam (vt ait Euripides in Troade) *non est perfectus amator, qui non perpetuo amat.* Immo nec illa merito potest appellari dilectio, quæ per longum tempus non perseuerat, & suæ actionis finē nouit: quia (vt in suo de amicitia ait P. August.) talē dilectionē incusans. *Amicitia, quæ desinere potuit, nunquam vera fuit, nam ad tempus diligit, temporis vero aduersitate finitur:* qui igitur sic amat, neque veræ dilectionis succum aliquando vltimis saltem labijs prælibauit, quæ doctrina est eiusdem Pat. Augustin. qui ad quendam simulatum amicum scribēs, eiusque fictam dilectionem, & fragilem amicitiam incusans sic ait: *Hoc velim te scire, veræ amicitiæ dilitias non gustasse, qui vel læsus desinit diligere, quem semel amauit: sed si arguatur, si tradatur flammis, omni tamen tēpore diligit.* Comprobauit certe hanc veræ dilectionis proprietatem Sanctus Patriarcha Ioseph, á cuius pectore nunquam potuit fratrum persecutio, & odiū dilectionem amouere, vt serm. in Dominica 3. Quadragessimæ Pat. Aug. diligenter obseruauit dicēs. *Cōstat viuo patre, atq; mortuo, quod germano semper amore dilexit, nec recordatur illud, quod ad necesem fuerat dictus in lacum, non cogitauit additam pretio germanitatem: sed pro malis*

Perfecta dilectio nunquā habet terminari.

August. in lib de Amicitia

August.

Vera dilectio nuper seuerātia

August.

bona restituens, iam tunc nec dũ data apostolica præcepta compleuit. Ergo Beatus *Ioseph cogitans veræ charitatis dulcedinem, venenum inuidiæ, quo fratres suos nouerat fuisse percussos, Deo auxiliante studuit de corde suo repellere.* Hæc Augustin. Et bene quidẽ debet enim amor cõtinuari, vt perficiatur, nũquãq; debet á dilectionis officio abstinere: aliter enim amicitiæ, siue dilectionis nomen, sibi falso vsurpat.

Dilectio, quæ cessãs, & perseuerans non est, dilectionis nomẽ sibi falso vsurpat.

Non bene certe suspicatur Bernardus de dilectione, quæ potuit aliquando terminari, illamque pulchra quadã comparatione incusat: riuuli nempe ab sterili fonte emanantis, qui eo tantum tempore aquas profert, quo vehemẽti æstu non stringitur: *Non bonum,* inquit Bernard. *videtur habuisse fontem, riuus dilectionis aliquando deficiens.* Bene certe Berhardus, nam *perfecta charitas,* (vt ad Corinthios cap. 1. testatur Paulus) *nunquam excidit,* hoc est vt commentatur Theodoretus ibi, *non mouetur, aut labitur, sed semper manet, atque firma stabilis, & immobilis perseuerat.* Vnde illi duo Seraphim apud Esaiam in cap. 6. cum diuino amore penitus æstuarent, nũquam á dilectione cessantes alis tamen vela-

Bernard. tract. de dilection

Dilectio, quæ potuit terminari ab steri li corde prouenie bat.

ad Cor. 1

Theodor

Esaiæ: 6.

bant facies quasi erubescentes, quod dilectionis officium non implerent: ad impleuit tamen Christus nunqnam á dilectione cessando, vsque dum in finem dilectionem deduceret, idest in perfectionẽ, quod est in finem diligere: vt de eodem testatur Ferus dum eadem, de quibus agimus. Ioannis verba exponit: *Vsque in finem,* inquit, *nõ interrupit Christus dilectionem suam, nihil offensus Iudæorum impietate: nihil etiam deterritus fuga, & abnegatione suorum, qui eum solũ in passione reliquerunt.*

Ferus.

Christi dilectionis perseuerãtia.

Circa istam perfectæ dilectionis proprietatem nempe perseuerãtiam cõtinuamque indiligendo actionem optime philosophatur Augustin. dum cap. 12. nostri Euangelistæ exponit. vbi philosophãdo demonstrat frustaneũ esse amorem siue dilectionem, quæ ad certam tantum temporis metam exhibetur. *Quod,* inquit, *amas ad tempus quid proderit? aut subduxeris illi, aut subducitur tibi: cum fueris tu subtractus perit ipse amor, cum fuerit illud subtractum, perdis quod amasti.* Vbi non solum docet August. non esse ad tempus amandũ: sed collocandum esse amorẽ, dilectionemq; nostrã in rem stabilem, permanentẽ, & in per

August.

Frustranea est dilectio quæ ad breue tẽpus exhibetur, & postea finitur.

Vt dilectio perfecta sit, & constans debet tia re in chã stabilem & perfectum, q solus est Deus.

petuum

petuum duraturam, qualis est solus Deus: nam ita argumentando, concludit Augustin. *Vbi ergo aut amator, aut quod amatur perit, non est amandum.*

Ita omnino hanc perfectæ dilectionis proprietatem, nẽpe perseuerantiam, in eadem dilectione necessariam existimant Patres, vt non solum illam omnium virtutum fundamentum esse dicãt, verum etiam ejusdem dilectionis pretium ab eadem prouenire, præmiumque consequi sibi persuadeant: vt sibi persuasisse videtur Theophilactus in expositione illorum Christi verborum Lucæ 25. *Vos estis qui permansistis mecum in tẽtationibus meis*: vbi si ait. *Non incoactio dilectionis cælesti Regni gloria donatur, quia perseuerantiam, quæ constantia, siue fortitudo mentis vocatur, dicimus esse cũctarum columnam virtutum.* Bene igitur Christus Dominus, vt suam in finem dilectionem perduceret, id est, vt cõsummaret, perficeret, ac stabiliret, perseuerantia communiuit, & tali perseuerantia, quã neque ingratitudinis æstus abscindit, neque tormẽtorũ impetus retardauit. Retardatur etenim perquã maxime dilectionis perseuerantia, flamma ingratitudinis, vt serm. 35. in Cantica Pat. Bernardus obseruat dicens: *Gratiarum cessat discursus, vbi recursus non fuerit.* Nunquam igitur Christi dilectionis perseuerantia potuit retardari, immo ingratitudinis ictibus lacessita fortius radicatur, & firmius perseuerat, vt in expositione cap. 11. Pauli epistolæ ad Corint. obseruat Chrisostom. dicens: *O Christi misericordidia! ò Iudæ dementia! Eodem tempore, quo eũm Iudas tringinta denarijs pasciscebatur, vt venderet, Christus ei sanguinem, quem vendidit offerebat, vt haberet remissionem peccatorũ.* Quod etiam loco supracitato Paulus præponderat dicens: *Dominus Iesus in qua nocte tradebatur accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit. Accipite, & comedite Hoc est Corpus meum.* Idest eodem tempore, quo Iudæ ingratitudo de ejus proditione agebat, Christus Dominus se ipsum nobis in escã præparabat.

(·?·)(·?·)(·?·)
(·?·)(·?·)
(·?·)

Marginalia: Luc. 25. — Theoph. — Premiũ dilectionis secundum ipsã perseuerãtiam penhatur. — Perseuerãtia omnium virtutum basis. — extinguit ingratitudo dilectionem. — Berna — Chri eximia lectio i gratitu nis æstu extingu nõ potu — Chriso — Paul. supracitat

A B C D

ANNOTATIO L.XXVI.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit

Sublimatur Christi dilectionis perseuerantia ad Iudæ ingratitudinẽ allisa.

CVM superiori annotatione, ex verbis Pauli ad Cor.1. nempe, *in qua nocte tradebatur &c.* Christi in diligendo perseuerántiã inculcauimus, quemadmodũ ab eisdem verbis eandem inculcãt, commẽdãtque solẽt patres, ansam arripuimus, vt in præsenti annotatione ejusdẽ consummatæ Christi in suos dilectionis vim, & perseuerantiã strictè examinemus illam nẽpe ad Iudæ traditoris ingratitudinem allisam, nũquam tamen fractam monstrando (*foi a ingratidão de Iudas pedra de toque do amor de Christo*) vt igitur ó bone Iesu tuus infractus, & indeficiens amor, vt eiusdẽ amoris permanens constantia, vt illius perseuerantia indeficiens cæcis hominibus innotescat, in qua nocte à proditore tradebaris, plãtam eius pedis tuis venerabilibus sacrosacrosanctisque manibus accipe, quibus corpus, & sanguinem tuum, vt ei in potum, & cibum præbeas statim es accepturus: illam per quã humiliter laua, benignissime abstérge, & vt abstergas ad propriũ pectus applica, in quo vt tuã, in tibi dilectum dilectionẽ ostenderes eius caput reclinasti, æqualẽ interim proditoris pedi, & tui dilecti amabili faciei beneuolentiam exhibendo: si adhuc tamen á nefario proditionis conatu nõ resipiscat, forsitã ab eius dilectione cessabis? minimè quidem (ait affectuosus dilector, immo tũc astrictius eiusdẽ pedis plantã apprehendam, vtrũ valeat detineri pertentãs, amicitia nãq; quæ finiri potuit nũquã vera fuit. Bene ergo certe in qua nocte tradebaris perseueranter amasti, optime quidem *in finem dilexisti*.

Sed ó bone, & amãtissime magister, si post hanc affectuosam lotionẽ nõ fuerit emolitũ cor Iudæ, immo magis indure tur, eũdẽ te tradẽdi conatũ, vt perficiat auidius laborãdo, adhuc in eius dilectione manebis? adhuc in amãdo perseuerabis? maxime quidem (ait diligens magister) immo tunc

1.ad Cor. 1.

Ioan. 13.

August. vbi sup.

xenia offeram (*peitalcei*) tunc meam carnem in cibum, tunc meum sanguinem in potũ, vt illi morigerer cõuertam, eiq; tribuam (*Farei de mim iguarias por lhe contentar*) bucellamque meo ori applicandam illi præbeam, & vt accipiat deprecabor, vt eximiam in eum dilectionem ostendam (*Tirarei o bocado da boca para lhe dar em sinal do muito que o amo.*) Bene ergo in qua nocte tradebaris perseueranter amasti, optime quidẽ in finem dilexisti: sed cedo nũc ò bone, & amãtissime Iesu, si postpedũ lotionẽ, si post cõmunionẽ mẽsę, si post xenia, si post dapes proprio cruore cõditas, si post bucellã proprio ore desumptam, & in qua nocte tradebaris, amoris signa fefellerit (*se falsificar o sinal do amor*) & vt loquitur Ambrosius pacis instrumenta vendiderit, dum inimicus existens, vt amicus osculatur, & dũ pacis *Aue*, profert seditiosorum arma deduxerit, diliges adhuc traditorẽ? per quã maxime, nã *Amicitia quæ finiri potuit nũquã vera fuit*, ideoq; tunc illũ amici nomine insignire nõ dedignabor, dicamq;. *Amice ad qui venisti?* bene ergo, in qua nocte tradebaris perseueranter amasti, optime quidem *in finẽ dilexisti.*

Ioan. 13. — Ambros in cap. 22 — Math. 26. — Aug. vbi supra. — Math. 26.

Ex hac consũmata Christi dilectionis ad Iudæ ingratitudinem collisione per quã maxime cõprobatur perfectæ illa dilectionis, seu consummati amoris difinitio, quã in suo de substantia dilectionis eleganter tradit Augustinus, quæ sic construitur: *Amor est dilatatio cordis alicuius in aliquem, desiderio currẽs, gaudio acquiescens.* Videamus igitur quomodo dilatari, & in suos diffundi exoptet ille, qui vnguentum effusũm, & dilatatum á bene experta sponsa appellatur in Cãticis cap. 1. Dilatandi certe se se in traditoris cor, vt diabolũ occupantẽ expellat desiderio currit, dũ & festinanter monet, & affectuose pedes lauat, & se in cibũ præbet, & sanguinẽ porrigit in potum, dũ eius osculũ patitur, & amicũ nominat, dũ surgit à cæna, vt qui ceciderat surgat, vestimenta ponit, vt scelus quod conceperat Iudas deponeret, & cũ nouo cibo nouũ indueret hominẽ. Neutiquã tamẽ in qua nocte tradebatur gaudio acquieuit, quia vbi quiesceret in traditoris corde non inuenit, miserat namq; iam diabolus in cor, vt traderet eũ Iudas: sed qui post Iudã desiderio currit, nec tamẽ apprehẽdit, vt in eius corde gaudio acquiesceret, quieuit in

August. — Amoris difinitio — Cant. 1. — Ioan. 1. — Matth. 2 — Ioan. 13 Surgit Christus. cæna, vt surgat Iudas à culpa: ponit vestimẽta sua vt Iudas ingratitudinẽ deponat. — Ioan. 13. Cucurrit Christus vt apprehenderet resilientẽ Iudã, non tamẽ comprehendit

postquem dum etiam currit apprehendit. O bone Iesu quã celeriter curris, in qua nocte tradebaris! vt apprehendas peccatores currẽtes, & ea, quæ post unt á te celeritate discedẽtes, si á patris sinu exiens ad currendũ exultabundus properasti: bene in qua nocte tradebaris cucurristi, ideo tamen non exultasti; neque gaudio acquieuisti, quia traditorẽ currendo nõ apprehendisti. Hoc tuũ munus, hæc tuæ dilectionis natura, nempe peccatores resilientes currendo apprahẽdere, ne dũ á te non apprehẽduntur in exitium ruentes intereant: quod Chrisostom. dũ Pauli verba ad Hebræos cap. 2. exponit (nempe: *Semẽ Abrahæ apprahendit*) circa tuæ dilectionis naturã obseruauit dicens: *Cur non dixit hominis naturam suscepit, sed apprahendit? profecto ex metaphora hominum insequentium eos, qui auertuntur, & omnia faciunt, vt fugiẽtes occupent & apprehẽdere valeant resilientes*. Et hac de causã (vt aduertit Ambrosius) solis nomine appositissime insigniris, quippequi more materialis istius planetæ fugiẽtis dorsa persequaris: faciem redeuntis illumines: quod vt in te potius quam in materiali sole ostendamus, te currentem, te apprehẽdentẽ, te Pauli dorsa persequentem ponderemus: *Saule, Saule*, inquis, *quid me persequeris?* liceat igitur nobis ó bone Iesu á te sciscitari, quomodo te Paulus persequatur, qui quoad potest á tua præsentia aufugit? certius certe dixerim, quod tu te ipsũ persequaris, dũ eũ prosequẽdo non apprehendis. At cũ apprehẽderis gaudio acquiesces, vt acquiescit oleũ dũ jam non difũditur, sed intra vas cõtinetur: nam Paulus tibi vas electum erit ad portandũ nõmen tuũ.

Vidimus te ó bone, & amãtissime Iesu, in qua nocte trãdebaris desiderio currentem, vt peccatores resilientes apprehenderes, dum ne traditor Iudas aufugiat eius pedem tenes, dum lauas, dum vsque in hortum Gethsemani post eum curris, ibique, vt appræhendas amicitiæ vinculis illaqueare contẽdis, dicens. *Amice ad quid venisti*. Te igitur quẽ currentem vidimus in qua nocte tradebaris, in eadem gaudio quiescentem, redeuntisq; faciem illuminantem cõtemplemus. Quamquam igitur, in qua nocte tradebaris, ad marmoream columnam ligatus tenereris, Petrũ tamen celeriter currendo insectaris, & quẽ corporis gressu sequi non

Marginalia: Psal. 18. — Christi munus in via. — Chrisost. — Ambros. — Cur Christus dicatur sol. — A B C D — Act. 9. — Amicitiæ vinculis illaqueare contendit. Christus Iudam. — Math. 26. — Currit Christus in atrio Pilati ... Petrum ...

Animæ pedes affect. Bernard.

poteras insecutus es cordis affectu, nam anima, & cor non pedibus mouetur, sed affectibus, vt serm. 52. in Cãtica deuote meditatur Bernardus. Apprehendis ergo Petrum dũ respicis, redire cogis dũ respicis dũq; respicis faciẽ redeũtis illuminas, & illuminãdo quiescis. *Respexit*, inquit Euãgelista, *Iesus Petrum, & fleuit amare.* Ecce iã fratres quiescit Christus in lachrimis Petri, qui antequam fleret Illi pænæ erat, & curæ, illumque post se currere faciebat, vt amoris gressu apprehenderet, quem magistri abnegatio jam pene in fugam dabat. Sed ideo lachrimis acquieuit Petri: *Quia gaudium erit Angelis Dei super vno peccatore pænitentiã agente.* Bene igitur, perfecte consummateq; dilexit, qui in qua nocte tradebatur perseuerãter amãdo cucurrit, vt resilientes apprehenderet, & qui in qua nocte tradebatur perseuerauit illuminans, amansque suos, qui erant in mundo, neque scelere offensus, neque injuria violatus, vt loquitur August.

Luc. 22. Luc. 15. August.

Post celerem istũ affectuosumque cursorem nos ad currendum inuitat Pat. Gregor. homil. in festo Ascensionis dicens: *Si detinemur infirmitatibus corporis, sequamur tamen eũ* A *passibus amoris.* Et bene nam quamquam adhùc mole carnis impediamur, grauemurq; ne incessanter post Christum currentem celeriter currere valeamus, illum tamẽ amoris gressu insectari valemus, vt enim serm. 74. in Cant. Bernard. obseruat: *Anima amans votis fertur, trahitur desiderijs.* B Quod etiã Augustin. nos docet dicens: *Imus in Deum non ambulando, sed amando, quẽ tantò habemus præsentiorem, quanto eundem amorem, quo in eum tendimus potuerimus habere puriorẽ*

Gregor. *quomodo post Christum currere debeamus.* Bernard. August. epist. 52 ad Macedonium

ANNOTATIO C

L.XXVII.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

Assignatur quinta, perfecta, consummataq; dilectionis proprietas, nempe operum beneficiorumque exhibitio. D

OMNES vtriusq; classis authores tradunt cõmuniter per quam maximé dilectionem operibus commendari, perficique

perficique beneficijs. Sed vt prius audiamus externos Plutarci sententiam in hac materia afferre iuuat, qui in suo Bachide sic ait. *Celerem opportet esse amatoris manum.* Cui suffragatur Poeta Pancarus, qui Legistro amico suo veri amici signa prebens sic ait.

Pluthare.

Pãcarus.

Verę amicitię, seu dilectionis exhibitio non in verbis, sed in beneficijs cõsistit.

Inter si veros tibi quis numeretur amicos
Scire cupis, monitis crede Legistre meis.
Non illum poscas, claræ qui laudis honorem
Det tibi: qui fama cedat vbique tuæ,
Quilibet hoc faceret: claræ nunc gloria laudis
Nil valet: & clari nullus honoris honos:
Sed dic deplena sextãtem tradat vt arca
Vnam de multis vestibus atq; togam
Hac tibi qui dederit, verum laudabis amicum
Nil nisi diuitias nunc quia mundus amat.

(Obras son amores, que no buenas razones) consentanea sunt quæ lib. 2. eligiarũ, elegia 4. scribit Propertius dicẽs.

Propert.

Multum in amore fides, multum constantia prodest.
Qui dare multa potest, multũ & amare potest.

Sed vt ab istis profanis authoribus abstineamus, placet potius in eandem sententiam P. Augustinum testem in clamare, qui lib. suo de amicitia cap. 12. sic ait: *Ad dilectionem expectat, cum beneuolentia beneficiorum exhibitio:* & optime quidem dictum est, nam ex operibus potius, quæ in nos cõferunt amici, eorum amor perspicitur, quam ex intima cordis affectione, quæ nisi operibus demõstretur dignosci nõ potest. Nam vt apposite locutus est Pat. Gregor. in expositione 1. Regum cap. 3. *Signum amoris non est in afflictione animi, sed in studio bonæ operationis.*

August.

Maxim ex operibus demõstratur amor.

Gregor.

Circa hanc veræ dilectionis, & amicitiæ conditionem adhuc clarius hom. 30. loquitur idẽ P. dicens: *Probatio dilectionis exhibitio est operis.* Quo igitur vnusquisque amplius in beneficijs exhibẽdis se munificum præbet, eo maioris perfectionisque dilectionis signũ ostendit, ita vt si sine termino, & sine mensura in dilectũ beneficia conferat, tunc ad perfectæ dilectionis mẽsuram proprius accedet, vt enim ait Propertius.

Quimaioris dilectionis signa præbeat.

qui ad perfecta dilectionẽ accedat.

Verus amor nullum nouit habere modum.

Propert.

Verus amor in beneficiis cõferendis modũ nescit.

Per belle quidem ex recentioribus quidam, beneficia in amicos collata sagittas esse dicit,

Ghisler.

cit, quibus amor corda transfigit, atque sub suam potestatem redigit, nam exponens versiculum illud Canticorum. *Amore langueo*, quod ita transtulerunt septuaginta: *Charitate vulnerata, ego sum*, sic ait. *sagittæ istæ, quæ talia infligũt vulnera, quid aliud sunt nisi beneficia, & dona, quæ amicabilem præ se ferunt exhibentis animum, & sunt indicia amoris interni: ita vt propterea, & vulnera, quæ per illa infliguntur censeantur optima bona ab amico prouenietia, Salamone, id attestante*, vbi a c. *Meliora sunt vulnera diligentis, quam oscula inimici.*

beneficia, amoris sagitta, quibus cor diligentis sauciatur. Cantic. 2 Septuag. Prouerb. 27.

Ad hanc cõsummatæ dilectionis proprietatem, seu cõditionem, astruendam optimus est locus ille 1. Regum in cap. 18. vbi vt ostenderet author sacer amoris excellentiã, & dilectionis vim, qua Ionathas Dauidẽ prosequebatur, ad magnificã eiusdẽ Ionathæ in eundem Dauidem operum exhibitionem recurrit dicẽs. *Diligebat eum quasi animam suã nam expoliauit se Ionathas tunicã, qua erat indutus, & dedit eã Dauid, & reliqua vestimenta vsque ad gladium, & arcum, & vsque ad balthenm &c.* Quem locum dum lib. de Casto connubio verbi & animæ cap. 16. ponderat Iustinianus Laur. sic

1. Reg. 18. Eximia Ionathæ in Dauidem amoris cõmendatio. Iustinia. Laurent.

A congruenter ait: *Ex conditione premij, amicitiarũ puritas cõmendatur.* Quod etiam argumentum, in suo fasciculo amoris cap. 9. latius prosequitur idem Laurentius dicens: *Donec rationalis spiritus in hoc mortali constitutus est corpore, quandiu peregrinatur à ciuitate Sanctorum, promissionibus sustentatur, & donis, promissio namque*

B *vires operario sub ministrat, donum autem dilectionis nutrit flammam, dona quippe inter amantes, mutuæ dilectionis sunt signa.* Cõcludit tandem, paucis interiectis, dicens. *Ex munere quam quis diligatur intelligit.* Mira ergo certe Ionathæ in Dauidem

C dilectionis cõmendatio, cujus tanta fuit intentio, & vis, vt illũ se bellicis instrumentis distituere, proprijsque indumentis denudare cõpulerit, vt amicum, & ornaret, & communicarẽt lõge tamen mirabilius suã Christus in suos in præsẽti euãgelio dilectionem cõmendat, dũ

D eos propter non solũ propria indumenta militibus diuidenda in partitur; verum, & denudatum corpus illis offert lanceæ perforandum, vt inimicorũm tela eos, quos diligit non transfodiant. Recta igitur mentes trutina examinet, ponderetque vnusquisque nostrum quanta

A quibus cõmendetur amicitia. Idẽ Laur. Iustinia. Promissionibus, & donis sustentamur in hac vita. Promissio vires præbet. Dona nutriunt flammam dilectionis. Dona mutuæ dilectionis signa. Mira Christi in suos dilectionis cõmendatio. Math. 27 Ioan. 19.

Ab operibus maxime commendatur Christi erga nos dilectio singularis.

sit, quamque secũdum istam dilectionis proprietatem omnibus numeris absoluta Christi in nos dilectio, in quos tãta, tamque incomprehensibilia, & innumerabilia contulit beneficia, quicquid enim illi tradidit Pater in manus, nobis prodigus erogauit, quibusdã omne quod peterent tribuendo, quibusdã vero vltro omne quo indigerent donando, vt lib. de operibus Cardinalibus Pater Cyprianus obseruat dicens: *Si omnia dedit ei Pater in manus, omnia largitus est peccatoribus: filio prodigo reuertenti nõ improperans luxum: mulieri adulteræ non apponens prostibulum, peccatricis publicæ non recusans seruitiũ: debenti pecuniam dimittens depositum: Iudæis perfidis tribuens gratiam, & dimittens scelus scelerum, & peccatorũ peccatum.* Neque cu piosissimis istis verbis prodigam (vt ita dicamus) in beneficijs exhibendis Christi munificentiam, & liberalitatem adhuc adæquate Cyprianus exposuit, adeo namq; in Christi pectus amor inualuit, vt latroni regnũ Patris impartiri coegerit, eũdem in diademate, & honore efficiendo participem, quem dilectio comitem ei aggregauit in Cruce.

Cyprian.

Cõmemorãtur aliqua Christi in peccatores beneficia.

Christi in latronem dilectio effecit, vt illi patris regnũ impartiretur.

Hanc operum prodigã exhibitionem suo mirabili dicẽdi more significauit Regius vates, dum beneficia, quæ passionis præsertim tempore Christus erat collaturus in suos vaticidico spiritu cõmemorauit, loquẽs enim in persona Christi sic ait. *Sicut aqua effusus sum,* idest. Quicquid possidebam tamquam homo, pro hominibus omnino elargitus sum, nihil mihi interim reseruans. Quiquidẽ vatis loquendi modus, vt melius intelligatur, & vt eius vis, & energia clarius appareat, vidẽda sunt ea, quæ in expositione illorum verborũ Genes. 49. *Effusus est sicut aqua* &c. Affert Lira distinguens inter effusionem aquæ, & reliquorum humorum: *Hoc,* ait, *interest inter aquam, cæterosque licores, vt vinum, oleum, & atramentum: quod hi dum ex vase, quo continentur effunduntur, semper aliquid sui relinquunt inhærẽs vasi, vel substãtiæ, vel saporis, vel coloris; aqua vero effusa nihil horum relinquit; cũ a vase a quo continetur effunditur.* Hæc Liranus, ex cujus distinctione jam apparet mirificus Dauidis sensus, ita, inquit, in passione sua se diffusurus est Christus, vt omnia omnino sua tradat pro suis, nihil sibi penitus reseruans, sicut nihil penitus aquæ reseruatur in vase a quo ipsa

Psalm. 21.

Optimus Dauidis loquendi modus in beneficiis enarrandis, quæ Christus cõtulit hominibus.

Lira.

Gene. 49.

distinctio inter effusionem aquæ, & reliquorum licorum.

Explicatur Dauidis loquendi modus supra positus.

ipsa aqua diffunditur: in hūc enim sensū interpretatur Pater Bernard. eadem Psalmistę verba; nā explicans illud ipsę Canticorum 1. *Oleū effusum nomen tuum* sic ait serm. 15. in Cantica. *Non quidem mirum si sponsi effusum est nomen, cum ipse quoque effusus sit, nam semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, & denique ipse ait. Sicut aqua effusus sum.*

Bernard.

Cant. 1.

Hanc eandem copiosam Dei in homines effusionem, nō minus deuote, quam docte sermone 2. de Natiuitate Domini prosequitur Guarricus noster dicens: *Tu Domine exinanitus nos replesti, tu enim omnem tuam plenitudinem diuinitatis, in hominem trāsfudisti: trāsfudisti, sed non cōfundisti: transfusum autem Deū in hominem nō dicerem, si ad mensuram datum homini spiritum audirem, si de omni sua plenitudine penes Deum aliquid resedisset, quod in hominē cui vnitus est non effuderit: merito igitur oleum effusum nomē Dei hominis, vel certe vnguentum exinanitū, cū ita funditus Deus in hominem effusus sit, vt eum semetipsum exinanisse confiteatur fides Apostoli,*

Guarric.

Exinaniuit se Christus, vt nos impleret.

In Incarnatione est diuinitas, in humanitatē transfusa sed non cōfusa.

Absq; mēsura se Deus tribuit hominibus.

O perfectissima (liceat exclamare) dilectionis conditio! ó nimius amoris affectus! ó bonitas effusa! ó inaudita pietas! ó ineffabilis dilectio! (vt in exclamādo Diui Petri Chrisologi serm. 23. verbis vtamur) ó larga diligentis natura! ó cōsummata amoris exhibitio! quæ ita operibus demonstratur, vt amplius non possit demonstrari! Bene certe sicut aqua se effundere visus est, qui pro nobis dedit, quiquid lætitiæ obtinuit in sæculo, cum factus in agonia in horto orabat. Benè sicut aqua effunditur, qui quicquid honoris possidebat, ita pro nobis impendit, vt cū iniquis reputaretur. Bene sicut aqua effūditur qui totum corpus verberibus, plagisque afficiendum commisit, ita vt á planta pedis vsque ad verticem non fuerit in eo sanitas. Benè sicut aqua effunditur qui totū caput præbet spinis coronandum, nam plectūt spineam coronam. Bené sicut aqua defunditur qui propriā carnem, & integram præbet in cibum, nō enim cōfractus, aut diuisus, sed integer accipitur. Benè sicut aqua effūditur, qui totum sanguinem præbet in potum, & vt totū iam præbuisse ostendat, exhausto sanguine è latere aquam dimittit. Ad hanc immēsā Christi amoris largitatem alludit Hieronymus dum Iudæos inducit hāc eandē amoris largitatē in exe-

Chrisol.

Ostēditur quomodo se Christus propter nos sicut aqua effuderit.

Luc. 22.

Marc. 15.

Esaiæ. 1.

Ioan. 19.

Ioan. 6.

Ioan. ibi.

Ioan. 19.

cutionem

Hieron. Iudæi Christum sicut aquã effũderẽt ex operũs.

cutionẽ adducẽtes: *Sic voluerũt* inquit, *Iudæi Christũ extinguere, quasi aquã, quæ hauritur, & dispergitur.*

Efficacissima hæc Christi in suos consummatæ dilectionis signa, vberemque benefaciendi voluntatẽ sæpe sæpius testatur Sponsa, & præcipue Canticorum in cap. 1. dicens. *Exultabimus, & lætabimur in te memores vberum tuorum super vinum.* Quem locũ ita trãstulerũt Septuaginta: *Memores amorum tuorum super vinum*: namper *vbera*, seu per *amores*, quorum ibi meminit Sponsa, beneficia Christi in Ecclesiã collata intelligunt patres, & præsertim illa, quæ in hac hora operatus est, in qua suam in homines dilectionem cõsummauit, & præcipuè Pater Gregor. in expositione eiusdem loci dicens. *Exultare vult sponsa Christi in sponsi delitijs in memoriam vberum, quia dum recolit quanta charitate Christus eam dilexerit, qui sanguine eã moriens in cruce, redemit, & quotidie eam in sinu Ecclesiæ matris, eiusdem sanguinis lacte nutrit, proculdubio magis, ac magis in eius dilectionem intendit.*

Cant. 1.

Septuag.

Per Christi vbera beneficia in nos collata significantur.

Gregor.

Neque suo caret mysterio, quod dũ beneficia diuina exprimuntur, pervocabulum indicentur, quod & *amorem*, & *vbera*, significet, vt intelligamus, quã vberẽ habeat Christi in nos dilectio, amorque singularis beneficia conferendi affectum, sunt enim beneficia Dei ab eius dilectionis vbere profluentia, sicque vberrima sunt, nam quemadmodũ vbera lactantium semper habent lactis fluenta, quæ proferãt, & si semel fuerint expressa, adhuc habent, quod de fõte materni pectoris exhibeant sugentibus, ita Dominicum pectus adeo in beneficijs proferendis exuberans est, vt quo magis ab eo beneficia recipere exoptamus, eo vberiora suppeditet, tãtoque quotidie nobis potiora donantur beneficia, quanto ex ipso Dominici pectoris fõte, ex ipsaque Dei bignitate, maiora sunt quæ accepimus.

Cur Christi beneficia ob amorẽ in homines collata per vbera significentur.

Eandem quoque Christi dilectionis munificentiam in beneficijs exhibendis illo verbo voluit Euangelista indicare cum dixit: *Vnus militum lancea latus eius apperuit.* Vt diligenter ad hũc locum August. aduertit dicens. *Nõ dixit Euãgelista percussit, aut vulnerauit, sed apperuit, vt illud quodammodo vitæ hostium panderetur, per quod sacramenta Ecclesiæ dimanarũt.* Optime quidem dictũ; lancea enim, quæ more solito

Ioan. 19.

August.

Lancea Christi latus ad aperuit more clauis. Christi latus vitæ hostium.

vulnerare debuerat, more clauis adaperuit, vt quicquid in ditissimo Christi ærario, idest in amãtissimo eius pectore cõtinebatur, prodiga dilectio distribueret, vt peccatorum necessitatibus cumulatissimè subueniret. Dum tam largiter effusum Christum seruatorem considerat Chrysost. vt nimiã illius in nos dilectionem commendet, sic ait, dum illa verba eiusdẽ Christi ad Nicodemum exponit. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Nemo amatorũ carnalium etiamsi sit supra modum insaniens, ita exardescere potest in amorem dilectæ suæ, quemadmodum Deus effunditur in amore animarum nostrarũ.* Hęc Chrysostom. Vnde iam temeritati vertendum nõ est Patri Guarrico, Deum in operibus exhibendis prodigum nõminare, ita enim serm. 1. de Spiritu Sãcto, exclamando ait. *O Deum (si fas est dici) prodigum sui præ desiderio hominis! an non prodigum qui non solum sua, sed & se ipsum impendit, vt hominem recuperet; non tam sibi, quam ipsi?*

Chrysost.

Ioan. 3.

Chrisol.

Christi er ga suos mi rum dilectio (?)

Guarric

Deus ob hominum amorem, sui prodigus, & in quo.

Hanc immensam amoris largitatẽ, Christique in beneficijs exhibendis nimiam munificentiam, vt excuset Bernardus, ait fuisse sponsi in nuptijs beneficia exhibentis, tũc enim etiam si largius quam par esse videtur, beneficia exhibeãtur ab sponsis, vitio tamen vertendum non est: volunt enim ex magnificentia operũ dilectionis intẽtionem indicare: cum autem quando, vt aqua effusus est, Christus fuerit in die solemnitatis, & lætitiæ suæ, in die in quo coronauit eum mater eius Synagoga, in quo nouam sponsam Ecclesiam sibi adunauit, mirum certe non fuit adeo largiter beneficia exhibere, vt se ipsum tradere nõ dubitauerit. *O quam munificus* (inquit Bernard. lib. de passiõne Christi cap. 10.) *factus est in nuptijs tuis Rex, & sponse bone IESV! quam large quæ habuisti omnia tradidisti, ecce ipsis crucifixoribus tuis orationis effectum, latroni paradisum, matri filium, filio matrem, mortuis vitã, Manibus Patris animam, toti mundo signa potentiæ tuæ contulisti: pro redimendo seruo nõ ex parte, sed totum sanguinem, ex multis, & largis foraminibus effudisti.*

Bernard

Cur sponsi in nuptijs magnifice se se agãt.

Hora Crucis, hora fuit nuptiarum Christi cũ Ecclesia.

Bernard.

Recensentur Christi beneficia in suos collata in hac hora.

Tãtæ istius Christi magnificẽtiæ largitatem ab eiusdem Christi dilectione profluxisse prædicat idẽ Bernardus, quã in eius passione præcipue demõstrari affirmat, dũ ser. 63. in Cãtica, sic deuotissime proloquitur, & nos ad meditãdũ incitat. *In passione Domini tria spe*

Bernard.

In Christi passione tria sunt considerãda, & quæ.

Inaestimabilis Christi charitas.

cialiter conuenit intueri, opus nēpe, modum, & causam: nam in opere quidem potentia: in modo humilitas, in causa charitas cōmendatur. Patientia singularis, humilitas admirabilis: sed charitas inæstimabilis.

Manus Christi ad beneficia exhibēda celeres. Cant. 5.

Septuag.

Hebræ. contex.

Quæ sint veri amoris man⁹.

Inæstimabilis profectò Christi dilectio, prōpta in beneficijs exhibendis magnificētia, si namque celerē oportet esse amatoris manum, celeres habuit Christus ad beneficia elargienda manus, vt experimēto edocta testatur Spōsa dicens: *Manus eius tornatiles plenæ iacinthis*: seu vt trāstulerunt Septuaginta: *Manus eius orbes aurei*, vel vt habet Hebræus contextus: *Plenæ iacinthis manus mei amoris*. Perbelle quidem, eæ enim veri amoris manus sunt, quæ gratijs, ac diuitijs ad exhibendū plenæ sūt.

In beneficijs exhibendis, ad exhibentē potius, quā ad accipientē attēdendū est.

Sed quid admiramur dum Christi in beneficijs exhibēdis magnificētiā perpendimus, & dum in quos conferat considēramus, cum in magnificis actionibus, potius ad qué donet; quam ad quem accipiat consentaneum sit attēdere? vt pote quia beneficiorū, seu munerum magnificentia, á conferente potius, quam ab accipiente proueniat. Comprobat hoc certè illud Magni Alexandri responsum apud Sene-

A cā lib. de beneficijs, quod cuidam, cui ciuitatem dono obtulit, & recusauit accipere, dixisse testatur idem Seneca: *Non quæro quod oporteat te accipere, sed quid deceat me dare.* Dum igitur Christus, de quo canit Ecclesia eius Spōsa, quod vehementer magnificatus sit super omnes Reges vniuersę terræ, beneficia confert, non in quos conferat attendit, at se conferentem considerat, cui competit magnifice operari, & quia Rex est, & quia talis Rex, qui adeo opulentum habet ærarium, vt nullam prosus immunitionem patiatur.

Seneca.

Alexādri responsū.

Eccles. in Christi natalit.

B

Cū Christus hominibus beneficia cōfert, ad se potius, quam ad illos attēdit.

Ad benefaciendi sufficit bona volūtas.

C Si namque vbi sola est benefaciendi voluntas, nunquam deficit, quod donetur, vt homil. 3. ex varijs Basilius obseruat dicens: *Vbi prompta voluntas, nihil est quod impediat.*

Basilius.

Christi voluntas ad benefaciendū prōpta, locuplex quoque eius thesaurus.

D Quomodo deficere potest Christo, quod suis impartiatur, cuius adeo prompta est voluntas, adeo locuples thesaurus? de quo, & de eiusdem Christi in beneficijs conferendis magnificencia, ita serm. 23 ait Petr. Chrysolog. *Sic; sic dat cui deficere cēsus, cui regnum minui, cui vacuari potestas non potest largiendo.*

P. Chrys.

Amplum Christi ærariū, nūquā; minuendum

Sed quid euacuari, inquā? adeo amplum est Christi ærarium, vt tam dantis, quam

accipien-

Christi beneficia vltra suam, & suorū mortē protēdūtur.

accipientis vitæ terminos trāscendat: adhuc enim post Christi mortem, Christi beneficia consequimur, adhucque post mortem nostram, nos Christi beneficia consequuntur, æternę namq; sunt; & perpetuæ eius ærarij ditissimi opes ac diuitię.

Opes, & beneficia Christi perpetua esse decuit.

Decuit certe perpetuas esse Christi opes, neque ipsius Christi morte terminari, aut minui; qui enim, Ecclesiā fundauit, qui sibi sacellum construxit *(quem fundou capella)* necessarium profecto habuit, ad illius reparationem *(para a fabrica della)* censum perpetuū applicare: panis igitur ac vini copiosam annonam post mortem reliquit Christus Ecclesiæ suæ qua ejusdem Ecclesiæ sacellani alerentur in vita, & post mortem iuuarentur: & ne quid deesset in negotio, ad aperuit fōtem, quo prædia eidem Ecclesiæ addicta irrigētur, vt lib. de operibus Cardinalibus deuote nimis obseruauit Cyprianus dicens: *Delatere tuo fons egreditur in vitam æternam prosiliens, & de eadem consubstantalique origine diuisis limitibus aqua, & sanguis emanat, ad complementum, perfectionemque totius iustitiæ sacramenta in perpetuum duratura: & fo tis illius vbertas perenni lapsu vniuersam Ecclesiam irrigat, ac fœcundat.*

Construxit Christus sibi sacellum illudq; censu applicauit.

Panis, & vini annonam reliquit Christus Ecclesiæ sacellanis.

Adaperuit Christus fontē ad irrigādū Ecclesiæ prædia. Cyprian

Vnde fōs vberrim᷑ defluat, quo irrigatur Ecclesia.

A Bene igitur qui vltra finem operando prosequitur, dilexit in finem, idest, dilectionem absoluit, & operibus consummauit, nam vt ait Chrysost. *Subiectis dare, donare seruis est insigne charitatis immensæ documentum, singularisque amoris argumentum.*

Chrisost.

Perfectæ dilectionis argumentum.

B Ex ista certe nimia amoris Christi in suos magnificétia, non solum eius dilectionis cōsummatio perfectioque infertur, verum etiam imperfecti caducique amoris, quod se se ad inuicem diligūt homines, vel à quo Deus ipse ab eisdem diligitur fragilitas, & imperfectio demonstratur: certo nāq; limitato, breuissimoque termi

Incusatur nostrę dilectionis imperfectio, ex Christi in nos dilectionis cōsummatione.

C no cōcluditur nostra in Deū, vel in nos ipsos charitas, & dilectio, & antequam in finem deueniat, idest in perfectioné terminetur, solum dimidietates tangens, finem non nouit. Quamquam eximius in Regis Assueri pectore aduersus Esther Reginā amor vigeret,

Dilectio humana prius terminatur, quam finē nescit, id est perfectionem.

Esther. 5.

D nunquam tamen ad finé operando peruenit, sed solum dimidium pollicetur: *Quæ est*, inquit Assuerus, *petitio tua? etiā si dimidiam partem regni mei petieris, dabitur tibi.* Dum certe solum ô Assuere dimidium polliceris, adhuc dilectionem tuam aduersus tibi dilectam

Amor seu humana dilectio dimidiocōtētus, finem non assequitur, id est perfectionem.

Reginam in finē, id est, in perfectionem non perducis. Altius adhùc hæc mens roborabitur si sanctum Raguelem in mētem adducamus, qui dum affectuosum amorem in iuniorem Tobiam nititur demonstrare, dimidium tātum ex omnibus, quæ habebat offert, & vt accipiat deprecatur, vt Sacra pagina asseuerat cum ait: *Tradidit ei Saram, & dimidiam partem omnis substantiæ suæ.* Quin, & Tobias ipse probus adolescens, & gratus dum animi sui gratitudinem Angelo comiti á quo deductus est, & ab imminentibus periculis liberatus conatur ostendere, maximamque erga illum beneuolentiam operibus exhibere desiderat, ait: *Si forte dignabitur dimidietatem de omnibus, quæ allata sunt assummere.* Quid ais ò sancte iuuenis? solum dimidietatem policeris? cur quicquid attulisti Angelo te custodienti incolumenque reducenti non promittis? Cur affectuosam charitatem tuā in eum, in finem operando nō deducis? cur amorē non perficis? cur omnia (sicut aqua diffunditur) non diffundis in obsequium illius, qui te incolumen custodiuit? cur aliquid tibi retines? Quia certe imperfecta est humana dilectio, neque vnquam finem, id est, omnimodā perfectionem consequitur, quādo enim fortius in tentiusque inflammatur dimidium tantum perfectionis cursum assequitur, neque in finē peruenit: at verò diuina Christi in suos dilectio amorq; eximius, & singularis, dimidietates in operando nescit, sed tēdit in finem, sibiq; nil reseruādo omnia largitur, & vt operibus consummetur quicquid possidet nobis elargiendo cōsummit, ita vt sic iure optimo *in finem dilexisse* dicatur Christus.

Tobię 10

Tobię 12

Amor diuinus dimidiū nō nouit.

Optime certe á tanta Christi in nos dilectione argumentatur Iustinian. Laur. cap. 9. fasciculi amoris, vt omnes ad Christum diligēdū inuitet, ac persuadeat. *Arguitur*, inquit, *per quā maxime humanus tepor, & frigida ad Deum affectio hominis, qui conditorē suū tenuiter diligit, cum se ab illo inexcogitabiliter non dubitet diligi.* Tunc concludit dicēs. *Dilige igitur, quem te diligentem cognoscis ex munere, venerare obsequiis, illum à quo pollicitationibus sustentaris, si obtemperaueris non eris ingratus, si ardenter dilexeris recipies potiora.*

Laur. Iustinian.

Ex affectuosa Christi in suos dilectione, arguitur nostra in Dei diligendi incuria, & tepo[r]

ANNO

ANNOTATIO L.XXVIII.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

Quod potius ex affectuosa animi intentione, quam ex munerum quantitate nostram in se Deus dilectionem dijudicet.

CVM vsq; adhuc ostēsū sit dilectionē operibus cōprobari, celeremq; opportere esse amatoris manum; ne exanimes reddātur pauperes, qui nihil possidēt, existimētq; non posse Deum diligere, aut sui erga eum dilectionis signa præbere, siquidem quid offerre possint, non habent. Ostendimus in præsenti Deum nostrum erga se amorem á bene affecta potius animi intentione; quam a munerum valore, aut quantitate iudicare: diuersa namque ab hominum judicio est pia Dei intentio; piūque eius beneplacitum; cum enim homo videat in facie, intimaq; aliorum hominum præcordia intueri non valeat, solum ex munere, quod oculis cernit, vtrum diligatur intelligit, ac proinde ex donorum, seu munerum quantitate, & qualitate amoris intentionem dijudicat. Secus vero Deus, qui cū intueatur cor secundum affectuosam intentionem, qua voluntas operatur, actionum nostrarum valorem ponderat; solamque affectuosam ad bene operandum in nobis voluntatem exoptat: comprobat hoc Paulus dum hilarem Deum datorem diligere testatur: ad quem locum sic habet Interlinialis. *Hilarem datorem diligit Deus, qui ex voluntate bona approbat, & remunerat.* Optime ibi etiam noster Strabo: *Large,* inquit, *dat, qui affectum largiendi habet, etiam si nihil habeat, quod largiri possit.* Hoc etenim Dei nostri judicium Dauidem obseruasse existimamus, dum vt munera sua apud eum comendaret, affectuosa voluntate exhibita esse testificatur, dicens: *Voluntarie sacrificabo tibi.* Quippequi nouerat Deū, non ad munerum quantitatem, sed ad affectuosam animi promptitudinem attendere, qua ipsa munera exequuntur. Vnde dum templi structuram, & ornatum filio

Diuersū est Dei iuditiū, ab hominum intentione, & cur.

1. Reg. 16

Ibidem.

Ex affectu potius quā ex numero, aut magnitudine metitur Deus opera nostra.

2. Cor. 9.

Interlin.

Strabo.

Qui hilaris, & largus largitor sit.

Psal. 53.

Non ad munerū quātitatē, sed ad affectuosā animi voluntatē attēdit Deus

Salomoni committit idē Dauid, non tam de eius amplitudine, quam de prōpta ad exequendum voluntate, illum ad hortatur dicens: *Tu autem Salomon fili mi scito Deum patris tui, & seruito ei corde perfecto, & animo voluntario.* Ad quem locum ita congruenter Theodoret. *Coactam*, inquit, *seruitutē non admittit, voluntariam autem laudat, & diligit perfectam animi alacritatem.*

1. Paralip. cap. 28.

Theodor. *Nihil coactum vult Deus, sed omne spōtaneum.*

Hinc est quod cum multi, ex filiorum Israel Exodi 25. ad Tabernaculi structurā preciosa munera offerrent, decreuerit, vt á solis vltraneè offerētibus acciperentur, vt ibi Liranus diligenter aduertit: & secundum hanc Dei in beneficijs accipiendis intentionē, optime Guarricus serm. 1. de Natiuit. *Magis*, inquit, *probat Deus, quod liber, & voluntarius offert affectus, quā quod coactiuus extorquet metus.*

Exod. 25

Guarric

Longe igitur diuersum est Dei judicium ab hominū intentione, in nostra erga se dilectione judicanda, illi siquidē non, nisi ex beneficiorum, munerumque valore, & quantitate suorum in se amorem cognoscere valent: at vero Deus ex minimis sibi affectuose oblatis, nostrām in se dilectionem dijudicat; ideoque fortas-

Deus ex affectu homines vero, ex operibus erga se dilectionē dijudicant.

A

sis, vt sibi, ac hominibus morē gereret, á prima statim mūdi constitutione, sine termino, sine numero, sine mēsura, beneficia contulit in homines, ac in eorum obsequium innumerabilia, animalia procreauit: *Animalia pusilla cum magnis atque retilia, quorum non est numerus.* Vt Psal. 103. loquitur Regius vates, at è contra omnia, quæ à nobis exposcit, breui mensura voluit terminari, vt ad cap. Leuitici 23. diligenter obseruauit, Hieronym. ab Oleastro, nam *Homor* tantum ex frugibus, quod valde exigua erat mensura, seu quantitas, sibi offerri præcepit, vtpote quia nouerit homines non nisi ex larga operum exhibitione, amorem in se collatum intelligere: quia igitur illis suam dilectionem inculcare exoptabat, maxima largitur, & innumerabilia beneficia, ex quibus intensissimam, & perfectissimam esse cognoscant: postulat vero exigua, quia non ex munerum quantitate, sed ex affectu, nostram in se dilectionem dijudicat. Quod secundum affectuosam animi tantum intentionem, nostram erga se dilectionem metiatur Deus, docet locus ille Genes. in cap. 4. vbi sic dicitur: *Respexit Dominus ad Abel, & ad mu-*

B

C

D

Cur Deus sine nūero beneficia cōferat, & nūerata expostulat.

Psal. 103

Leuit. 23

Hieron. ab Oleastro

Genes. 4

nera

Ex affectu pretiu cõsequuntur actiones.

nera eius, quasi demonstrans Sacra pagina, prius Deum ad affectum attendisse, quo Abel munera offerebat, quã ad munera, quæ offerebantur, immo munera, ex voluntatis affectu pretium accepisse: *Respexit*, inquit ibi Chrisostom., *Dominus mentem, approbauit intentionem, coronauit voluntatem.*

Exod. 26.

Aureus ad hoc argumentum comprobandũ ille quoq; locus est Exodi in cap. 26. vbi dicitur quod cum Dominus tabernaculum ex auro, argẽto, jacintho, purpura, ac cocco bis tincto sibi fieri mandauerit, eius tamen pauimentũ, ex pellibus caprarum componi statuerit. Quæres igitur quænam conuenientia fuerit inter pretiosa metalla, ac serica fila, & viles caprarum plos? Quæresq; cur in Dei structura vile pelium tegmen adeo eminentem sibi locum vendicauerit? Ita igitur decreuit Deus, vt scilicet ostẽdat se nõ ex munerũ valore, sed ex intentionis affectu, pretium tribuere actioni, plurisque facere animum possessionibus dis titutum, & qui pilosum tantũ ad Tabernaculi structurã tegmen potuit libenter offerre, quam diuitum opulẽta dona, tepida animi actione oblata: fauet hanc hujus loci interpretationem Ambr. lib. de viduis, dum sic ait: *vber ius apud Deum est munus ex paruo, quam thesaurus, ex maximo, quia non tantum quod detur, sed quantum quis desiderat dare perpendit.*

Cur Dominus sæpe sæpius pluris facit, minima, & maxima non accepit.

Ambros. *Vberius apud Deũ munus ex minimis, & cur.*

Fuisse autem hanc in hoc facto quod retulimus Dei intentionem, ipse postea ostẽdit, dum, vt refert Euangelista, *Sedens contra Gazophilatium, aspiciebat quomodo turba iactaret æs in Gazophylatium, & multi diuites iactabant mult.; cum venisset autem vidua vna pauper, misit duo minuta, quod est quadrans, & conuocans discipulos suos, ait illis. Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserunt in Gazophilatium.* Optime ibi Lyranus. *Sedebat*, inquit, *magis ponderans quantitatem deuotionis, quam muneris, vnde consequenter vidua paupercula ponens duo minuta, plus laudatur ab eo, quã diuites ponentes munera magna.* Consonat Victor Antiochen. dum ibi sic ait: *Time, & Dei iudicium admirare, neque enim is tam munerum magnitudinem cõsiderat, quam animi alacritatem, & promptitudinem ponderat.*

Marc. 12

Viduæ minuta magni fecit Deus, & cur.

Lyran.

Victor. Anthioc.

Ponderat Deus animi alacritatẽ, qua opera exequuntur.

Attendite autem quomodo vtrumque locum in nostrũ sensum adducat Sãctus Ephrẽ Syrus, in suo de pænitentia: *Non ad actionẽ*, inquit, *respexit*

Ephrem Syrus.

Deus, sed ad propositum volunitatis, & nō intuetur quod fit, sed quo studio, & propensione peragatur: vidua paupercula soluit dubij iam dicti quaestionem quoniā duobus obolis superauit diuites auro abundantes, & in tabernaculo testimonij, qui caprarum pilos obtulerunt simul cum opulentis benedictionem acceperunt, & qui byssum cum auro nebant, similes eis erant, qui pilos ad operimentum tabernaculi texebant.

Remunerat Deus non secundum quātitatē, sed secundum affectū. Non est in domo Dei personarū acceptio.

Ex eiusdē Scripturae locis, quorum nuper meminimus, & ex publicani bona animi intentione de quo Lucae 18. eandem Dei conditionem infert Gregor. Nazianz. oratione ad Iulianum Imp. dicens: *Nihil earum rerum, quae Deo offerūtur, tam parum est, quanuis etiam minimi momenti sit, & si longe illius dignitate inferius, quod non omnino accipiat, atque comprobet, accepit duo minuta viduae, & publicani humilitatem, etiam caprarum pilos (vilissimam rem) ad tabernaculi tamen ornatum. Atq illud pulcherrimum, & humanissimum censendum est: quia Deus munificentiam oblatae rei non pretio, & dignitate, sed offerentis affectu, & facultate metitur.* Optimè certé in hanc sententiam loquitur Senec. Tragicus: *Nō quid detur*, inquit, *refert, aut quid fiat, sed qua mente, regum aequauit opes animo, qui exiguum tribuit, sed libenter.*

Gregor. Naziáz.

Acceptat Deus cōprobatq, minima, si bona sūt volūtate exhibita.

Lucae 18.

Pulchrū est apud Deūquid quid ex animo illi praesentatur, & cur

Senec. Tragic.

Æ quat pauperis bona voluntas Reg diuitias opulenta

Neque minus ad idem argumentum comprobandum conducūt verba illa circa mulieré peccatricem á Saluatore prolata. Lucae 7. *Remittuntur, ei peccata multa, quoniā dilexit multum.* Si praesertim causam inquiramus cur Christus in praesenti euentu ad pretiosi vnguenti copiam in suū obsequium effusum nō aduerterit. Cur ad lacrimas vbertim defluentes nō attenderit. Cur capilos sparsos non commemorauerit. Cur ob haec omnia seruitutis impendia in suum honoré exhibita huius mulieris peccata se illi remittere nō affirmauerit sed dixerit. *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* In promptu certe est ratio, vtpote, quia non ad operum magnificentiam, sed ad intimū voluntatis affectum respicit Dominus, vt in nobis sibi bene complaceat. *Affectum*, inquit Bernard. (in praefatione epistolae ad fratres de mōte Dei) *exigit Deus, affectum praedicat: sic Dauid saltando illi placuit, nō propter saltum, sed propter affectū, similiter, & mulier, quae vnxit pedes Domini, laudata est à Christo, non quia vnxit, sed quia amauit* Hęc Bernard. cui ser-

Luc. 7.

Cur Dominus in Magdalena cēnsione, ex[...] ad dilectio[...] non venia sententiam [...]

Ad quid respiciat Deus, vt in nobis sibi complaceat.

Bernard

2. Reg. 6.

Lucae 7.

94. suffragatur Chrisologus dicens: *Cælestis creditor totū debitum charitate compensat, & ad incrementum totius fænoris, amoris solius exigit, & requirit vsuram:* Hæc ille; quibus etiā addenda sunt illa, quæ sermone de Purificatione habet Laurētius Iustinianus, dū enim ibi Virginis paupérculæ, paupere oblationem considerat, sic cōsonanter ait: *Affectum in cunctis quæ agimus, Deus potius attēdit, quam opus.*

Chrisol.

Vult Deus amando fænerari, solumque exigit amoris fænus.

Laur. Iustinian.

Luc. 2.

Non est igitur cur quisque reddatur exanimis, dum se operibus destitutum videt, quibus suam erga Deum dilectionem ostendat, si tamen promptam habeat in eius obsequium voluntatem: *Non* enim, *quantum, sed ex quanto desiderat Deus,* vt in expositione cap. 12. Marci loquitur Pater Hieronymus.

Nemo diffidere debet, quia pauper est

Non quantū, sed ex quanto respicit Deus

Hieron.

ANNOTATIO L. XXVIII.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit

Assignatur præcipuum opus, quo Christus eximiam, & consummatam dilectionem suam nobis ostendit. Sacrosancti nempe Eucharistiæ Sacramenti institutio.

CVM (vt ex authorū, Patrumque sententijs superius cōprobauimus) dilectio consummata, operibus, per quam maxime demōstretur, vt Christi in suos dilectionem perfectissimam consummatissimamque fuisse clarissime ostendamus; insigne illud, & præ omnibus admirabile opus, quod ab eadem dilectione impulsus in fine vitæ suæ in nostrum beneficium, & commodum operatus est, in medium proferre, de illoq; longum sermonem contexere non grauabimur: sui nēpe corporis, & sanguinis sub panis, & vini speciebus traditionem, tamquam reliquorum suorū operum

Eucharistia sacramentum, omnium Christi beneficiorū memoria perēne.

Eucharistia Sacramentum, omnium Christi beneficiorũ memoriale perẽne Idem Ecclesiæ decus & ornamentũ.

Ex diuini huius Sacramenti institutione, plusquã à reliquis Christi operibus eius in nos dilectio commendatur.

Zacha.9

Eucharistia, diuini amoris fastigiũ, pulchrius que diuinitatis opus, & incarnationis extẽsio.

Chriso st.

Eucharistiæ sacramentum, bona gratia, seu gratiarũ actio dicitur, & vnde

Cũ timore, & reuerentia de hemmutagere de hoc sublimi mysterio.

operum memoriale perenne, & suorum quos in finem dilexit, totiusque militantis Ecclesiæ fulcimẽtũm, robur, ac decus in perpetuum duraturũ: ex hujus namque operis exhibitione plusquam á reliquis omnibus beneficijs suis in nos collatis eius eximia, perfecta, & consummata charitas, singularisque dilectio commendatur.

A

De diuino igitur electorũ frumẽto, de vino virgines germinante, de meliori, pulchrioque diuinitatis opere, de diuini amoris supremo fastigio, de ineffabili verbi incarnationis extensione (vt Chrysostomi verbis vtamur) sermonem inituri, illius fauorem implorantus, illius gratiam obnixè petimus, qui dum hoc sacramentum cõficeret, & institueret euchari sti sabat, idest, gratias agebat, vnde gratiarum actio siue bona gratia diuinũ hoc mysterium conuenientissime appellatur. Fatemur nãq; dũ tanti mysterij pauca quedam annotãda suscipimus fragilem mentem nostram reluctare, intellectum perhorrescere, vires deficere, cor palpitare, ingeniũ hebetescere, oculos caligare: quæ enim comparatio lucis ad tenebras? quæ potentia in oculis noctuæ ad lucem solis? quæ humani intellectus agilitas, vt diuinum amorem desiderio curreſtem potentia operantem, munificentia largientem consequatur? cũ præsertim terreat id, quod Dominus stricte præcipiebat Iudæis Exodi cap.6. cũ tanti hujus mysterij vmbram tangebant. *Os non comminuetis ex eo:* quem locum quamquã de fortitudine Ecclesiæ, de ejusq; indissolubili vnitate intellexerint Patres, quã Christus Petrum allocutus significauit dicens: *Portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Nam per ossa agni virtutem, & robur Ecclesiæ intellexerũt Ferus in Ioannem, & Theodoretus in expositione cap.5. Canticorum ad illa verba. Crura illius columnæ marmoreæ: tamẽ noster Raulinus, cujus maxima est authoritas, & in sacris Scripturis exponẽdis graue judicium, ideo ait cautum fuisse Israelitis, agni ossa cõminui, vt scilicet intelligeremus tanti mysterij soliditatem, non esse nobis inuestigandam, aut minutatim explicandam, sed integro mentis affectu rei integræ assentiendum. *Propterea inquit, scriptum est quod in comestione agni os non comminuetis in eo, quia soliditas huius tanti mysterij discuti non debet, neque*

B

C

D

Huius mysterij altitudinem nullus intellectus creatus potest naturaliter cõprehẽdere

Exod. 6.

Prima huius loci interpretatio.

Math. 16

Ferus. Theodo.

Raulin.

Secunda Exodi loci superius adducti expositio.

popnlo

populo frangi. In hunc etiā sensum hunc eundem Exodi locum exponit Gaudētius Episcopus Brixiensis tractatu 2. & Pater Gregor. Magn. hom. 22. in Euangelia.

Gaudēt. Gregor.

Quanquam igitur multū terreat hoc antiquū præceptum, tantique mysterij altitudo, & profunditas: solamur tamē, viresque resumimus dum Regium Vatem incitātem audimus, & dicentem. *Gustate, & videte, quoniā suauis est Dominus: accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestra non confundentur.*

Psalm. 33

Ad aliqua igitur circa altissimum istud diuinæ munificētiæ sacramentum annotanda accedimus, non præsumentes posse diuinum hoc mysteriū humanis rationibus comprehendi, aut demonstrari, sed solum aliquid ex eo, ex reuelatis sacræq; Scripturæ testimonijs posse attingi firmiter profitētes, vt omnes Theologi Scholastici docent, & profitentur, admonentque Sancti Patres, & precipue D. Ioannes Chrysostom. homil. 25. in Genesim dicens. *Quando Deus operatur aliquid, noli humana ratione requirere quid, aut quomodo fiant, transcendunt enim mentem nostram, & nunquam potest humana cogitatio attingere, & comprehendere eorum, quæ à Deo condita sunt, rationem.* Quod etiam argumentum, catholicamque conclusionem, hom. 5. de Paschate corroborat Emissenus dicens: *Magnitudo cælestium beneficiorū angustias humanæ mentis excedit, & propterea ita ordinauit diuina prouidētia, vt quod capere in nobis ratio rerum mole victa non poterat, fides deuota conciperet, & intellectum credulitas robusta nutriret.* Vnde in hac materia ad fidei asilum confugientes omnem infidelitatis tepeditatem, & duritiā á nobis expellere conati, Deū humiliter deprecamur, vt auferat à mentibus nostris cæcitatis velamē, illuminetque intellectum. Maximé namque refert ad huius beneficij dulcedinem percipiendam, fidēque sectandam, cor pacatū, & ad nostræ fidei mysteria bene propensum: aliter enim, sicut & Capharnaitis durus videbitur sermo iste, & minime audiendus, qui dum Dominus Ioannis 6. illis hoc salutare beneficium mercedemque singularem proponeret, inquiunt: *Durus est sermo iste, & quis potest eum audire?* Cum ista duritia in eorum potius cordibus, quā in Christi mellifluo sermone existeret. Idem enim sermo qui Capharnaitis

Nō potest eucharist. sacramentum, eiusq; mysterium humanis rationibus demōstrari.

Chrysost. *Non possibus nostris Dei mysteriorum rationem tum rebe... dere.*

Gregor. Emissen. *In diuinis mysterijs, quod mēs humana non capit, fides concipit.*

Addiuina mysteria percipiēda, maxime refert corhabere adres diuinas bene propensum. Ioan. 6.

Duritia quam Iudei in Christi sermone inueniebāt, in eorū potius corde existeat.

visus

Chr. sti sermo Iudæis durus Apostolis autem viuificus, & suauis. Ioan. 6.

visus est durus discipuli suauem, viuificumque esse testātur dicentes: *Domine ad quē ibimus, verba vitæ æternæ habes?*

Ex quo patet quod qualiter affecta sunt corda, taliter experiuntur, & iudicant, quæ illis proponuntur, vnde ab illo, eodemque Dei verbo per Moysem immisso, induratur cor Pharaonis, á quo, vbi primum audit sponsa, se liquefactam proclamat.. Iudæorum igitur, in hoc diuino mysterio recipiendo duritia, ex illa prouenit velaminis cæcitate, qua eorum oculi vsque nunc tenentur, ne Christum agnoscant, illiusque operibus veram fidem adhibeāt, dequo velamine 2. Corint. cap. 3. ait Paulus. *Velamen hoc positum est super corda eorum vsque in sempiternum*, ex quibus Pauli verbis argumentatur Chrysost. infertque rationē, & causam cur Iudæi Christi mysterijs veram credulitatē non præbeāt dicens. *Hoc ipsum non possunt intelligere, quia cessauit lex, eo quod non credunt Christo. Nam si per Christum cessauit, sicut re uera cessauit, & ipsa lex, qui fieri potest vt qui Christum non recipiunt, per quem lex antiquata est, eandem videāt legem antiquatam? Hoc autem cum videre non sustineant, perspicuum est, eos etiam ipsius legis hæc dicentis vim, & vniuersam gloriam ignorare.* Hæc Chrysost. cui accedit Theodoretus, qui eundem Pauli locum explicās ait, velamen Iudæorum nihil aliud esse, quam eorum incredulitatem. Et de eadem Iudæorum cæcitate ait Ambrosius prouenire eorum cordis duritiam, imò & hæreticorum, huius diuini mysterij, de quo agimus, veritatem respuentium. *Grauat*, inquit Ambrosius, *oculos diuturnum velamen, & hoc ita vt nō possint considerare mirabilia de lege eorū excerpta: quomodo mirabiliter in agno materiali, agnus spiritualis significatur: quomodo in māna, cibus spiritualis: quomodo in hostia Christus cōtineatur.*

2. ad Co. 3.

Chrysost.

Ratio cur iudæi Christi mysterijs fidem nō præstēt, ne ž legem suam anti quatam agnoscēt.

Theodor.

Incredulitas, iudæorum velamen.

Ambros.

Iudæorū oculi incredulitatis velamine grauati.

A B C D

Precamur igitur Dominū Iesum, vt columbinos oculos nobis donare dignetur ad tāti mysterij veritatē aliqualiter percipiēdam, puroque corde sectandam. Nam vt ait idem Ambrosius in expositione Ps. 118. *Illi habent oculos columbinos, quibus non est aliqua doli maculosa confusio, sed simplicis affectus pura, & immaculata synceritas.* Si namque omnē deponamus malitiam, & dolum, statim tanti mysterij, tamque propensi in nos beneficij ex-

Ambros.

Qui columbinos oculos haberi dicantur.

cellentiam

cellentiam sufficienter consequemur, tantique cibi dulcedine mirifice delectabimur. Quæ doctrina est Petri Apostoli 1. suæ epistolæ cap. 2. *Deponentes*, inquit, *omnem malitiā, & omne dolum sicut modo geniti infantes, rationabile lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem.*

1. Petr. 2.

Vt Christi lactea doctrina proficit in corde, necesse est omnem dolum deponi.

Primũ igitur quod in hujus materiæ quasi vestibulo de hoc inenarrabili beneficio cõsiderandum venit est, adeo Christum sese munificum in illo præbuisse suis, vt postquā quicquid dederit Pater in manus hominibus elargitus fuerit, se ipsum elargiri non dedignetur in cibum, & sanguinem suum in potum: in quo certe non solum præsenti indigentiæ voluit subuenire, sed in futurum omnium bonorum abundantiam polliceri. nam vt serm. 95. bene infert Pet. Chrisolog. *Qui se nobis hic manducandum dedit, quid suum denegare poterit in futurum: & qui tantum nobis viaticum praparauit ad victum, quid in illa nobis perpetua mansione non parabit.*

Primum & principale, quod in Eucharistia inspiciendum est, Christi dilectio ejusq; magnificentia.

In Eucharistia Sacramento & in præsenti & in futurũ indigẽtia subuenit Christus.

Chrisol.

(·?·)(·?·)(·?·)
(·?·)(·?·)
(·?·)

A

ANNOTATIO L. XXX.

Circa eadem verba contextus:

In finem dilexit

B

Astruitur, & probatur vera Christi in hoc diuino Sacramẽto existentia sub speciebus panis, & vini consacratis.

CVM perfectam, absolutãque Christi in nos dilectionẽ ex hoc mirabili beneficio per quam maxime cõprobari affirmemus: ex sua nẽpe carnis, suique sanguinis exhibitione sub speciebus panis, & vini consecratis: cumque vsque in præsens velamen infidelitatis circa hanc catholicam veritatem multorũ oculos obducat (vt loco superius allegato testatur Paulus) in hoc diuino Sacramento sub speciebus panis, & vini consecratis Christi carnem in cibũ, eiusque sanguinem in potum veræ, & realiter fidelibus elargiri necessarioduximus cõprobādũ. Et quãquā hujus infalibilis veritatis vera cõprobatio

C

D

2. ad Cor. 3.

Vera Eucharistia cõprobatio, est sola fides.

Hieron.

sit fides, ipsaq; ad plenã mentibus credulitaté inducẽdam sufficiat, vt enim in epistola ad amicum quendam ait P. Hieronymus. *Omnia possibilia sunt credenti*, ipsaq; fides doceat sub speciebus panis, & vini consecratis vere, & realiter Christi carnem, eiusq; sanguiné contineri, & tegi. Ad firmioré tamẽ nostri intellectus credulitaté, id ipsũ sanctorũ Patrũ authoritatibus; ejusdẽ beneficij conuenientijs, & miraculis prius confirmabimus: postea vero argumentis ab ipsius Christi tantum hoc beneficiũ cõferẽtis verbis deductis. Audiamus igitur primo loco venerandã decretalẽ extra de Sũma Trinitate, & fide Cathol. quæ in cap.1. sic habet. *Corpus, & sanguis Christi in sacramẽto altaris, sub speciebus panis, & vini veraciter continetur, transubstãtiatis pane in corpus Christi, & vino in sanguinem virtute diuina.* Eandem quoque catholicã veritatem in sermone de Cæna Domini Cyprianus firmiter profitetur dicens: *Panis iste, quẽ Dominus discipulis porrigebat, non effigie, sed natura mutatus omnipotentia verbi factus est caro.* Ad eandem veritaté astruẽdam mirabilia sunt Diui Eusebij Emisseni verba, quæ hom. 5. de Pascha profatur dicens:

Decretalis extr. de Sũma Trinitat & fide Cathol. ca. 1

Cyprian

Eusеb.

A

Vereunica, & perfecta hostia, fide æstimanda non specie neq; exteriori cẽsenda visu, sed interiori affectu: vnde merito calestis confirmat authoritas: quia caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguũ, quãdoquidẽ, qui auctor est muneris,

B

ipse etiã testis est veritatis. Nã inuisibilis sacerdos, visibiles creaturas in substantiam corporis, & sanguinis sui, verbo suo secreta potestate conuertit ita dicens. Accipite, & comedite Hoc est enim corpus meũ: & sanctificatione repetita: Accipite, & bibite hic est sanguis meus Ergo sicut ad nutum præcipientis Domini, re-

C

pente ex nihilo substiterũt excelsa cælorum, profunda fluctuũ, vasta terrarũ, pari potẽtia in spiritualibus sacramẽtis verbi præcipit virtus, & seruit effectus. Eandẽ tertio catholicã veritaté ex sãcti Patris Damasceni authoritate confirmemus, sic enim lib. 4. cap. 14. de

D

fide orthod. ait. *Non est figura panis, & vinum, corporis, & sanguinis Christi, absit hoc: sed ipsum Domini corpus diuinitate affectũ cum ipse Dominus dicat. Hoc est corpus meũ, nõ autem figura mei corporis, & meus sanguis, nõ autẽ figura mei sanguinis.* Ex quibus Sanctorũ Patrũ dictis corolarũ quoddã inferre iubet Chri-

Eucharistia Sacramentũ nõ exteriori visu iudicandũ sed interiori affectu.

Christus in Eucharistia cõsecratione sacerdos inuisibiliter consecrans.

Math. 26

Genes. 1.

In Eucharistia sacramentũ Christus dixit, & factũ est.

Damasc.

Panis, & vinũ qui consecratus, nõ est figura corporis, & sanguinis Christi, sed eiusmet corpus, & sanguis.

soit.

Chrisost. sost.hom. 3. in epist. ad Ephesios dicens. *Recolite igitur, quia illius corpus est, & sanguis, qui supra calos ascendit, qui ab Angelis suppliciter adoratur: illius, inquam, qui proxime assistit immortali Dei potentiæ, huius delibamus sanguinem, & proprium eius corpus nobis summendum traditur.*

Appositis ad hanc catholicam veritatem confirmandā, circa veram Christi sub speciebus panis, & vini consecratis existētiā sanctorū Patrum sententijs: apponamus nunc miracula quibus Dominus eādem catholicam veritatem voluit comprobare. Audiamusque quid circa eādem veritatem infalibilē cōtigisse referat P. Bernardus in vita Sācti Episcopi Malachiæ, ibi enim narrat, immo se vidisse testificatur clericum quendam á Sancto Malachia admonitū, vt á sinistra opinione, quā circa hanc catholicā veritatē sectabatur, animū auocaret, & fateretur in sacra Eucharistia non solū sanctificationem, sed & ipsius corporis Christi veritatē contineri, cū autem induratus persisteret, á fratrū conuentu eiectum esse: abeuntéq; tanta infirmitate fuisse correptū, vt ne pedē quidē mouere posset: sed reuersum domū errorem abiurasse, & absolutū fuisse, & in vno, eodéque tempore, viaticum accipisse, perfidiam ore abdicasse, & mortē diluisse. Hæc apud Bernardū in vita Sāctissimi Episcopi Malachiæ.

Confirmatur signis, & miraculis Christi vera existentia in hoc Sacramento

Bernard.

Nec minori vi eandem catholicam veritatem astruere videtur illud, quod quibusdā contigisse refert Nicetas lib. 5 de rebus Emanuelis coneni, testatur enim quosdam corā Imperatore de sacrishisce mysterijs, & de Christi sacerdotio secundū ordinē Melchisedech disputasse, tūc vero insolito illos fulgore, tonitruo, & terremotu, etiam á præsentibus astrologis id Dei vindictæ tribuētibus, territos, & auocatos á tāta temeritate fuisse. Neque est cur in adducēdis miraculis ad veritatem præsentiæ corporis Christi sub panis, & vini speciebus cōsecratis confirmandā amplius immoremur, quia nūc recens extat libellus á nostro doctissimo lusitano Marisio æditus, quo per quā multa continētur, á quo lector accipiat videat etiā Petrū Damianū lib. 6. Epistolarū epist. 21. videat, & Feuardensem in suis comentarijs in Diuum Irenæū ad cap. 8. lib. 1. cōtra hæreses.

Nicetas.

Marisius de miraculis Eucharistiæ.

Petr. Damian.

Feuard.

Tertio ex conuenientijs cōprobemus verā, & realē Christi sub

Cõprobatur 3. ex conueniẽtia Christi vera, & realis existentia in Eucharistia.

ti sub speciebus panis, & vini cõsacratis existentiã, in Secro sãctoq; Eucharistiæ Sacramẽto veram Christi carnem nobis tradi in cibum, eiusque sanguinem nõ figuratiue, aut tropice, sed vere, & realiter elargiri in potum: quod vt planius fiat, necesse est in memoriã reuocare munus, & officiũ, quod Verbum diuinum dũ nostræ mortalitatis naturam assump sit, ad exercendum accepit, nempe vigilantissimi, humanissimique pastoris: Pastorẽ namque illum fore prædixerunt prophetæ, siue Deus per prophetarum ora. *Suscitabo*, inquit, *per Zachariam cap. 11. tibi pastorem magnum.* Et iterum ibi. *Sicut pastor Gregem suum pascit in brachio suo, &c.* Quin & ipse Christus Dominus pastoris boni, & vigilantissimi se nomine insigniuit dum Ioannis cap. 10. dixit. *Ego sum pastor bonus*: immo, & suæ passionis tempore iterum se pastorem nominauit, officiumq; sibi à patre iniunctũ ante oculos ponẽs illud repetit. *Percutiã pastorẽ, & dispergẽtur oues gregis*

Verbi incarnati munus in mundo oues pascere.

Zachar. cap. 11 Idem ibidem.

Ioan. 10

Matt. 26.

Christi pascua omnium longe meliora quia ipse omnium pastorũ lõge melior & humanior

Huius ergo pastoris Pascua, omnibus aliorum pastorum Pascuis longe meliora, vberioraq; esse, clarum est, si quidẽ, & ipse pastor omnibus alijs pastoribus longe melior, humanior, & sapientior extitit. Quod ex illo Ezechielis loco patet, vbi dum Dñs conqueritur de socordia, immo, & de tyranide reliquorum pastorũ sic ait. *Ecce ego requiram oues meas, & suscitabo super illas pastorẽ, qui pascat eas, seruum meũ Dauid, ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem*: quem locum nõ de Dauide, sed de Christo intelligendum esse docet Pater Hieron. lib. 11. Comentariorũ in Ezechielẽ. *Suscitabit*, inquit, *pastorem vnũ, qui dixit in Euãgelio. Ego sum pastor bonus: seruũ suum Dauid, secundum quod serui formam dignatus est assumere.*

B

Ezechiel cap.

Hieron.

Ioannis.

C

Tanto ergo meliora, vberioraq; esse debent istius pastoris pascua, quanto melior extitit ipse pastor: si igitur dedit Moises mana in pascua, si dedit Elisęus populo panes primitiarũ; si dederũt Sacerdotes olim Dauid ad vescendũ panes sanctificatos, si dederunt omnes Prophetæ panem verbi Dei, lõge excelentior pastor Christus, aliquid amplius ouibus suis dare debuit in Pascua, quas tenere adamauit, consummatissimeq; dilexit. Dedit igitur se ipsum in cibũ, suũq; sanguinẽ in potum sub speciebus panis, & vini consacretis dicens Matthęi 26. *Accipite, & manducate, Hoc est corpus meum.*

Exod. 16.

Pascua pastorum legis veteris.

D

Christi Pascua, eius corpus, & sanguis.

Matt. 26

Aman-

Amantissimi hujus pastoris pascua hæc vberrima flagranti animi conatu, vt antiquam famen expelleret, inueniri exoptabat Ecclesia: cum pastorem hunc benignissimũ deprecabatur dicẽs. *Indica mihi vbi pascas*: quasi anxia postulans meliora, vberioraque pascua, quam illa erant, quibus vsque tunc alebãtur eius oues; nempe cibum illum cælestem, quam pastor ipse cum quo loquitur pollicebatur dicens: *Caro mea vero est cibus, &c.* de hoc enim pastu percõtari Sponsam testatur Nyssenus Greg. dum hunc eundem locum exponit: *Doce me* (inquit ille spõsæ personã agens) *vbi pastu sactissimi corporis, & sanguinis tui pascas, vt salutari percepta passione, æterno impleãr nutrimento.*

Petit Ecclesia a Christo Eucharistiæ Sacramentũ ad suarum ouiũ pastum. Cant. 1. Meliora longe Ecclesiæ pascua quam synagoga. Ecclesiæ Pascua Eucharistia. Ioan. 6. Nyssen.

Huius item diuini pastoris pascua salutifera iterum commendat Sponsa dum cap. 2. eiusdẽ lib. iam quasi quæ experta est, ait. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascit inter lilia.* Vel vt vertit Hieronymus, *qui pascitur inter lilia*, vel *lilijs*: esse autem hæc lilia quibus pascit carnem eiusdem Christi, eiusque sanguinem docent Patres, & præcipue Hyeronimus lib. 1. contra Iuuinianum, optime autẽ Amb. ser. 14. in Psal. 118. *Bona*, inquit *pascua diuina sunt Sacramenta, carpis illic nouum florem, qui bonum odorem dedit resurrectionis, carpis lilium, in quo splendor est æternitatis, carpis rosam, idest, dominici corporis sanguinem.*

Cant. 2. Hieron. Lilia inter quæ pascit Christus, sunt eius corpus & sanguis in Eucharistia. Hieron. Ambros.

Neque tacite prætereundũ duximus mysterium, quod in diuerso exponẽdi modo occultatur, nam, vt dictum est, quidam verterunt, *pascitur*, quidã vero *pascit*: atqui per belle vtrique: nam pascit Christus in Eucharistia, & pascitur. Pascit quippe oues suas ibi propria carne, & pascitur gaudio de eorum prouentu percepto: cibus itaque eius, earum salus atque ipsarum ouium prouẽtus. Alitur item ibi dum alit, quia anima quæ hoc diuinum edulium percipit, ex eo lacdeuotionis sortitur, quo alitur in ca, roboratur, & augmentatur diuina dilectio, & charitas, quæ Deus ipse est: alitur, pascitur que Christus in hoc edulio dum pascit, quia illo percepto, tumescunt vbera sponsæ pastæ, quæ teste Gregorio sũt amor Dei, & proximi, in ter quos amores, vt qui maxime delectatur Deus. Testatur ipsa dũ ait. *Fasciculus myrrha dilectus meus mihi inter vbera mea cõmorabitur.* Vbi, vt opti-

Maximũ occultatur mysteriũ in diuerso huius canticorũ loci exponendi modo, & quod nã sit. Pascit Christus in Eucharistia, & pascitur, & quibus. 1. Ioan. 4. Duo vbera sponsa sunt Dei, & proximi amor. Inter hæc vbera maxime delectatur Deus. Cant. 1.

Ghisler. me aduertit Ghislerius, nō dixit in pectore sibi spōsum cōmoraturum, sed inter vbera, egregiū hoc per hæc indicans mysterium, quod videlicet a Christo salutari pasta Eucharistiæ cibo, Christum ipsa pastura sit lacte deuotionis, & amoris: optime certe nam secūdum naturales lac fit ex ipsis cibis, qui comedūtur, quæ ergo Deo, qui amor est, in hoc cibo pasta est, lac quod gignit, amor proculdubio est, quo libēter pascitur Christus. Optime Gregorius ibi. *Bene,* inquit, *Christus fasciculus mirrhæ inter vbera commorari dicitur, quia in dilectione Dei, & proximi, eius habitatio ædificatur, sancta quippe anima dum Deum sic diligit, vt proximum non contēnat, & amorem proximi sic exequitur, vt diuinum non minuat, proculdubio duo vbera in pectore sibi locat, quibus Christum amplectens, ipsū nutriat, quasi enim vberibus Christus nutritus roboratur, dū hac gemina dilectione, & fortius in hæret, & delectatur.* Hæc ille vnde bene pascitur Christus, dum nos pascit se ipso.

Pascit anima Christum lacte deuotionis & amoris, dū ab eo pascitur in Eucharistia. Lac vberū sponsæ est amor, ex amore prouentus

Habitat Christus inter spōsæ vbera, quæ sunt amor Dei & amor proximi.

Quando anima Christi sponsa plena vbera habeat, quibus spōsum Christum alat.

Quod si adhuc non quiescis dum audis, oues suas Christum propria carne alere, eum oues, non cibo, sed herbis vescātur, ad parabolam illam celebrem recurre, qua vsus est Dei homo, vt Dauidem in proprij criminis veram notitiam adduceret Regum 2. cap. 12. ibi enim inuenies ouem pane de domini mensa altam: dices tamen; vtique pane, non autē propria carne; da mihi igitur adeo affectuosum pastorem, vt Christus est, qui ad alendas oues se prębeat, in pascua: ipsasque ad edendum assuescat dicens: *Comedite, & bibite, & inebriami.* Et statim ostendam tibi oues, adeo propensas ad hanc escam, vt continuo balantes proclamen: *Quis det de carnibus eius, vt saturemur.*

Christi oues nō herbis, sed pane, in mea carne pascuntur. 2. Reg. 12.

Cant. 5.

Iob. 31.

Quisquis igitur hunc pastorem in sequitur pascua optima, vberrimaque inuenit, vt ipse Ioannis 10. testatur. Quisquis ab hoc pastore deducitur in loco pascuæ collocatur, vt Psalmo 22. Regius vates confirmat, ex cujus verbis per quam maxime vigilantissimi huius pastoris in oues suas cura eximia, dilectioque commendatur, vt Cathechisi 4. annotauit Hierosolomita Cyrilus dicens: *Dominus regit me, ecce pastoris munus, & nihil mihi deerit, ecce fiducia ouis: in loco pascuæ ibi me collocauit, ecce ibi & potus alendi, & viuificandi virtutem: animam meam cōuertit, ecce bonus pastor per viā*

Ioan. 10

Psal. 22.

Cyrill.

Psal. 22.

Quomodo Christus oues suas ducit, fouet & pascit

rectam

rectam deducit oues, à praua peccatorum via, in viam salutis dirigendo, du aqua refectionis educat, idest, lustrali aqua à via inferni, in viam cœli deducit, animam à cordis cæcitate in veram regenerationis lucem conuertens. Et quia bonus pastor impinguat in oleo caput ouis, dum postquam per rectam viam deducit, vnctionis sacramento fouet, ne succumbat: impinguasti, inquit David, in oleo caput meum; ecce postquam regit, postquam fouet, vt bonus pastor cibum præbet parans in conspectu eius mensam, vt alatur, & viuat, qui enim manducat hunc panem viuit in æternum:

Longe ergo liberiora sunt hujus pastoris pascua, quam pascua Moyses; *Patres* enim *manducauerunt manna, & mortui sunt, qui* autem *mãducat huc panem viuit in æternum*: longe vberiora sunt hujus pastoris pascua, pascuis Elisei, populus enim manducauit panes præmitiarum, & mortuus est: *Qui* vero *manducat hunc panem viuit in æternum*. Longe vberiora sunt hujus pastoris pascua, pascuis prophetarũ; nam qui eius verba audierunt mortui sunt: *Qui* autem *mãducat hunc panem viuit in æternum*: Non

Ioan 6.

Idẽ ibid.

Idẽ ibid.

A enim in virtute mãna, neque in virtute panis præmitiarum, neque in virtute panis sanctificati, neque in virtute verborum prophetarum aliquis vitam æternam est adeptus, sed in virtute hujus vberrimæ pascuæ, quæ sola habet viuificandi vim, & fortitudinẽ ex reali Christi præsentia, eiusque diuinitate

B sub speciebus panis, & vini consacratis contenta, sub quibus, eius caro nobis donatur in cibum, & eius nobis sãguis propinatur in potum.

Sola Christi pascua habẽt alẽdi, & viuificãdi vim & virtutem.

Neque amplius in pręsenti circa huius pascuæ mirã vbertatem cõmendandam immoramur, quia de eius affluẽtia,

C & viuificandi alendique vi lõgiorem sermonẽ habituri sumus. Nunc autẽ transeamus ad ostendam Christi diuinitatem, eiusque præsentiam sub consacratis panis, & vini speciebus ex verbis, & dictis ipsiusmet Christi seruatoris tã. tum hoc bene-

D ficium conferentis.

(·?·)

()

ANNO-

ANNOTATIO L. XXXI.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit

Probatur iterum ex Christi authoritate, & ex verbis ipsius, eius sub speciebus panis, & vini consacratis vera, & realis existentia.

IN hoc miraculorũ miraculo, & eximio beneficiorum beneficio veram Christi carnem, eiusque verũ sanguiné nobis propinari, & porrigi ex authoritate ipsius Christi tantum hoc beneficium conferentis iuuat iterũ confirmare: qui Ioannis 6. sic ait. *Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita:* Quæ quidé Christi verba ex contextu græco fideliter translata ita ordinantur. *Panis, quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mũdi vita.* Ex quibus verbis sic co. nectis, & semel, ac iterum iteratis luce meridiana clarius apparet, non ibi Christum figuratiué, aut tropice fuisse locutum, siquidé illam met carnem pollicebatur in cibũ, quã promittebat in crucem: quæ potissima argumentatio non nostra est, sed Theophilacti, qui adhunc Ioãnis locum sic ait. *Manifeste nobis hoc loco de dominica communione corporis sui dixit, nam panis, inquit, quẽ dabo, caro mea est quã ego dabo pro mundi vita.*

Ioan. 6.

Græci contextus tenor.

Ex ipsissimis Christi verbis concluditur eius realis existentia in Eucharistia.

Theoph.

Ex eadem etiam tanti dãtis authoritate argumentatur Petrus venerabilis, contra Petrubusianos, aitq; necessario negãdam esse Christi diuitatem, & omnipotentiam illis, qui hanc catholicam veritatem denegauerint, eumque falacem, & veritatis verba minime proferentem confiteri. *Si omnia*, inquit, *quæcumque voluit Dominus fecit, vtiq; & hoc quia voluit fecit: voluit vtiq;, & potuit, ac proinde fecit: si enim Deus omnipotens est, & Christus Deus est, bene ergo sequitur, quod quando Christus voluit corpus suum nobis vere præsens in Eucharistia exhibuit. Quod autem voluerit, & fecerit, ipsius verba indubitãter denũtiant, ait enim. Amen, amen dico vobis nisi mãducaueritis* &c. *Idest in veritate dico, non existimetis me verbis illudere, aut aliter, quam ipsa sonãt, quæ dixi, intelligere: nõ enim loquor figuratiué, aut tropicé, sed veré.* Hæc Petrus venerabilis,

Petrus venerabilis

Et voluit Christus, & potuit, & promisse, & fecit, vt sub panis, & vini specie bus consacratis corpus suum, & sanguis contineatur.

Ioan. 6.

ex qui.

ex quibus clarissime patet veram Christi carnem, eiusque sanguinem sub panis, & vini speciebus in hoc Sacramento cōtineri, necessarioque fatēdū esse Christum ipsum sub eisdem speciebus præsentem esse, siquidem potuit, siquidem voluit, siquidem promisit, siquidem iureiurando cōfirmauit.

De hac certe infalibili veritate non tantum mirū est Capharnaitas dubitasse, qui tūc fidei fundamenta nondum iacerant, cum christiani, qui fidem in corde se apprime radicatam gestare dicunt, in quæstionem vertant Christi potētiam, dubitentque vtrum potuerit carnem suam dare ad manducandū, dediritque sub panis & vini speciebus: qualiter Caluinistæ turpiter cōsueuerunt cogitare, Christi seruatoris verbis fidem non adhibētes: imò potius ea inadulterinos sensus trahentes, ac affirmantes ibi Christum figuratiue tantū, & tropice loqui: Quod ex eo prouenire docet P. Chrisost; quia humanis affectibus impediti, implicatiq; humana tantummodo cogitabāt: aduersus quos, & ad nostræ fidei synceritatem confirmandam hanc regulam ponit hom. 46. in Ioan. *Cum de rebus,* inquit, *spiritualibus disputamus; nihil saculare sit in animis nostris, nihil terrenum: sed omnia huiusmodi abeant, omnia relegentur: diuinos duntaxat sermones audiamus: nam si adueniente Rege omnis sedatur tumultus, multo magis Christo nos alloquente.*

Caluinistæ Christi verba in adulterinos sensus conuertētes dicūt, Christum hic tropice qui.

Chrisost. *Haretici impediti carnalib⁹ & terrenis desiderijs, terrena sapiūt.* Idē hom. 46. in Ioan.

Regula bene audiēdi Christum.

Maximam certe vindictæ animaduersionem, illis manere certum est, qui huic infalibili veritati Christi seruatoris authoritate stabilitæ, plenissimam fidem non adhibuerint. semper namque Deus in huius veritatis detractores, illique fidem non adhibentes, ita acriter apuriatus est, vt neq; circa eius vmbras illis dubitare permiserit, imò de eisdem vmbris dubitantes supplitijs maximis affecerit (*nem das sombras da sua verdade sofre Deos que se duuide*) in cuius confirmationem mirabilis est locus in sacra pagina regū 4. cap. 6. 7. vbi legimus quod cū Eliseus huius sāctissimi panis, quo ab inimicorum insidijs liberamur auxilium figuratiuè, & adumbrate in Samarię obsisione polliceretur dicēs. *Audite verbum Domini in tempore hoc cras modius simila, vno statere erit, &c.* Cumque regius quidam consiliarius quasi Capharnaitarum verba referens incredulus respōdisset. *Si Do-*

Semper Deus acriter animaduertit in veritatis suę detractores.

Regū 4. cap. 7.

minus

minus fecerit etiam catharactas in cœlo, nunquid poterit esse quod loqueris? quam certe temeritaté illius hominis, qui Dei promissionem nõ proprio ore relatam, sed solũ in vmbra prophetiæ pollicitam oppugnare ausus est, præfinita mortis sẽtétia Dñs castigauit: nam altera statim die (Assirijs fugiẽtibus) cum omnis populus Samariæ se se in eorũ castra prorripuisset, populi multitudine oppressus occubuit ille, qui de vmbra huius veritatis dubitauit: vnde optime Aug. serm. de tẽp. 211. ait dũ istũ locũ inhũcsẽsũ adducit; *Nũtiat propheta vbertatẽ, quã sola fides crederet & perfidia posse fieri denegaret: o perfidia hominis non credit promissã vbertatem? scelestissime cur mirabilibus non credis? Cur promitentem dominũ per horrescis? Crede quod credentibus datur: sed quia bonis tantis indignus es, hæc tibi videre conceditur, & posse frui denegatur.* Hæc August. vnde Cyrilus libr. 4. in Ioannem cap. 13. admonet dicens. *Aliorum perdocti pœna, cum Deus operatur, nõ quæramus quomodo, sed operis sui viam, atque scientiam illi concedamus.*

August.

Nan frui tur hoc diuino beneficio, qui illi fidem non adhibet.

Cyril. lib 4. in Ioannem cap 13.

Neque præcipuam quandam in hoc diuino mysterio circunstantiam, & dignitatem mittendam duximus, quam maxime aduertendam esse cẽserũt Patres, ex ea nanque clarissimè apparet tum Christi in suos munificentia singularis: tũ vera, realisque sub istis speciebus consacretis eiusdem Christi præsentia dũ ait. *Hoc est corpus meum*, dumque sẽper sub eadem verborum forma easdem sacramentales species præcipit consacrari, vt semper illum consecrantem se seque nobis in cibum donantem intelligamus; ideoque sibi huius sacramenti consecrandi virtuté ita reseruauit, vt alijs sacerdotibus non omnino comisisse videatur: quanquam enim sacerdos verba proferat nõ tamen ex propria authoritate profert, sed Christi consecrantis, neque ipsa consecrationis verba sacerdotem proferentẽ designant, sed Christum consacrantem indicant, neque ibi de sacerdotis verba proferentis corpore agitur, sed de corpore Christi, quod veré, & proprie cõsecratur, in cuius persona loquens sacerdos ait. *Hoc est corpus meũ*, vt Chrisostom. homil. 33. in Matthæum diligenter obseruat dicens. *Nõ sũt humanæ virtutis hæc opera, qui tunc ista, in illa cœna confecit, ipse nunc quoque operatur, ipse perficit:* & optime quidem à Patre Chrisost. ponderatum est,

Matth. 26

Sacerdos in consecratione panis, & vini non propriam sed Christi personã agit.

Christus est qui vere, & proprie consecrat.

Chrisost hom. 33. in Matth

quanquam

In reliquis sacramētis verba ministrialiactionē indicant, at vero in consecratione Eucharistiæ, verba cōsecrationis, nō ministrū, sed ipsū Christū consecratē demonstrāt.

quamquam enim in reliquis sacramentis verba proferant sacerdotes, quæ proprias ipsorum actiones significent, vt in Sacramento baptismi, & pænitentiæ, quæ quidem sacramenta sub hac verborum forma conficiuntur: *Ego te Baptizo. Ego te absoluo*, verba tamen quibus hoc diuinum Sacramētum conficitur non Sacerdotis, sed Christi actionem significant, vt quotiescumque celebratur hoc diuinum amoris beneficium, toties Christū celebrantem, Christum semetipsum nobis exhibentem, Christum nos metipsos operibus diligentem agnoscamus: quamquam enim, vt dictum est, verba proferat sacerdos, Christus tamen vt author præsens existit per os Sacerdotis loquens, & dicens: *Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus* non figuratiuè, aut tropice, sed verus, & realis, idemque *qui pro vobis, & pro multis effusus est*, quæ omnia Diuus Thomas in Ioanne diligenter, & acurate aduertit dicens. *In alijs sacramentis vtitur sacerdos verbis suis, vel ecclesiæ, hic autem vtitur verbis Christi, quia sicut Christus corpus suum propria voluntate dedit in mortem, ita sua virtute dat se in cibum.* O immensa charitatis exhibitio, quæ dilectionem

D.Tho.

A

operando in finē vsque deducis, idest, in perfectionem non enim sat fuit dare sua, adiecit, & se, non sat fuit se semel in cibum nobis exhibere, sed ipse se se in finem exhibendo tradit, vt vsque in finem suam in nos charitatem exhibeat, dū quotidie exhibetur.

Quotidie se se nobis exhibet Christus in Eucharistia.

B

Neque est cur amplius fatigemur in hac catholica veritate, Iudæis perfidis suggerenda cum Capharnaitica voce illa, vsque in præsentem diem vtātur dicētes. *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum*, non enim interrogant, vt acquiescant, sed more potius, & vt instar rabientiū canum murmurantes corrodant: non placuit māna murmurauerunt, nō placuit Christus murmurantes dixerūt ad inuicem: *Quomodo potest? Quomodo potest?* Vnde iam ex ipsorum potius impietate, quam ex desiderio tenēdæ veritatis hanc eorum interrogationem prouenire existimamus. De quibus Sedulius Poeta hymno 1. optime, & conuenienter ait.

Ioan.6.

Iudæi ad instar canum murmurantes corrodūt.

C

Non tenēda veritatis desiderio, interrogat Iudęi, sed malitia.

D

Murmurat impietas manna veniente referta
Panis adest Christus, murmurat impietas.

Sedulius himno 1.

Accedant igitur nunc perfidi murmuratores, & increduli

Capharnaitæ,

Capharnaitæ, & vel hanc nimiam dilectionem non experientes, vel Christi seruatoris omnipotentiam denegantes S. Patrem Chrisost. interrogent dicentes: *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Quibus præsto respondebit, vt prius incredulitatis velamen á cordis oculis a moueant, & statim quomodo posſit Christus carnē ſuā dare ad manducandum intelligent, nam vt ad hunc Ioánis locū ait ipse Chrisost. *Vbi primum mentem subit cogitatio incredulitatis, statim erumpit ex ore vox hæc. Quomodo potest.*

Ioan.6. — Chrisost.

Quod si adhuc proteruiētes interrogent, quomodo posſit Christus nobis carnē ſuā dare ad mãducandū: virū ſuæ originis, & gentis percōtētur, Rabbi nempe Cahanam, & illius saltem responsione quiescant, qui illud Geneseos exponens, cap. 49 *Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ palium suum*, quod de hac Eucharistica veritate, in qua ſumus intelligendum esse censent Tertullianus lib. 1. in Iudæos: Iustinus Martyr in dialogo cum Thyphone Iudæo: Petrus Galatinus lib. 10. de arcanis fidei locum igitur exponens Rabbi Cahana ita commentatur: *Lauabit in sanguine vuæ palium suum, idest, diuinitatem suam, quia sicut palium totū hominem circundat, ita Deus totum replet mūdum: rubiores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores, hoc est in sacrificio, quod fiet ex pane, non obstante quod album sit veluti lac conuertetur in substantiam corporis Mißiæ. Eritque in ipso sacrificio substantia sanguinis rubra vt vinum: erunt itidem in sacrificio vini sanguis, & caro Mißiæ, & eadem erunt in pane.* Tantū igitur suæ gentis virum Capharnaitæ interrogent, abeoque sciscitētur quomodo potest Christus carnem suam dare ad mãducandum, illumque iam tãquam testem omni exceptione maiorē laudent, probētq;, nec amplius quomodo posſit inquirant.

Gn 49 — Tertull. Iustinus Marty. Petrus Galatin. Rabbi Cahana — Conuincātur Iudæi authoritate Rabbini sui.

Quod si adhuc quomodo Christus carnem suam dare posſit ad manducãdum inquirant, non tamen in eos acriter insurgemus, sed illos in Dei omnipotentia salubriter informabimus, Christi doctrinam sequētes, qui (vt lib. 4. in Ioãnē cap. 14. Cyrillus obseruat) *Misericors certe, ac mitis est, nec aspere ad incredulitatem eorum respondit, nec cum illis vllo modo contendit, sed viuificā huius mysterij cognitionem iterum atq; iterum in mentibus eorum impri-*

Cyrill.

mere

mere laborauit. Vt igitur eosdē Iudæos in eadem fide, & veritate informemus, quādo, *quomodo potest*, inquirunt, ipsos etiam interrogemus: quomodo ex Egypto exierunt? quomodo in serpētē fuit virga cōuersa? Quomodo manus affecta lepra in momento temporis in pristinum statum iterum restituta fuit? quomodo in naturam sanguinis aquæ transierunt? quomodo Patres eorum per medium mare, vt per aridam effugerunt? quomodo per lignum amaritudo aquarum in dulcidinem conuersa est? quomodo è lapide fontes aquarum defluxerunt? quomodo solo clamore in expugnabiles Hyerico muri corruerunt? quomodo vxor Lot in statuam salis conuersa fuit? quomodo asinaBalaam potuit verba de articulata promere? quomodo Sol stetit sub Iosue? quomodo idē retrogradu cucurrit sub Ezachia? quorum omnium quæ ita contigisse indubiè fatentur, & tenent, cum rationem reddere non valuerint, præterquamDei omnipotentiam, eiusque beneplacitū per eandem quoque hoc my sterium factum esse respondemus, & ita vel illa negare, vel istud plane confiteri coacti, veram fidem exhibebant.

Exod. 3. Exod. 4. Exod. 4. Exod. 7 Exod. 14 Exod. 15 Exod. 17 Iosue 6 Gen. 19. Num. 22 Iosue 10. Regū 4. cap. 20.

Neque minus idonea sunt ad istorum perfidiam obruendam illa, quæ homil. quinta, de Pascate habet Emissenus dicens: *Quanta, & quam celebranda beneficia vis diuina benedictionis operetur attende, & vt tibi nouum, & impossibile non videatur, quod in Christi substantiam terrena, & mortalia conuertantur, te ipsum qui iam in Christo es regeneratus ininterroga, dudum alienus à vita, peregrinus à misericordia, à salutis via, intrinsecus mortuus exulabas, subito initiatus Christi legibus, & salutaribus mysterijs innouatus, in corpus ecclesiæ, non viuendo, sed credendo transisti, & de filio perditionis, adoptiuus Dei filius fieri occulta puritate meruisti. In mensura visibili permanens maior factus es te ipso inuisibiliter, sine quantitatis augmento, cum ipse atque idem esses, multo aliter fidei processibus extitisti: In exteriori nihil aditum est, & totus in interiori homine mutatus es, ac sic homo Christi filius effectus. Sicut ergo sine corporali sensu præterita vilitate deposita, subito nouam indutus es dignitatem, & sicut, hoc quod in te Deus læsa curauit, infecta diluit, maculata deterfit, non oculis, sed sensibus tuis* credis

Gregor.

Ex opere conuersionis adgratiam probatur veritas Eucaristia

credis; ita & tu cum ad reuerendum altare salutari cibo, potuque reficiendus accedis Sacrum Dei tui corpus, & sanguinem fide respice, honore mirare, mente cōtinge, cordis manu suscipe, & maxime haustu interiori aßume. Hęc omnia Emissenus, ex quibus manifestißime comprobatur super naturalis, & diuina illa transubstantiatio substātiæ panis, & vini, in corpus, & sanguinem Christi, quodquidem corpus, & sanguis Christi sub eiusdem panis, & vini specibus consacretis continetur.

Debellatis iam Capharnaitarum machinamentis accedant hæretici sacramentarij, & suū. *Quomodo potest*, obijciāt dicantq; philosophātes. Quo modo potest tanti corporis moles sub breui hostia contineri? quomodo potest & hæc corporis moles subqualibet ipsius hostiæ parte circunscribi? quomodo possunt esse sine subiecto accidētia? quomodo possunt ipsa accidentia vim alendi, vegetandique sortiri? quomodo posʃit caro viua mā ducari, & viuus sanguis hauriri? quos statim conuincet Ambrosius ad hunc Ioannis locū dicens. *Liquet quod præter naturæ ordinem virgo generauit, & hoc quod conficimus corpus ex Virgine est, quid ergo hic ò hæretice quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse Dominus IESVS Christus partus ex Virgine? Vera vtique caro Christi est, quæ crucifixa est, quæ sepulta est, vere rum ergo carnis illius Sacramentum est.* Hoc idem nostræ fidei argumētum, ad eūdem locum Ioannis prosequitur Augustinus hæreticos deridens, quod sui limitati ingenij mensura, vellint incomprehēsibilia Dei mysteria cōprehendere. *Ergo* (inquit August.) *tu hæretice fidem metiris ingenio, in sanis quidem, nam in talibus rebus tota ratio facti, est potentia facientis.* Neque missa faciēda sūt illa, quæ sermone 141. habet Petrus Chrisol. circa eandem fidei veritatē dicēs. *Nec minimū quidē operū Dei assequi poteris sine fide, dicente scriptura omnia opera eius in fide, sed tu hic totum vis de ratione constare, vbi totū consistit in fide, quod tamen non sine ratione subsistit, sed ratione Dei non tua ò homo. Quid tā rationabile, nisi vt Deus quicquid voluerit posse. Qui quod vult non potest, Deus non est.* Hæc Chrisol. Huius ergo tāti beneficij causa, & ratio nulla alia fuit, quam Dei omnipotentia, secundum quam infinitum hoc beneficium in homines

Marginal notes:

Ambros.

Ex operi ineffabili incarnationis probatur veritas Eucharistiæ

Augst. super eundem Ioannis locū

Hæretici mysteria fidei, volūt suo ingenio mēsurare.

In Christi mysteriis nulla ratio dāda nisi eius potentia.

Petrus Grisol.

Ad Dei opera consequenda fides maxime necessaria.

Qui quod vult non potest Deus nō est

Eucharistiæ beneficij nulla alia causa potest assignari, nisi Dei omnipotẽtia, Christiq; in nos dilectio singularis Ecclesia mater in hymno.

homines contulit, quia homines in infinitum dilexit, vt igitur Deus potens panẽ trã. substantiauit in carnem suam, & vinum in sanguinem, & vt affectuosus dilector carnẽ suã porrexit in cibum, sanguinẽq; suum nobis propinauit in potum, *vt duplici substantia totũ cibaret hominem*, dum totus homini sub speciebus panis, & vini exhibetur, nescit enim dimidium, sed diligendo tendit in finem.

Ex hoc eucharistia beneficio, maxime roboratur Cyrilli expositio nostri contextus in finẽ dilexit.

Ex hac admirabili, tanti Christi in suos collati beneficij largitate, maxime certe corroboratur nostri contextus expositio quã tradit Cyrillus, & quadocet, idẽ valere in finẽ diligere atque vsque ad vltimã perfectionem dilectionẽ producere: nam secundum hanc immensam Christi largitatẽ in suos, neutiquam (diligere in finem) idem valere potest, atque (vsque ad mortis perpessionem, siquidem tale beneficium, contulit quod neq; sua, neque suorum morte terminetur, cũ post ejusdẽ mortis perpessionem quotidie exhibeatur, & post suorum mortem operetur in suis, vt August. lib. 9. de ciuitate Dei diligenter obseruat dicens. *Nec enim piorum animæ defunctorum separãtur ab hac mensa, alioquin*

Eucharistie beneficiũ neque Christi, neq; suorũ morte terminatum

August.

neque ad altare Dei fieret eorum memoria. Cui suffragatur Pat. Chrisost. hom. 41 in primam epist. ad Corint. vbi sic ait. *Nõ temere qui altari assistit inter horrenda mysteria clamat, pro omnibus in Christo quiescentibus*. Talis enim conditionis, & tã ampla est hæc amoris exhibitio, vt neque conferentis, neq; accipientis morte terminetur, sed ad huc post mortem tendat in finem.

Chrisost.

ANNOTATIO L.XXXII.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

Inquiruntur causæ, & rationes cur potius in cibum, & potum, quã aliquo alio modo se se nobis Christus præbuerit.

QVOMODO posset Christus nobis carnem suam dare ad manducandum inquirebant Capharnaitæ, quorum oculos perfidiæ velum tegebat, nos vero quibus fides supplementum præbet cum sensus experiendo de-

do deficiũt; nõ quomodo possit prescrutamur, quia de eius omnipotentia non difidimus; sed cur potius se se in cibum sanguinemque suum in potũ nobis exhibeat, inquirimus; quod non temere, aut superbiendo, facimus, sed vt consũmatæ Christi in suos dilectionis adinuentiones monstremus.

Ideo igitur se nobis in cibũ & in potũ Christum exhibere ait August. vt nostris desiderijs, & appetitui satisfaciat: *Cum cibo, & potu*, inquit, *id appetant homines, vt non esuriant, neq; sitiant, hoc vere præstat iste cibus*. Ex quibus August. verbis bene infertur Christum in Eucharistia hominibus morigerari, seque ad eius desideria accomodare, vt illis placeat, vt lib. 4. super Lucam obseruat P. Ambrosius dicens: *Factus est Christus pauperibus pauper, diues diuitibus, flens flentibus, esurientibus esuriens, sitiens sitiẽtibus, profluus abũdãtibus: in carcere cum paupere est, cum Maria flet, cum Apostolis epulatur, cum Samaritana sitit, in deserto esurit, vt cibus primi hominis, quẽ præuaricatione gustauerat, jejunio Domini solueretur: se denique dat in cibum, vt hominũ appetitui inseruiens, à nociuis epulis abducat*. Quod etiam argumentum in serm. de terrenorum cura despicienda prosequitur Pet. Chrisologus cum ait. *Tibi ò homo Christus Rex, tibi sacerdos, tibi pastor, tibi sacrificium, tibi ouis, tibi agnus, tibi totum factus est, qui fecerat totũ: & qui sibi nunquam, tibi toties immutatur, propter te varias monstratur in formas, qui manet vnica suæ Magestatis in forma*. Hæc Pet. Chrysologus, ex quibus, & ex supra dictis certe patet Christum seruatorem nostras necessitates, & desideria auscultare, vt perficiat, se ipsum nostris desiderijs accõmodãdo, quod præcipue apparet in hoc eximio dilectionis beneficio, quod consummata dilectio eum cõpulit erga homines exercere, se nẽpe ipsum sub speciebus panis, & vini in cibum, & potum exhibere, quia vt supra ex Augustino dictum est, cibum, & potũ per quam maxime appeti ab hominibus cognouerat.

Nouit quippe Dominus hominum naturam crebro fastid re, de omnibusque tædere, & semper aliquid noui exoptare, & ideo ex propria carne confectum exhibet nouum cibum, & ex proprio sanguine nouum calicem porrigit. *Nauseat*, inquiũt Israelitæ, *iã anima nostra super cibo isto leuissimo*,

Marginalia (left): August. — *Prabet se Christus in cibũ & potum vt sa ipsa eiet hominũ appetitui.* — *Morigeratur Christus in Eucharistia hominibus, dum ex se ipso dapes conficit* — Ambros. — *Accomodat se Christus infirmitatibus humanis.*

Marginalia (right): Chrisol. ser. 23. de terrenorũ cura — *Omnia omnibus Christus factus est vt omnibus placeat, & subueniat.* — *Abscultat Deus hominũ pia desideria, vt perficiat, & præcipue id efficit in sacrificio Eucharistia.* — Num.

dum

laboret Deus, vt tædiū ab animab⁹ nostris auferat, a iustis cupi ditatibus nostris imo rigeratur Num. 21 Genes. 27. Iob. 31.

dum de suauissimo manna angelicis manibus ministrato illos statim tæduit. De dapibus expinguissimis edis confectis, probæque vxoris manibus mirifice cōditis, quibus antea libenter vescebatur Isaac, iam tędet, iam venalia appetit. Superabundanti ciborum copia incrassati, & impinguati domestici Iob, Domini sui carnem ad manducandum exoptant, vt ipse testatur dicēs: *Dixerūt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius, vt saturemur.* Circa quæ Sācti Iobi verba mirabilis est in hunc sensū, quē prosequimur Sancti Pat. nostri Greg. expositio, dum duos populos tędētes seu nauseantes (*enfastiados, & antojadissos*) nouūq; cibum exoptantes inducit dicēs. *Viri tabernaculi eius de carnibus illius satura ri cupiunt, vel judæi persequentes, vel gentiles, credentes, quia illi moliti sunt corpus Christi extinguere, & isti esurientē mētem suam desiderant quotidie in immolationis sacrificio de eius carnibus saturari.* Hūc eundē Iobi locū de carne Christi, & de gentiū auiditate ad illā in Eucharistia manducandā intellexit Chrisost. hom. 45. ad cap. 6. Ioannis.

Gregor

Adeo sem per tædium Iudæis de Christi carne in Eucharistia, vt etiā super illa⁹ vmbra nauseārēt animæ illorum.

Chrisost.

Sed vt interim auidissimū desideriū, quod Iudæos tene-

A B C D

bat corporis Christi per inuidiam dilaniādi, eorūque in eū tædium dimittamus iuuat potius audire Ecclesiā ex gentibus collectā hircorū, arietūq; carnes fastidientem, de omnibusque synagogæ sacrificijs tædentem, & saluatoris, fūdatoris q; sui carnē in cibū mirificè exoptantem, ejusq; sanguinē in potū auidissimē cupientē. *Osculetur*, inquit Cant. 1. *me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino.* Vbi per vini asperitatē; duritiā, & rusticitatē pręceptorū cęremoniarūq; & sacrificiorū significat, quibus anteá alebatur, seque de illis maxime tædere demōstrat, & dulcedinē noui cibi, qui in nouo sacramēto exhibetur jā labijs experire, & degustare cōcupiscit, & petit dicēs: *Osculetur me osculo oris sui.* Ita nāq; istū locū exposuit Origenes in lib. quatuor homiliarū in Cātica dicēs. *Per vinū illa intelligenda sunt præcepta, & dogma, quæ per legē, & prophetas, ante Christi aduentū sponsa sumere cō sueuerat: sed nunc considerās hāc suauitatem, quæ exuberibus profluit sponsi, miratur, & stupet dicēs. Osculetur me osculo oris sui.* Quod si aliquibus videatur ab hoc sensu quem prosequimur hic locus aliquātum alienus, existimetq; Origenis expositio

Tedet nouā Ecclesiam, de sacrificiis veteris synagoga.

Cantic. 1

Quid per uinū hic intelligatur,

Quid per osculum quod petit spōsa intelligatur.

Origen.

nem non esse intelligendã de desiderio, quo spõsa hũc Christiadum cibum exoptabat, sed potius de Christi doctrinæ suauitate, eandẽ sponsam, siue Ecclesiam ex gentibus coadunatam clarissimis verbis hũc cibum exoptãtem iterũ exaudiat. *Quis mihi*, inquit, *det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, & inueniam te foris & deosculer te.* Vt igitur his verbis Ecclesiam hunc diuinum cibum exoptantem agnoscamus, ipsius verba sensatim põderemus, in prioribus enim verbis istius loci; verbi incarnationem exoptasse, in posterioribus vero hunc diuinum cibum desiderasse cogitamus. *Quis*, inquit, *mihi te det fratrẽ meum sugentem vbera matris meæ*, idest quando appropinquabit tempus, in quo homo factus, meamque tibi naturã adiungẽs humanus appareas, sicut ego huma sum, & ad instar hominis ad vbera Beatissimæ Virginis matris educeris. *Quis* secundo *mihi det vt inueniam te foris*, idest non in propria pueri sugentis vbera specie, non in propria forma carnis, & specie, sed extra carnis speciem, & specie panis tectũ, vt tunc ore apprehendam labijsque pergustare possim, & oscula figam. Hanc nostram mentẽ circa hæc sponsæ verba corroborare videtur Ambrosius dũ eadẽ verba exponit dicens. *Foris sibi Christus factus est, vt mihi intus esset*: quasi si diceret; extra suam propriam carnis speciem se se exhibuit, vt sumeretur á nobis, & commisceretur nobiscum: sic igitur foris eum exoptat sponsa, vt osculetur: bene enim Christum dicitur osculari, qui proprio ore, proprijsque labijs ipsius carnem tangit, dum sub panis speciem valatum, & tectum sumit, vt eleganter annotauit. Theodoretus dum priora illa verba 1. Canticorũ exponit: *Osculetur me osculo oris sui* dicẽs. *Nequis osculorum vocabulo perturbetur, cõsideret quomodo mystico sponsi tempore, spõsi corpus mysticẽ suscipientes complectimur, & osculamur, atque oculis cordis imponimus, & animo, ac cogitatione quasi complexus quosdam affigimus.*

Ad proficuã igitur, & suauem horum dulcissimorum amplexuum, & osculorũ dulcedinẽ perpendẽdam, & pergustandam, jam cum deuoto Pat. Guarrico Abbate accedamus, vt ex ea commodum aliquod cum delectatione percipere possimus, dum enim paterni osculi suauitatem, & amplexus considerat, quibus Dominus

Cant. 8.

Exoptat sponsa Ecclesia siue facta anima osculari carnem Christi in Eucharistia.

Exponitur locus supracitatus.

Ambro lib. de instit. Virgin cap. 1.

Qui Christum proprie osculari dicatur.

Theod.

Osculatur & amplectitur Christus à fidelib' in Eucharistia.

Prodigi filij pater D

minus sub patris filij reuertétentis persona peccatorem reuertentem excipit, & cui vitulum saginatum parat in cibũ, idest, cui corporis & sanguinis sui eduliũ administrat sic ait: *Amplexus ille, & osculum paternæ pietatis, quid non habet gratiæ, & dulcedinis? Quid non felicissimi gaudij quid suntissimæ voluptatis? Cum sic super filiũ pius pater affectat, quid agit amplectens, & osculans, nisi illum sibi, vel se ipsum illi insinuare?* Optime certe clarius enim exprimere non poterat, id quod Christus pollicitus fuit dũ hũc diuinum cibum promisit dicens: *In me manet, & ego in illo.* Vlterius progreditur Guarricus dicens: *Se tunc illi Christus inspirat vt adhærendo sibi vnus secum fiat spiritus. Parum fuit illi viscera sua miserationis non claudere miseris, ideo in ipsa eos sua viscera trahit suisque inserit membris. Non poterat nos sibi arctius astringere* (Não nos pode dar mais apertados abraços) *Non poterat nos magis intimos habere* (Nem nos pode fazer mais de seu seo) *quam vt nos corporaret sibi, & sicut charitate, sic virtute ineffabili.*

Vitulus saginatus, Christi corpus in Eucharistia.

Guarric.

Ioan. 6.

Astringit nos sibi Christus in Eucharistia. Per Eucharistiã factisumº Christi intimi.

Videamus nunc apud Rupertũ Ecclesiam Christi spõsam nostramque matré postquam auide concurrit, forasq; dilectum inuenit, & osculata est, eisdem osculis fruentem, ijsdemque amplexibus Christo sponso suo dilectissimo inhærentem, eorumque suauitate, & gratia adeo refertam, vt ab omni prorsus alio mũdano gaudio, & voluptate aborreat. Quod in Samaritanæ euentu Ioan. 4. præfiguratũ fuisse docet Rupertus in ejusdé Ioan. loci expositione dicens: *Vbi primũ mater nostra Ecclesia, quæ prior nobis Iesum foris inuenire meruit, & gratiam, & spiritum eius accepit, ita protinus omne sæculi onus abiecit, vt miraculum grande fieret cunctis mundi amatoribus.*

Rupert.

Samaritana potes siccar, noua Ecclesia tipus fuit.

Vidimus synagogã Christi carnem, vt deuoraret exoptãtem: vidimus nouam Ecclesiã de veteribus cibis tædentem & hunc nouum desideranté, vt alatur, reficiatur, satietur, & affluat: videamus nunc Christum Dominum vtrique morigerantem, & dicentem, *hoc est corpus meum, accipite, & manducate,* quasi diceret quamquã in præsenti edulio panem, vinumque oculus, sapor, gustus, & tactus se vidisse profiteantur, tamen hoc firmiter tenete, sub hujus panis, & vini speciebus meam illam carnem contineri, & sanguinem, quem exaurire, & deuorare,

Mat. 26.

Carnis suæ edulio, tã Iudæis, quã gentibus morigeratur Christus.

auidissimé exoptabatis, ideoque ò Iudæi persequendo deuorate, & vos ó gentiles communicãdo suscipite, ne ãplius fastidiatis. Quos conueniẽtèr certé alloquitur Pater Grego. hom. 36. in Euangelia dicens. *Si adhuc carnales estis, & fortasse epulas carnales inquiritis, ecce ipsæ carnales epulæ, in spirituale vobis alimentum conuersæ sunt: ad abstergendum namque mentis vestræ fastidium in cæna Dei ille vobis singularis agnus est occisus.*

Gregor

Circa tantam igitur, tamq; mirabilẽ dilectionis ad inuentionem jam fas est exclamare, dicereque. O inaudita dilectionis dignatio! ó amoris fortitudo & vis! ó consummata Christi dilectio! omnium desideria, vt perficias absculcaris & absculcata perficiendo ad imples, dum propriam carnẽ præbes in cibum, & propriũ sanguinem propinas in potũ. Omnes tamen has adinuẽtiones necessarias fuisse ait Bernard. ad animas nostras in diuinam dilectionem, & desiderium alliciendas, dicẽs in suo de passione. *Nec enim minus remedium necessarium erat ad eas animas, quæ cupiditatibus agebãtur* (almas entojadissas) Et fortassis ideo Dominus diuinum istum cibum toties inculcauit, vt tædentium appetitus ad illius esum incitaret, nã vt ser. 1. de Resurrectione P. Guarricus obseruat. *Qui epulas commendat, famem irritat.* Neque pestilẽtior morbus animabus nostris poterit contingere, quam si fastidium tãti, tamq; suauissimi istius cibi cõcipiãt vt idem Guarricus serm. 1. de Spiritu Sancto obseruat dicẽs. *O fastidium tinea cordium, rubigo mentium, langor pessimus animarum: quod abominari facis bonum Dei verbum, contemnere cæleste donum, fastidire mãna propter ollas carnium. Quæ enim lues tam pestifera, quis morbus tã letalis, qui sic faciat hominẽ immemorem suæ salutis.* Atqui conuenienter certe propriæ salutis, oblitũ appellat Guarricus illũ, quẽ de suauissimis Christi dapibus tædet: nã vt in suo sententiarum lib. sent. 10. Diu. Prosper. obseruat: *Sicut corpori noxium est, escam corpoream non posse percipere, ita animæ periculosum est, spirituales dilitias fastidire.*

Omnes ad inuentiones, quas Christ⁹ ad inuen. t, vt nobis inuitaret ad edendũ hunc cibũ necessariæ fuerũt.

Inuitat Christus tã frequẽter ad hũc cibum, vt excitet appetitum.

Guarric

Malũ letale est Christi corpus fastidire.

Idẽ Guarric.

Recensentur mala quæ causat Eucharistiæ fastidire.

Qui Eucharistiã fastidire solet propria salutis est immemor.

Prosper.

Spirituales dilitias fastidire, animẽ exitiũ est.

Si igitur ò peccator iam anima tua nauseat supra cibo mundano verè leuissimo, idest si iã te de sæculi vanitatibus, de carnis illecebris tædet, ad admirabilem hunc cibum accede, gusta, & vide quoniam suauis est Dominus, nunquam

enim

enim semel gustans, amplius A nauseabis, iste enim cibus est vt Elias Cretensis obseruat, in quo omnis cupiditas pedē ponit, vt docte etiam ponderauit Phylo Iudæus lib. 2. legis alegoriarum dicens. *Vt ardor ille desiderij, & nunquam satiata voluptas hominum sedaretur se ipsum præbet Christus in cibum, & potum plenum lætitia, & gaudio, vt confirmentur animæ, & occupentur diuina ebrietate.*

Elias Cretensi.

Phyl. *Vltra Eucharistia cibum nihil est, quod possit exoptari.*

B

Vt igitur auidius manducemus hunc tantum cibum, & vt hunc tantum potum ebibamus Patrem August. vnumquemque nostrum alloquentem, & ad tantam illius suauitatem degustandam admonētem auscultemus, qui in suo C de substantia dilectionis, & amoris sic nos inuitat dicens: *Suge, suge ó apicula, & bibe dulcoris tui inenarrabilem suauitatem, immergere, & replere, quia ille deficere nescit, si tu non incipis fastidire, adhære ergo, & inhære, summe perfruere, quia si sempiternus gustus fuerit, sempiterna quoque beatitudo erit.*

(·:·)

August.

Eucharistię cibus nunquam deficit, nisi quando fastiditur.

ANNOTATIO L.XXXIII.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit

Assignatur secunda ratio cur se nobis potius in cibum, & potum exhibuerit Christus, quam aliquo alio modo.

VT secundā rationem assignemus, cur potius in cibū, & potum se se nobis Christus exhibuerit necesse est vt in memoriam repetamus amorem esse animæ spiritualem natiuum calorē, quo deficiente statim tabescit, & perit, vt clare inuit Ioannes 1. epistola cap. 3. cum ait. *Qui nō diligit, manet in morte*: quemadmodum igitur deficiente D natiuo calore in homine statim moritur, ita deficiente in anima dilectione, tabescit. Et sicut cum ista materia cibi deficit in stomacho, statim maxima fame laboramus, quia dū calor natiuus materiam, qua alatur, non inuenit. in propriā aliti substantiam inuehitur,

Amor animæ calor quo viuit & nutritur.

1. Ioan. 3

Ad extinctionem amoris, quodāmodo extinguitur anima.

dumque natura tanto detrimento subuenire desiderat, perquam maxime cibum appetit, qui si ad tempus deficit, proculdubio deficiet homo: ita anima cui natiuus calor amor est, non solum fame, per quam maxime laborat, dum deficit amor, sed si cunctādo deficiat, penitus tabescet, & morietur, quam de animæ vita philosophiam docet P. August. in suo de substantia dilectionis, & amoris; vbi sic ait, *vita cordis amor est, & ideo omnino impossibile est, vt sine amore sit cor, quod viuere possit.*

Ad defectū amoris, famē quodam modo patitur anima.

August.

Amor vita cordis.

Vt igitur Christus tātæ necessitati subueniret, ne animæ suorum fame tabescerent, dū amor deficeret, excellentiori, pinguiorique cibo, qui potuit excogitari, earum natium calorem alere decreuit, vt dum alitur cibo, nec fames afficiat animam, nec anima fame affecta tabescat, quod expresse ait dum dicit; *nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis.*

Eucharistię animę nutrimentū, in quo eius natiuus calor sustētatur

Ioan.6.

Adhuc tamen viget dubitandi ratio, nempe cur potius corporali nutrimento, quam spirituali animam Christus sustentet, & alat, cum præsertim possit suæ præsentiæ exhibitione eādem reficere? vescitur namque anima oculis, vt corpus ore, attestante Regio vate, & dicente. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Ergo si cū apparuerit, satiabitur, oculis proculdubio manducat, & vescitur. Bene igitur poterat Christus, quotiescūq; natiuus animæ calor remitteretur, eūdem sua præsentia reformare: si namque naturæ secundum aliquos concessum est posse suauissimis florum odoribus humana corpora sustentare, Cur potius, illius suauissimi floris, qui flos campi, & liliū conualium appellatur, exhibita visione, odoreque percepto, non reparabitur nostrarum natiuus calor animarum, vt ament, & amando non pereant? Ad quam obiectionem respondet P. Chrisost. in cap. Ioan. 6. homil. 45. Non satis habuisse nimiam Christi dilectionem, vt eum oculis videremus, sed voluisse, vt illum corporaliter tāgiremus, & vniremur cum illo, *Christus Dominus*, inquit Chrisost. *Ob nimium erga nos amorē, non solū à nobis videri, sed etiā tāgi, & desiderio sui omnes impleri voluit.*

Cur Christus corporali nutrimento, id est, carne sua spirituale animam sustentet.

Psal. 16.

Cantic.1

Cur Deus voluerit corporaliter manducari.

Chrisost.

Optime quidem de more respondet Chrisost. sed vt omnem prorsus dubitandi rationem de medio tolamus, mirabilesque consūmatæ Christi

in

Anima rationalis duob⁹ modis consideratur.

in suos dilectionis ad inuentiones monstremus, aduertere necesse est, duobis modis posse animam rationalem cōsiderari, vel provt est corpori coniuncta, vel ab eodem separata: quatenus igitur corpore coniuncta est, á corpore depēdet, itavt corporis detrimentum, in ipsius incōmodū quodammodo vergere videatur. Quod fortasis inuit sapiens cum alixit. *Corpus, quod corrūpitur aggrauat animā*, cū enim necessarium alimentum á corpore abstrahatur, præparatur disponiturque ipsum corpus ad separationem ab anima, & cum in anima sit quædam naturalis propensio ad vnionem cum corpore aggrauatur, patiturque anima (vt loquamur ita) quando patitur, & corpus.

Anima corpori cōiuncta ab illo quodāmodo dependet.

Sapiētia 9.

Inest in anima naturalis propensia ad vnionem cum corpore.

Consideratur secundo anima á corpore separata, iāque à corporis vnione soluta, dum beata viuit cū Christo, qualiter tamen consideretur, semper Christo, vt vero sibique peculiari cibo pascitur, quādo enim corpori cōiuncta est, & corporali modo nutritur, se se ipsum Christus ei prabet in cibum corporaliter exhibitū: postea se per uisum dū separata fuerit præbiturus in gloria: in cuius confirmationem Damascenū audiam⁹, qui lib. 4. c. 14. cōceptis verbis rēprotulit. *Si incorporij essemus*, inquit, *incorporea dona nobis sufficerent, tamen quia anima corpori coniuncta est, oportuit, vt sensibili modo nutriremur.* Quod etiam argumentum serm. de cœna Domini prosequitur Cyprianus dicens. *Sicut panis communis, quē quotidie edimus, vita est corporis: ita panis iste supersubstātialis vita est animæ, & sanitas mētis. Panem angelorum sub Sacramento manducamus in terris, eundem sine Sacramento manifestius edemus in cælis, no ministerio corporali, sæpé repetitis actionibus ad eundem reuertentes, sed cōsummato sacerdotio nostro, erit, & permanebit perpetua, & stabilis implens, & reficiens nos sufficientia, qua proferet se palam absque vllis in tegumentis, omnibus cōspicabilis sūmi præsentia sacerdotis*, hæc Cyprianus. Ex quo iam clare apparet quomodo consummata Christi in suos dilectio ad inuentiones quæsi erit, vt eisdem munera largiretur, & se ipsum præberet dilectis, nunc in corporalem cibum dum ait, *Accipite, & manducate hoc est corpus meū*, & postea per uisum: nunc ad manducandum, postea ad videndum, cum semper idem permaneat verus Deus, *tam vere* enim, vt ait Algerus lib. 2. c. 3.

Anima separata.

Anima tam separata, quam corpori coniuncta semper pascitur à Deo. coniuncta per carnis Christi manducationem, separata per beatificam visionem.

Damasc.

Cur sensibili modo Eucharistia enutrimur.

Cyprian

Quomodo Christus in gloria animas nostras pascit

Christi dilectio eximia ad inuentiones quasi nit largiendi munera, & prabendi se.

Mat. 26.

Algerus.

sedat

Tam vere sedat Christus ecclesiæ ad gratiam, quã vere se dedit beatis ad gloriam.

se dat modo ecclesiæ suæ ad omnem gratiam, quã vere se ipsum daturus est sanctis ad gloriam.

Vidimus cur potius in cibum, quám aliquo alio modo seipsum suis exhibeat Christus, videamus iam cur sanguinem suum porrigat in potum: ad cuius meliorem intelligentiam reuocandum nobis eit in mentem id, quod cum D. Bernardo de absentia annotatione 27. annotauimus; nempe absentiam esse amoris nouercam: quam igitur tunc dilectionis nouercam nominauimus, nunc desideriorum matrem appellamus. (*Ausencia he madrasta do amor, mai das saudades*) Cũ autẽ secundum August. desideria sint animę sitis ne in suorum animis eius absentia dum vadit ad Patrem adeo intensa gigneret desideria, vt animas penitus extinGueret, sanguinem suum porrexit in potũ, quo absentia reprimatur, quo mitescãt, desideria, quo eorũ sitis extinguatur. Optimé quippe nouerat amorem famem incutere, & absentiam sitim parere, qui morti propinquus famẽ patitur, vt fatetur dicens, *desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum*; & qui dum proficiscitur ad Partem siti æstuans exclamat dicẽs, *Sitio*. Cum ergo amor famẽ incutiat præbet se Christus in cibũ, cũ absẽtia sitim pariat, suũ sãguinẽ præbet in potum, vt se totum det suis, nescit enim dimidium cõsummata dilectio, sed vlterius operando tendit in finem. Vt igitur sitim omnimode expellamus ex salutiferi istius potus abundanti fonte nobis bibendum esse docet August. ne siti consumpti deficiamus in via, sed ad æternam Patriam perueniamus: sic enim ait in expositione cap. 7. primæ Epist. Ioannis. *Si non vultis in ista eremo siti mori, ex hoc fonte bibite, quem posuit Christus in ecclesia ne deficiamus.*

D. Bern.

Absentia amoris nouerca, & desideriũ mater.

August.

Cur Christus sanguinem suum porrigit in potum.

Mors famen, absẽtia sitim efficit, & quomodo

Lucæ 22.

Ioan. 19

Nescit dimidieta tes cõsũmata Christi dilectio

Ex sanguinis Christi fonte bibere debemus ne amplius sitiamus.

August.

Sed noua nunc circa pretiosissimi istius sanguinis haustum, dubitãdi ratio exurgit, diuina enim sibi obuiari videtur de illius sumptione præcepta: nam Deut. cap. 12. sub mortis comminatione, semel ac iterum interdicitur sanguinis esus: in lege vero gratiæ sub vitæ intermissione præcipitur, vt sanguis bibatur ipsa veritate dicente Ioan. 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Cuius dubij solutionem á D. Patre Cyprian. accipite, & ab eius doctrina salutarem educationẽ auferte. *Lex esum san-*

Deut. ca. 12.

Interdicitur in lege veteri sanguinis haustus, seu Esus.

Ioan. 16.

Cur in lege Veteri sanguinis haustus prohibitus? in lege vero gratia preceptus

Vita animalium à solo sanguine, ideo omni illo exhausto pereunt.

Vita hominis, non à solo sanguine.

At anima calor, & nutriendi effectus.

Cur brutorum sanguis cum sanguine humano nō debuit cōmisceri.

Sanguis humanus nō anima nostrę cōsubstātialis.

guinis prohibet: Euāgelium præcipit, vt bibatur: in quibus mādatis hoc maxime discernere debet christiana religio, quod sanguis animalium à sanguine Christi per omnia differens, temporalis tantum habeat viuificationis effectum, & vita eorum finem habeat, & sine vlla reuocatione terminum constitutum. Ideoque ad obtinendam æternitatem non potest proficere, quod semel obrutū non surgit vlterius, nec aliqua ei superest virtus, quod sine vlla spe præcisis radicibus mors penitus exsiccauit. Vita vero hominis licet aliquam habeat affinitatem cum sanguine, non tamen solo sanguine regitur: sed anima sanguini dat caloris, & nutrimēti effectum, sicut, & cæteris, quæ in corpore sunt propria destribuit officia, & diuidit motus, & quasi talenta partitur. Nec oportuit vt sanguini humano, sanguis pecudum misceretur: quia vita rationalis hominis, vitæ bestiali consociari non debet: sed omnino à fidelium animis, quasi sanguis impurus detergenda est hæc carnalis opinio, ne putetur vita hominis eo modo transitoria, quo vita pecudum inanescit, vel quod sanguis cōsubstātialis sit animæ, & necesse sit vtrumq; superueniente suffocatione dissolui. Optime certe nam carne quidem animalibus similes sumus, sed vita dissimiles: ideoque quod commune cum eis habemus, nobis incorporare libēter possumus: quod vero dignitati nostræ non conuenit, & ab æternitate alienū videtur, à nobis subtilissimo legis indicio, separatur. Bibimus autem de sanguine Christi, ipso iubente, vitę ęternę cū ipso, & per ipsū participes effecti, animalis vitæ peccata, quasi sanguinē impurū horrētes, fatētes nos per peccati gustū à beatitudine priuatos, & dānatos, nisi nos Christi clemētia ad societatē vitæ ęternę suo sāguine reduxisset.

ANNOTATIO L.XXXIIII.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit

Assignatur 3. ratio cur se nobis Christus potius porrexerit in cibū, quā aliquo alio modo.

MIRABILIS est locus in sacra pagina nēpe in lib Exodi capit 2. ad ostendendam causam, & rationem cur seipsū nobis Christus potius in cibū, quā aliquo alio modo exhibuerit: Ego, inquit, *Dominus Deus tuus, qui eduxi te de*

Exod. cap. 20.

terra AEgypti de domo seruitutis; non habebis deos alienos coram me; non facies tibi sculptile neque omnem similitudinem, quæ est in cœlo, desuper, neque in terra deorsum, neque eorum, quæ sūt in aquis sub terra; non adorabis ea, neque coles, Ego sum Dominus Deus tuus fortis zelotes visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem, eorum qui oderunt me, & faciens misericordiam in millia his, qui diligunt me. Vbi maxime apparet quantum Deus sit nostri amoris Zelotypus cum minis terreat, ne alium amemus, & donis impellat, & prouocet, vt illum solum diligamus, nam idem est esse Zelotē atque vehementem habere in vxorem dilectionem, vt adhunc locum aduertit Lyranus dicēs. *Zelus proprie significat amorem viri ad vxorem, in qua non patitur alium cōmunicare.* Quod itē indicat Interlinialis, quę ita habet. *Ego Deus non ferens animam mihi disponsatam, aliqua suspitione notari.* Zelatur igitur Dominus maxime ecclesiā spōsam suā, vel vniuscuiusque nostri animam per quam maxime.

Deus nostri amoris nimis Zelotypus

Minister ret Deus, & promissionib⁹ attrahit, vt amorē extra eū nō collocem⁹

Quid sit esse zelotē

Lyranu

Interlin

Deus ecclesiā maxime Zelotypus.

Clarius adhuc id ipsum, Moyses populo indicauit, dū postquam capit. 10. Deuteromij retulit legisdationem, & multorum beneficiorum in populum exhibitionem commemorauit, concludit dicens, *& nunc Israel, quid Dominus Deus tuus petit à te nisi vt diligas eum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua.* Quæ quidem verba exponens Basilius Magnus ita ait, *Cum nobis Deus magna beneficia præstat, nihil exigit à nobis, nisi vt eum diligamus, & tēpla nostra ei seruemus, vt ille semper in nobis habitet, & nos in illo permaneamus:* Optime quidem, clarius enim loqui non poterat Basilius, neque euidentius ostendere Christum propter nimiam perfectam, consummatamque in nos dilectionem, se exhibuisse in cibum: quam dicendo, vt ille semper in nobis habitet, & nos in illo permaneamus, cum eisdem propemodum verbis ipse Christus loquatur dicens, *In me manet, & ego in eo:* Ideo namque se zelotem nominat, ideo semper nobiscum commanere desiderat, ideo vt commaneat se se præbet in cibum, & sanguinem suum in potum, vt solus ametur, nec amorem nostrum alijs impertiri ausi simus. In cuius confirmationē mirabiliter locutus est Theodoretus dum cāticū Moyses

Deuter. cap. 10.

Quid à nobis Deus expostul

D. Basil

Vult Deus in cordib⁹ nostris tanquam in proprio templo habitare, & coli.

Ioan 6.

Canticū Moyses.

expone-

Theodor.

Quomodo intelligendū sit Deū esse zelotē nostrique amoris inuidum.

Ad quid zelatur Deus amorē nostrū.

exponeret, illaque verba explicaret; *Et vidit Dominus, & ad iracundiā prouocatus est: Etenim Deus*, inquit Theodor. *dicitur inuidia laborare, non vt aliquis perturbationem putet esse in Deo, nam Deus perturbari non potest, sed vt amoris vehementia ostendatur, inuidia autem amoris Deus laborat, non vt ipse aliquid lucretur, sed vt eos cōseruet obquos amoris inuidiam habet.*

Cur Christus sponsa cor obsignari praeceperit.

Cāticor. 8

Explicatur locus Canticor.

Eodem amoris zelo, & quasi inuidia ductus: adinstar illorum, qui illud, quod magni aestimant, magnique faciūt signis obsinant, clauibusque referant, ne ex eo quicquam sibi auferatur, strictè praecipiebat sponsae, vt sui recordatione cor signaret dicens. *Pone me, vt signaculum supra cor tuum.* Quasi si diceret. Sit tibi ó sponsa charissima mei memoria quasi firma quaedā sera, qua cordis tui hostium ita firmiter reseratum geras, vt nihil dilectionis ab eo foras possit exire, quod ad me non dirigatur: neque intra eiusdem tui cordis arcanū aliquid ad diligendum, me vno excepto, possit introire: quāquidem Zelotypicam sui cordis affectionem adhuc clarius exprimit, dum non sola spōsae cordis obsignatione acquiescens, brachium etiam proprio signaculo praecipit obsignari dicens. *Pone me vt signaculum supra brachium tuum,* quasi si dicat. Quamquam ó sponsa charissima, ob cuius amoris zelum nimis affligor, tibi stricte praeceperim, vt cordis tui hostium meo signaculo ita firmiter reseratum geteres, vt nulla tuae dilectionis affectio extraexiret: nondū tamē acquiesco, adhuc tui amoris zeli vulnere sauciatus affligor: adhuc mente fluctuor: adhuc nouas adinuentiones excogito, quibus omnes tuas affectuosas actiones in me vnum tantum cōuertam, & quia omnino necessarium esse intelligo, earum aliquas in reliquas creaturas, quibus assimilaris expendere, denuo tibi praecipio, vt ipsas quoq; beneuolas operationes, quas in proximorum tuorum fauorem exerces, quae significantur per brachium, mei amoris nota, & signaculo insignire studeas, vt quamquam á te exercitae, & in illos collatae sint, ad me tamen praecipuè pertinere videantur ex signo (*De modo que a marca mostre a quem pertencem.*) Et sic animarum nostrarum amantissimus sponsus clarissimè significat, quā vehemeti zelo

Cur Christus sponsa brachium praeceperit obsignari.

Vult Deus vt bona opera, quae in proximos conferimus, propter eū conferamus.

nostræ dilectionis, vt ita dicamus, laborat, dum docet ita esse proximos diligendos, & ita esse erga illos bene operandum, vt omnes nostræ dilectiones, & actiones ad illum tanquam ad proprium obiectum dirigantur. Secundum hanc mentem exponit Hugo Cardinal. hunc Canticorum locum dicens. *Pone me vt signum, quo secreta clauduntur, signaculum nempe cordis, quo claudi debet, ne affectio aliena subrepat: pone igitur me super omnem amorem, in tentionem, & cognitionem cordis: & pone me vt signaculum supra brachiũ tuum, id est, super omnia tua, vt scilicet mei in omnibus memoriam habeas, & per te nihil nocivum intret, aut exeat: vt pulchritudinis meæ in te similitudo resultet, vt mei caracter amoris te ab omni alieno discernat, vt denique me corde diligas, & in omni opere interiori meam dilectionem ostendas.*

Hugo.

Exponitur idem Canticor. locus,

Prouenire autem hoc adeo strictum de sua dilectione prę ceptum ex nimio zelo, quo erga nostras animas afficitur docet idem Cardinalis inferius dum sequentia eiusdem sponsi verba exponit. *Fortis vt mors dilectio dura sicut infernus æmulatio*, sic enim ait. *Dura æmulatio, est amoris executio, siue Zelotypia, quæ nullis potuit cruciatibus mitigari.* Iuxta quam affectuosam, & Zelotypam Dei nostri intentionem, in suo de fuga sæculi conuenienter ait Ambrosius *Cui*, inquit, *portio Deus est, nihil debet curare, nisi Deum; ne alterius impediatur necessitatis munere: quod enim ad alia officia confertur, hoc religionis cultui decerpitur.* Hæc ille Cum igitur aliquas amorosas actiones erga proximos exercemus, maxime necesse est, vt illas Christi animarum nostrarũ sponsi dilectissimi signo obsignemus, vt omnes suas esse, & ad illum primo, & præcipue expectare ostendamus: quod tunc fiet, si cum proximos diligimus, ideo diligamus, quia Dei creaturæ sunt, ad illiusque ius pertinent, & imperium, qui enim hac intentione proximum suum diligit, proculdubio plus Deum diligit, propter quem diligit proximum, vt in exponendo illa verba dominica. *Mandatum nouum do vobis* Augustin. obseruat dicens. *Qui sanctè, & spiritualiter diligit proximum, quid in eo diligit nisi Deum.*

Cant. 8.

Zelotypia mitigari, & acquiescere non potest.

Ambros.

Fraudatur Deo qui amorẽ in aliquẽ extra eũ, & nõ propter eũ collocat.

Omnes actiones nostras Dei dilectione obsignare debemus, & quomodo sint obsignandæ.

Ioannis 13.

August.

Cum igitur Deus adeo sit nostri amoris Zelotypus, vt neque minimam dilectionis

partem

partem extraneis impartiri patiatur, omnē prorsus occasionē vult amouere à suis, ne amorem diuidāt, alijsve impartiantur, & qui dimidietates in amando nescit, sed in finē diligit, amoris dimidio nō cōgaudet: Sed totū vult, & exoptat cum ait. Diliges Dominū Deū tuū ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua, & ex totis viribus tuis. Ideoq; vt in lib. Cur Deus homo obseruabit Anselmus cum bene posset per quendā angelū redēptionis mysteriū operari, tamē per se met ipsū illud operatus est, ne homines intereū, & angelū amorem diuiderēt, dū illū creatorē, & angelū redemptorem cognoscerēt, partē illi propter creationis beneficiū, & partē angelo propter munus redēptionis tribuerēt. *Ne amorem*, inquit Anselmus, *diuideres ò homo factus est tibi idem redemptor, qui creator.*

Deuter. cap. 6.

Cur Deus per Angelū, seu per aliquem hominē, nō reparauit hominem sed per se metipsū.

Anselm.

Sed cum adhuc Zelotypus Dei amor nō acquiesceret dū vel qui nutriunt, vel qui alūt à nobis nostri amoris partem postulare pertimesceret: nam vt lib. 1. Pedagogi in ca. 6. Alexandrinus Clemens obseruat: *aluisse aliquando, plura incitamēta amoris affert, quā creasse*: ideo idem creator non solū redēptor factus est nobis, sed etiam & extitit almus parens dans nobis carnem suam in cibum & sanguinem suum in potum, vt vel sic amorem non diuiderem' inter ipsum creatorem, & illum qui nobis cibū: & alimentum præberet, vt idem Clemens Alexandrinus eodē capit. aduertit dicens. *Si in Christo regenerati sumus, qui nos regenerauit proprio lacte nutriuit, nempe Verbo. Quisquis enim generauit, ei, quod generatur, protinus alimentum præbere est consentaneum. Omni ergo ratione nos in omnibus Christo coniungimur, & familiares reddimur, & in cognatione per sanguinem eius quod redimimur: & in cōsensione, per nutritionem, quæ ex verbo efficitur: & in incorruptione, per eius ipsius institutionem, & vitæ agendæ rationem.* Hæc Alexandrinus Clemens.

Dei circa hominum amorē Zelotypia.

Clemēs Alex. *Magis amorē conciliat, alere quam creare.*

Alexand. Clemens vbi supr.

Hac eadem intentione (vt suspicamur) se se Deus olim per Esaiam capit. 46. nutritium inculcauit dicens: *Audite me domus Iacob, qui portamini à mea vulua, vsque ad senectam, & vt vsq; ad canos ego portabo.* Quibus verbis eis ante oculos proponit se creatorem fuisse, & esse nutritium & altricem, vt eorum in se amorem conciliet, vt in exponendo eūdē Ezaię locū Hieronymus

Esaiæ. 46. *Cur Deus nutritius noster factus.*

Hieron ibi

Hieronymus obseruauit dicens, *His verbis amorem innuit dum ait: populum Iudaeorum instar puerorum, aut lactantiū: ita ab eo qua ſi matris vtero, & vulua pregnātis ex Egypto eſſe portatos.* Vnde bene Clemēs Alexandrinus eodem cap. 6. 1. lib. Pedagogi Chriſtum Dominū Patrem, altricem, & nutrimētum noſtrum appellat dicens. *Verbum multis modis allegoricè dicitur, & cibus, & caro, & nutrimentum, & panis, & ſanguis, & lac. Omnia eſt Dominus, vt nos eo ſolo fruamur, qui in ipſum credimus.* In hanc mentē, quā proſequimur aurea ſunt verba Guarrici ſerm. 2. de natiuitate Sancti Ioan. Baptiſtæ vbi ſic ait. *Sponſus ipſe Chriſtus in diebus carnis ſuæ genuerat aliquos verbo veritatis, & quandiu fuerat cum eis, lactauerat eos vberibus ædificationis, & conſolationis: ipſe ſiquidem ſponſus habet vbera meliora vino, habet, inquam, vbera ne vllum de omnibus officijs, & nominibus pietatis, eum prætereat: vt qui Pater eſt creatione naturæ, vel regeneratione gratiæ, ſeu etiam authoritate diſciplinæ, ſit etiam mater affectu clementiæ, ſit & nutrix ſedulitate officij, & curæ.* Creauit igitur nos Deus quatenus ex nihilo formauit, redemit, quatenus pretio ſuæ mortis exi-

Clemen. Alex, vbi ſupra. *Cur Chriſtus omnia, omnibus factus ſit.*

Guarricus. *Chriſtus genuit multos verbo veritatis, ideo vbera habere dicitur. Chriſtus multis rationibus pater.*

A mio, diuinæ iuſtitiæ pro nobis debitum ſoluit; alit autem dū ſe ipſum præbet in cibum, & ſanguinem ſuum in potum, vt nulla homini remaneat ſuæ dilectionis in alios impatiendæ cauſa, ſed tantis diuinctus beneficijs, illum ſolum colat, diligatque, á quo ſolo accepit, quod ſit, & quod viuat. Quomodo

B autem totum noſtrum amorem illi ſolum tribuamus ſerm. 20. in Cantica docet Bernardus dicens. *Toto corde, toto animo, tota virtute diligere, eſt omne, quod blāditur de carne propria, vel aliena, Sacroſancta carnis Chriſti amori poſtponere,*

Nullam Chriſtus cauſam reliquit hominibus impartiēdi amoris ſuū in alias creaturas.

Bernard. Quomodo Chriſtus toto animo, & viribus tis diligatur à nobis.

C Ad oſtendendā hanc Chriſti intētionem, quam habuit, dum ſe nobis exhibuit in cibum; velle nempe amorem noſtrum ſibi conciliare valde elegans eſt locus in lib. Geneſ. cap. 25. vbi reddens Scriptura cauſā cur Iſaac diligeret Eſau, ideó eſſe ait quia, *de venationibus illius veſcebatur.* Seu vt vertūt Pagninus, & Oleaſter; *quia*

D *venatio in ore eius*, quaſi qui innuerēnt Eſau, patris dilectioni, in eius ore per eſcam incidiari, ad morem venantium alludentes, qui vt aues capiant, cibum quo libenter veſci ſciunt, ſimul cum reti apponunt, vt dum exoptatum cibum auide deuorant illa queentur

Geneſ. 25.

Pagninus Oleaſter

Inſidiatus eſt Eſau per eſcam patris dilectioni. Optimus venandi modus.

entur; qui optimus est ac delectabilis venandi modus: venatus est Esau Patris affectum, escis ori appositis, quibus patré senė libẽter vesci nouerat: Ore nostro nobis insidiatur Christus, esca suauissima sui corporis, & delectabili sui sanguinis potu subpanis, & vini speciebus, quibus libẽter vescimur, vt amorem nostrum venetur, ó mira dilectionis adinuentio, ó venatio salutaris, in qua vitam capiunt, qui capiuntur in esca.

Insidiatur Christus amori nostro per escam.

Qui hac diuina esca capiuntur, vitam capiunt.

Ne autem dum Deum nostri amoris ita Zelotypũ prædicamus aliquis existimet illũ á parentum nostrorum, & a proximorum dilectione nos penitus amouère voluisse, sicque incaute amando Deum, vel stulte proximũ non amando pereat: audiat Patrẽ Bernard. in lib. de diligẽdo Deo. *Sapientia*, inquit, *Deus est, & vult amari non solũ dulciter, sed sapienter: alioquin facile zelo tuo spiritus illudet erroris; non enim habet callidus hostis medicamentum efficacius, ad tollendam de corde dilectionem, quàm si efficere possit, vt in ea incaute, & nõ cum ratione ambuletur.* Secundum quam tanti Patris doctrinam cautè nobis procedendũ est in operatione dilectionis: non enim prohibet Deus vt proximos, parentes, & propinquos diligamus, sed ita vult vt eos diligamus, quod potius propter illum, cuius creaturæ sunt, quam propter se ipsos à nobis diligantur: si enim diligimus parentes proximos, & amicos propter Deũ, iam proculdubio Deum diligimus in parentibus proximis, & amicis: Si vero illos non propter Deum, sed propter ipsosmet diligimus, Deum profecto nõ amamus, vt Pater August. libro Confessionum Christiané philosophatur dicens. *Deum profectò non amat, qui cum eo aliquid amat, quod propter Deum non amat.*

Non prohibet Deus vt proximos diligamus.

Caute in amãdo nobis procedendũ est.

Idem in lib de dilig. Deo.

Deus non solum dulciter, sed sapienter vult amari.

Incaute in amãdo procedere, periculosũ est.

Quomodo parentes, & proximi sunt diligendi.

Diligitur Deus in parẽtibus & in proximis.

Aug. lib. Conf es.

Si autem quomodo Deus simul cum proximo sit amandus inquiritis, ab eodem Patre Augustin. addiscite, qui in lib. de substantia dilectionis, sic edocet, *Ita*, inquit, *ordinate charitatem vt desiderio currat, de Deo, cum Deo, & in Deũ: de proximo cum proximo, & non in proximum: de mundo non cum mundo, nec in mundum, vt in solo Deo requiescat per gaudium, Hæc enim est ordinata dilectio, & præter ipsam, omne quod agitur, non est ordinata charitas, sed in ordinata cupiditas.* Non tollit igitur Deus proximi dilectionem, dum se nostræ dilectionis nimis zelotypum ostẽdit;

Idem lib. de substãtia dilectionis.

Quomodo ordinãdus sit amor.

In ordinate diligere cupiditati potiꝰ, quã dilectioni tribuendũ.

Amor noster a Deo debet incipere, & in Deo terminari.

sed vult vt ordinatè procedamus in dilectione, & amore exhibendo; ita vt amor noster ab eo procedat tāquam á suo proprio fōte, & proprio principio; ad eum terminetur tanquam ad suum vltimū, & perfectum atque adæquatum obiectum, & finem.

A

Cur Deus tanti faciat hominum dilectionem.

Sed adhuc existo Christi nimio amoris zelo altera exurgit dubitandi ratio, alterūque fundamentum: cur nēpe tanti faciat Deus, tantique æstimet amorem nostrum, vt nihil ex illo alijs impartiri patiatur: nam quid vtilitatis, aut cōmodi ei ex nostra dilectione potest prouenire, vt propria carne, & sanguine eū emere non recuset? Ad quam dubitationem respōdet Pater Bernard. eandem fuisse Christi intentionem in nostra requirēda dilectione, quę fuit in sui corporis, & sāguinis exhibitione, nempe suos allicere ad se, vt omnes in eum vnū simus, ac proinde omnes in ipso beatificemur. Sic igitur ait P. Bernard. serm. 83. in Cant. *Cum amat Deus nihil aliud vult, quā amari sciens ipso amore beatos, qui se amauerint*; quia igitur in finem amat, idest quia perfecte amat, se præbet in cibum, vtdum se ita exhibet, ametur, & dum amatur, beet, in nobis

B

Soluitur dubitatio.

C

Bernard. amat Christus, & beatificitque amat: vult amari, vt beatificentur amantes.

D

manendo: ad quod tātum beneficium aliqualiter per soluēdum nos prouocat P. Augustinus dum inde cathechisādis rusticis, sic ait, *Ama amorē illi', qui amorem suum, amori tuo copulauit, humiliando se, sublimando te, coniūgendo lumen suæ æternitatis, limo tuæ mortalitatis.*

Augusti.

Sed quandoquidem Christum seruatorem nutritiū nostrum cum Alexandrino, Clemente appellauimus; placet ad huius annotationis calcem ostendere, quam fuerit ipse reliquorum nutritiorum longé affectuosior nutritius, nam aliquando in affectuosis quibusdam nutricibus maternū amorem fames valida superauit, vt attestatur Eusebius lib. 3. hist. Schol. cap. 6. item Iosephus lib. 3. de bello Iudaico, cap. 8. & Egecipus lib. 5. de excidio vrbis capit. 8. clariusque attestatur Hieremias lamentationum in cap. 4. dicens. *Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos, & facti sunt illis in escam*: iuxta quæ verba sic commentatur Theodoretus. *Amorem intimum, & naturalem violentia famis superauit.* At vero huius affectuosissimi nutririj amor, qui supperari non nouit, vt validam famem superaret propriam carnem præbuit in cibum, sāguinemque

Fames aliquādo maternum amorem superauit.

Eused. Ioseph. Egicip. Hierem.

Teodor.

nemque

nemque suum in potum porrigit, vt verè affirmare possimus, quod in alijs fames valida amorem vincat, at vero in Christo longe affectuosissimo nutritio amor famem vincat, non enim alitur carnibus nostris. sed propria nos alit carne,

In Christo amor famem superauit.

A N N O T A T I O
L.XXXV.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit

Asignatur præcipua causa cur se potius in cibū nobis exhibuerit Christus, quam aliquo alio modo, ex qua eius in nos dilectio mirifice elucescit.

ADEO clarè, & apertè Christus præcipuam rationem, & causam assignauit, ob quam potius in cibum, & potum, quam aliquo alio modo se se nobis exhibuerit, vt nullum relinquerit ambigēdi locum, eam namque, & cū se in cibum pollicetur demō-

A strat dicens; *qui manducat meā carnem, & bibit meum sanguinē in me manet, & ego in eo*; & cū exhibetur iterum repetit, dū postquam se se discipulis mādūcandum tradit, statim patrem aloquitur dicens. *Rogo vt omnes vnū sint, sicut pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint.*

Ioann. 6.

Ioan. 17.

B Ex quibus Christi verbis clarissime apparet, ideo se in cibum, & potū exhibuisse suis, vt maiori vnione, quæ excogitari posset illis cōiungeretur, qui est præcipuus perfectæ, consummatæque dilectionis effectus, intentioque singularis, cōiungere nempe, vnire, &

Assignatur præcipua causa ob quam se Christus nobis præbuit in cibum. Præcipuæ dilectionis intentio est vnire diligentem cum dilecto.

C adunare diligentem cum dilecto. Cum autem maior, quæ excogitari posit, cōiunctio illa sit, quę fit per carnis intimam mixtionem, ideo carnem suā præbet in cibum, & suum sanguinem dat in potum, vt realiter, & corporaliter cum eo vniamur, & adunemur.

In Eucharistia vltra proprias Vires operatur amor.

D In hoc Christi facto supra vires suas inualescēs amor vires assumit, vt vltra quod operari cōsueuerat, operetur. Nā qui anteá secundum Aristotelem 8. Æthic. solum erat animorū cōiunctio, nunc factus est etiam corporum adunatio, & ita vt non solum vniamur ad inuicem per Christum, sed

Amor animorū coniunctio. Aristot. Æthic. *Per Eucharistiæ sumptionem identificamur cum carne Christi.*

realiter,

realiter, & corporaliter identificemur cum carne Christi; quam quidem cogitationem maxime cōprobat Pater Chrisost. homil. 45. in Ioan. dum ita ait, *vt non solum per dilectionem, sed re ipsa in carne Christi conuertamur, per cibum id efficitur, quem nobis largitus est Christus: per corpus enim suum, se nobis commiscuit, & in vnum se nobis redegit, vt corpus vniretur cum capite, hoc enim maximè amantium est.* Consummata igitur, nimiaque Christi dilectio, per quam maxime desiderās nos cum ipso vnire, & adunare, modum adinuenit per realem ipsius carnis comestionem, & per sanguinis eiusdem sumptionē; nam qui manducat, & bibit, manet per realem, & corporalem vnionem in Christo, & Christus in eo, quod præter cæteros testatur Cyrilus Hierosolimitanus Cathesi. 4. inquiēs, *concorporei, & consanguinei efficimur Dei, quotiescumque eius sanguinem bibimus, corpusque in hoc Sacramento comedimus.*

Chrisost.

Cyril.

Quod quidem argumentum tam conuenienter, quám Catholice, vere ab omnibus patribus, qui circa hanc materiam scripserūt sæpe sæpius prosequitur, & merito quidē, nam si ex eo solum colligit sacra pagina nimiam inter Ionathā, & Dauid delectionē, Ionathæque animam esse animæ Dauid conglutinatam, & adunatam, quia exuens Ionathas se tunica sua dederit Dauid, proprijsque armis communierit; ait enim sacra pagina; *conglutinata est anima Ionathæ cum anima Dauid, diligebatque eum Ionathas quasi animam suam, nam expoliauit se tunica, qua erat indutus, & dedit eam Dauid:* quanto verius potest affirmari realiter cōglutinari Christum cum suis, quos consummate perfectéque dilexit, quibus nō extranea dedit vestimenta; sed propriam carnē, & sanguinē, quo eius diuinitas tegebatur, ad māducandum, & bibendum exhibuit: Et si Dauid Ionathæ tunica indutus, eiusque armis communitus, alter Ionathas videbatur, quomodo Christianus vera Christi carne, sanguineque refertus, & pastus; eiusdēque carnis, & sanguinis robore cō munitus non ita in Christum trāsformabitur, vt alter Christus (si dici fas est) maneat, & videatur? O Christi in suos mira amoris exhibitio, reddēs scriptura causam, cur quasi animam suam diligeret Ionathas Dauidem ait, nam expoliauit se tunica sua vt daret ei:

In Ionatha, & Dauidis animorum cōiunctione significata fuit vnio quam per Eucharistiā præstat inter Christum & fideles, 1. Reg. c. 18.

Quanto plus Christus donauit suis, quam fuit quod Ionatha donauit Dauid.

Christianus qui corpus Christi in Eucharistia debite sumit fit quasi Christus alter.

Commendatur Christi in suos dilectionis magnificētia.

quanto

Ad Philip. pens. 1.

quāto ergo ampliꝰ Christꝰ adamauit suos, qui nō solūse pro pter eos exinaniuit, formāque serui accepit, sed & propriam carnem dedit in cibum, sanguinemque porrexit in potū: si ergo vt ait Pater Greg. *Magnitudo amoris exhibitio est operis*, ineffabilis est hęc dilectio nis exhibitio, vbi opus, quod exhibetur inenarrabile, & incomprehensibile est.

Gregor. Mag. *Incōprehensibilia sūt Christi erga nos beneficia.*

Sed quia non defuerūt qui circa hanc adeò perspicuam veritatem allucinarentur dicentes, hoc in suos colato beneficio solum intendisse Christum spiritualem cū eis vnionem, & mutuam voluntatum coniunctionem, non autem corporalem, & realem coadunationem: Patres Sāctissimos hanc falsitatem, erroremque maximum confutantes audiamus: eorum namque dictis sacramentariorū Hæreticorū impetus retardabimus, conatusque nefarios comprimemus, & imprimis audiamus Sanctum P. Hylarium lib. 8. aduersus Hæreticos Arrianorum impetum comprimentē, ac retardantem, sicque dicentem: *Eos nunc qui inter patrem, & filium solum voluntatis ingerunt vnitatem interrogo, vtrū ne per naturæ veritatem hodie Christus in nobis, an per concordiā voluntatis maneat? Si enim vere verbū caro factum est, enos vere verbum carnem factum cibo dominico sumimus, quomodo non naturaliter manere in nobis existimandus est, qui, & naturam carnis nostræ iam inseparabilē sibi homo natus assumpsit, & naturam carnis suæ ad naturam æternitatis sub sacramento nobis communicandæ carnis admiscuit:* Et Paulò inferius, *quæ scripta sunt legamus, & tunc perfectæ fidei officio fungemur: de naturali enim Christi in nobis veritate, quæ dicimus, nisi ab eo didiscimus, stulte, atque impie dicimus, ipse enim ait, qui edit meā carnē, & bibit meum sanguinē, in me manet, & ego in eo, & cæt.* quæ elegāter prosequitur, idē pater in confirmationem huius catholicæ veritatis, nempe nos per tanti cibi, potusque sumptionem corporaliter, & realiter Christi carni vniri, & adunari: quamquidem veritatem expresse docet S. Leo Papa, dum ait, *in diuina distributione spiritalis alimoniæ, hoc sumimus, vt accipientes virtutē cælestis cibi, in carnem ipsius, qui caro nostra est, transeamus*: Circa quam veritatem Patrem Damascenum ex similitudine arguentem etiam audiamus: *Si illa*, inquit, *quæ igne mediante aurum attingit, ipsam auri natu-*

Occurritur hæreticorum errori, qui realē vnionem per hoc sacramentū inter Christū & fideles resultare negarunt.

Hilar.

Ioan n. 1. *Euidens Hilarij argumentum cōtra hæreticos sacramentarios.*

Ioan. 6.

Leo Papa

Damasc. *Argumentatur Damascenus a simili cōtra sacramētarios.*

naturam embibisse videntur, & si prius ex sua natura ferrea fuerint, quanto magis si Christi corpus manducauerimus, ipsi vniemur, & terrestri peccati naturā exuemur. Et optime quidem, nam quemadmodum, vbi primum mediat ignis, statim auri natura communicatur, & aurea fiunt, quæ erant terrea, ita vbi primum mediat Christi corpus, eius nobilitas communicatur, manentque Dij, qui erant homines.

per Eucharistiam fideles Dij redduntur.

Pro qua veritate confirmanda agit quoque S. Pater Irenæus, argumentaturque ex D. Pauli authoritate in hunc modum: *Caro nostra sanguine, & corpore Christi nutritur, & membrum eius efficitur, quemadmodum, & Apostolus ait, quoniā membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius, non de spirituali aliquo, & inuisibili homine dicens hæc: spiritus enim neque ossa, neque carnes habet, sed de ea dispositione, quæ est secundū hominem, quæ ex carnibus, & neruis consistit, quæ de calice, qui est sanguis eius nutritur, & de pane, qui est corpus eius augetur. Iam si hæc hominis dispositio, quæ ossibus, & neruis constituitur, nutritur corpore, & sanguine Domini, non ne corpus nostrum corpore Christi alitur? Et si in ratione huius constitutionis, seu corporis*

Irenæus. *Argumentatur Irenæus à loco Pauli. contra sacramentarios.*

Ephes. cap. 5.

efficimur os, ex ossibus eius, & caro de carne eius nō ne nostra cum Christo vnio corporalis erit: idq; nobis per illius carnis manducationem continget. Hæc Irenæus. Placet tandem ad calcem huius confirmationis, tāquam lapidem fortissimum Cyrilum Alexand. collocare satis expresse hāc catholicam veritatem profitentem, *Nō negamus, inquit, recta nos fide, & charitate sincera Christo super naturaliter coniungi: Sed nullam nobis coniunctionis rationem secundum carnem cum illo esse; id profecto pernegamus, idque à diuinis scripturis omnino alienum dicimus.* Tantotum igitur patrum dicta iam sufficiant ad realem, corporalemque vnionem astruendam, quam Dominus dilectione in suos impulsus, nobiscum contrahere destinauit se ipsum in cibum, & sanguinem suum in potum exhibendo suis.

Cyr. Al.

per Eucharistiā cibū, & supernaturaliter, & naturaliter cōiungimur Christo.

Interroget tamen aliquis, quæratque, quid diuin⁹ amor intenderit, dum adeo solicite vnionem inter Christum diligentem, & suos, quos diligebat, inducit? Cui Tertulianus adequate respondet, dum ait, *quia qui adinuicem miscentur, nihil de rei communicatione dubitant.* Perbelle quidem; est namque amor dilatatio sui, vt

Quid per hāc realē inter fideles & Christū vnionē intēderit diuinus amor.

Tertul. in Apol cap. 39

Omn. adinuicē communicāt, qui inus miscentur.

cum

cum August. monstrauimus. Dum igitur dilatari desiderat, dum quicquid habet communicare exoptat, vnionem solicitat, quia illa quæ adinuicem vniuntur, adinuicem, & sine differentia, quicquid habent, impartiuntur, & participant. Munificentissima igitur Christi in suos dilectio, dum quicquid habet, suis desiderat impertiri, vnionem exoptat, vt omnes omnia, quæ possidet, valeāt participare; sicut enim in matrimonio mutua est corporum donatio, & communicatio omnium bonorum inter virum, & vxorē, ita & in hoc Sacramento Christus dat nobis corpus suū, vt & nos vnū in eo simus, & de plenitudine bonorū ei⁹ omnes accipiamus

Exoptat amor vnionem, vt communicentur adinuicē bona, inter amantes.

Præbuit itaque nobis se, vt nos eleuaret ad se, nosque nutriret de se; nec aliunde cordis nostri famem, æstuantemque charitatis ardorē refrigerare quæreremus, quā ex ipso, qui verus est agnus immaculata victima, manna incorruptibile; meracissimum poculum, panisque Angelorum, & Dominus. Nos sibi, seque nobis adumnauit, vt nostræ sit peregrinationis comes, nostræ ignorātiæ lux nostræq; infirmitatis remedium singulare; adunauit nos sibi, seque nobis, vt nobiscum habitet, nobiscum lætetur; suisque simulcum illo dilitijs perfruamur, quemadmodum ipse testatur dicens: *Et delitiæ meæ esse cum filijs hominū*; quem sacræ scripturæ locum dum pōderat Iustinianus Laurentius sermone de Eucharistia; huius adunationis intentionem inuenit dicens: *non quidem nobiscum commisceri exoptat, vt suas à filijs hominum captet delitias, sed vt cū filijs hominū cōmunicet proprias: Nequaquam enim imprudenter arbitrandum est, quod Deus vllam ab hominibus requirat lætitiam, ipse enim sibi gaudium est, & beatitudo peremnis: sempiterna, essentialesque delitiæ. Hanc autem vnionem exoptat ob præcipuum, quem ad homines gerit dilectionis affectum. Ob quem illis impartiendo proprias, eorū suas asseuerat esse dilitias.*

Inuniône quę mediante hoc diuino cibo resultat, inter fideles, & Christum quanam bona cōmunicentur.

Lætatur Christus cū hominibus habitare.

Prou. 8

Lauren: Iustinan.

Non quęrit Christus, dum nos se vnire intēdit nostra recipere, sed sua donare.

Sed maior nūc exurgit dubitandi ratio, nempe cur se nobis ad hanc participationem faciendam vniat per cibum, qui iam se se ad nostram naturam per hypostaticam vnionem, veramque carnis sumptionem adiunxerat, & adunauerat? Cui obiectioni subuenit Pater Chrisost. dum hoc ineffabile Eucharistiæ beneficium appellat, *Verbi Incarnationis extentionem*: Nam qui

Cur Christus se nobiscū cōmiscere voluit per Eucharistiā, qui se iācō miscuit, per naturę humanę sumptionē.

Eucharistia verbi Incarnationis extensio.

per Incarnationis mysterium solum illæ carni humanæ,quã sumpsit ex intemeratis Virginis visceribus deitatem suam communicauit, in hoc sacrosancto Eucharistiæ Sacramento, eandem deitatem omnibus digne summentibus communicat. Deinde in incarnatione assumpsit ex nobis, in sancta vero Eucharistia ex se nobis quicquid habet largitur, cum se ipsum largiatur:in incarnatione fit Deus homo, sed per Eucharistiam fit homo Deus. Eximia ergo dilectio, quæ in principio, idest, in incarnatione,cum humanũ compulit assumere,in fine tãdem diuinum impertiri coegit.quod vt melius faceret,ad inuentionem inuenit, nempe se in cibum, & potum exhibẽdo, vt nobiscum vniatur, vnitusque omnia communicet. Quinimó (vt non minus deuoté,quam docte in suo de operibus Cardinalibus Cyprianus annotauit) ipsamet consummata Christi in suos, nimiaque dilectio, se se huic diuino cibo immiscuit,vt abdita nostri cordis, animæque receptacula omnia, & possidendo occuparet, & occupando impleret. *Ejus*, inquit Cyprianus, *carnis huius, quadam auiditas est, & quoddam desiderium manendi in ipso: per quod sic imprimimus, & eliquamus in nobis dulcedinem charitatis, vt hæreat palato nostro, & visceribus sapor dilectionis infusus penetrans, & imbuens omnes animæ, corporisque recessus.* Quod etiam argumentum serm. de Cœna Domini prosequitur Pater Bernardus dicens. *Audite illius sacrosancti cibi corporis, & sanguinis Domini efficaciã: & nos IESV Christo, & Iesus Christus nobis in vnitate fæderatur inenarrabili, sicut ipse dixit. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in illo.* Quod tunc fit, vt homil. 5. de Paschate Emissenus obseruat, quando debita præparatione, & probitate hunc diuinum cibum accipimus. *Deus autem*, inquit ille, *tunc homini, suscepta sanctificatione, miscetur, quando fides in ipso pectore, affectu iustitiæ, misericordiæ, & pietatis infũditur.*

In Incarnat. assũpsit Christus ex nobis, in Eucharistia dat ex se nobis.

Per Eucharistiã assumit diuina dilectio possessionem in cordibus fidelium, illaque occupat.

Cyprian.

Bernard.

Ioan. 6.

Emiss.

Quando hæc vnio inter Christũ, & fideles vere resultet.

ANNO-

ANNOTATIO.

LXXXVI.

Circa eadẽ verba cõtextus.

In finem dilexit.

Redduntur rationes, & causæ, exconuenientia deductæ; cur potius sub panis, & vini, quã sub alterius cibi potusq; speciebus se Christus fidelibus exhibuerit.

LABORAMVS adhuc in assignandis rationibus ob quas potius in cibum & potum, quam aliquo alio modo se se Christus suis fidelibus exhibuerit. Neque mirũ alicui videri debet, quod toties huius merifici beneficij, quod in vitæ fine Christus cõtulit in suos, memoriam iteremus, cum fuerit ipsum propensioris, & intentioris dilectionis actione præ cæteris omnibus exhibitum, vt serm. 1. de Cœna Domini, qui tom. 2. suorum operum continetur Bernardus obseruat dicens. *In hoc Sacramento charitas perfulsit, pietas magis emicuit, gratia plus radiauit.*

Eucharistia beneficium inmensum aliorum maius, ita intẽtiori dilectione exhibitum est à Christo Domino.

Bernard.

Cum igitur varias iam rationes reddiderimus, ob quas potius sub panis, & vini speciebus, quam sub alterius cibi, & potus se Christus fidelibus exhibuerit: illam tamen præcipuam esse diximus, quæ ab vnione desumitur, & quã probant omnes doctores, & Patres: haberurque in glosa Ordinaria super illud primæ Corint. cap. 10. *Quoniam vnũ corpus multi sumus omnes, qui de vno pane, & de vno calice participamus.* Quam etiam in comprobationem eiusdem rationis affert D. Thomas 3. part. quæst. 74. artic. 1. Cum tamẽ eandem realem vnionem inter se, suosque fideles posset Christus efficere se ipsum sub speciebus alterius sibi, alteriusque potus exhibendo: sine in propria carnis, sãguinisque specie: adhuc in eadem re am plius necessario duximus laborandum.

Glossa Ordin.

1. Cor. 10

D. Thom 3. p. q. 74 art. 1.

Aduertẽdum igitur est nõ solum fuisse hoc diuinum Sacramentum á Christo Domino institutum ad inferendam vnionem illam realem, quæ inter ipsum, & suos, quos intimè vsque in finem dilexit ex participatione eiusdem Sacramenti resultat, & de qua loquitur Paulus ad Ephesios 3. dicẽs: *gentes esse concorporales, & comparticipes promissionis in Christo*: de hac nãque vnione locũ Pauli intellegit Cyril.

Eucharistia Sacramentum nõ solum vnit fideles Deo, sed ipsos fideles inter se.

Ad Eph. 3.

Cyril.

lib.12.in Ioan. cap.6. ſed etiã ad cauſãdam innuendamque vnionẽ illam, qua fideles iſtius cõmunicationis partipes inter ſe adinuicẽ vniũtur, & in vnũ corpus, quod eſt eccleſia, cuius caput Chriſtus eſt coaleſcunt: quam quidẽ Chriſti ſeruatoris intentionem, ex huius Sacramẽti inſtitutione mirabiliter diſerendo concludit idẽ Cyrilus lib.11. in Ioan.ca.26.

Ibid. lib. 11.in Ioan. c.25

Vt igitur(inquit ille) *inter nos, & Deum Chriſtus ſingulos vniret, quamuis corpore, & animo diſ temus, modũ adinuenit conſilio patris, & ſapientia ſua congruentẽ, ſuo enim in corpore credentes per cõ munionẽ myſticiã benedicẽs, & ſecum, & inter nos vnũ corpus effẽcit: quis enim eos, qui vnius ſacti corporu vnione in vno Chriſto vniti ſũt, ab hac mirabili vnione alienos putabit? Nam ſi omnes vnum panem manducamus, vnũ omnes corpus efficimur: diuidi enim neq̃, ſeiungi Chriſtus non patitur: idcirco etiã eccleſia, corpus Chriſti effecta eſt, & nos ſinguli mẽbra eius.* Et cætera, quibus elegãter cõcludit Cyril. Chriſtum non ſolũ intendiſſe in hu iᵘ ſacratiſsimi cibi inſtitutione vnionẽ inter ſe ipſum, & eccleſiam; verum etiam vnionem inter ipſius eccleſiæ membra, quæ ſunt fideles.

Vnio inter Chriſtum, & fideles, & inter ipſos fideles adinuicẽ, à ſolo Deo potuit inueniri.

Diuidi, neque ſeiũgi Chriſtus nõ patitur.

Cũ igitur Chriſtus in hoc eximio ſui corporis Sacramẽto vtramque vnionem intenderit, in hiſpotiſsimum rebus hoc ſuæ largitatis mirificum opus inſtituit, quæ nõ ſolũ talẽ vnionem inferrẽt, qua nulla maior poſſit excogitari, rectẽq; à patribus ſũma vnio appellatur, vt eã appellat Dion. Ariop. lib.de eccleſiaſt. Hyerarchia c. de Communione: vel vnitas, quæ progreditur vſque ad ſocietatẽ germaniſsimã, vt eam nominat Cyprian ſerm.de Cæna Domini: ſed etiam eandem vnionẽ clariſsimè innuerẽt, apertiſsimèq; indicarent: quod P. Auguſt.tract.26.in Ioannẽ tetigiſſe videtur dũ ait Chriſtum hoc Sacramẽtũ in his rebus inſtituiſſe, quæ ad vnum aliquod rediguntur, ſiquidem ex multis granis vnus panis efficitur, & ex multis racemis vinum confluit. Quod etiam argumentum homil. 5. de S.Paſchate doctè proſequitur P. Emiſ. dicẽs. *Etiam in hoc ipſo quod numeroſis tritici granis confici nouimus hoc Sacramẽtum, vnitatẽ cõſtat adſignari populorum. Sicut frumẽtum, quod ſolita purgãtis ſollicitudine præparatũ incandidã ſpeciẽ molarum labore perficitur, ac per aquã, & ignẽ in vnius panis ſubſtãtiã congregatur, ſic varia gentes, diuerſæque nationes in vnã fidem conuenientes,*

Cur Chriſtus in pane & vino hoc Sacramẽtũ inſtituit, priusquã in aliquo alio cibo.

Vnio quæ reſultat ex Eucharistia ſumma appellatur.

Areopag.

Cyprian.

Auguſt.

Emiſ.

tes, vnam de se Christi corpus efficiunt, & Christianus populus quasi tritici innumerabilia grana à sacrilegis nationibus fide purgante atque cribrante discernitur, & in vnum, quasi infidelium lolio pertranseunte, colligitur.

Separat, fides quasi triticũ à lolio Christi fideles ab infidelib⁹

Neq; alia aptior materia, poterat inueniri adhâc intimã sũmã germanamque vnionẽ significandam, quam materia panis, & vini: in vniuersis nãque cibis alijs, quos mortaliũ insaciabilis cupiditas adinuenit, ita illa à quibus componũtur inter se se adunãtur composita, vt non difficile sit vnũquodque ab alio, vel separare, vel saltem distinguere: aliter tamen euenit, in pane qui ex multis granis conflatur, & in vino, quod ex multis racemis exprimitur: vbi primum nãque singula grana admiscentur attrita, ita ex multis granis fit vnus panis, vt nullam prorsus intersese iam grana distinctionem admittãt: quod itidem, & in racemis contingit. Hoc fidelibus hunc verum cibum, & verum potum vere summentibus accidere docet effectus: adinuicẽ nempe charitate, & animo, ac pietate ita adunari, vt iam difficilimum sit omnium eorum, voluntatũ, animorumq; actiones dignoscere, vel segregare, cũ postquam, mediante huius suauissimi cibi, potusq; virtute, ad inuicẽ vniuntur, fit omnium cor vnum, omniũq; vnus animus, & voluntas.

Ex differẽtia quæ reperitur in adunatione frumenti, & racemorũ dũ cõficitur panis, & vinũ, desumitur cõueniẽtia, vt hoc sacramentum in pane, & vino conficiatur.

Virtute Eucharistici cibi fiti õniũ fidelium cor vnum & vnus animus.

Appositissime igitur cõuenienterq; sub speciebus illarũ materiarum diuinũ hoc Sacramentũ Christus instituit, quæ summã hanc germanissimãq; vnionem, & inter se se seruarent, & seruando nobis manifestissimè indicarẽt. Quæ potissima ratio nõ nostra est, sed grauissimorũ patrũ, nam præter Augustinũ, & Eusebium, Emissenũ, locis superius allegatis, eã etiam ponit Gaudentius Episcopus Brixiensis tractatu 2. ad Neophitos de ratione Sacramẽtorũ. Quinimo & dilucidius adhuc, & clarius eam apponit P. Hilarius hom. 5. de Paschate, cuius sunt hæc mirifica verba, quæ sequũtur. *Sicut separari grana ab illius cõfecti panis adunatione nõ possunt, & sicut aqua ad propriã redire substantiã vino permixta iam nõ potest, sic & fideles quiq; qui redẽptos se Christi sanguine, & passione cognoscũt, ita debent, quasi inseparabilia mẽbra capiti ardẽtissima religione copulari, vt ab ea nec adinuicẽ volũtate, nec necessitate seiũgi, nec vlla terrenæ spei ambitione, non denique ipsa possint morte diuelli.*

Ostenditur quam apposite Christus in pane, & vino hoc Sacramentum instituerit,

Brixiẽsis Episcop.

Hilarius

Christus in Eucharistia officiosus, & affectuosus.

Neque erit abs re, si dicamus ideó Christum Dominũ sub panis, vinique speciebus se suis fidelibus exhibuisse, vt scilicet officiosior, affectuosiorq; hominibus videretur: ex modo namque exhibendi beneficia multoties, plusquã ex ipsa eorum exhibitione redduntur beneficia gratiosiora; Gratiosior enim quis illi videbitur, qui fame perit, sitique cruciatur, si præparatum cibum, frigidumque aquæ poculũ celeriter administret, quam si auri, argentiq; maximam copiam illi exhibeat, cũ ad pellendam famem, sitimque cedãdam cibus potius, & aqua, quam auri, argentique pretiũ requiratur. Vt igitur Christus mirificam in suos dilectionem ostenderet, merificum se se, & in tanto beneficio exhibẽdo, & in exhibitionis modo mõstrauit: quamquam enim mirificum fuerit dilectionis beneficium se ipsum hominibus exhibere; officiosius tamẽ exhibetur, dũ in cibum, & potũ hominibus fame pereuntibus, sitique æstuantibus se se exhibet: quemadmodum valde officiosus visus est, dum se in natiuitate dedit in socium, nõ in sua ingrediẽs maiestate, sed in hominum apparens natura cõdictione, & vilitate, ad nostram se potius infirmitatem accommodans, quam ad suã majestatem respiciens.

Beneficia ex modo conferendi gratiora redduntur.

Verbum dum carnem assũsit officiosum se praebuit, & inquo.

A

Basilius. *Nouissimis* (inquit *Magnus Basilius*) *temporibus Dominus venit ad nos, non quomodo poterat, sed quomodo nos illum capere poteramus.* Quod quidem argumentũ docte prosequitur Bernardus, vel quisquis author est sermonum illorum de cœna Domini, qui tom. 2. operũ eiusdem Bernardi continentur, ibi enim serm. 1. ostendit author quomodo Christus se se nobis, nostræque necessitati accõmodauerit dicens. *Homo propter infirmitatem repentina conuersione factus est iumẽtus, & se ipsum inuenit iacentem in stabulo: & propter pecurinam similitudinem indigens erat fœno: ea propter cibus cœlestis mutauit se in pabulum pecoris, homine mutato in pecus: panis enim angelorum factus est fœnum; vnicus patris, filius hominis: verbum quippe caro factum est. Et iuxta prophetam omnis caro fœnum. Comedunt igitur angeli verbum de Deo natũ: comedunt homines verbum fœnum factum. Pane suo viuunt angeli in cœlis, & beati sunt, fœno suo viuunt homines in terris, & sancti sunt. Fœnũ quippe istud de prato Virginalis vteri collectum, factũ est refectio iumentorum. Verbum vt fœnum*

B *Bernard.*

Accõmodauit se Christus in omnibus, necessitatibus nostris.

C *Factus est Christus fenũ, quia facti sunt homines, iumenta.*

Ioan. 1.

D *Quo cibo pascantur angeli in cœlis.*

fieret

Latuit Christus in Virgine, vt sol in sydere.

fieret latuit in Virgine, Sol insydere, artifex in opere. Hoc autem liberalioris excellentiæ donum contulit nobis primum Sacrosancta verbi patris Incarnatio, Sacerdotes vero secundario, de die in diem nobis exhibendo ministrant ex collata potestatis officio. Quid igitur homini, cuius vita pane fulsitur, & aqua refrigeratur accommodatius cibo, & potu poterat exhiberi. Dum Christus Ioan. 6. Capharnaitas allocutus hoc diuinum beneficiũ pollicetur, quia de carne, & sanguine agit, non solum non gratulantur, sed duram reputant promissionem, cum tamen (vt eodem capite refert, idem Ioan.) panem accipiunt Christum regem inclamant, magnumque prophetam nominant, quippe qui ad famẽ pellendam, panem coctum, & non viuam carnem maximè necessarium esse norunt.

Eucharistia in panis, & vini speciebus, cibus hominibus valde accommodatus Ioan. 6.

Officiosam hanc Christi in suos inuentionem mirabili vt solet, dicendi modo regius Vates exposuit dum Psalm. 47. ita affatus est loquens de hac Eucharistica refectione. *Ex adipe frumenti satiat te*: & statim subdidit. *Mittit cristalũ suum sicut bucellas*. Quem locũ præterquam quod omnes fere expositores de hoc diuino cibo intelligãt inter quos præcipuus est D. August. in expositione eiusdem Psalmi. Versio tamen quædam, quæ apud eundem Augustinũ reperitur eandem mentem, quã sequimur per quam maximè confirmat, vbi namque communis legit. *Mittit cristalũ suã sicut buccellas*. Sic vertit. *Mittit cristalum suã vt frustrum panis* acsi diceret. Quia humanitatem, quæ per cristalum significatur: vel, quia carnem suam, quæ cristalo cõparatur, & quæ nobis á Christo seruatore in hoc diuino Sacramento exhibetur sub eadem carnis specie manducare horridũ erat, ideo officiosus benefactor in panis frustra præbet exhibitam, sub panisque speciẽ velatam, & obductam, vt qui diuinitatem humanitatemque suam nudè sumptam premere dentibus non valemus, sub panis saltem speciẽ tectã premamus, sicq; iam non solum in exhibendo se ipsum, sed in exhibitionis modo sua ergo nos dilectio mirificè commendetur. Vnde apposité loquitur S. Petrus Chrisol. serm. 23. dicens. *Dat se tibi Deus ò homo vt ferre potes, quia vt est, tu non potes sustinere.* Vnde optime á D. Patre Bernard. serm. 1. de cæna Domini dictum est, Christum

Psal. 47.

Aug. ibi

Christi humanitas per cristalum significata.

Christ⁹ in Eucharistia officiosus benefactor.

Chrisol.

Bernard.

in hoc Sacramento humanæ infirmitati blandiri.

In Eucharistia Sacramēto omnibus Iudaorū indigētijs subuenit Christus.

Sed siquidem adhoc ventū est, vt dicamus Deum in hoc Sacrosancto suæ carnis edulio humanæ infirmitati blandiri: id in Iudæorum maxime cō modum, & vtilitatem contigisse demonstremus. Nam in diuina istius sacramenti institutione omnibus eorum indigentijs auxiliatus estChristus, vt vel sic illos ab incredulitate auocaret,& ad seipsum allice ret. Tribus namque maxime indigebant Iudæi, postquam in captiuitatem acti sunt, tē plo scilicet, sacrificio, & ministro,quorum indigentia maximé anxiebantur: omnibus igitur hjs eorum indigētijs Christus subuenit, dum enim se ipsum sub panis, & vini speciebus præbuit,sacrificium,& hostiam se exhibuit: pontifex autem, & sacerdos illis factus est, dū proprium corpus, proprijs manibus accipiens, & patri gratias agens obtulit, & reliquis sacerdotibus in perpetuum offerendum mandauit, se denique corpusque suum templum apposuit,vt in exponedo 7.Ioan. cap. noster meditatur Rupertus, dum illa eiusdem Christi verba exponit. *Pro eis sanctifico me ipsum,* vbi sic ait. *Ipse quippe Christus*

Quibus indigebant, & qua optabāt Iudai.

Christus in Eucharistia, tēplum, sacrificium & minister.

Mat. 26.

Ioan. 7.

A

non solū sacrificiū, & sacrificij pōtifex est, verū etiā, & tēplū est testāte Apostolo, qui de vmbraticis sacrificijs locutus plurima: Christus autem, inquit, assistens pontifex futurorum bonorum per amplius, & perfectius tabernaculum, non manu factum, id est, nō huius creationis, neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta æterna, redēptione inuenta. Omnia igitur Iudæis factus estChristus, qui bus indigebant, eorūque necessitatibus omnibus subuenire studuit, vt vel sic,ab incredulitate cæca, illos abstraheret; sed qui cruentum sacrificium,materiale templum,& polutum sacerdotem exoptabant, hostiam pacificam, spirituale templum, & innocentem ministrum stulte despexerunt, irreuerēter tractarūt, crudeliterque interfecerunt. Quorū nefarios conatus nūc missos facientes, iterū ad nostrum intentum reuertamur.

Hebr. 5

B

Omnia factus est Christus Iudais, vt eos ad se alliceret, renuerūt tamen, ...per, & ...

C

Neque prætermittendam duximus rationem illam, quā lib. 4. in Ioannem cap. 14. affert Cyrilus vbi ait. Ideose Christum sub panis, & vini speciebus suis exhibuisse fidelibus, vt faciliori, quæ possit excogitare via, eos ad salutem adduceret, dum nempe appe-

D

Cyril li. 4. in Ioā. c. 14.

Assignatur altera ratio. Cur sub panis, & vini speciebus se prebuerit Christus.

titus

titus rebus sibi maximé notis in hærendo, nihilque inusitatatum degustando, hanc mēsam, & hunc cibū nullo modo fastidiret: nam qui eadē sæpe via iter solet cōficere, facilime incedēdo decurrit, neq; aliquā difficultatem experitur assuefacti itineris assiduitas, & qui eodem, sibique noto, cibo vtitur, omnem prorsus de eius bonitate dubitationem expellit. *Oportuit*, inquit Cyrilus, *vt rude, atque terrestre hoc corpus, cognato sibi gustu, cibo, & potu, ad immortalitatem duceretur.*

Cyril.

Huic rationi valde vicina illa est, quam affert Gregor. Nissenus catechesi maiori ca. 37. vbi quærit cur potius sub speciebus panis, & vini, quam carnis, & sanguinis se Christus in hoc Sacramento suis fidelibus exhibuerit. *Quemadmodum*, inquit, *pharmaca non nuda, sed vsitatorum ciborum, maximeque familiarium specie porriguntur, ne forte reijciantur ab his, qui illa bibituri sunt, sic Christus antidotum constituit sumptu difficile si nudum, & non opertum externa specie porrectum fuisset:* hæc ille: cuius mentem bene confirmat Alexandrinus Clemens lib. 1. Pedagogi capit. 6. vbi verbum sub speciebus panis exhibitum medicamen animę ad purgāda peccata appellat dicens. *Verbū humanitate coniunctum, anima simul medetur affectibus, & expurgat peccata.* Et bene quidē Dñs diuinū hoc suæ carnis medicamen, conuenienterque, panis, vinique speciebus operuit rebus, scilicet vtque maxime familiaribus, & á quibus minime natura aborret, imó perquam sæpissime exoptat, similibus namque dapibus solent venena misceri, vt accipiātur, acceptaque interficiāt. Fuisse autem diuinum hunc cibum tuxicum peccati, & ipsius peccati fomitis maxime compressiuum docent Patres, & præsertim Bernard' sermone suo peculiari de Cœna Domini dicens. *Siquis non tam sæpe modo, nec tam acerbos sentit iracundiæ motus, inuidiæ, luxuriæ, aut cæterorū huiusmodi, gratias agat corpori, & sanguini Christi, quoniam virtus Sacramenti operatur in illo.* Quod etiam de eodem eucharistico cibo sermone de Cæna Domini testatur Cyprianus dicens. *Panis iste substantialis, & calix benedictione solemni consecratus ad totius mundi vitam, salutemque proficit, simul medicamentum, & holocaustum ad sanandas infirmitates, & purgandas iniquitates existens.*

Gregor. — *Assignatur altera ratio, a similitudine. Cur Christus se non his, sub panis, vini speciebus exhibuerit.* — Clem. Al. — *Christus in Eucharistia optimum ad purganda peccata medicamen.* — *Eucharisticus cibus venenum contra peccatum.* — Bernrad — Cyprian

Optime ergo, & conuenienter Christus Dominus in il-

lis

Optima Christi admonitio.

lis rebus, siue speciebus illarū rerum, quas fames nostrique appetitus perquam maxime exoptant, & quibus quotidie necessario vtuntur hoc toxicū obduxit, vt dum idem appetitus, sensusque exteriores gulæ, & fomiti inseruire sibi per suadent, eisdem necē inferat, & eosdem habeat in sui exitio gula ministros, quos olim habuit suæ voluptatis exactores, & inde sequatur, quod populus ille, qui olim sedit manducare, & bibere, & surrexit ludere, nunc manducando, & bibendo inseruiat, adoret, & veneretur. Et quemadmodū eidem fratres, qui ob frumēti manipulum in sublimius cō surgentem in fratrem insaniunt: posteà frumenti causa eūdem fratrem adorant, inseruiunt, & venerantur, ita populus, qui olim frumenti abundantia impinguatus, incrassatus, & dilatatus in authorem suum recalcitrauit, nunc huius frumenti saluberrimi suauitate attractus, vt illud á Christo institutore accipiat, ad eius pedes, vel sacerdotum se se prosternere non recusat. In huius namque mentis cōprobationem eundem locum adducit Augustinus lib. 12. contra Faustum, dum sic scribit. *Hoc Christus in Ioseph innuit, qui præsequentibus fratribus ob vbertatem manipuli frumenti: post labores, & varias passiones frumenti causa à fratribus adoratur: & nunc videmus honorem Christi in orbe terrarū erogatione frumenti omnia subiugantis.*

Quos cōtra primos parentes habuit gulæ ministros, hos nūc in eucharistia habet, sui exitij, exactores.

Exod. 32.

Gen. 37.
Gen. 47.

August.

A

B

ANNOTATIO

L.XXXVII.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit

C

Assignantur rationes, & causa ex decentia petita, cur sub speciebus potius panis, & vini, quam carnis, sanguinisq́, se Christus suis exhibuerit fidelibus.

D

QVANQVAM ex his, quæ allata sunt nō solum præcipua causa inferatur, ob quam Christus salutiferū hoc eucharistiæ conuiuium sub panis, & vini speciebus instituere decreuerit, verum etiam, & ratio dessumatur, cur nō in propria carnis, sanguinisque specie sese fidelibus exhibuerit: plures

plures tamen rationes ex decentia petitas in medium proferre non grauabit, cũ præsertim ex illis cõsummatæ Christi in suos dilectionis magnitudo, & intentio dilucidius cõprobetur, quæ est præcipua nostri laboris meta.

Appositis igitur, vt diximus, rationibus ex conuenientia deductis, cur potius sub panis, & vini speciebus, quam sub speciebus carnis, & sanguinis se Christus suis fidelibus exhibuerit, ad illas iam oportet transire, quę ex decẽtia eruuntur. Cum igitur, vt late monstratum est, diuinum hoc Christi opus, vnitatis, & pacis Sacramentum sit, minime decuit, vt in eo vulnerata caro, sanguisque odio, & inuidia à Iudæis effusus in proprijs speciebus apparerent. Nam si apud Romanos, vt auctor est Plutarchus in lib. quæstionumRomanorum, cautũ erat, ne dum Deo qui, *Terminus*, vocabatur, sacrificaretur, animal aliquod, vt in cęteris sacrificijs, mactaretur, quia scilicet, *Terminus*, á Romanis, & præsertim à Numa Ponpilio tanquã custos pacis, & amicitiæ inspectator haberetur, proindeq; existimarent nullum inquinatum cæde sacrificium illi esse offerendum: quanto maiori cum ratione hoc in sacrificio altaris debuit obseruari, in quo mitissimus ille agnus immolatur, qui ex pace potiꝰ, quã ex seueritate voluit cõmẽdari? Rex pacificus canit ecclesia, magnificatꝰ est vehemẽter vnde de hoc quidẽ agno, qui in Eucharistica mẽsa immolatur & qui terminus est omnium sacrificiorum canit eadem ecclesia dicens.

In hac mensa noui Regis
Nouum Pascha nouæ legis
Phase vetus terminat.

Et de quo D. Thomas Antiphona quinta, ad vesp. officij huius sacrosancti mysterij de cantando ait. Quod ecclesiæ finibus pacem ponat. Quod etiam eiusdem sacrificij encõmium docte prosequitur incognitus in expositione Psalmi 62. vbi adducit verba illa Psalmi 147. *Qui ex adipe frumenti satiat te posuit fines tuos pacem. Hoc ideo dixit Psalmista, quia sicut adeps frumenti est vnitiuus, quia ex multis granis vnus panis conficitur, sic istud sacramẽtum est vnitiuum, quia omnes digne sumentes vnit, & pacificat dũ eos vnum corpus facit in Christo.*

Quãuis igitur carnem, & sanguinem Christi seruaroris diuinum hoc Sacramentum contineat, non decuit tamen in specie carnis, & sanguinis exhiberi,

Marginalia: 1. *Ratio.* — *Hoc diuinũ Sacramentũ vnitatis, & pacis sacrificium est* — Plutarch — *Terminꝰ apud gentiles Deus reputatus quia pacẽ inferebat* — *Termino Deo nullũ animal iugulatũ offerebatur, & Cur.* — D.Th. — Incogn. Psal. 62. — Psal. 147. — *Hic Eucharistic[...] ribus, ma[...] xime vni[...] tiuus est, & in quo id appare[...] at.* — *Cur sub carnis, & sanguinis speciebus hoc diuinũ sacrificiũ institutum nõ decuit.*

Sidenotes: A, B, C, D

Gaudēt.

exhiberi, ne in pacis sacrificio belli sæuitia, cruorque appareret, quæ quidem ratio multis patribus probanda videtur, & præsertim D. Gaudentio tractatu 2. de ratione Sacramentorum, vbi sic ait. *Quod autem Sacramenta corporis, & sanguinis sui in specie panis, & vini offerenda constituit, ratio est vt immaculatus, & pacificus Dei agnus, hostiam mundam, & pacificam mundato populo traderet celebrandam, sine sanguine, sine vstione, & quæ omnibus prompta esset, & facilis.* Hæc ille.

'ncusātur lli qui o lio affect ad hūc d, nnū cibū ccedunt.

Ex qua pacis conuenientia illorum detestandam audaciā hom. 6. ad populum Antiochenum incusat Pat. Chrisost. tomus, qui odio, vindicta, & rapina, atque cruore infectis animæ labijs ad hoc pacis Sacramentum accipiendum accedunt. *Quæ*, inquit, *erit nobis excusatio cum talibus pasti, talia peccemus: cum lupi fiamus agnū comedentes: cum tamquam ouis pasti, mori leonum diripiamus? hoc enim mysterium non à rapina tātum, verum ab omni, vel tenui inimicitia purum esse penitus iubet, est enim pacis Sacramentum.* Hæc Chrisost. & per quā certe oportune: nam si neque iusti Abel, id est Christi, sanguis in hoc pacis sacrificio sub sanguinis specie, sed in aliena, id-

Ad hanc ixinum ibū debi e percipi ndū, ab mni, vel enui ini- nicitia bstinere ebemus.

A est panis, admittitur, quomodo fratricidæ Caim manus admittentur? quomodo visceribus odio, inuidiaque æstuantibus, pacificus hic agnus accipietur, & proficiē cōportabitur? si namq; illa sacrificia, quę hoc diuinū sacrificiū figuratiuè tātū cōtinebāt manibus sāguine cōtaminatis olim Deus accipere dedignabatur ipso sic

B per Ezaiæ os affante, & dicēte cap. 1. *Ne offeratis vltra sacrificium frustra, incēsum vestrū abominatio est mihi: Neomeniā, & Sabbatum, & festiuitates alias non feram, calendas vestras, & solemnitates vestras odiuit anima mea*, reddēsq; causam ait *manus enim vestræ sanguine plenæ sunt*, si inquam hæc omnia

Ezaiæ 1.

C abominata sunt ab eo, quia sāguine infecta sunt, quomodo ab illis, qui suorum fratrū sūt occisores in hoc pacis sacramento manibus contractari, dentibus premi, ore deglutiri, visceribus submergi, & cū illis intime adunari dignabitur.

D Ad hanc veritatem, & doctrinam confirmandam, optimus est locus ille primi Paralip. in cap. 28. vbi ex eo Dauidi cautam fuisse legimus Tēpli astructuram: quia scilicet, vir bellatur extiterat, inimicorūque sanguinem largiter fuderat. *Non ædificabis*, inquit

1. ParaL. Cur Dñs interdixerit Daui di, vt ille templum ædificaret

Dominus,

Dominus, *Domum nomini meo, eo quod sis vir bellator, & sanguinem fuderis:* in quo certe clarissime indicauit Dominus quantum abhorreat á sæuitia, crudelitate, sanguinisque effusione, siquidem, neque in domo voluit habitare ad cuius structuram occisoris manus necessaria præpararunt. Nam vt noster Laudunensis aduertit, eadem prorsus ratione, á nullo iudicum, templum sibi ędificari permisit; *Quia,* inquit *omnes contra hostes pugnarunt, & omnes viri sanguinum fuerũt.* Neque credendum est, Deum in hoc facto ad tẽplum materiale respexisse, sed ad nouam ecclesiam, cuius templum, altare, & oblatio, eius filius futurus erat; cui, quia mitissimus, pacisque amantissimus est, sanguinolentum sacrificiũ offerri non decuit. Conuenientissimam hanc inuenit causam Cyrilus Alexandrin. ob quam Dominus Dauid templum sibi ædificare prohibuerit. *Magnum,* inquit, *Dauidem retinuit Deus, qui prompto, & alacri animo parabat templum ædificare propter eum, qui secundum carnem ex eo nasciturus erat filium eius, & Regem Christum, qui erat templum sibi excitaturus insigne, ac celebre ex sancta Virgine.* Iam igitur apparet ratio cur sub sanguinis, carnisque speciebus hoc diuinũ sacrificium offerri nõ deceat; apparet etiam, quam indigne adhoc diuinũ cedulium accedant, qui manus suas, idest, opera, vt ibi interpretatur Lyranus, sanguine suorum proximorum contaminatas gerunt.

Abhorre. Dominus, maxime á sæuit ia & crudelitate.

Laudun.

Christus noue ecclesiæ tẽplum oblatio & altare.

Cyrilus Alexand

Lyranus

Probet igitur se ipsum homo (vt ad Corinthios scribẽs adhortatur Paulus) & sic de pane isto edat, & de calice bibat, & cum se pacis cibo nouerit enutritum attendat sibi talibus fruens bonis, & cum aliquid turpe ore promere voluerit, vel se ab ira corripi viderit, vel ab aliquo quoquam huiusmodi vitio, cogitet quibus factus est dignus, & fiat irrationalium motuum correctio, talis cogitatio: quæ optima, atque singularis admonitio non nostra est, sed Patris Chrysostim. homil. 45. in Ioannem.

1. Paul. ad Cor. c. 11

Chrys.

Neque abs re erit dicere ideo Christum Dominum nõ in proprijs carnis, sanguinisq; speciebus se se suis tribuisse fidelibus, vt eos scilicet, à truculentis Cyclopum moribus abduceret, ne eorum crudelitatem aliquo modo imitari viderentur, quæ tanta erat in viuis hominum carni-

2. Ratio. Ex decentia petita ob quam sub carnis & sanguinis speciebus hoedi[?] diuinum Sacramentũ non instituit Christus.

bus deuorandis, vt amplam scribendi materiam Poetis suppeditauerit, vnde illud.

Poetarũ fabula circa Cyclopũ immanitatẽ.

Cum membra fluentia tabo.
Maderent, & trepidi tremerent
sub dentibus artus.

Quin, & solem ipsum tantam aliquando crudelitatem exhorruisse fabulantur Poetæ, vt ab eorum canis radios extraxisse decantent ne tantam immanitatem intueretur, vnde illud.

*Abscon**so.***
Sole thyestææ noctè duxere Micenæ.

Humanæ carnis deuorandæ auiditas à Cyclopis ad alios translata

Quæ in audita hominum immanitas, & sæua crudelitas ex Cyclopis ad alios homines translata fuit: semper tamen eos, qui eam exercebant detestandos esse ipsa ipsorum sæuitia proclamauit, nam si credimus Theophilo in Gẽtiles, ex eo Saturni crudelitatẽ per quam maxime detestandam Socrates iudicauit, quia scilicet filium Iouem deuorauerit. Hanc quoque in humana mãducatione sæuitiam Gnostici sunt amplexati hũc diuinum cibum, quem Dominus sub panis, vinique speciebus ex propria carne, ex proprioque sanguine instituit, se sumere præsumentes, infantem viuum toto corpore pungebant, eiusque sanguinem haurientes dicebant, nihil magis sanguini respondere, quam sanguinẽ, vt libr. secundo in Hæresim 48. Epiphanius affirmat. Ne igitur, inquam, cum detestãdis istorum moribus aliquo modo conuenire viderentur illi, quos mitissimus magister instruxit, & quos mansuetudinem docturus aduenerat, vt ipse testatur dicens, Matth. decimo primo, *Discite à me quia mitis sum, & cæter.* Non decuit, vt hunc cibum diuinum, pacificum, & salutarem, huncque potum saluberrimum in proprijs carnis, & sanguinis speciebus illis exhiberet, sed in illis, in quibus frequentissimus omnium est vsus, nempe in pane, & vino.

Theoph

Gnosticorũ opinio detestãda

Epiphan

Matth.11

3. Ratio Carnẽ in propria carnis sanguinisque specie se Christus exhibuerit.

His rationibus illæ addendæ sunt, quas sermon. primo, de resurrectione affert Garricus dicens. Ideo non in propria carnis specie se Christum suis præbuisse manducãtibus, sed panis specie velatum ac tectum, & quodammodo absconditum, vt tanto auidius exoptaretur, quanto secretius apponebatur: auidius enim exoptamus, quod difficilius á nobis tractari conceditur, & ardentius experiri satagimus, quod obstrusius conseruatur: nõ fit enim ab assuetis

passio,

pasio, sicq; ideo Christus carnẽ suã panis specie occultat, & abscõdit, vt dũ sensus panẽ se videre existimat, carnem tamen esse Christi fides proclamet, appetitus excitetur ad experiendum quod latet: & sic ad istius cibi esum prouocetur, & eo maiorem gustum, suauitatemq; ex illo percipiat, quo maiori difficultate, & dubio agni saporem qui sub specie panis latebat inquisiuit. *Agnus Paschalis*, inquit Garricus, *quem esuritis, tanto dulcius comeditur, quanto latens abstrusius, & studiosius quæritur, & difficilius inuenitur.* His Sãcti P. nostri Garrici verbis illa ratio est adiungenda, quam in suo de Cœna Domini attulit Cyprianus, ideo nempe se Christum sub speciebus panis, & vini tectum, & velatum exhiberi, vt eo deuotius, & religiosius coleretur, quo secretius existebat. *Panis iste*, inquit Cyprianus, *quem Dominus discipulis porrigebat, non effigie, sed natura mutatus omnipotẽtia verbi factus est caro: & sicut in persona Christi humanitas videbatur & latebat diuinitas, ita Sacramento visibili ineffabiliter diuina se infudit essentia, vt esset religioni circa sacramẽta deuotio, & ad veritatem cuius corpus, & sanguis sacramenta sunt syncerior pateret accessus, vsque ad participationem spiritus: non quod vsque ad consubstantialitatem Christi sed vsque ad societatem germanissimam et hæc vnitas perueniisset.*

4. Ratio cur Christus hunc cibũ, & potũ panis, & vini speciebus tectum prębuerit.

Cyprian.

Neque despicienda sunt illa, quæ circa hoc idem argumentum sermon. 2. de Cœna Domini affert Bernardus. *Ne humana*, inquit, *infirmitas esum carnis, & potũ sanguinis in sũptione horreret, Christus velari, & palliari illa duo voluit speciebus panis, & vini, quæ inter humani generis victualia quodam modo tenent principatum. Nam ad literam quidem precibus omnibus cor hominis confirmat panis, & vinum lætificat. Sic, itaq; corpus, & sanguinem suum sumẽda proposuit, vt sensus in vno foueretur, in altero fides ædificaretur. Fouetur enim sẽsus in vno dum solita tantum, & consueta prospicit: ædificatur fides in altero, dum oculo carnis vidente, aliud exterius: oculus cordis aliud sentit, & reueretur interius. Aliud enim latet, & aliud patet. Posuit enim tenebras latibulum suũ. Quẽadmodũ enim species illic videtur, quorũ res, vel substãtiæ ibi esse nõ credũtur, sic res veraciter, & substãtialiter creditur cuius species nõ cernitur. Videtur enim species panis, & vini, & substãtia panis, & vini nõ creditur:*

5. Ratio cur non in propria specie Christi caro accipiatur.

Bernard.

Ideo in panis, & vini specie. bus se Dominus exhibet, vt foueat sẽsus, & ędificet fidẽ.

Proponitur hoc edulium sub panis, & vini speciebus, vt demonstretur plenam in illo inveniri refectionem.

creditur autem substantia corporis, & sanguinis Christi, & tamen species eius nō cernitur. Proponitur igitur species panis, & vini, vt doceatur plena, & perfecta refectio, in sumptione corporis, & sanguinis Christi, plena refectio cibi, & potus: cibi autem, & potus substantiæ principales sunt panis, & vinum. Hæc omnia Bernardus, ex quibus non vna tantum, sed multæ rationes deduci possunt, ob quas Christus Dominus non in propria carnis, & sanguinis specie, sed sub speciebus panis, & vini se se suis exhibuit.

Laurent. Iustinian.

Consonat Iustinianus Laurét. sermon. vnico de Eucharistia, vbi easdem quasi, quas Bern. asignat rationes, ob quas Christus Dominus, se nobis in propria carnis, & sanguinis specie non exhibuit manducandum, sed sub panis, & vini speciebus. *Quis hominū*, inquit, *non expauesceret, humanam carnem, eiusq; cruorem manducare, & bibere? & potissimum Dei, & Domini sui innocentis, & sancti? Huiusmodi escā hominū per horrescit natura, dedit igitur Dñs carnē suā, & sanguinē sub eijsdē speciebus, quas humanus appetit gustus, opportune ergo sub panis, & vini speciebus accipimus Sacramētū, vt sensus non abhorreant* & *fidei merita aggregentur, qua argumentum est nō apparentium.*

Exhorrescit maxime humana natura, humanam carnem manducare.

6. Ratio Cur sub panis, & vini, non autē sub carnis, & sanguinis speciebus Christus hoc Sacramentū instituit.

Quibus tandē addenda est ratio altera eiusdē rei, ideo nēpe sub speciebus potius panis, & vini, quā carnis, & sanguinis se Christum fidelibus exhibuisse, vt eos á gentilium calūnijs, & cōuitijs liberaret, quorum tāta est perfidia, cæcitas, ac dementia, vt Christianos omnes, qui hoc vero cibo, & potu reficiuntur infāticidicos audeant appellare (*Dizē que os Christãos quãdo comũgão tragão, & comem meninos viuos*) vt author est Tertul. lib. Apolog. & Clemēs Alexand. lib. exhortatorio ad gentes. O mira igitur Christi in suos amoris dignatio! O perfectissimæ dilectionis inditium! nō sat enim habuit se ipsū suis præbere in cibū, verū, & eorū honori cōsulēdo, arcet cōuitia admonet falsa testimonia, & qui dū iniuriatur obmutescit; suorū honoré, & famam illæsam cōseruare cōtendit: neque mirū cū perfecta charitas, dilectioque consūmata aliena potius, quā propria quærat: imó proprijs spretis aliena requirat, quod de Christi perfecta dilectione in lib. de virtutibus Cardinalibus annotauit Cyprian. dicēs. *Oprobia pertulit Christus, vt improperia detrahentium non mouerent electos.*

Tertul. Clem. Al.

Mat. 27.

Cyprian.

ANNO-

ANNOTATIO L.XXXVIII.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit

Recensentur excelentiæ effectus, & proprietates munificentissimi huius beneficij, quo Christus prosecutus est suos, & primo ostenditur omne militantis Ecclesiæ decus, & ornamentum ab hoc sacrosancto Eucharistiæ Sacramento emanasse.

Vetus ecclesia ægestate oppressa ante quam Christus aduenerat

SVMMA olim ægestate laborabat vetus ecclesia antequam patris verbum, se ei traderet caro factum, á qua quidem ægestate liberari desiderans per Hieremiæ os Trenorum in cap. 1. anxia præcabatur dicens. *Vide Domine, & considera quoniā facta sum vilis.* Mirifica ergo Christi in illam dilectio dū tantæ vilitati compatitur, adinuentionem molitur, qua illius inopiæ subueniat. Suum nempe corpus præbens in cibum, suumque pretiosissimum sāguinem ei propinans in potum, & in lauacrum, vt tanto rore humectata amplius non aresceret, imó amenissimos flores produceret, vberrimosque in dies fructus ferret, ac vetustate, maceriaque deposita adèo pulchra redderetur, vt concupisceret Rex speciem eius, & decoré, vt in expositione Psal. 64. Incognitus author obseruat dicens. *Omnia antiqua sacrificia sunt terminata per vnum verū sacrificium in ecclesia à Christo institutum, scilicet Eucharistiæ, cuius sacrificia omnia antiqua aliqualiter erant figuratiua. Istud sacrificium ex se ipso conforme, & acceptum est diuinæ voluntati: quia ibi realiter continetur Christus Dei filius, dilectus à Patre. Et istud sacrificium vocatur pulchritudo, & decor ecclesiæ, de quo decore dicit Psalmus 25. Domine dilexi decorem domus tuæ. De isto ergo sacrificio à Deo sic accepto ait Psalmista, & concupiscet Rex decorem tuum.* Hæc Incognitus, & optime quidē nam vt Christus amaret ecclesiam, illā decorauit hoc diuino Sacraméto, ac pulchritudinem contulit, imó, vt in expositione Psalmi citati loquitur August. *Vt pulchrā faceret, fœdam amauit.* Ex eo enim quia dilexit nos, lauit à peccatis nostris in sanguine suo, vt Apocalypsis in capite

Tren. 1.

Ecclesia Christi sāguine humectata fructus tulit vberrimos.

Ecclesia Christi sāguine pulchra facta est.

Incogn. Psal 46.

Sacrificia veteris legis aduenie nte noue gratiæ sacrificio antiquata sunt.

Eucharistia sacrificium, ecclesiæ decor.

Psalm. 25

Augus. Amauit Christus Ecclesiam adhuc fœdam, vt redderet pulchrā.

 1. nos-

Apoc. 1.

Cur Christus Dñs aquam simul cum sanguine, & latere emiserit.

1. noster attestatus est Euangelista. Et ideo vt lib. 5. de Sacramentis cap. 1. Ambros. obseruauit, simul cum sanguine aquam, e latere emisit Christus Dominus, vt nêpe Ecclesia se non solum sanguinis pretio redemptam cognosceret, sed etiam dilectionis vnda ab sponsi sui intimis visceribus emanante lotam, & dealbatam fuisse conspiceret; *Quare aqua?* inquit Ambrosius, *quare sanguis? aqua vt emundaret, sâguis, vt redimeret.* Consonat Laurentius Iustinianus dum Christi corpus exanime cum petra illa confert, quæ virga percussa aquâ emisit, qua populus, & iumenta sitim sedarunt. *Cum adhuc*, inquit, *penderet in Cruce Christus exanimis, cuiusdam militis lancea percussus in latere, sanguis exiuit, & aqua: aqua videlicet in lauacrum originalis culpæ: sanguis in pretium redemptionis humanæ.*

Ambros.

Laurent. Iustin. serm. de Euchristia.

Petra, quæ percussa aquam emisit, Christi corpus figurante.

Si ergo ecclesia pulchra facta est, quia lota fuit in sanguine Christi, iam nemo erit qui inficiari ausus sit, omne ipsius ecclesiæ decus, ornamētū, pulchritudinem, & decorem ab hoc admirabili Sacramēto, in quo sub vini specie ipse Christi sanguis continetur eidem ecclesiæ prouenire, siquidem in eo non solum Christi caro

In Eucharistia Christi caro in cibū

A exhibetur in cibum, verum, & eius sanguis propinatur in potum, offerturque in lauacrum eidem ecclesiæ ad pulchritudinē cōferedam. Quod conceptis verbis capit. 9. suæ Prophetiæ attestatus est Zacharias dicens. *Quid bonum eius, aut quid pulchrū eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans Virgines*, quasi dicat. *Omnis ecclesiæ pulchritudo ab hoc diuino sanguine promanat, quo ablato omnem prorsus decorem auferri nemini dubium est.* Sic enim hunc Zachariæ locum intellexerunt omnes fere Patres, & præsertim D. Hieronymus, & Lyranus in commētarijs super eundem prophetam. Abbas Paschasius lib. de corpore, & sanguine Domini cap. 21. vbi sic ait. *Magnum bonum, & summæ benedictionis arcanum in Eucharistia Christi ecclesiæ præparatur, vbi Christus est conuiua dilitiarum, & conuiuium, de hoc olim repromisso Zacharias admirans ait: quid bonum eius? aut quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum? & ex hoc frumento, & vino bonum salutis ecclesiæ, & pulchritudo decoris præstatur, quia etsi quotidie sordescit, exinde reparatur, vt sponsa Christi, sine macula, & sine ruga talibus inueniatur, resperſa muneribus.*

B C D

exhibita einsque sāguis in potum, & in lauacrū ad pulchritudinē inferēdam.

Hier. & Lyr. ibi.

Abbas Paschas.

Eucharistia magnū ecclesiæ bonum & summæ benedictionis arcanum. Christus in Eucharistia dilitiarū conuiua.

Ab

Chryſ. *Chriſti ſanguis, Eccleſiæ decus.*

Ab hoc præcioſiſsimo Chriſti ſanguine omne militantis Eccleſiæ decus, ornamentum, vbertatem, & pulchritudinem profluxiſſe docet Pater Ioan. Chryſ. hom. 45. in Ioan. dum ſic eleganter ait. *Hic ſanguis orbis terrarum decus eſt; hic eſt quo Chriſtus emit, quo vniuerſam ornauit Eccleſiam. Hic ſanguis pulchritudinem, atque nobilitatem eiuſdem Eccleſiæ quam ſemper irrigat, & nutrit langueſcere non ſinit.* Et perquam certe bene loquitur ſanctus Pater Chryſoſt. arida namque, & inaquoſa vetus Eccleſia nihil præter tribulos ſpinaſque germinabat, deficiebat enim ros ille diuinus, nempe Chriſti ſanguis, à quo rore facta amenisſimos ferret flores, ideſt ſanctos martyres, cãdidas virgines, almoſque doctores, qui iſtum Chriſti viridarium, ideſt Eccleſiam exornant, pulchrumque reddunt: at vbi primum à Chriſti vulnere ros iſte cæleſtis defluxit, ſtatim Eccleſia fructus protulit ſuauiſsimos.

Chriſti ſanguis ros cæleſtis, qui Eccleſiam Chriſti viridariũ fæcundat.

Virgines, ac martyres, nouæ Eccleſiæ flores.

Aggæi. 1.

Huius diuini roris deficiẽtia vetus Eccleſiam minabatur Aggeas in cap. 1. dicens. *Super vos prohibiti ſunt cœli, ne darent rorem.* Et hunc eundẽ rorem, ideſt Chriſti ſanguinẽ S. Patriarcha Iſaac ſua benedictione præcabatur, vt Eccleſia renouata, & imbuta innumerabiles fructus ferret dicẽs Geneſios in cap. 27. *Det tibi Deus de rore cæli benedictionem.* Nam de eodẽ præcioſiſsimo Chriſti ſanguine, tam Aggæiæ locum, quam Iſaac de præcationem intellexit D. Hieronymus explicãs eadem Aggæiæ verba dum ait. *Ego hunc eſſe rorem exiſtimo, de quo dixerat Iſaac benedicens Iacob. Det tibi Deus de rore cæli benedictionem, ſine ſanguine enim Chriſti virtutum non pululant flores.* Hæc Hieronymus, & pulchre quidem, nam antequam Eccleſia Chriſti ſanguine irrigaretur nullos ferebat flores, at vbi primũ hoc cæleſti rore ſemel irrigata, & imbuta fuit, mira quadam florum varietate circumueſtita eſt, fructuumque copia adimpleta, ita vt iam nõ arida, aut ſordida, ſed varietate circumamicta, tota pulchra, & formoſa ab ſponſo nominetur. A quo enim rubicundus ille color quo fulgent martyres ſanctiſsimi, à quo ſplendor ille, & nitor, ac ſuauiſsimus odor, quo cãdidæ virgines, & flagrant, & exornantur, á quo præclara confeſſorum caterua, niſi á Chriſti ſanguine pululauit, vt non minus piè, quam docte in expoſitione.

Gen. 27.

Hieron.

Sine Chriſti ſanguine nõ producuntur in Eccleſia flores.

quæ nam flores à Chriſti ſanguine pulularũt

Pſam. 22. Chryſ.

Quam ſit Chriſti calix præclarus.

poſitione. Pſalmi. 22. proſequitur S. Pater Ioan. Chryſ. dum illa eiuſdem Pſalmi verba explicat. *Et calix meus inebrians quam præclarus eſt.* Vbi inter alia huic propoſito valde accommodata ſic affatur. *Si vultis videre quam præclarus eſt iſte calix, videte quanta ſit claritas in toto mundo ex paſsionibus Apoſtolorum, & Martyrum. De iſto calice bibit Eccleſia, de ipſo inebriauit eoſdem martyres, inebriauit vino ſanctitatis, non vino erroris: demenſa illa in ebriati ſunt, de qua dictum eſt, Accedens ad menſam potentis cōſidera ea, quæ apponuntur tibi. iſte igitur calix fecit claros, & præclaros, bene igitur inebrians præclarus eſt.*

Chriſti Eccleſia eius calice inebriata inebriauit filios ſuos. Altare Eucharistiæ, mēſa potentis.

De vi, & innata proprietate, quam ad inebriandum, & humectandum Eccleſiæ plantas habet ros iſte diuinus, ideſt Chriſti ſanguis, audiendus eſt Auguſtinus in expoſitione Pſalmi. 35. vbi ſic ait. *Cum accepta fuerit ineffabilis huius potus lætitia, perit quodammodo humana mens, & fit diuina, & inebriatur ab vbertate domus Dei: hoc iam calice inebriati erāt martyres, quando ad paſsionem euntes ſuos nō cognoſcebant, quid enim tam ebrium, quam non cognoſcere vxorem flentem, filios, & parentes.* Eandem etiam ad

Auguſt.

quomodo inebriat diuini ſanguinis potus. Sancti martyres Chriſti ſanguine ebrij, ſuos ſecūdum carnē nō cognoſcebat.

A

Eccleſiam irrigandam virtutem, & ad flores in ea producendos vbertatem ſerm. 143. inculcat. S. Petrus Chryſol. dicens. *Cæleſtis imber virgineū in vellus placido ſe effudit illapſu, & tota diuinitatis vnda bibulo ſe noſtræ carnis celauit in vellere, donec per patibulum crucis expreſſum terris omnibus in pluuiā ſalutis effunderet, & ſicut iſtillicidia iſtillant ia ſuper terrā.*

B

Ex quibus ſancti Patris verbis non ſolū oſtenditur virtus, & affluētia iſtius præcioſiſsimi roris ideſt, Chriſti ſāguinis, ſed etiam modus inculcatur, quo ſuper Eccleſiam deſcendens ipſam irriget, imbuatque, vt coronetur floribus, fructuſq; ferat vberrimos, nempe per crucis canalia diriuatus.

Chryſol.

quomodo ros iſte diuinus ad Eccleſiam irrigandam præparatus fuerit & deſcenderit.

C

Quomodo autem totum adhuc Eccleſiæ decus, & ornamentum ab hoc diuino Sacramento emanet, vt melius percipiatis aduertite ad id, quod apud hortulanos in more poſitum eſt: aquarum nēpe in hortis ſtagna cōſtruere, vt æſtuante ſole, pluuiaque, aut

D

rore deficiente, deductis inde per quoſdam canales aquis, terram irrigent, & emoliant, vt ſemper flores amenißimos proferat, fructuſq; ferat vberrimos. Ad hunc enim modū Chriſtus Dñs, qui in forma hortulani

Hortulanorum mos ad hortos irrigandos.

Chriſtus Dominus in Eccleſia cōmunem hortulanorū morem imitatus.

hortulani dignatus est apparere, & qui eandem ecclesiam, vt proprium hortum semper excolere, & irrigare consueuit vt in expositione cap. 20. Ioannis noster Rupertus obseruat dum causam reddit, cur in forma hortulani Christus Dominus Magdalenæ apparuerit dicens. *Sed quid mirum, quod hanc illi existimationem in esse voluit Dominus, quod esset ipse hortulanus? etenim ecclesia prioris populi hortus eius extitit, de quo in Canticis dicit. Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus fons signatus.* Ad hunc, inquam, hortulanorum modum Christus Domius, vt semper ecclesia flores immittat, fructusq; ferat, stagna cõfecit, ita affluẽtia, vt quamquã vigeat peccatorum æstus, virtutum tamen flores, & pænitentiæ fructus in ecclesia non deficiãt.

Ioan. 20. Rupert.

CurChristus in forma hortulani Magdalenæ apparuerit.

Cãtic. 4

Non ne Christus stagna ad ecclesiam suam irrigãdam construxit præparauit, & impleuit, quando sanguinem illum, quo mortis tempore eandem ecclesiam lauit, irrigauit, & imbuit, in sacrosanctis ærarijs, siue sacrarijs, seruare instituit, vt quotiescunque peccatorum æstus viguerit, denuo irrigentur ecclesiæ plantæ, & humectentur, vt nouos ferant virtutum flores, quibus eadẽ ecclesia coronetur, & frondeat, nec iam super carbones dinigrata, vt antea videatur, nec amplius invia, & inaquosa appelletur? Quæ mens non nostra est, sed grauissimorum Patrum, nempe Cypriani, Ioãnis Chrisost. D. Hieron. & aliquorum recentiorum. Sic enim in suo de operibus Cardinalibus ait P. Cyprianus. *Tu Domine sancti huius sanguinis permanẽtem plenitudinem reliquisti. Et beneficium huius sancti liquoris imperpetuum tradidisti.* Hęc Cyprianus. Quam etiam mentẽ comprobat D. Hierónymus in commentarijs suis super Zachariam Prophetam ad cap. 12. dicens. *Descendit Saluator noster Christus ad torrentem huius sæculi, & inebrians ecclesiam suam audiuit ab ea. Potabis me deuino vnguentarij, deuino malorum granatorum meorum: id est: de sanguine Christi, & omnium martyrum.* Ita vt iure optimo dicere posit Christus, quodvnumquodq; pomũ istius eius viridarij sanguine emat. Iuxta quam doctrinam non absre loqui videbimur si dicamus ChristumDominum hortum istum ecclesię, in horto Gethesamani irrigare cæpisse, nam ibi, vt attestatur Euãgelista Lucas, eius sanguinis guttæ

Stagna sui sanguinis fecit Christus ad irrigãdam ecclesiam.

Ecclesia Christi sanguine irrigata frondet.

Christi sanguine imbuta. Ecclesia invia, & inaquosa dici non potest.

Cyprian

D. Hier.

In horto Get hesemani cæpit Christus irrigare ecclesiã. Luc. 22.

guttæ instar roris decurrebāt in terram quasi ad illam irrigandam, & humectandam, quod confirmare videtur Procopius in expositione cap.26. Isaiæ dicens. *Ros tuus Domine Deus, est vnigenitus tuus, qui stillans guttis viuificātibus æternam vitam reddit.*

Procop.

Neque impropriè loqui videbimur si dicamus Christum Dominum se se in sacrosāctis ecclesiæ sacrarijs abscondisse, vt exinde auscultaret paruas vulpes, quæ eius viridariū demoliri conantur, nempe hæreticos, & cōmunes ecclesiæ inimicos adinstar coloni, siue hortulani, qui composito tugurio lo se abscondit, vt exinde fures inspiciat, ne poma sibi chara surripiant, exindeque oculos conijcit in totum viridariū & si quid est, quod plantas lædat statim auferre, & eradicare conatur, ne suffocentur, imó pululent, & germinent. Nam vt lib. 3. de re rustica c. 21. Columella obseruat. *Domini præsentis oculus agrum, hortumque fæcundat.* Dum igitur Christus ecclesiæ suæ præsens est in Eucharistia, non solum illam á vulpibus diripientibus illæsam custodit, verum, & fæcundat, ac excolit. Ex quibus omnibus patet nō abs re, neque extra decorū Mariam

Christus Dūs in sacrarijs sub panis, ac vini specie bus abcōdit⁹ eccle siā intuetur, custodit, ac defendit. Heretici in ecclesia vulpes.

Columel.

Christus ecclesiam ab Hereticis illæsam custodit.

Magdalenam Iesum seruatorem nostrum hortulanum reputasse, vt in oratione secūda de resurrectione Gregorius Nissenus ob seruauit.

Magdalenā inepte Christū hortulanū reputauit.

Grego. Nissen.

Quod si vberrimi istius fōtis, siue permanentis plenitudinis affluentiam, idest Christi sanguinis virtutem ad ecclesiæ plantas irrigandas medullitus percipere exoptatis Sāctum Pat. Ioannem Chrysost. homil. 45. audite vbi sic ait. *Ex paradiso fons scaturijt, à quo sensibiles fluuij emanarunt: ex mensa vero Eucharistica prodijt fons, qui fluuios spirituales diffūdit: iuxta hunc fontem non steriles salices germinant, sed quercus cælum ipsum attingētes, quæ fructus tempestiuos, & solidos semper producunt: siquis æstuat ad hunc fontem se conferat, & recreabitur.* Hæc Chrisostomus. Idē de eiusdem fontis vbertate argumentum in lib. de operibus Cardinalibus deuote prosequitur Cyprianus dicens. *Ex hoc fonte non tantum ablutionis primæ, qua initiantur accedentes ad Christum, vndas haurimus, sed & compunctionum; & lachrimarum, peremnes effluunt riui, & misericordiarum suauitas, & totius pietatis effectus emanant.* Neq; in cōmedāda vberrimi istius fōtis affluentia nostri venerabilis Lusitani Sebastiani

Chrisost.

Cyprian. *Quenam sint aquæ ab hoc copioso fōte emanantes.*

Barradas

Barrad.

Eucharistię fõs qui ab eius altari emanat, gratię totius vbertatẽ profert.

Barradas de'piciẽda est authoritas, qui lib. 3. suæ cõcordiæ Euãgeliorũ c. 33. sic istius perẽnis fontis vbertatem inculcat dicens. *Gratia totius fontem, Christianum altare contin t, quo vniuersa irrigatur ecclesia, idest fideles omnes.*

Ex hoc tamen fonte cauté, & mundè esse bibendum admonet Pater Augustin. in tractatu de cultura agri Dei dicẽs. *Vide terra quomodo accipias huius fontis aquam, idest. Vide homo, quomodo accipias, hunc preciosum Christi sanguinem, quia qui eum bene accipit, accipit benedictionem; qui vero eum male accipit iudicium sibi acquirit: ager es, ideo talis tibi cultura impenditur.*

August.

De Eucharistico fõte cauté bibendũ.

Arida ecclesia antequã hũc Eucharisticum fontem haberet.

Vę igitur ecclesiæ si stagna ista diuina; & vberrimum hũc Christi sanguinis fontem non haberet à quibus irrigaretur, siquidem sine illo virtutum non pululant flores: & siquidem antequam hoc diuinum Eucharistiæ beneficiũ ab spõso suo Christo obtineret omni prorsus pulchritudine, decoreque carebat: postquam vero ab hoc diuino fonte irrigatur miram assecuta est pulchritudinem, non solũ externam, verum & internam, in animis nempe fidelium, quæ dum vberrimo huius stagni,

A

siue fõtis humore, idest, Christi sanguine, irrigantur, non iã aridæ, rigidæque incedunt, sed molles, & pingues, atque ad pœnitentiæ fructus proferendum alacres, habilesque redduntur. Quod deuotissimis eloquijs pietateque plenis de more loco superius allegato prosequitur Cyprianus dicẽs.

Cyprian

B

Videte quomodo his, qui Christi corpus communicando eius commemorant passionem, quasi per quosdam canalles de interioribus fontibus egrediuntur torrentes, & super omnes delitias nectarijs lachrimis anima delectetur: quantam suauitatem animæ inquirenti Deum suum, suspiria cõtemplationis eliciant: non illos imbres procellosæ tẽpestates deponũt. Ros matutinus est iste sanguis de cælestibus stillans, & quasi vnctio spiritus mentẽ deliniens: gemitus illic pietas excitat, & inter diem, & noctem, retro, & ante se affectio intuens inter data, & condonata se diuidens: gratias agit, tam vberis beneficij largitori, & se sanatam, & sanctificatam ab isto sanguine agnoscens, fletibus se abluit, & lachrymis se baptizat. Hęc Cyprian. Ex quibus apparet quantam animi iocũditatem, & gaudium percipiat ecclesia, siue vnaquæq; Christianorum anima dum dominico sanguine perfũditur, nam

C

Quomodo fideliũ anima dũ Christi sãguinem sumũt, delectetur, & consolẽtur

Sanguis Christi ros matutinus de calestibus stillans.

D

dum

dum illud intra se capere non potest per oculos, quasi per quosdam canalles foras emittit. Vnde Alexandrinus Clemens lib. 1. Pedagogi in cap. 6. diuinum istum, eucharisticum cibum ecclesiæ gaudium eleganter appellat dicens. *Cibus iste per ignem dilectionis in gaudium ecclesiæ consistit.*

Clem. Al.

Eucharistia Sacramentum, ecclesiæ gaudium.

Ne quid autem deficeret in hoc Ecclesiæ Viridario, quod ad fideles refocillandos, ac recreandos conduceret: vltra vberrimum fontem, quem ex proprio sanguine in eo scaturire fecit Christus, quo fœcunda redderetur, arborẽ frõdosam ibi apposuit sub cuius salutifera vmbra fideles requiescerent, dum laborum æstu premerentur: Consueuerunt enim laborantes in agris post sudores operis, meridiani æst' ardorem declinare, vmbras petere, quatenus in ipsarum amenitate residẽtes, fesso cor pori leuamen aliquod submi nistrent. Apposuit, inquam, Christus in Ecclesiæ Viridario arborem pulcherrimam, ac salutiferam, carnem nẽpe suam panis albedine suauitate, & sapore, quasi quibusdam folijs ornatã, & circũuestitã, sub cuius vmbra odorifera, à præsentis vitæ labore refocile mur, atq; ita factũ est, vt nihil

Habet ecclesia fontem, quo irrigetur, & arborẽ qua ab æstu protegãtur fideles.

Christi caro arbor pulcherrima.

Ecclesia, læta paradisus.

A Ecclesiæ desit, vt læta Paradisus videatur, posuit namque Christus fontem sui sanguinis quo irrigantur plantæ, arboréq; inseuit, qua protegantur fideles, & sub cuius vmbra recreentur. Nouit hoc Iustinia-

B nus Laur. lib. de discipl. & perfectione Monastica c. 19. vbi sic ait. *Est hoc Diuinũ Eucharistiæ mysteriũ in Ecclesia quasi ingens arbor virẽtibus referta folijs, sub qua fugiunt laborantes, & peregrinãtes proteguntur in ipsius vmbraculo à diei æstu, & turbine quoque, & pluuia.* Nouit item hoc idẽ Mysterium Bernard.

Laurent. Iustinian.

C Noster serm. 48 in cantica dũ Ecclesiam ipsam, vel quamlibet fidelium animã, ad huius salutiferæ arboris vmbrã quiescentẽ contẽplatus est, & audiuit dicentem. *Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* *Propterea*, inquit Bernardus,

Cant 2. Bernard.

Caro Christi obumbrat nos, ab æstu vitiorum.

D *Sponsa, Christi potissimum desiderauerat vmbram, quia ipse solus fit, qui non solum ab æstu refrigerat vitiorum, sed & replet delectatione virtutũ, vmbra eius, caro eius, vnde mihi quoq; vbũbrat caro, qui in mysterio manduco eam.*

Ex his, quæ hucusque de ecclesiæ irrigatione per Christi sanguinem, & de ipsius in eam solicitudine, vt cura dicta

sunt clarissime patet quantũ vnusquisque circa eiusdem ecclesiæ culturam debet esse solicitus, & circa suum peculiare, & internum animæ viridarium, quod Christus Dominus ad virtutum flores producendos proprio sanguine irrigauit, & ad irrigãdum multoties, ex proprio sanguine stagna confecit, & peremnẽ fontem diriuauit. Quid enim in hortis aquarum proderũt stagna fontesque vberrimi, si aquas ipsas piger, otioque traditus hortulanus defundere non laboret, & totam terram irrigare imbuere, & humectare nõ curet? Quid si nocentes herbas non legat, radicitusque euellere conetur? Quid si glebã sarculo fudiendo nõ emolliat, & scindat? nihil certe. Proprio labori non parcens, imò proprium sãguinem effundẽs Christus stagna ad ecclesiam, siue ad animas fidelium irrigandas, & humectandas construxit, & nos (quod flentes dicimus) otio inertiæque traditi, ipsius ecclesiæ plantas, id est, animas nostras, nostrorũq; proximorum excolere, & irrigare despicimus: ex quo prouenit, vt non solum flores, fructusque non ferant proficuos, sed plantæ ipsæ radicitus excicatæ arescãt, quod quidem argumentum sub eadem horti plantarumque irrigationis metaphora docte prosequitur Philus Iudæus in opere illo, quod suo 2. tom. continetur, cui titulum apposuit. Quod omnis probus lib. Vbi sic ait. *Qui labori praeferunt otium, non solum germinibus officiunt, sed & radices ipsas excicando interimunt: contra vero, qui otium, vt noxium fugientes, ad laborem se applicant, velut generosarum plãtarum cultores cõtinua cura praecelsas virtutum stirpes educunt in ethera, immortales, virentesq́; perpetuo ferentes felicitatis fructum nunquam interiturum.*

Nullo labori peperit Christus, vt ecclesiæ viridariũ plãtarẽt, excoleret, & irrigaret.

Incõmoda, quæ prouenũt ex eo, quod ecclesiæ plantæ non excolantur.

Phil. Iud.

Qui plãtas non excolunt, genimina intiriment.

Qui plantas ecclesiæ excolunt impẽse generosi cultores sunt.

ANNOTATIO L.XXXVIII.

Circa eadẽ verba cõtextus. In finem dilexit

Prosequitur eadem materia de ecclesiæ ornamento, & decore à Christi sanguine prouento, & consequuto.

CVM tanta vilitate, & egestate affecta foret vetus ecclesia antequam Christus amantissimus eius sponsus in eã ingrederetur factus homo, tantisque honoribus fuerit eo adueniẽte aucta, decoribusq; illustrata, ac diuitijs referta: optimo quidẽ iure illud eidẽ

ecclesiæ potest Christus obijcere, quod sanctus olim Patriarcha Iacob patrueli, soceroq; suo, idest Laban, Genesis 30. obijciebat dicens. *Modicum habuisti antequam venirem ad te, & nunc diues effectus es, benedixitq; tibi Deus ad introitũ meũ.* Nam antequam verbũ Patris ad ecclesiã descenderet, seque ei adunaret, & illi assumptam carnẽ sub speciebus panis, & vini præberet in cibum, sãguinẽque suũ in potũ: vilitate, paupertateque maxima afficiebatur ecclesia, vt ex Hieremiæ verbis superius relatis Threnorũ 1. mõstrauimus. At vero postquam Christus Dominus eius amantissimus sponsus diuinũ hoc, & omnium spiritualium diuitiarum ærariũ ditissimũ, idest, ineffabile hoc Sacramẽtum, cũ eadẽ ecclesia in æternum permãsurũ, nunquãque defecturum instituit, preciosissimique sanguinis sui stagnũ locuples, vberrimumque fontem, ad illam irrigãdã cõstruxit: omnium charismatũ donis abundauit, admirabilẽque pulchritudinẽ assecuta est. In hunc etenim sensũ hanc Iacobi ad Labanũ exprobrationẽ ducit P. Rupertus ad hunc locum Genesis: nempe Christi ad ecclesiam, dum ita locũ exponit dicens. *Quid habebat hic*

Gen. 30.

Benedixit Deus Ecclesiam ad introitũ filij sui

Eucharistiæ Sacramentũ: ærariũ ditissimum

Rup. ibi.

A

B

C

D

mundus antequam Christus venir et, sibique carnem humanam cõiungeret, & ecclesiæ suæ se adunaret? Quid nisi modicũ legalis scientiæ, quam pauci nouerãt: & nũc diues (potest iure optimo Iesus mundo dicere) effectus es, benedixitq; tibi Deus, ad introitũ meũ: Vere enim diues effectus est mundus, benedixitque eum Deus ad introitũ filij sui omni benedictione spirituali, qua & omnia peccata donauit, & se ipsum exhibẽdo in cibũ, multiplicia bona cõcessit in eumq; contulit. Hæc Rupert.

Inquem etiam sensum existimat Pater Bernard. serm. 47. in Cantica esse accipiendam sponsi responsionem ad sponsam, quæ illi floridum lectulum, idest mundam, & virtutum floribus ornatam conscientiam, in qua requiesceret, offerebat dicens, Canticorum in cap. 1. *Lectulus noster floridus*, cui ecõtra sponsus respondit. *Ego flos campi, & lilium cõuallium*, quasi diceret. Totam tuam, ó sponsa florũ pulchritudinem qua gloriaris, & te redolentem, & formosam inculcas à me vno, qui flos optimus, & odoriferus sũ prouenire non dubites, imó recordare antiquæ tuæ fæditatis, qua affecta eras, antequam sãguine meo esses imbuta, & irrigata. *Ne*, inquit Bernardus,

Maxima ecclesiæ egestas, ante Christi aduentũ.

Bernard.

Cant. 1. *Tota ecclesiæ pulchritudo à Christo*

sibi flores illos adscriberet sponsus, quibus lectulus decoratus, & venustatus thalamus videbatur, infert sponsus, se esse florem campi, nec de thalamo prodire flores, sed de cãpo, suoq; munere, & sui participatione fieri, quod retinet, & quod redolet. Ne quis ergo ex probare illi posset, & dicere. *Quid habes quod nõ accepisti? si autẽ accepisti, quid gloriaris, quasi nõ acceperis?* ipse dilectæ suæ si cut ambitiosus amator, ita informator benignus piè illi, dig nanterque demonstrat, cui nitorẽ, de quo gloriatur, ac nasc- olentiam lectuli debeat deputari. *Ego flos campi*, inquit, *de me est, quod gloriaris*. Vnde non in congrue ad hunc Canticorum locum loquitur noster Laudunensis Anselmus; vbi super illa verba, *flos campi*, hæc intermittit, *decor mundi, gloria humilium, Virginum integritas*, quasi demonstrans om nes vniuscuiusque status fideles nouæ matris Ecclesiæ filios ab hoc flore pulcherrimo, verbo nempe incarnato, pulchritudinem assequi, & decorem, vnde perbelle vertunt nõnulli: *Ego Rosa in Saron*, idest, *in planicie*, nam quemadmodum rosariũ, siue rosetum media in planicie situm, totam planiciem condecorat, ita Christus in medio Ecclesiæ collocatus toti Ecclesiæ pulchritudinẽ contulit. Quod si rosetũ illud in media planicie collocatum, floribus ornatum, ac rosis circumuestitum intueri lætificat, Christũ spinea corona redimitũ intueantur. O quã pulchrum ibi rosetum! ó quã pulcher flos, & quã decorus! testantur vel etiam inuidi inimici, dũ roseti sũmitati titulũ affigunt dicẽtẽ. *IESVS Nazarenus*: Quod idẽ sonat atque; *Saluator floridus*. Rectè igitur *Campi flos*, ecclesiæ sponsus, qui rubore suo sponsam condecorat: Rectè, *Rosa in Saron*, a qua ecclesiæ planicies lætificatur, qua frondet, qua virescit, qua rubet. Rectè, *mundi decor*, à quo mundus nouũ splẽdorẽ, gloriamq; consequitur.

Huius respõsionis Christi sponsij ad sponsam ecclesiam, & illius exprobrationis eiusdem ad eandem, veritatem, & sensum, vt quis melius intelligat, probetque veteris ecclesiæ statum, & conditionem in mentem repetat, & in ea nihil inueniet pulchrum, aut solidum, sed vmbras tantum, & quædam cruenta, ac vacua sacrificia: ministrosque legales, manus pollutas, animaliumq; sanguine infectas, & contaminatas habẽtes: aras rudes hyrcorum, & vitulorum tabo ma-

A Christo sponso, quãdo, flos est campi, habet Ecclesia nasceolentiam.

1 Cor. c. 4

Ecclesia non de se, sed de Christo gloriari debet.

Cantic. 2

Laudun. Anselm.

Christus mundi decor. Gloria humiliũ: Virginũ integritas.

A Christo flore omnis ecclesia pulchritudo.

Nonnulli lorum versio.

Christus Rosa, siue Rosetum in planicie

quãdo fuit Christus Rosa, siue rosetum in planicie florens.

Christi pulchritudinem, & decorẽ, etiã ipsi inuidi inimici, fatentur.

Christus rubore suo ecclesiam totã cõdecorat.

Veteris ecclesiæ status.

defactas

defactas inspiciet. Delubra cruentarum oblationum frustris implicata inueniet. Nihil denique spirituale, nullum inter eam, cælumque comercium fuisse reperiet: nihil nisi ouiũ balatus taurorumque mugitus auribus percipiet: imó eãdem veterem ecclesiam plorãtem, & deprecanté exaudiet, vt dignetur iam sponsus ad ẽius vilitatem attendere tan. tęque inopiæ subuenire, *vide*, dicens, *Domine*, *& considera quoniam facta sum vilis*: Nam synagogæ, seu veteris ecclesiæ propriam inopiam deplorantis, hanc vocem esse obseruat ad hunc Threnorum locum Laudunensis Anselmus.

Threni. 1.

Laudun Anselm

Postquam veró Christus Dominus tantæ vilitati compatiens, tantæque indigentiæ subuenire volés, illam sibi per carnis assumptionem coniun. xit in sponsam, & postquam sacrosanctum hoc Eucharistię Sacramentum instituit, *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei*, & à quo omnis pulchritudo resultat, omnium bonorum opulétia repleta est ecclesia. *Veniens enim*, vt sermone de Passione 3. ait S. Leo Papa, *in hunc mundum diues, atque misericors negotiator cæli, commutatione mirabili iniuit comercium salutare, nostra accipiẽs, & sua tribuens: pro morte dans vitam, &c.*

Ad Col. 2

Leo Pap.

Christus negotiator cælestis.

Tantã igitur spiritualium donorum opulentia cumulata ecclesia, veterique spoliata maceria læta canit.

Sacris solẽnijs iũcta sint gaudia,
Et ex præcordijs sonẽt præconia,
Recedãt vetera; noua sint omnia
Corda, voces, & opera.

Læta ecclesiæ inclamatio

Quasi qui emandata vetustate, dimissisque veteribus: nouis gloriatur emcomijs. Et verequidem vetera recesserũt, omniaq; noua in institutione huius diuini Sacramenti facta sunt, siquidẽ expulsis adũbratis, vacuisque veteris legis sacrificijs, quæ nostrarũ animarũ famẽ pellere nõ valebãt, nouus panis conficitur, & nouus potus propinatur, qui verè potat, vt ser. de Cæn. Dñi, Cypr. obseruat dicés. *Cœna itaq; disposita inter Sacramẽtales epulas ob uiauerũt sibi instituta antiqua, & noua: & consũpto agno, quẽ antiqua traditio proponebat incõsũptibilẽ cibũ magister apponit discipulis*: hæc Cyprianus.

Ecclesiæ per Christi sanguinẽ in nouatio in multis ostendatur.

Cyprian.

Quando in Ecclesia vetera recesserũt nouaque omnia facta sunt.

Vere vetera recesserũt, omniaque noua facta sunt, siquidem loco cruentorũm sacrificiorum pacis, & vnitatis sacrificium succesśit, in quo verus ille agnus non scabie, maceriaque infectus, sed omnium charismatum abundantia enutritus,

Eucharistiæ sacrificiũ vnitatis, & pacis Sacramẽtũ.

Christus vitulus, sine agnus saginatus

tritus, & pastus immolatur, & sumitur. Nam vt Opusculo 57. ait D. Thomas. *Quid hoc sacrificio preciosius esse potest, in quo non carnes vitulorum, aut hircorum, vt olim in lege, sed nobis Christus sumendus proponitur verus Deus.* Neque mirum est tanto Christum sponsam ecclesiam deuinxisse pignore, illāque tanto munere illustrasse, quæ illius dictis, ac verbis adeo firmam semper fidē adhibuit, vt pro illis exequendis colum cultro passim offerre non dubitauerit, vt sermone de Euchristia late prosequitur Laurentius Iustinianus dicēs. *Tale profecto munus decebat, vt Christus tribueret ecclesiæ, quæ ardenter diligit; sperat promissa, inuisibilibus pascitur, futura credit, quærit cælestia, atque illi fidei ascensum præbet, Propheta attestante. Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.*

[Margin: D. Thom. *Eucharistiæ sacrificio, nihil in ecclesia pretiosius.*]

[Margin: Ps. 17.]

Bene vetera recesserunt, omniaque noua facta sunt, vbi loco cruentorum ministrorū manus sanguine infectas habentium, regale sacerdotium successit, pacificique, & candidati ministri accesserunt, quorum manus omnium scelerū decet esset immunes, vt Pater Chrisostom. in serm. de Cœna Domini aduertit dicens. *Expende quales oporteat esse manustantarum rerum ministras:* quales autē oporteat esse li. 4. aduersus hæreses cap. 34. expendit Irinæus dicens. *Quos radios solares non debet excedere manus illa, quæ Christi carnē pertractat, os, quod igne impletur spirituali; linga, quæ cruentatur hoc admirabili sanguine?* De quorum etiam puritate sic ait Cyprianus serm. de Cœna Domini. *Non oportet esse fiumentarios noui testamenti ministros, puras, synceras que mentes Sanctum quærit conniuium, vt crucis boni odoris assatio omnem excoquat carnalium sensuum crudelitatem, & induret, solidet que mētis affectus, ne in ecclesia sacta sacrificio, vlla sit macula, sed pura simplicitas, & innocentia vita in vna ecclesia catholica domo à fidelibus de Ægypto egrediētibus, transito mari rubro, lotis Christi sanguine affectibus offeratur:* De qua etiam sacerdotum nouæ legis dignitate, & puritate multa habet Chrisostomus Oratione quarta, aduersus Iudæos: & Pater Bernardus serm. 1. in Cœna Domini ex illis, qui tom. secund. suorum operum continentur dicens. *O præclara, ô reuerenda potestas vestra, ô sacerdotes! Certe non est potestas, post Deum sicut potestas vestra. Forstan*

[Margin: *Nouæ ecclesiæ sacerdotum mūditia, & puritas* Chrisost.]

[Margin: *Sacerdotum manus, os, & lingua solares radios debent excedere puritate.* Irinæus.]

[Margin: Cypriar. *Quales omnino deceat esse nouæ ecclesiæ sacerdotes.*]

[Margin: Chrisost. Bernard.]

Noua ecclesiæ sacerdotum potestas maior omnium potestatem.

In quo huius potestatis excellentia consistat.

Veteris legis sacerdotum astricta potestas.

tan scire vultis, & audite delectat apertius quænam sit ista tanta potestas, cui nihil in cælo, vel in terra valeat comparari? Consecrare videlicet corpus, & sanguinem Domini: Super potestate vestra, super tam insigni spectaculo, super, tam solemni dignitatis vestræ priuilegio stupet cælum, & miratur terra, contremiscit homo, reueretur plurimum angelica celsitudo, &c. Quibus ibi ostendit Bernardus quanta sit sacerdotum nouæ legis digni. tas, quantumq; sit discrimen inter eos, & veteris legis ministros, quorum potestas ad offerendum tantum parũ incensi, & adiugulanda animalia extendebatur.

Noua ecclesiæ templorum excellentia, & a veteris synagogæ templis præstantia.

Bene vetera recesserunt, omniaque noua facta sunt; siquidem solo æquato Synagogæ veteri delubro hircorum sanguine infecto, noua templa eriguntur numero infinita, amplitudine immania, opibus instructissima, turis vapore, florumque odoribus redolentia, aureis, & argenteis phyalis referta adhoc diuinũ Sacramentum cõficiendum, & asseruandum, de quorum pulchritudine, & magestate ecclesia ipsa gloriatur, Canticorum in cap. 1. dicens. *Tigna domorum nostrorum cedrina: laquearia nostra cypressina.* Nam

Cant. 1.

de nouæ ecclesię pulchritudine, & firmitate, de eiusque amplissimis, & ornatissimis delubris docet Origenes in libr. quatuor homiliarum in Cantica, esse intelligenda hæc nouæ sponsæ verba: cui suffragatur Theodoretus eadẽ verba exponẽs, & Diuus Gregorius Nissenus hom. 4. in Cãticis. Quin, & Hæbreorum Paraphrasis ita super hunc locũ habet aduerbum. *Ait Salomon Propheta. Quam decora ædes, seu domus sanctuarij, quæ ædificata est per manus meas ex arboribus cedrinis: atque spetiosior multo erit domus sanctuarij, quæ ædificanda est diebus Regis Missiæ, eius trabes erunt, ex cedris de paradiso Edem, & laquearia excupressis.* Neque certe clarioribus verbis potuit explicari nouæ ecclesiæ templorum excellentia, & diferentia, quæ reperitur inter ea, & veteris Synagogæ delubro, cum pręsertim hæc caldaica translatio valde consonet cum Ægæiæ prophetia in cap. 2. quæ etiam nouæ ecclesiæ pulchritudinem longe excellentiorem, quamveteris ecclesię futuram prędicat, eamque á Christo seruatore eiusdem nouæ ecclesiæ sponso prouenturam aperte testatur dicens. *Et veniet desideratus cunctis gentibus, & implebo*

Origin.

Theodor

Gregor. Nissen.

Hebræor Paraph.

Noua ecclesiæ pulchritudo.

AEgæiæ 2.

domum istam gloriæ magna erit gloria domus istius nouissimæ, plusquam primæ. Quam quidem prophetiam non de templo Hierosolomitanó, sed de noua ecclesia, quæ lapidibus viuis ædificata est, & Christi sanguine delibuta intelligendam esse docet Pater August. lib. 18. de ciuitate Dei ca.45.

August.

Benevetera recesserūt, omniaque noua facta sunt; siquidem loco aræ animalium sanguine madefactæ, noua altaria construuntur mille sericis paramentis vndique circum vestita, & adornata. Quæ quidem tanto excelentiora sunt, quanto excelentiora sunt, & sacrificia, quę in eis æterno Patri offeruntur, ideoque veteris delubri aram ex lapidibus impolitis, & rudibus confici, & construi præcipiebat Deus Exodi cap. 17. at vero nostra altaria omnibus paramentis adornari congaudet, vt idem venerabilis Lusitanus, quem superius retulimus eodem lib. 3. suæ concordiæ in capit. 32. annotauit dicens. *Ex impolitis lapidibus, rudibusque præcepit Deus altaria Iudæorum fieri, quoniam poluta, & rudia fuerunt Iudæorum sacrificia, boum, ouiū, & agnorū, quæ animalia ethnici etiam commentijs dijs immolabant, at christianorum altare, expolitissimum est, atque ornatissimum: non enim vitulorum, aut agnorum sanguine imbuitur, sed preciosissimo Christi cruore decoratur.* Hinc igitur nouæ ecclesiæ altaris, quanta sit dignitas optime comprobatur, in quod præsentialiter descendit Deus, & in quo sacramēta cælestia consecrantur, & tale, vt proprio Christi sanguine irrigetur; illiusquippe excellentiam olim Patriarcha Iacob præuidit in spiritu, cum Mesopotamiam pergeret, lapideq; capiti supposito obdormiret, scalam vidit, in cuius summitate Deum innixum contēplatus est. Angelosque ascendētes, & descendentes conspexit. Hoc enim nouæ ecclesiæ altare, in quo diuina caro æterno Patri toties immolatur, in hac huius visione scalæ fuisse figuratum testatur Laurētius Iustinian. serm. de Eucharistia prope finem dicens: *vides ne quam longe ante, sacri altaris patriarchæ huic sint reuelata mysteria, & quidem, vt ille ait, terribilis est altaris locus, in quo Angelorum, Archangelorumq; millia Domino descendente assistunt: assistūt plane fruitione beata latantes, & per scalam, quæ in Christi humanitate significatur, nunc in verbi cōtemplationē ascendunt, nunc in ipsius assumpti*

Altaris nouę ecclesię excellētia a ceteris synagogæ altaribus

Synagogæ altare ex lapidibus impolitis

Exod. 17

Nouæ ecclesię altaria sericis paramentis adornata.

Barradas

Vnde nouę ecclesię altaris dignitat.

Gen. 28.

Scala Iac. nouæ ecclesię altaris figura

Laurent. Iustinian.

Quomodo Angeli in Ecclesia altare ascendant & descendant.

A B C D

guttæ instar roris decurrebāt in terram quasi ad illam irrigandam, & humectandam, quod confirmare videtur Procopius in expositione cap.26. Isaiæ dicens. *Ros tuus Domine Deus, est vnigenitus tuus, qui stillans guttis vinificātibus aeternam vitam reddit.*

Procop.

Neque impropriè loqui videbimur si dicamus Christum Dominum se se in sacrosāctis ecclesiæ sacrarijs abscondisse, vt exinde auscultaret paruas vulpes, quæ eius viridariū demoliri conantur, nempe hæreticos, & cōmunes ecclesiæ inimicos adinstar coloni, siue hortulani, qui composito tugurio lo se abscondit, vt exinde fures inspiciat, ne poma sibi chara surripiant, exindeque oculos conijcit in totum viridariū & si quid est, quod plantas lædat statim auferre, & eradicare conatur, ne suffocentur, imó pululent, & germinent. Nam vt lib. 3. de re rustica c. 21. Columella obseruat. *Domini præsentis oculus agrum, hortumque fæcundat.* Dum igitur Christus ecclesiæ suæ præsens est in Eucharistia, non solum illam á vulpibus diripientibus illæsam custodit, verum, & fæcundat, ac excolit. Ex quibus omnibus patet nō abs re, neque extra decorū Mariam

Christus Dñs in sacrarijs sub panis, ac vini specie bus abcōdit⁹ ecclesiá intuetur, custodit, ac defendit. Hæretici in ecclesia vulpes.

Columel.

Christus ecclesiam ab Hæreticis illæsam custodit.

A

Magdalenam Iesum seruatorem nostrum hortulanum reputasse, vt in oratione secūda de resurrectione Gregorius Nissenus ob seruauit.

Magdalenā inepte Christū hortulanū reputasse.

Grego. Nissen.

Quod si vberrimi istius fōtis, siue permanentis plenitudinis affluentiam, idest Christi sanguinis virtutem ad ecclesiæ plantas irrigandas medudulitus percipere exoptatis Sāctum Pat. Ioannem Chrysost. homil. 45. audite vbi sic ait. *Ex paradiso fons scaturijt, à quo sensibiles fluuij emanarunt: ex mensa vero Eucharistica prodijt fons, qui fluuios spirituales diffūdit: iuxta hunc fontem non steriles salices germinant, sed quercus cœlum ipsum attingētes, quæ fructus tempestiuos, & solidos semper producunt: siquis æstuat ad hunc fontem se conferat*, & *recreabitur.* Hæc Chrisostomus. Idē de eiusdem fontis vbertate argumentum in lib. de operibus Cardinalibus deuote prosequitur Cyprianus dicens. *Ex hoc fonte non tantum ablutionis primæ, qua initiantur accedentes ad Christum, vndas haurimus, sed* & *compunctionum*; & *lachrimarum, peremnes effluunt riui,* & *misericordiarum suauitas,* & *totius pietatis effectus emanant.* Neq; in cōmedādа vberrimi istius fōtis affluentia nostri venerabilis Lusitani Sebastiani

B

Chrisost.

C

Cyprian.

Quenam fint aquæ ab hoc copioso fōte emanantes.

D

Barradas

Barrad.

Eucharistię fõs qui ab eius altare emanat, gratię totius vbertatẽ profert.

Barradas despiciẽda est authoritas, qui lib. 3. suæ cõcordiæ Euãgeliorũ c. 33. sic istius perẽnis fontis vbertatem inculcat dicens. *Gratia totius fontem, Christianum altare contin t, quo vniuersa irrigatur ecclesia, idest fideles omnes.*

August.

De Eucharistico fõte cauté bibendũ.

Ex hoc tamen fonte cauté, & mundè esse bibendum admonet Pater Augustin. in tractatu de cultura agri Dei dicẽs. *Vide terra quomodo accipias huius fontis aquam, idest. Vide homo, quomodo accipias, hunc preciosum Christi sanguinem, quia qui eum bene accipit, accipit benedictionem; qui vero eum male accipit iudicium sibi acquirit: ager es, ideo talis tibi cultura impenditur.*

Arida ecclesia antequã hũc Eucharisticum fontem haberet.

Vę igitur ecclesiæ si stagna ista diuina; & vberrimum hũc Christi sanguinis fontem non haberet à quibus irrigaretur, siquidem sine illo virtutum non pululant flores: & siquidem antequam hoc diuinum Eucharistiæ beneficiũ ab spõso suo Christo obtineret omni prorsus pulchritudine, decoreque carebat: postquam vero ab hoc diuino fonte irrigatur miram assecuta est pulchritudinem, non solũ externam, verum & internam, in animis nempe fidelium, quæ dum vberrimo huius stagni, siue fõtis humore, idest, Christi sanguine, irrigantur, non iã aridæ, rigidæque incedunt, sed molles, & pingues, atque ad pœnitentiæ fructus proferendum alacres, habilesque redduntur. Quod deuotissimis eloquijs pietateque plenis de more loco superius allegato prosequitur Cyprianus dicẽs. *Videte quomodo hi, qui Christi corpus communicando eius commemorant passionem, quasi per quosdam canalles de interioribus fontibus egrediuntur torrentes, & super omnes delitias nectarijs lacbrimis anima delectetur: quantam suauitatem animæ inquirenti Deum suum, suspiria cõtemplationis eliciant: non illos imbres procellosæ tẽpestates deponũt. Ros matutinus est iste sanguis de cælestibus stillans, & quasi vnctio spiritus mentẽ deliniens: gemitus illic pietas excitat, & inter diem, & noctem, retro, & ante se affectio intuens inter data, & condonata se diuidens: gratias agit, tam vberis beneficij largitori, & se sanatam, & sanctificatam ab isto sanguine agnoscens, fletibus se abluit, & lachrymis se baptizat.* Hęc Cyprian. Ex quibus apparet quantam animi iocũditatem, & gaudium percipiat ecclesia, siue vnaquæq; Christianorum anima dum dominico sanguine perfũditur, nam

Cyprian.

Quomodo fideli anima d Christi sanguinem sumũt, delectetur, e consolẽtur

Sangui. Christi ros matutinus de cælestibus stillans.

dum

dum illud intra se capere non potest per oculos, quasi per quosdam canalles foras emittit. Vnde Alexandrinus Clemens lib. 1. Pedagogi in cap. 6. diuinum istum, eucharisticum cibum ecclesiæ gaudium eleganter appellat dicens. *Cibus iste per ignem dilectionis in gaudium ecclesiæ consistit.*

Clem. Al

Eucharistia Sacramentum, ecclesiæ gaudium.

Ne quid autem deficeret in hoc Ecclesiæ Viridario, quod ad fideles refocillandos, ac recreandos conduceret: vltra vberrimum fontem, quem ex proprio sanguine in eo scaturire fecit Christus, quo fœcunda redderetur, arborē frōdosam ibi apposuit sub cuius salutifera vmbra fideles requiescerent, dum laborum æstu premerentur: Consueuerunt enim laborantes in agris post sudores operis, meridiani æst' ardorem declinare, vmbras petere, quatenus in ipsarum amenitate residētes, fesso corpori leuamen aliquod subministrent. Apposuit, inquam, Christus in Ecclesiæ Viridario arborem pulcherrimam, ac salutiferam, carnem nēpe suam panis albedine suauitate, & sapore, quasi quibusdam folijs ornatā, & circūuestitā, sub cuius vmbra odorifera, à præsentis vitæ labore refocilemur, atq; ita factū est, vt nihil Ecclesiæ desit, vt læta Paradisus videatur, posuit namque Christus fontem sui sanguinis quo irrigantur plantæ, arboréq; inseuit, qua protegantur fideles, & sub cuius vmbra recreentur. Nouit hoc Iustinianus Laur. lib. de discipl. & perfectione Monastica c. 19. vbi sic ait. *Est hoc Diuinū Eucharistiæ mysteriū in Ecclesia quasi ingens arbor virētibus referta folijs, sub qua fugiunt laborantes, & peregrinātes protegūtur in ipsius vmbraculo à diei æstu, & turbine quoque, & pluuia.* Nouit item hoc idē Mysterium Bernard. Noster serm. 48 in cantica dū Ecclesiam ipsam, vel quamlibet fidelium animā, ad huius salutiferæ arboris vmbrā quiescentē contēplatus est, & audiuit dicentem. *Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Propterea*, inquit Bernardus, *Sponsa, Christi potissimum desiderauerat vmbram, quia ipse solus sit, qui non solum ab æstu refrigerat vitiorum, sed & replet delectatione virtutū, vmbra eius, caro eius, vnde mihi quoq; vmbrat caro, qui in mysterio manduco eam.*

Habet ecclesia fontem, quo irrigetur, & arborē qua ab æstu protegātur fideles

Christi caro arbor pulcherrima.

Ecclesia, læta paradisus.

Laurent. Iustinian.

Cant 2. Bernard.

Caro Christi obumbrat nos, ab æstu vitiorum.

Ex his, quæ hucusque de ecclesiæ irrigatione per Christi sanguinem, & de ipsius in eam solicitudine, vt cura dicta

sunt

sunt clarissime patet quantū vnusquisque circa eiusdem ec clesiæ culturam debet esse solicitus, & circa suum peculiare, & internum animæ viridarium, quod Christus Dominus ad virtutum flores producendus proprio sanguine irrigauit, & ad irrigādum multoties, ex proprio sanguine stagna confecit, & peremnē fontem diriuauit. Quid enim in hortis aquarum proderūt stagna fontesque vberrimi, si aquas ipsas piger, otioque traditus hortulanus defundere non laboret, & totam terram irrigare imbuere, & humectare nō curet? Quid si nocentes herbas non legat, radicitusque euellere conetur? Quid si glebā sarculo fudiendo nō emolliat, & scindat? nihil certe. Proprio labori non parcens, imò proprium sāguinem effundēs Christus stagna ad ecclesiam, siue ad animas fidelium irrigandas, & humectandas construxit, & nos (quod flentes dicimus) otio inertiæque traditi, ipsius ecclesiæ plantas, id est, animas nostras, nostrorūq; proximorum excolere, & irrigare despicimus: ex quo prouenit, vt non solum flores, fructusque non ferant proficuos, sed plantæ ipsæ radicitus exsiccatæ arescāt, quod quidem argumentum sub eadem horti plantarumque irrigationis metaphora docte prosequitur Philus Iudæus in opere illo, quod suo 2. tom. continetur, cui titulum apposuit. Quod omnis probus lib. Vbi sic ait. *Qui labori præferunt otium, non solum germinibus officiunt, sed & radices ipsas excicando interimunt: contra vero, qui otium, vt noxium fugientes, ad laborem se applicant, velut generosarum plātarum cultores cōtinua cura præcelsas virtutum stirpes educunt in ethera, immortales, virentesq; perpetuo ferentes felicitatis fructum nunquam interiturum.*

Nullo labori pepercit Christus, vt ecclesia viridariū plātaret, excoleret, & irrigaret.

Incōmoda, quæ proueniūt ex eo, quod ecclesiæ plantæ non excolantur.

Phil. Iud.

Qui plātas non excolunt, genimina interimunt.

Qui plantas ecclesiæ excolunt impēse generosi cultores sunt.

ANNOTATIO L. XXXVIII.

Circa eadē verba cōtextus. In finem dilexit

Prosequitur eadem materia de ecclesiæ ornamento, & decore à Christi sanguine prouento, & consequuto.

CVM tanta vilitate, & egestate affecta foret vetus ecclesia antequam Christus amantissimus eius sponsus in eā ingrederetur factus homo, tantisque honoribus fuerit eo aduenīete aucta, decoribusq; illustrata, ac diuitijs referta: optimo quidē iure illud eidē

ecclesiæ poteſt Christus obijcere, quod ſanctus olim Patriarcha Iacob patrueli, ſoceroq; ſuo, ideſt Laban, Geneſis 30. obijciebat dicens. *Modicum habuiſti antequam venirem ad te, & nunc diues effectus es, benedixitq; tibi Deus ad introitũ meũ.* Nam antequam verbũ Patris ad eccleſiã deſcenderet, ſeque ei adunaret, & illi aſſumptam carnẽ ſub ſpeciebus panis, & vini præberet in cibum, ſãguinẽque ſuũ in potũ: vilitate, paupertateque maxima afficiebatur eccleſia, vt ex Hieremiæ verbis ſuperius relatis Threnorũ 1. mõſtrauimus. At vero poſt quam Christus Dominus eius amantiſsimus ſponſus diuinũ hoc, & omnium ſpiritualium diuitiarum ærariũ ditiſſimũ, ideſt, ineffabile hoc Sacramẽtum, cũ eadẽ eccleſia in æternum permãſurũ, nunquãque defecturum inſtituit, precioſiſſimique ſanguinis ſui ſtagnũ locuples, vberrimumque fontem, ad illam irrigãdã cõſtruxit: omnium chariſmatũ donis abundauit, admirabilẽque pulchritudinẽ aſſecuta eſt. In hunc etenim ſenſũ hanc Iacobi ad Labanũ exprobrationẽ ducit P. Rupertus ad hunc locum Geneſis: nempe Christi ad eccleſiam, dum ita locũ exponit dicens. *Quid habebat hic mundus antequam Christus venir et, ſibique carnem humanam cõiungeret, & eccleſiæ ſuæ ſe adunaret? Quid niſi modicũ legalis ſcientiæ, quam pauci nouerãt: & nũc diues (poteſt iure optimo Ieſus mundo dicere) effectus es, benedixitq; tibi Deus, ad introitũ meũ: Vere enim diues effectus eſt mundus, benedixitque eum Deus ad introitũ filij ſui omni benedictione ſpirituali, qua & omnia peccata donauit, & ſe ipſum exhibẽdo in cibũ, multiplicia bona cõceſſit in eumq; contulit.* Hæc Rupert.

Gen. 30.

Benedixit Deus Eccleſiam ad introitũ filij ſui

Euchariſtiæ Sacramentũ: ærariũ ditiſsimum

Rup. ibi

Maxima eccleſiæ egeſtas, ante Christi aduentũ.

In quem etiam ſenſum exiſtimat Pater Bernard. ſerm. 47. in Cantica eſſe accipiendam ſponſi reſponſionem ad ſponſam, quæ illi floridum lectulum, ideſt mundam, & virtutum floribus ornatam conſciẽtiam, in qua requieſceret, offerebat dicens, Canticorum in cap. 1. *Lectulus noſter floridus*, cui ecõtra ſponſus reſpondit. *Ego flos campi, & lilium cõuallium*, quaſi diceret. Totam tuam, ó ſponſa florũ pulchritudinem qua gloriaris, & te redolentem, & formoſam inculcas à me vno, qui flos optimus, & odoriferus ſũ prouenire non dubites, imó recordare antiquæ tuæ fæditatis, qua affecta eras, antequam ſãguine meo eſſes imbuta, & irrigata. *Ne*, inquit Bernardus,

Bernard.

Cant. 2. Tota eccleſiæ pulchritudo à Christo

sibi flores illos adscriberet sponsa, quibus lectulus decoratus, & venustatus thalamus videbatur, infert sponsus, se esse florem campi, nec de thalamo prodire flores, sed de cāpo, suoq́ munere, & sui participatione fieri, quod retinet, & quod redolet. Nequis ergo ex probare illi posset, & dicere. *Quid habes quod nō accepisti? si autē accepisti, quid gloriaris, quasi nō acceperis?* ipse dilectæ suæ si cut ambitiosus amator, ita informator benignus piè illi, dig nanterque demonstrat, cui nitorē, de quo gloriatur, ac nascolentiam lectuli debeat deputari. *Ego flos campi*, inquit, *de me est, quod gloriaris.* Vnde non in congrue ad hunc Canticorum locum loquitur noster Laudunensis Anselmus; vbi super illa verba, *flos campi*, hæc intermittit, *decor mundi, gloria humilium, Virginum integritas*, quasi demonstrans omnes vniuscuiusque status fideles nouæ matris Ecclesiæ filios ab hoc flore pulcherrimo, verbo nempe incarnato, pulchritudinem assequi, & decorem, vnde perbelle vertunt nōnulli: *Ego Rosa in Saron*, idest, *in planicie*, nam quemadmodum rosariū, siue rosetum media in planicie situm, totam planiciem condecorat, ita Christus in medio Ecclesiæ collocatus toti Ecclesiæ pulchritudinē contulit. Quod si rosetū illud in media planicie collocatum, floribus ornatum, ac rosis circumuestitum intueri lætificat, Christū spinea corona redimitū intueantur. O quā pulchrum ibi rosetum! ó quā pulcher flos, & quā decorus! testantur vel etiam inimici inimici, dū roseti summitati titulū affigunt dicētē. *IESVS Nazarenus*: Quod idē sonat atque; *Saluator floridus*. Recte igitur *Campi flos*, ecclesiæ sponsus, qui rubore suo sponsam condecorat: Recte, *Rosa in Saron*, a qua ecclesiæ planicies lætificatur, qua frondet, qua virescit, qua rubet. Recte, *mundi decor*, à quo mundus nouū splēdorē, gloriamq; consequitur.

Huius respōsionis Christi sponsij ad sponsam ecclesiam, & illius exprobrationis eiusdem ad eandem, veritatem, & sensum, vt quis melius intelligat, probetque veteris ecclesiæ statum, & conditionem in mentem repetat, & in ea nihil inueniet pulchrum, aut solidum, sed vmbras tantum, & quædam cruenta, ac vacua sacrificia: ministrosque legales, manus pollutas, animaliumq; sanguine infectas, & contaminatas habētes: aras rudes hyrcorum, & vitulorum tabo ma-

A Christo sponso, qui flos est cāpi, habet Ecclesia nascolentiam.

1 Cor. c. 4

Ecclesia non de se, sed de Christo gloriari debet.

Cantic. 2.

Laudun. Anselm.

Christus mundi decor. Gloria humiliū: Virginū integritas.

A Christo flore omnis ecclesiæ pulchritudo.

Nonnullorum versio.

Christus Rosa, siue Rosetum in planicie

quādo fuerit Christus Rosa, siue rosetum in planicie florens.

Christi pulchritudinem, & decorē, etiā ipsi inuidi inimici fatentur.

Christus rubore suo ecclesiam totā cōdecorat.

Veteris ecclesiæ status.

defactas inspiciet. Delubra cruentarum oblationum frustris implicata inueniet. Nihil denique spirituale, nullum inter eam, cælumque commertium fuisse reperiet: nihil nisi ouium balatus taurorumque mugitus auribus percipiet: imó eãdem veterem ecclesiam plorãtem, & deprecantẽ exaudiet, vt dignetur iam sponsus ad eius vilitatem attendere tanteque inopiæ subuenire, *vide,* dicens, *Domine, & considera quoniam facta sum vilis*: Nam synagogæ, seu veteris ecclesiæ propriam inopiam deplorantis, hanc vocem esse obseruat ad hunc Threnorum locum Laudunensis Anselmus.

Thren.1.

Laudun Anselm

Postquam veró Christus Dominus tantæ vilitati compatiens, tantæque indigentiæ subuenire volẽs, illam sibi per carnis assumptionem coniunxit in sponsam, & postquam sacrosanctum hoc Eucharistię Sacramentum instituit, *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei*, & à quo omnis pulchritudo resultat, omnium bonorum opulẽtia repleta est ecclesia. *Veniens enim*, vt sermone de Passione 3. ait S. Leo Papa, *in hunc mundum diues, atque misericors negotiator cæli, commutatione mirabili iniuit commercium salutare, nostra accipiẽs, & sua tribuens: pro morte dans vitam, &c.*

AdCol. 2

LeoPap.

Christus negotiator cælestis.

Tanta igitur spiritualium donorum opulentia cumulata ecclesia, veterique spoliata maceria læta canit.

Sacris solẽnijs iũcta sint gaudia,
Et ex præcordijs sonẽt præconia,
Recedãt vetera; noua sint omnia
Corda, voces, & opera.

Læta ecclesiæ inclamatio

Quasi qui emendata vetustate, dimissisque veteribus: nouis gloriatur encomijs. Et verequidem vetera recesserũt, omniaq; noua in institutione huius diuini Sacramenti facta sunt, siquidẽ expulsis adũbratis, vacuisque veteris legis sacrificijs, quæ nostrarũ animarũ famẽ pellere nõ valebãt, nouus panis conficitur, & nouus potus propinatur, qui verè potat, vt ser. de Cæn. Dñi, Cypr. obseruat dicẽs. *Cœna itaq; dispo sita inter Sacramẽtales epulas ob uiauerũt sibi instituta antiqua, & noua: & consũpto agno, quẽ antiqua traditio proponebat incõsũptibilẽ cibũ magister apponit discipulis*: hæc Cyprianus.

Ecclesiæ per Christi sanguinẽ in nouatio in multis ostenditur.

Cyprian.

Quando in Ecclesia vetera recesserũt nouaque omnia facta sunt.

Vere vetera recesserũt, omniaque noua facta sunt, siquidem loco cruentorũm sacrificiorum pacis, & vnitatis sacrificium succesit, in quo verus ille agnus non scabie, maceriaque infectus, sed omnium charismatum abundantia enu tritus,

Eucharistiæ sacrificiũ vnitatis, & pacis Sacramẽtũ.

Christus vitulus, sine agnus saginatus

tritus, & pastus immolatur, & sumitur. Nam vt Opusculo 57. ait D. Thomas. *Quid hoc sacrificio preciosius esse potest, in quo non carnes vitulorum, aut hircorum, vt olim in lege, sed nobis Christus sumendus proponitur verus Deus.* Neque mirum est tanto Christum sponsam ecclesiam deuinxisse pignore, illāque tanto munere illustrasse, quæ illius dictis, ac verbis adeo firmam semper fidē adhibuit, vt pro illis exequendis colum cultro pasim offerre non dubitauerit, vt sermone de Euchristia late prosequitur Laurentius Iustinianus dicēs. *Tale profecto munus decebat, vt Christus tribueret ecclesiæ, quæ ardenter diligit; sperat promissa, inuisibilibus pascitur, futura credit, quærit cælestia, atque illi fidei ascensum præbet, Propheta attestante. Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.*

D. Thom Eucharistiæ sacrificio, nihil in ecclesia pretiosius.

Ps. 17.

Bene vetera recesserunt, omniaque noua facta sunt, vbi loco cruentorum ministrorū manus sanguine infectas habentium, regale sacerdotium successit, pacificique, & candidati ministri accesserunt, quorum manus omnium scelerū decet esset immunes, vt Pater Chrisostom. in serm. de Cœna Domini aduertit dicens. *Expende quales oporteat esse manustantarum rerum ministras: quales autē oporteat esse li*. 4. aduersus hæreses cap. 34. expendit Irinæus dicens. *Quos radios solares non debet excedere manus illa, quæ Christi carnē pertractat, os, quod igne impletur spirituali; linga, quæ cruentatur hoc admirabili sanguine?* De quorum etiam puritate sic ait Cyprianus serm. de Cœna Domini. *Non oportet esse frumentarios noui testamenti ministros, puras, synceras que mentes Sanctum quærit conniuium, vt ceruicis boni odoris assatio omnem excoquat carnalium sensuum crudelitatem, & induret, solidetque mētis affectus, ne in ecclesiæ sactæ sacrificio, vlla sit macula, sed pura simplicitas, & innocentiæ vita in vna ecclesiæ catholicæ domo à fidelibus de Ægypto egrediētibus, transito mari rubro, lotis Christi sanguine affectibus offeratur:* De qua etiam sacerdotum nouæ legis dignitate, & puritate multa habet Chrisostomus Oratione quarta, aduersus Iudæos: & Pater Bernardus serm. 1. in Cœna Domini ex illis, qui tom. secund. suorum operum continentur dicens. *O præclara, ô reuerenda potestas vestra, ô sacerdotes! Certe non est potestas, post Deum sicut potestas vestra. Forsitan*

Nouæ ecclesiæ sacerdotum mūditia, & puritas Chrisost.

Sacerdotum manus, & lingua solares radios debent excedere puritate. Irinæus.

Cyprian. *Quales omnino deceat esse nouæ ecclesiæ sacerdotes.*

Chrisost. Bernard.

domum istam gloriæ: magna erit gloria domus istius nouissimæ, plusquam primæ. Quam quidem prophetiam non de templo Hierosolomitano, sed de noua ecclesia, quæ lapidibus viuis ædificata est, & Christi sanguine delibuta intelligendam esse docet Pater August. lib. 18. de ciuitate Dei ca. 45.

August.

Benevetera recesserũt, omniaque noua facta sunt; siquidem loco aræ animalium sanguine madefactæ, noua altaria construuntur mille sericis paramentis vndique circum vestita, & adornata. Quæ quidem tanto excelentiora sunt, quanto excelentiora sunt, & sacrificia, quę in eis æterno Patri offeruntur, ideoque veteris delubri aram ex lapidibus impolitis, & rudibus confici, & construi præcipiebat Deus Exodi cap. 17. at vero nostra altaria omnibus paramentis adornari congaudet, vt idem venerabilis Lusitanus, quem superius retulimus eodem lib. 3. suæ concordiæ in capit. 32. annotauit dicens. *Ex impolitis lapidibus, rudibusque præcepit Deus altaria Iudæorum fieri, quoniam poluta, & rudia fuerunt Iudæorum sacrificia, boum, ouiũ, & agnorũ, quæ animalia ethnici etiam commentijs dijs immolabant, at christianorum altare, expolitissimum est, atque ornatissimum: non enim vitulorum, aut agnorum sanguine imbuitur, sed preciosissimo Christi cruore decoratur.* Hinc igitur nouæ ecclesiæ altaris, quanta sit dignitas optime comprobatur, in quod præsentialiter descendit Deus, & in quo sacraméta cælestia consecrantur, & tale, vt proprio Christi sanguine irrigetur; illiusquippe excellentiam olim Patriarcha Iacob præuidit in spiritu, cum Mesopotamiam pergeret, lapideq; capiti supposito obdormiret, scalam vidit, in cuius summitate Deum innixum contéplatus est. Angelosque ascendétes, & descendentes conspexit. Hoc enim nouæ ecclesiæ altare, in quo diuina caro æterno Patri toties immolatur, in hac huius visione scalæ fuisse figuratum testatur Laurétius Iustinian. serm. de Eucharistia prope finem dicens: *vides ne quam longe ante, sacri altaris patriarchæ huic sint reuelata mysteria, & quidem, vt ille ait, terribilis est altaris locus, in quo Angelorum, Archangelorumq; millia Domino descendente assistunt: assistũt plane fruitionę beata lætantes, & per scalam, quæ in Christi humanitate significatur, nunc in verbi cõtemplationẽ ascendunt, nunc in ipsius assumpti*

Altaris nouę ecclesię excellẽtia a ceteris synagogæ altaribus.

Synagogę altare ex lapidibus impolitis

Exod. 17

Nouæ ecclesię altaria sericis paramentis adornata.

Barradas

Vnde nouę ecclesię altaris dignitat.

Gen. 28.

Scala Iac. nouæ ecclesię altaris figura

Laurent. Iustinian.

Quomodo Angeli in Ecclesia altare ascendant & descendan.

hominis iocundã consideratione descendunt. Intulit hanc nouæ ecclesiæ altaris excellentiam, & à Iudaico differẽtiam Paulus dicens: *Habemus altare de quo edere non habent potestatẽ qui tabernaculo deseruiunt*, quẽ Pauli locum de nouæ ecclesiæ altari, & de santissimo hoc edulio, de quo agimus intelligẽdum esse docent patres. Nẽpe Catharinus, Theodoretus, noster Anselmus, Cyprianus, lib. de vnitate ecclesiæ, & lib. de Oratione dominica, & lib. 3. ad Quirinum, Origines Homil. 26. in lib. Num. Tertulian. lib. de Oratione: Optatus Afer. initio lib. 6. contra Parmenianum Hilarius denique Canone 5. qui omnes ex hoc Pauli loco excellentiã inferũt, qua nouæ ecclesiæ altare, altari veteris synagogæ præstat. Quamquidem excellentiã, ac præstantiam, ex eo prouenire demonstrant, quia in illo verũ Christi corpus immolatur, æternoque Patri offertur, vt præcipue Theodoret. obseruat dicens. *In illo altari erat hostia Brutalis, & rationis expers: in nostro vero, rationalis, & diuina, non alia, quam homo Deus.*

Ad Heb. 13.

Cathar. Theod. Anselm Cyprian Origin. Tertul. Optatu Afer. Hilariu.

Theod.

Bene ergo vetera recesserũt omniaque noua facta sũt: siquidẽ loco filiorũ sacerdotũ, qui sacrificijs inseruiebant, & quorum auaritia oblationis carnes ex lebete auferebat, angeli sufficiuntur, vt sacerdotibus inseruiãt, & administrẽt. Nam vt in expositione capit. 22. Lucæ Ambrosius obseruat, quãdo nouæ gratiæ sacerdotes diuinum hoc eucharistiæ Sacramentum in altari cõsecrant, Angeli ibi ministeriũ reuerenter exequuntur. *Tunc*, inquit Ambrosius, *Angeli ministrant sacerdoti, & tribunal, siue altaris locus cælestibus virtutibus adimpletur in honorem illius, qui immolatur*, & *sumitur*. Hinc est, quod Iustinian. Laurentius serm. de Eucharistia nouę ecclesiæ altare, Dei currum appellet, illum nempe de quo psalmista. *Cutrus Dei decẽ milibus multiplex millia lætãtiũ, Dominus in eo, in syna sancto.*

1. Regũ cap. 1.

Ambr. *Angeli inseruiunt sacerdotibus.*

Altare ecclesiæ Currus Dei. Iustinian.

Psal. 6.

Bene vetera recesserũt, omniaque noua facta sunt, siquidem loco animaliũ mugitus, melliflux personant cãtilenę, psalmodiaque suauis, nec non tybiarum sonus modulatissimus digitorum adminiculo celeriter excitatus: quem quidem sonum, & mellifluas cantilenas sponsus auidissimè exaudire profitetur, dum Canticorum secund. ab ecclesia sponsa precibus efflagitat, vt edat. *Sonet*, ait, *vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis:*

Nouæ ecclesiæ cãtus præstãtia.

Can. 2.

nam

nam denouæ ecclesiæ cantu hymnis, & orationibus docet Hebræorum interpretes esse intelligenda hæc sponsi verba, & præsertim Rabbi Solomoh in commentarijs huius loci, quibus non solum suffragatur Philo Iudæus lib. de victimas offerentibus, qui tom. 2. suorum operum cõtinetur, verum etiam nouæ ecclesiæ cantus magnopere commendat dicens. *Non gaudet Deus hecatombis, idest, centenis boum victimis, cum sit cunctarum rerum Dominus, nec vllius indiget, mauult pias mentes, & sanctitatis meditatores: imò etiamsi nihil afferant, ipsos complectitur absolutos in omni virtutum genere, pro victimis opimis adducentes hymnos in seruatorem suum, ac benefactorem, partim vocales, partim absque ore. Quantum enim aurum præstat lapidibus, tantum acceptior est suffitus gratiarum actionis, quam mactata victima.* Ita certe est nam voces veteris ecclesiæ obstruebāt aures: voces vero, & cãtica nouæ ecclesiæ recreāt auditū, & ad pietatē, & deuotionē incitant animū, & demulcent Christi aures, qui quoniam verbum est, hominum verbis, & nō taurorum mugitibus recreatur, vt lib. 6. diuinarum institutionum cap. 25. & cap. 44. Lactātius Fermianus aduertit dicens. *Verbo oportet sacrificari Deo, siquidem Deus verbum est: Summus igitur colendi ritus est ex ore iusti hominis ad Deum directa laudatio.* Quod autem cãtus, & psalmodia nouæ ecclesiæ animum ad pietatem, & deuotionem excitent testatur D. Augustin. lib. 9. Confessionum in cap. 6. in se ipso expertum fuisse dicens. *Quantum fleui in hymnis, & canticis tuis, suaue cantitatis ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter.* Idemq; lib. 10. Confessionum cap. 33. *Cum reminiscor lachrimas meas, quas fudi, ad cantus ecclesiæ tuæ in primordijs recuperatæ fidei meæ, & nunc ipso commoueor nō tantum cantu, sed & rebus, quæ cantantur cum liquida voce, & conuenientissima modulatione.* Nostræ etiam nouę ecclesiæ in cantãdo suauitatem, & dulcedinem commendat D. Ambrosius lib. 2. de Caim, & Abel cap. 5. cum ait. *Delectant cantica, audi cantantem matrem ecclesiam.* Et optime quidem dictum est; quem enim non delectabit sacerdos nouæ gratiæ dum sacrosãctum Christi corpus præmanibus gestans intonat dicens. *Pange lingua gloriosi, corporis mysterium, &c.* Vel, *tantum ergo Sacramentum veneremur cernui.* Quæ igitur est

Marginalia: Rabi Solomoh. — Phil. Iud. — *Quanam sint cantica, quæ Deum delectant.* — *Quātum præstent hymni sacri ecclesiæ, sacrificijs synagogæ.* — *Voces synagogæ obstruebant aures: cātica vero nouæ ecclesiæ mulcent.* — Lactant. — Firm. — *Optimus Deum colēdi ritus.* — *Ecclesiæ cantica ad pietatem excitant.* — August. — Libr 10. cof. c. 33 — *In Ecclesia cātus quæ [illegible], qui cutant [illegible] magnopere delectant.* — Ambros. — *Hymnus ecclesiæ in officio Eucharistiæ.*

istarum

istarum modul ationũ ad taurorum mugitus, ouiumque balatus compara;io? Nulla certe: imó totum pulchrum, totum suaue est in nouaecclesia, quia omne bonum, & omne pulchrum habet, dum hoc diuinum Sacramentum in se continet, à quo ei omnis decor, & pulchritudo emanat. Hanc autem dulcem, ac suauem, ecclesię harmoniã, quaDeus ipse delectatur, ab hoc diuino pane quo vescitur illi prouenire docet Damianus Epistola 19. lib. 7. quæ est ad Blancam Comitissam monialem: vbi illam ad huius suauissimi edulij crebram sũptionem exhortãs, sic ait. *Christi corpus, & sanguinẽ ore carnis crebrius suscipe, vt hanc eius vocem merito possis audire: fauus distillans labia tua, mel, & lac sub lingua tua*: hæc ille, quasi demonstrans, vocis dulcedinem, qua Christus recreatur á suauissimo hoc cibo & potu ecclesię ori prouenire. Consonat Aponius, qui exponẽs illa, 2. Canticorum verba quorum supra meminimus, *vox tua dulcis*, expresse asserit prouenire hãc nouæ ecclesiæ vocis dulcedinẽ, ab huius suauissimi Christi sanguinis haustu dicens: *vox illa, quæ horrida; & interclusa erat impietatis raucedine, cum dixerat. Crucifige, Crucifige: tali haustu, & medicinali poculo sãguinis, quem fuderat, adcanoram dulcedinem renouata est: confitendo se credere Deum, quem vt hominem ante Pilatum damnauerat*, quam doctoris expositionem, ecclesia ipsa confirmat dum suaui harmonia intonat. *Credo in Deum, &c.*

Omnia in Ecclesia pulchra, atque suauia.

Omnis ecclesiæ cantus suauitas abhoc diuino prouenit Sacramẽto

Pet. Dam

Cãtic 4

Cant. 2.

Aponius

Vox veteris ecclesia rauca à clamoribus Christi sanguinis effusionem postulantibus; eiusdẽ sãguinis haustu suauissima facta est.

Hanc nouæ ecclesiæ per Christi sanguinem consecutam renouationem, decoréq; admirabilẽ pleno pietatis eloquio in libro de peccatorum meritis, & remissione contra Faustum prosecutus est Augustinus, vbi obiter explicans illa verba Psalmi 25. *Non congregabo conuenticula eorum de sãguinibus, nec memor ero nominũ eorum per labia mea.* Sic ait. *Quoniam multis sacrificiorum sanguinibus, cum primum in tabernaculum, vel in templum congregarẽtur, conuincebantur potius peccatores, quã mũdabãtur, nõ ergo iã*, inquit Dominus, *de sanguinibus congregabo, vnus enim sanguis pro multis datus est, quo veraciter mũdaremur: & sequitur. Nec memor ero nominum eorum, per labia mea, tanquam innouatorum, nam nomina eorum erant prius, filij carnis, filij Sæculi, filij iræ, filij Diaboli, immundi, peccatores, impij: postea vero filij Dei: homini nouo, nomen nouum: cantan-*

Psal. 25.

Augustin. *Cum [illegible] sacrilegè offerebãtur sacrificia, cõuincebãtur offerẽtes de crimine, at ero in noua ecclesia mũdãtur á crimine qui offerunt. Mediante hoc diuino Eucharistiæ Sacramẽto, à filijs iræ, & diaboli, transeũt homines ad filios Dei*

ti no

ti nouo, canticum nouum, de sanguine testamenti noui.

Neque minus huic proposito consentanea sunt illa, quę serm. 6. de Passione habet S. Leo Papa. *Oportebat*, inquit, *vt manifesto implerētur effectu, quæ diu fuerant figurato promissa mysterio, vt quem significatiuam ouis vera remoueret, & vt vno impleretur sacrificio variarum sacrificia victimarum: nam omnia illa, quæ de immolatione agni fuerunt præstituta, Christum prophetarunt, vt ergo vmbræ cederent corpori, & cessassent imagines sub præsentia veritatis, antiqua obseruantia nouo tollitur Sacramento, hostia in hostiam trãsit, sanguis sanguine excluditur, & legalis festiuitas dũ mutatur, impletur.*

LeoPapa *In Eucharistię sacrificio multa implētur sacrificia.*

Omnia, quæ de immolatione agni in veteri lege mandabatur, implentur in Eucharistiæ sacrificio.

Quæ omnia cum ita sint iure optimo sedens in templo agnus, per sanguinem suum omnia illustrans, & renouãs, clamat, & dicit Apocalypsis in capit. 21. *Ecce noua facio omnia*: & bene ad introitum istius agni, vt exponit Rupertus, benedixit Deus ecclesiam suam, & vetustate deposita, & amandata, bonis omnibus illam cumulauit, & auxit: & bene vnaquęque anima ad introitum eiusdem agni panis specie velati, veterem vilitatem deponens, tanquam aquila renouari dicitur, omniumque charismatum abundantia augetur, & impinguatur. Ad quorum suauitatem degustandam vniuscuiusque nostrum animam inuitat Ambrosius serm. 12. in Psalmũm 118. dũ diuinum hunc cibum recipit, pótumque exhaurit dicens. *Pateat ô christiane aduenienti agno, ianua tua, expandæ gremium mentis tuæ, vt videas diuitias simplicitatis, thesauros pacis, suauitatem gratiæ, &c.*

Omnia per Christum in ecclesia renouata. Apocal. cap. 21.

Rupert.

Vniuscuiusque fidelium anima per huius diuini cibi susceptionem, vt aquila renouatur.

Ambros.

Dilatãdũ est mentis gremium, vt tã: Sacramenti diuitię percipiantur.

ANNOTATIO.

LXXXX.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

Prosequitur adhuc eadem materia de Ecclesiæ ornamento, & decore à Christi sanguine consecuto.

FVISSE quidē vetus ecclesiam imbecilem pauperculã, & despectam, antequam in Christi sponsam assumpta fuerit in cruce, & illi

hoc

Nouę ecclesię cult° ac in Deo collidet excellentia, & praestãtia, à gentili, & Iudaico.

Nouum istum, & perfulgentem decorem, & nouæ ecclesiæ à veteri synagoga, & à gentilium ritibus per Christi sanguinem antelationẽ, eiusq; cultus præstantiam homil. secund. in Epistolá ad Roman. maxime commendat Chrisostom. *Cultus hic* (ideſt nouæ ecclesiæ) *& gentili, & Iudaico, multo est praestantior, gentilis enim, & erroneus, & carnalis est. Iudaicus autem verus quidem, sed tamen, & ipse carnalis. At ecclesiæ cultus, gentili quidem aduersatur: Iudaico autem multis modis sublimior est. Neque enim per oues, ac vitulos, per fumum, ac nidorem latriæ nostræ modus fit, sed per ipsum animum, ac spiritum, quod & Christus Ioannis 4. declarans ait. Spiritus Deus est: atque eos, qui illum adorant in spiritu, & veritate adorare oportet.*

Chrisost. *Cultus gẽtium erroneus, & carnalis: Iudaicus verus fuit, sed etiam carnalis.*

Ecclesiæ cultus spiritualis.

Ioan. 4.

Totam hanc ecclesiæ pulchritudinem, & decorem nouæ matris ecclesię, de quahuc vsque á nobis actũ est à Christo eius sponso, ac proinde ab hoc diuino Sacramẽto, in quo ipse sponsus cõtinetur eidem ecclesiæ prouenire iterũ mõstremus ex Sancti Pat. Chrisolog. authoritate, ita enim loquitur sermon. de terrenarũ cura despicienda, qui inter sermones eiusdem 22. est. *Ex quo ad desponsandum suam ecclesiam Christus accessit, thalamus ornatur sponsæ: & ornatur auro fidei, argento sapientiæ, virtutum gemmis; sanctitatis velis, verecundiæ rosis, lilijs castitatis, pudoris violis · & ad alta cæli, pudicitiæ templum, fastigium Virginitatis attollitur: nec desunt psalmorũ citharæ, propheticæ organa, Apostolorũ voces, totaq; Symphoniæ, cælestiũ nuptiarũ.*

Totus ecclesię decor a Christo

Chrisol.

Supelex, qua ornatur, & decoratur ecclesia.

Ecclesia templi figiũ virginitas.

Ex his certe Sancti Patris Chrisol. verbis non solũ apparet esse nouã ecclesiam ærarium ditißimũ omni auro, argento, & lapide precioso repletum, sed & esse viridariũ quoddam perquam amenum & lætum, omnique florũ varietate circũuestitũ, & adornatũ in quo æstuantibus mũdi carnis, & Diaboli persecutionibus possint recreari omnes, qui in veram patriam iterfaciunt, ad illãq; auidißimè peruenire exoptãt. Vnde nemini incõgrue loqui videbitur P. Ioan. Chrisol. dum eandẽ ecclesiã stabulum in via admanendũ præparatũ appellat, nam in sola hac mãsione, & in solo hoc viridario requies inuenitur, & solatium ab his, qui ex hoc mundo, ad patriã iterfaciũt, & in ea solũ vera eisdẽ præbetur refectio, hic nẽpe eucharisticus cibus,

Ecclesia nõ solum est ærariũ ditißimũ sed & amenißimũ viridariũ in quo à carnis, ac mundi æstu recreãtur fideles in via.

Ecclesia stabulum ad requiescendum in via.

qui panis viatorum appellatur. Sanctum igitur Pat. Ioan. Chrisost. audiamus, qui serm. de eo, qui incidit in latrones tom. 2. suorum operũ sic ait. *Est veré ecclesia stabulum, quæ in itinere mundi lassatos, & peccatorum sarcinis defessos suscipit venientes: vbi post æstuantis animi pernitiosos ardores, & scalentis vitæ desperata solatia, refrigeria blanda, & auræ delectabiles sentiuntur: vbi deposito onere peccatorum, viator lassus reficitur, & refectus salubri pascua reparatur: vbi stabularius, idest, Sacerdos salubres exhibet cibos, & defessis viatoribus vtiles tribuit potus: vbi nec flagrãtis solis molestus ardor sentitur, nec hyemis importunum frigus metuitur, sed aut temperies verna blanditur, aut spirans autumnitas reficiendis hospitibus procuratur.*

Chrisost.

Sacerdos, Ecclesiæ stabulari⁹

Nunquã hiemes vi get in Ecclesia.

Quid autem necessarium sit, vt hoc plenum stabulum, mansio grata, & delectabile viridarium semper frondeat, ac vigeat; docet idem P. Chrisostom. homil. 38. in cap. 21. Matthæi, dicens. *Si Sacerdotium integrum fuerit, tota ecclesia floret, si autem corruptum fuerit omnium fides marcida est.* Attendant igitur Sacerdotes, qui huius viridarij cultores sunt, quod Christus proprio sãguine irrigat, ne eorum desidia contingat, vt arescant flores, & vt loco florum, ac fructuũ spinas, ac tribulos ipsorum incuria germinet Dei viridariũ. Et veteri vineę, iterum assimiletur noua Christi hæreditas, de qua serm. 73. ait Ambrosius, quod loco florum spinas tulerit ad coronã Domino cõtexendam dicens. *Quam dura conditio, vt possessio, quæ Domino suo suauitatis fructus afferre debuit, spinarum illum asperitate compunxerit. Hoc est, cum Iudæi saluatorem debuerint tota fidei deuotione suscipere, spinarum eum coronauerunt passione.*

Quid requiratur, vt ecclesię viridariũ semper frõdeat.

Chrisost.

Sacerdotes ecclesię viridarij cultores sui incuria, in eo marcescũt flores.

Ambros.

Vetus viti dariũ, loco florũ, spinas protulit, quibus dñm coronauit non sua, sed incuria atq; malitia suorum.

Sed, vt nostra nunc ó sãcta mater Ecclesia ad te conuertatur oratio, lætare, & vehementer lætare, quia tantis me ruisti ab sponso Christo adornari muneribus, tantoq; illustari pignore, ac satiari edulio: quia inquam meruisti, Dei, & domini pręceptoris tui saginari carnibus, & sanguine debriari cum sobrietate spiritus, & amoris temperantia, laudes prophetico ore solutas lętãter excipe. *Vxor tuá sicut vitis abũdans in lateribus domus tuæ: filij tui sicut nouellæ oliuarum, in circuitu mẽsæ tuæ.* In circuitu nãq; mensæ altaris tui filij tui, quos per verbũ veritatis genuisti Deo sacratissimi corporis dñi pascũtur

Læta ad Ecclesiam inuitatio.

Ps. 127

Encharistiæ Sacramentū pignus amoris Christi Ecclesiæ exhibitū.

tur edulio, tam pie, tā deuote, vt in voce psalmi, in exultatione mentis, in fidei cōfessione, epulantium festiuus in aula cælesti concrepat sonus. Lætare, in quam, quia singulare prorsus dilectionis accepisti pignus in huiusmodi participatione mysterij, certamq; desponso præsētiam, cui optime tui amoris æstus apperire, vota persoluere, fundere orationes, gratias agere, hymnos decantare, atque suauissima vales piæ deuotionis depromere carmina: *lætare*, tandem (vt cum Laurentio Iustiniano hanc inuitationem prosequamur) *quia ex quo tanto basisti sponso, corpusque tuum, corpori eius associatum fuit, effecta es speciosa, & suauis indelitijs tuis, decora, & ornata inuestibus: venusta, & grata in moribus ignita, & sancta in desiderijs, prudens, & sanctificata in cogitationibus, fæcunda, & locuples in filijs, sic denique effecta, vt Dei filius sponsus tuus, tua pulchritudine captus dicat. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Hinc*, prosequitur Laurent. *merito exultationis tuæ exurgit causa, quod tam elegantis, tamque potentis, & immortalis regis amore facta sis digna, qui plurimis te commendauit præconijs: Immensis orna-* *uit monilibus, cruoreque suo interiores tuas rubicundas effecit genuas.*

Laurent. Iustinian. serm. de Euchar.

Qualiter Christi carnis edulium, sanguinisque potum effecta sit ecclesia.

Cantic. 4.

Ecclesia gēna à Christi sanguine rubicūda.

ANNOTATIO.

L. X X X X I.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

Quod tanti huius beneficij pretio ab omnibus inimicorum tributis immunes reddamur, & liberi.

INTER omnes huius diuini beneficij effectus mirabiles non minus præcipuus ille est, qui á D. Thoma Opuscul. 57. recensetur, nempe nos ab omni inimicorum seruitute liberare, redimereq; & á mundi, Diaboli, & carnis tributis immunes reddere, *vnigenitus*, inquit, *Dei filius corpus suum, hostiam obtulit, sanguinemque suum fudit in pretium.* Resgatounos à preço de sangue) *vt redēpti à miserabili seruitute à peccatis omnibus mūdaremur.* Quod etiam argumē-

D. Thom.

tum prosequitur S. P. Epiphanius in suo Ancorato dicens. *Nos certe debiles eramus per carnem, demissus est autem nobis saluator in similitudine carnis peccati, talē dispēsationem perficiēs, qua me à serui tute redimeret, à corruptione, à morte. Et factus est mihi iustitia, & sanctificatio, & redemptio: Iustitia quidem, quoniam per fidem ipsius peccata dissoluit, Sanctificatio vero, quia per aquam, & spiritum, & verbum suum me liberauit. Redemptio autem est sanguis ipsius, dum pretium redemptionis agni veri, pro me se ipsum tradidit, propitiationem purgationis mundi, recōciliationis omniū in cælo, & terra mysterium occultū ante sæcula.*

Christi sanguis, mundi redēptio. Eucharistia, mysterium prę teritis sæculis occultum.

Hanc catholicam veritatē, veramque sentētiam mirabili, vt solet, loquendi modo protulit quoque Sanctus P. Augustinus dum illa verba Psalmi 29. exposuit. *Conscidisti sacculum meum, &c.* vbi sic ait, *cōscidit sacculum lancea persecutor, & fudit pretium nostrum redemptor.* Sed quia idem corpus, & sanguis, quē pro nobis dedit in pretium erat syderibus illaturus, ad patrisq; dexteram locaturus, nosq; eramus multoties in inimicorūpo testatē per quotidiana crimina redigēdi, vt Leo Papa ser. 5. de passione obseruat dicens. *Quia cōsequens erat, vt homo faciens peccatum, seruus esse peccati sic medicina ægris, reconciliatio reis, sic redēptio est impēsa captiuis, vt cōdēnationis iustæ sētētia iustiosæpius liberationis opere solueretur.* Prosequitur hoc argumētū Amb. lib. 4. de Sacr. c. 6. dicēs. *Quotiescūq; accipimus mortē Dn̄i annuntiamus; si ergo eius mortē annuntiamus etiā remissionēpeccatorū, nā si quotiescūq; effunditur sanguis, in remissionem peccatorū effūditur, qui sēper peccat, semper debet habere medicinam.*

Psalm. 29. *Christi corpus, sacculū nostræ redēptionis pretiū continens. Cur Christi sanguis iteratis vicibus in ecclesia cōsecretur.*

Leo Papa

Ad cōmunē ergo redēptionē cōmune ærarium instituit Christus, *fez os sacrarios, thesouros da S. Cruzada redēpção dos catiuos,* á quo nostræ redēptionis pretiū, toties acciperem, quoties in cōmunium inimicorū potestatē redacti captiui teneremur. Quę mēs nō nostra est, sed S. P. Hilarij, qui tāti huius beneficij excellētiam præpōderās, ait, *cū per primam transgressionē, qua per Adæ origi nē ad mortem teneremur obnoxij prospiciens exalto Deus, in quo essemus genere debitores, iuxta qualitatē captiuitatis reparauit munus redēptionis, idest, vt pro debita morte offerret indebitā: quia nec nos habebamus vnde viueremus, nec ille vnde moreretur, materiam*

Ecclesia sacraria, æraria communē captiuorum.

Hilar. homil. in die Corporis Christi.

Ex se, & ex nobis assumpsit Christus nostræ redemptionis vectigal.

terram de nostra mortalitate suscepit, vt de suo immortalitate collata, mori posset vita pro mortuis: sed quia corpus assumptum ablaturus erat ex oculis nostris, & syderibus illaturus, necessariū erat, vt nobis hac die diuinum Sacramentum corporis, & sanguinis sui consecraret, vt coleretur iugiter per mysteriū; quod semel offerebatur in pretium, vt quia quotidiana, & indefessa currebat pro hominum salute redemptio, perpetua esset etiam redemptionis oblatio, & semper præsens esset in gratiam. Hæc Hilar.

Cur Christus eucharistiæ Sacramentū instituit, & in ecclesia reliquit.

Tributi exactoribus obnoxius sit peccās.

Vt igitur hunc tanti huius beneficij singularem effectū, tantamque per hunc sanguinē libertatem consecutam vnusquisque Christianus intelligat, attente perpōderet se tribus fuisse exactoribus obnoxiū, esseque quotiescūque per peccatū reus efficitur, qui omnes, vt tributa soluat ab eo enixè exigunt, tyraniceque contendunt; quos sua 1. Epistola recenset Ioannes noster dicēs. *Quicquid est in mundo, aut est concupiscentia oculorum, aut concupiscentia carnis, aut superbia vitæ*, qui animæ inimici cō. sueuerūt appellari: cōcupiscētia namque oculorum inimica illa lex est, & tyranica, qua nos mundus cogit, vt mundana omnia, quæ videmus, appetamus. Concupiscentia carnis illa inimica lex est, qua caro nos cogit, vt eius illecebras sectemur, & illi morigeremur. Idem denique est superbia vitę, atque detestanda illa, & inimica lex, quā Diabolus persuadet, vt nostri obliti principij vaniloquè extollamur.

Ioan. 1. Canon.

Mūdi exactores, qui sint.

Mūdi exactores animæ inimici.

Quinā sit primus exactor, & quidnā nobis exposcat.

Quis secūdus, & quid exigat.

Quis tertius & quid persuadeat.

His igitur nequissimis legibus ita isti tres nefarij, & fugiendi exactores vnumquemque nostrum astringere conantur, vt neque viris vita, & sanctitate conspicuis parcere consuescant. Videte, quæsumus Apostolum Paulum, virum sanctitate conspicuum de istis acerrimis exactoribus, de eorumque legibus iniquis solicitè conquerentem, illasque formidantem, sicque dicentē. *Video aliam legē in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me, in legē peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo quis me liberabit à corpore mortis huius.* Et statim hoc salutare remedium apponit Apostolus dicens. *Gratia Dei per IESVM Christum Dominum nostrum:* Nam diuinum hoc Sacramentum gratiarū actio nuncupatur, & anthonomasticè gratia dicitur, idem enim sonat, *eucharistia*, atque, *gratiarū actio*, & idē *eucharistizare*, atq; gratias agere

Nequissimi exactores nemini parcūt

Ad Ro. 7

Eucharistiæ Sacramētum anthonomasticè gratia dicitur.

tum prosequitur S. P. Epiphanius in suo Ancorato dicens. *Nos certe debiles eramus per carnem, demissus est autem nobis saluator in similitudine carnis peccati, talẽ dispẽsationem perficiẽs, qua me à serui tute redimeret, à corruptione, à morte. Et factus est mihi iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Iustitia quidem, quoniam per fidem ipsius peccata dissoluit, Sanctificatio vero, quia per aquam, & spiritum, & verbum suum me liberauit. Redemptio autem est sanguis ipsius, dum pretium redemptionis agni veri, pro me se ipsum tradidit, propitiationem purgationis mundi, recõciliationis omniũ in cælo, & terra mysterium occultũ ante sæcula.*

Christi sanguis, mundi redẽptio. Eucharistia, mysterium pręteritis sæculis occultum.

Hanc catholicam veritatẽ, veramque sentẽtiam mirabili, vt solet, loquendi modo protulit quoque Sanctus P. Augustinus dum illa verba Psalmi 29. exposuit. *Conscidisti saccum meum, &c.* vbi sic ait, *cõscidit sacculum lancea persecutor, & fudit pretium nostrum redemptor.* Sed quia idem corpus, & sanguis, quẽ pro nobis dedit in pretium erat syderibus illaturus, ad patrisq; dexteram locaturus, nosq; eramus multoties in inimicorũ potestatẽ per quotidiana crimina redigẽdi, vt Leo Papa ser. 5. de passione obseruat dicens. *Quia cõsequens erat, vt homo faciens peccatum, seruus esse peccati sic medicina ægris, reconciliatio reis, sic redẽptio est impẽsa captiuis, vt cõdẽnationis iustæ sẽtẽtia iustos æpius liberationis opere solueretur.* Prosequitur hoc argumẽtũ Amb. lib. 4. de Sacr. c. 6. dicẽs. *Quotiescũq; accipimus mortẽ Dñi annuntiamus; si ergo eius mortẽ annuntiamus vtiq; remissionẽ peccatorũ, nã quotiescũq; effunditur sanguis, in remissionem peccatorũ effũditur, qui sẽper peccat, semper debet habere medicinam.*

Psalm. 29 Christi corpus, sacculũ nostræ redẽptionis pretiũ continens. Cur Christi sanguis iteratis vicibus in ecclesia cõsecretur.

Leo Papa

Ad cõmunẽ ergo redẽptionẽ cõmune ærarium instituit Christus, *fez os sacrarios, thesouros da S. Cruzada redẽpção dos catiuos,* à quo nostræ redẽptionis pretiũ, toties acciperem⁹, quoties in cõmunium inimicorũ potestatẽ redacti captiui teneremur. Quę mẽs nõ nostra est, sed S. P. Hilarij, qui tãti huius beneficij excellẽtiam præpõderãs, ait, *cũ per primam transgressionẽ, qua per Adã origine ad mortem teneremur obnoxij prospiciens exalto Deus, in quo es semus genere debitores, iuxta qualitatẽ captiuitatis reparauit munus redẽptionis, id est, vt pro debita morte offerret indebitã: quia nec nos habebamus vnde viueremus, nec ille vnde moreretur, ma*

Ecclesiæ æraria, ærarium cõmune captiuorum.

Hilar. hom. in die Corporis Christi.

tertam

Ex se. & ex . . obi . . . Chri . . . stra redēptionis vs . . .

Cur Christus eucharistiæ Sacramentū instituit, & in ecclesia reliquit.

teriam de nostra mortalitate suscepit, vt de suo immortalitate collata, mori possit vita pro mortuis: sed quia corpus assumptum ablaturus erat ex oculis nostris, & syderibus illaturus, necessariū erat, vt nobis hac die diuinum Sacramentum corporis, & sanguinis sui consecraret, vt coleretur iugiter per mysteriū; quod semel offerebatur in pretium, vt quia quotidiana, & indefessa currebat pro hominum salute redemptio, perpetua esset etiam redemptionis oblatio, & semper præsens esset in gratiam. Hæc Hilar.

Tributex actoribus ob noxius sit peccās.

Vt igitur hunc tanti huius beneficij singularem effectū, tantamque per hunc sanguinē libertatem consecutam vnusquisque Christianus intelligat, attente perpōderet se tribus fuisse exactoribus obnoxiū, esseque quotiescūque per peccatū reus efficitur, qui omnes, vt tributa soluat ab eo enixè exigunt, tyraniceque contendunt; quos sua 1. Epistola recenset Ioannes noster dicēs.

Ioan. 1. Canon.

Mūdi exactores, qui sint. Mali exactores animæ inimici. Quinā sit primus exactor, & quidā nobis exposcat.

Quicquid est in mundo, aut est concupiscentia oculorum, aut concupiscentia carnis, aut superbia vitæ, qui animæ inimici cō-sueuerūt appellari: cōcupiscētia namque oculorum inimica illa lex est, & tyranica, qua nos mundus cogit, vt mundana omnia, quæ videmus, appetamus. Concupiscentia carnis illa inimica lex est, qua caro nos cogit, vt eius illecebras sectemur, & illi morigeremur. Idem denique est superbia vitę, atque detestanda illa, & inimica lex, quā Diabolus persuadet, vt nostri obliti principij vaniloquè extollamur.

Quis secūdo, & quid exigat. Quis tertius & quid persuadeat.

His igitur nequissimis legibus ita isti tres nefarij, & fugiendi exactores vnumquēque nostrum astringere conantur, vt neque viris vita, & sanctitate conspicuis parcere consuescant. Videte, quæsumus Apostolum Paulum, virum sanctitate conspicuum de istis acerrimis exactoribus, de eorumque legibus iniquis solicitè conquerentem, illasque formidantem, sicque dicentē. *Video aliam legē in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me, in legē peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo quis me liberabit à corpore mortis huius.* Et statim hoc salutare remedium apponit Apostolus dicens. *Gratia Dei per IESVM Christum Dominum nostrum:* Nam diuinum hoc Sacramentum gratiarū actio nuncupatur, & anthonomasticè gratia dicitur, idem enim sonat, *eucharistia*, atque, *gratiarū actio*, & idē *eucharistizare*, atq; gratias agere

Nequissimi exactores nemini parcūt.

Ad Ro. 7.

Eucharistiæ Sacramētum anthonomasticè gratia dicitur.

Paulũ inter has, horum exactorum pressuras constitutũ, & ad hoc salutare remedium recurentem optime describit Ambrosius libr. 2. de Abrahamo cap. 6. & illius testimonio, ac exemplo nos prouocare contendit, vt cum ab eijsdẽ inimicis solicitamur, ad hoc diuinum ærarium cum fiducia recurramus. *Sedare*, inquit Ambros. *hanc pugnam Paulus nequiuerat, & ideo ad Christum refugit dicens, infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius, ne delectationi carnis adhæream? quis igitur est, qui his me soluat vinculis? & qui me liberum faciat, sensusque ad sobrietatem animæ magis detorqueat, quam ad corporis temulentiam? sed quia inter homines remedium non potuit inuenire conuersus ad Deum inuenit; gratia inquit Dei per Iesum Christum Dominum.* Si ergo, concludit Ambros. *fortior non cõfidit viribus, vt corpus mortis euaderet sed auxilium quæsiuit à Christo, quid nos facere oportet inferiores?*

Ambr.

Paul. vbi supra.

Idẽ ibid Nemo propriis viribus debet cõfidere cũ ab animæ inimicis impetitur.

Nemo igitur sit qui existimet se ab his exactoribus esse omnino liberum, dũ viuit, sed quia quotidie in eorum, per peccatum, captiuitatem redigitur, necesse est, vt quotidie huius preciosissimi sanguinis valore redimatur. De qua veritate Bernardum iuuabit audire serm. 58. super Cantica, vbi sic ait. *Quantumlibet in hoc corpore manens profeceris, erras si vitia putas emortua, & non magis suppressa, velis, nolis, intra fines tuos habitat Iebusæus: subiugari potest, sed non exterminari.* Quotiescunque ergo ab illis fueris impetitus, & captiuus, ad hoc diuinum ærarium cum amore, & reuerentia recurre, vt ab eo pretium tuæ redemptionis accipias. Dixi cũ amore, & reuerentia, quia qui sine illa, & sine debita præparatione ad hoc diuinum Sacramentum accedit, non solũ suæ redemptionis pretium nõ accipit, sed eisdem exactoribus amplius subiugatur, vt Ambrosius aduertit in Oratione de fide resurrectionis dicens. *Omnes impugnamur, omnes accipimus, sed non omnes liberamur.*

Quandiu in hac vita sumus semper ab his exactoribus grauamur.

Bernard.

Possunt in hac vita vitia superari, sed non omnino exterminari.

Qui ab hoc diuino eucharistiæ ærario, redemptionis suæ pretiũ indebite quærit nõ redimitur, sed amplius captiuatur.

Ambros.

Si igitur ó Paule mundus te cogit cautionem per soluere amplectendo terrena, quæ secundum legem spiritus mẽtis tuæ arbitratus es, vt stercora; gaude tamen, & lætare, læteturq; omnis christianus, qui tanti huius beneficij tutellam se experiri cõgaudet, quia vbi primum ad hoc asyllum confugeris, vbi primum hoc do-

AdPhil. 3

num

num Dei, nempe eius corpus, eiusque sanguinem sub panis, vinique speciebus debite degustauerit, statim ab huius exactoris lege inimica se liberū reperiet. Nam vt Homil. 24. in Euangelia Pater Gregorius obseruat: *vere super terram non habet, quem amet, qui donū Dei in veritate gustauerit*. Quæ Patris Gregorij verba de hoc diuino Sacramento sunt proculdubio intelligenda, siquidem hoc diuinum eucharistiç beneficium, Dei donū anthonomasticè appellatur, & inter omnia Dei dona lōge præstantius, & maius est.

Grego.

Eucharistia sacrificium anthonomastice Dei donum.

Etsi adhuc ò christiane sétis cum Paulo aliam legem in membris tuis repugnantem legi spiritus mentis tuæ, idest, si te caro inuitat, vt eius illecebras amplectaris, si iubet iniqua huius exactoris lex, vt Isaac, Ismaeli subdatur, vt spiritus carni inseruiat; ad hunc diuinum cibum accede: gusta & vide, quoniam suauis est Dominus, consuleque eundem Pat. Gregor. dicentem, eadem Homil. *Gustato spiritu, desipit omnis caro:* quæ verba de hoc diuino pane recte intelliguntur, siquidem ipse Dominus cum de eodem pane cum Capharnaitis loqueretur Ioannis 6. illum spiritum, & vi- tam appellauit dicens. *Verba, quæ ego loquor spiritus, & vita sunt*. Et siquidem in hoc diuino cibo omnis sapor, dulcedo, & satietas cōtinetur, vt serm. de Cœna Domini, Cyprianus annotauit dicens. *Quam autē sit cibus, & potus iste ad famem, & sitim expellendam aptus, & ad degustandum suauis sciunt, qui experiuntur. Quam præclarus est calix iste, quam religiosa est huius potus ebrietas, perquam Christi sanguinem sugimus, & inter ipsa redemptoris vulnera figimus linguam: qui manducat hūc panem non esurit, qui bibit vltra non sitit, quoniam mysterij huius sic reficis gratia, sic sufficit intelligentia, vt cui tantæ rei innotuerit plenitudo, omnis consumatio nis fine inuento Christum, baiulus ipsum ferat in pectore, & ipsum solum gerat in mente.*

Psal. 33

Gregor.

Insipidæ sūt carnis illecebræ, illis, qui semel cælestia degustarunt

Ioan. 6.

Eucharisticus cibus spiritus, & vita à Christo appellatus.

Cypriani

In Eucharistico cibo, quātus sit, sapor, & dulcedo.

Eucharistici potus, religiosa ebrietas.

Christi bajulus efficitur, qui hunc cibū digne percipit.

Si tandem ô christiane sentis in membris tuis aliam legē repugnantem legi spiritus mētis tuæ: si nempe calidus, & onerosus exactor Diabolus cōstringit, & suggerit, vt extollaris; preciosissimum huius agni pharmacum animo tuo applica, mentis tuæ limina, huius agni cruore inunge, & statim retrocedet communis inimicus; nam ad profligandos, deturbandosque dęmones habet sanguis Christi innatam

Christi sanguis innatam habet virtutem ad dæmones effugandos.

virtutem: *proiectus est*, inquit Ioannes, *accusator fratrum nostrorum, ipsi vero vixerunt eum propter sanguinem agni, &c.et.* Et hunc inter reliquos huius preciosissimi sãguinis effectus mirabiles exaggerat P. Chrisostom. dicens. *Hic mysticus sanguis dæmones procul pellit, angelos, & angelorum Dominum ad nos allicit: dæmones enim cum dominicũ sanguinẽ in nobis vident in fugam vertuntur.* Hæc ille.

Apoc. 12
Chrisost.

Et optime; aufugiũt enim dæmones, neq; sustinere valẽt huius sãguinis præsẽtiã, quo mediãte sũt illo iure priuati, quod in nobis fraudulẽter, acquisiuerunt, cũ primos parentes à prima gratia malitiose deturbarunt, & cuius valore ditati sumus: Tamque vehementi odio hoc sacrosãctum mysterium persequuntur, vt ab eius statim institutionis principio, illud ab ecclesia tollere turpiter indebite, ac frustra conati sint, vt Feuardensis D. Irinæi Scholiastes ad lib. 4. aduersus Hæreses, capit. 32. diligenter annotauit dicens. *Neque hoc loco prætermittere possum, aut debeo Satanam omnium hæresum parẽtem, ac veritatis hostem infestissimum, huius Sanctissimi Sacramenti, atque sacrificij incruenti, primis aduersarijs, & oppugnatoribus authorem fuisse, vt illud*

Aufugiũt dæmones huius diuini Sacramẽti præsentiam.

Maximo odio prosequuntur dæmones Eucharistiã.
Feuard.

Author hæreticorũ sacramentariorum diabolus.

cunctis viribus impugnarẽt, blasphemarent, & penitus abolerent. non est enim ambigendum, quin Capharnaitæ primi huius Sacramẽti, dum à Christo pro cõcione promitteretur, contemptores, ac derisores, ab illa cacodæmonum legione, quæ horum fines incolebat, ad illam impietatem fuerint incitati atque prompti. Et Iudas proditor proculdubio à quodã dæmone excæcatus fuit ne verũ, aut possibile esse crederet, quod Christus pro certo promiserat. Hæc omnia Feuardensis: valde autem elegans est ratio, istius dæmonis in hoc diuinum Sacramentũ odij, & inimicitiæ, quã tradit Damianus noster lib. 7. Epistol. Epistol. 9. *Terretur*, inquit *aduersarius cum christianorum labia Christi videt cruore rubentia, agnoscit enim pretio suæ perditionis indicium; & diuinæ victoriæ, qua captiuatus est, & obrutus, non tolerat instrumenta.*

Ioan 6.
Capharnaitæ adsmone pessesi. Christo hunc diuinũ cibum pollicenti fidẽ nõ adhibuerũt.

Damian.
Cur diabolus huius diuini Sacramenti præsentiã aufugiat.

Lætare ergo Christiane, & tantã Christi in suos dilectionem venerare, quæ eũdem inuitauit, vt preciosissimi corporis, & sanguinis sui auxilio validissimo, te ab istis exactoribus, ab eorumque detestandis legibus potentissime liberaret, audique Patrẽ Cyrillũ hanc tibi veritatem attestantem, *sedat*, inquit, *cum in nobis manet Christus sævientem membrorum*

Cyrillus
Eucharistiæ effectũ.

brorum nostrorum legem, pietatẽ corroborat, perturbationes animæ extinguit. Hæc Cyrillus.

Quin, & ipse D. Paulus qui de horum legibus exactorum nequissimis anxius conquerebatur; huius sanguinis virtutem expertus prædicat dicens, *habemus redemptionem per sanguinem ipsius, & remissionem peccatorum*, iuxta quæ Pauli verba sanctos Patres, Augustinum, & Hieronymũ mirabilia huic sanguini circa nostram ab inimicis redemptionem tribuentes audiamus. *In hac nostra redemptione*, ait Augustinus, *tanquam pretium pro nobis datus est sanguis Christi*. Exponens autem Pauli verba superius allegata, ita Hieronymus proloquitur. *Ille redimitur qui captus, & in hostium veniens potestatem, postea liber esse desinit, vt & nos in hoc mundo sub principibus, & potestatibus iugo seruitutis tenebamur captiui; neque antea vinctas cathenis explicare poteramus manus, neq; oculos sursũ attollere, nisi redemptor adueniret Iesus Christus filius Dei, qui proprium sanguinem dedit, & nos de seruitute eripiẽs libertatem donauit.* Hęc Hieronymus.

Ad Eph. 1.

Christi sãguis nostræ redẽptionis pretiũ Augustinus.

Hieron. *ante Christũ aduentum in iugo seruitutis captiui tenebamur.*

Perbelle quidem: sic nãq; expediebat tãti regis magnificentiæ, & amori: nam apud Reges mos est, quando aliquã ciuitatem ad commanendum ingrediuntur, ciues beneficijs prosequi, ciuitatẽ nobilitare, exitus introitusque aperire, tributa auferre, incolasque ab omni cautione immunes reddere: dum igitur Christus Dominus animam iusti, sibi sedẽ conciliat, & ad commanendũ adaptat cũ ab ea digne in eucharistia recipitur, omnib⁹ his muneribus fas est insignire, ab omnique inimicorum pensu liberare, quam Christi magnificentiam, nostramque ab inimicorum tributis libertatem abhoc diuino beneficio prouenientem, eleganti admodum methodo prosecutus est Arator Subdiaconus lib. 2. historiæ Apostolicæ.

Regũ, seu diuãyerũ mos.

Anima hominis hunc cibũ digne suscipientis: liberatur, & habitatio recipitur.

Agnus Christus inest panis, quod Christus habetur.
De cælo, quod ipse docet, qui corpore Iesum
Sup'erit: hoste caret, nec iam sua iura, Pharaò.
Ægyptusque tenet.

Arator.

Pharaò.

Sed vt adhuc melius percipiatur, quomodo virtute huius cælestis cibi ab his exactoribus liberemur aduertendũ est eos non simpliciter exigere á nobis, vt illis tributã soluamus, sed opulentissimam voluptatum, illecebrarumq; mẽsam apponẽtes, nosque ad degustandum

Quomodo mundi exactores nos in suã seruitutẽ alliciant.

gustandum inuitātes, vt dum appetitus fictilibus terrenæ substantiæ poculis inebriatus, dapibusq; illectus amplius satiari exoptat, amplius animus rerum spiritualium fame laborando tabescat, deficiatq; vt nos tamen Christus ab hac nefaria mensa abducat, inqua sanguinis pretium exigitur *miscuit vinum, & posuit mensam*: non qualiter isti nefarij exactores consueuerunt extruere, sed omni prorsus delectamento refertam, & *In qua*, vt ait S. Gaudentius, *contra venena diaboli dulcem medicinā sempiterni tutaminis consequimur*: In illa fraudulenta mensa fugiendi exactores, fraudulēter inuitant, ficte pascunt, & tenaciter pretium exigunt: Christus autem veraciter vocat, vere pascit, gratis offert dicens, *qui non habetis argētum, gratis emite, & absque vlla commutatione: ipse conuiua ipse conuiuium, ipse pretium, & ipse præmium* vt cap. 6. primi lib. Pędag. Clemens obseruat, quod ideo facit, vt tanti conuiuij suauitate homines allecti, diaboli, carnis, mundique cōuiuia fastidiant, *Inebriantur*, enim in hac eucharistiæ mensa, vt loquitur Ambros. *affectus fidelium, vt curas sæculi metū mortis, solicitudineq; deponāt.*

Per cibū etiam, & potū allicit ad se Christus. Prouerb. cap 9. *Christi mensa omni suauitate referta.* Gaudēt. *Mundi exactorū mensa, à mensa Christi differētia* *Christus conuiua, conuiuiū, & prēmiū* Clemēs. Ambr. *In Christi mensa inebriantur fidelium mentes.*

A Carnis conuiuium spiritū inficit, & infirmat; seruat enim leges repugnantes legibus spiritus, at Christi conuiuium mundat, & reficit; mundi cōuiuium labitur, & deficit, prēterit enim figura huius mūdi; at Christi conuiuium proficit, & perseuerat: postremo tandem diaboli conuiuium, sua fraudulentia nobis nocet, & officit, Christi conuiuium sua luce, & veritate diabolicas vires eneruat, atque dissoluit, quæ omnia de vtraquæ hac mensa, & conuiuio annotauit Cyril. Hierolosomit. dicens. C *Ante tuum aduentum Domine, dæmones hominibus pollutam mēsam parabant: sed postquam tu aduenisti parasti in conspectu meo mensam, scilicet illam mysticam, & spiritualem, aduersariam ei, quæ parabatur à dæmonibus cum hac communicationem cum illis, & ista tecum habeat*: Hęc Cyril. quæ nunc dixisse sufficiāt, D de varijs mortiferisque cibis, quibus hi nefarij exactores homines allicere cōsueuescunt, vt tributa soluant: latius nāq; eandem materiam prosecuturi sumus cum de vi alendi, reficiendique, quæ in hoc cælesti cibo, includitur, sermonē fecerimus. Interim tamen præponderet vnusquisq; quāti illi anima sua sit habenda,

Conuiuii seu carnis mēsa spiritum debilitat, infi mūq; reddit: mūdi mensa deficit, Christi mensa reficit, diaboli mēsa nocet Christi mensa roborat. Cyril. in Psal. 22. *Mensa diaboli polluta.* *Christi mensa dæmoniorum mensa aduersa*

quam

Ex tibo rū excellentia quibus Christus animas nostras pascit considerāda est diligentia quā circa illas habere debemus.

Auguſt.

quam Chriſtus tanto ſanguinis pretio ab acerrimis exactoribus liberauit, vt iam amplius eam fictilibus peccatorū voluptatibus in captiuitatem non reducat, vt admonet S. Pater Auguſt. dicens. *Agnoſcat homo quantum valeat, & quantum debeat, & dum pretiū ſuum cogitat vilis ſibi eſſe deſinat, ſed potius vicem muneris Saluatori ex ipſo bono ſuo, ideſt, de conſeruata ſalute reſtituat: Cuſtodiamus ergo ſolicite quod tanti ſui cruoris comercio Chriſtus redemit, reus enim erit, non parui pretij, ſed ſanguinis Chriſti, qui violat, & cōmaculat animam Chriſti ſanguine redemptā:* Hæc Auguſt. Cui ſuffragatur

LeoPapa

S. Leo Papa dicens. *Qui precioſo Christi ſanguine redempti ſumus glorificemus Deum in corpore noſtro.*

ANNOTATIO.

L. XXXXII.

Circa eadem uerba contextus.

In finem dilexit.

Quod eximia huius cibi, & potus magnificentia non ſolum fideles ab omni cenſu reddantur immunes, ſed etiā res inſenſibiles â tributis liberentur.

A

De manna illo Iſraelitico olim populo angelicis manibus confecto, & in deſerto diuinitus exhibito, refert Hebræorum traditio, & Genebrardus in expoſitione Pſal. 144. & etiam noſter venerabilis ſuper caput. 16. Exodi,

Hebræorum traditio

Geneb

Beda.

Manna sole incalescente liquefiebat, & quid.

B

quod poſtquā filij Iſrael quātitatem illius ad neceſſarium vſum colligerent, incaleſcente ſole liquefieret, & magna aquarum copia ab eodem dimanante invberrimos tādem aquarum riuos conuerteretur, quibus non ſolum homines, ſed etiam bruta animantia ſitim extinguere valerent.

C

Ita, vt clariſsime appareret Deum non ſolum hominibus ratione vtentibus, per hunc angelicum cibum ſubuenire voluiſſe, verum, & brutorum animantium neceſitati ſuccurrere eademque á ſitis intolerabilibus cruciatibus liberaſſe.

Deus non solum hominum indigentiæ sed brutorum necessitati subuenit.

D

In quo certe euentu pulchrè, & conſonanter figuratū fuit id, quod in eo, quod figurabatur reperimus, & optimé nunc videmus exemplatum exemplari reſpondere: nam in hoc diuino Sacramento, quod (vt eſt communis omnium ſententia) in manna fuit adumbratum non ſolum ho-

Manna figura Eucharistiæ in quo figurato respondeat.

minibus

Christus in Eucharistia etiã rebus insẽsibilibus aliquid cõtulit.

Raulin.

Nobilitatur substãtia in Eucharistia.

minibus ratione vtentibus, verum etiam insensibilibus rebus auxiliatur benignus, pius, ac sapiens institutor. Vt mirabili sui ingenij dexteritate noster annotauit Raulinus in suo de Eucharistiæ Sacramento dicens. *Substantia panis, quæ corruptioni erat obnoxia dominicis verbis mediantibus, in illam substantiam conuertitur, quæ omnis prorsus corruptionis extat immunis, & de qua Psalm.* 15. *dictum est: Non dabis sanctũ tuum videre corruptionem.* Accidentia quoque ipsa nobiliora redduntur dum á subiecti dependentia libera nouum, & nobiliorem existendi modum consecuntur. O immensa dilectionis munificentia! ô inauditus diuinæ bonitatis affectus, *homines*, certe, *& iumẽta saluabis* Domine *quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam*: liceat cum Regio propheta exclamare.

Psalm.

Nobilitãtur in Eucharistia accidẽtia nõuũque cõsecũtur existendi modum.

Psalm.

Res insensibiles in beneficijs Deo soluẽdis, hominibus quodam modo ãtecedere videntur, & quæ, & in quo.

Sed quod maiori adhuc admiratione dignum existimamus in hac materia illud est, quod eædem res insensibiles in tanto beneficio soluẽdo hominibus ratione vtentibus antecellere videantur: soluunt namque eo, quo possunt modo, dum substantia scilicet panis, non solum aduenienti Christi carni submissionem

A exhibet, locumque præbet, sed ea, quibus antea adornabatur offerat paramenta, eandem nempe albedinem, eundẽ saporem, eundem colorem, eandemque quantitatem: vt si quis cliens aduenienti Domino non solum propriam admanendum offerat domum, verum etiam, & propria suppelectilia, qualia, qualia habeat deuotus exhibeat, & vt

B accipiat deprecetur, vt Guilhelmus Parisiensis tractatu de Eucharistia notanter aduertit dicens. *Iustum, & consentaneum erat, quod adueniente vero pane, cedat materialis, neq; est eius iniuria, immo ius creatoris est, vt ei ad venienti honorẽ deferat creatura relinquens et penitus locum suum, & cætera,*

C *quæ ab eodẽ creatore acceperat, vt pote albedinem, saporem, & quantitatem.*

Guilhel.

Ad ius creatioris spectat, vt aduenienti creatori cedat creatura.

Ex hac rerum insensibiliũ submissione, reuerẽtia, & erga proprium creatoré obsequio, per quam mãximé hominum ingratitudo incusatur, & hæ-

D reticorum perfidia, & duritia conuincitur, quemadmodum eam incusat, & conuincit Pater August. serm. de tempore 120. vbi de reparatione agens generishumani sic ait. *En quæ duritia cordishumani: vé eis qui inter ista non credunt, quando*

Ex rerũ insẽsibiliũ submissione incusãtur hæretici, quibus diuino cibo reuerentiã nõ exhibent.

August.

quidem

quidẽ creatura irrationalis, quæ recipere nõ potest credulitatis effectum, dat tamen Deo confessionis obsequium. Vnde semel, ac iterum, memiserum, fas est exclamare; nam res insensibiles gratias creatori quo modo pos sunt reddere contendunt, & nos ingrati, qui in sanctissimi hui⁹ sacrificij institutione monemur, & ad gratiarum actiones inuitamur, quandoquidẽ Christus Dominus eucharisti zãdo hoc Sacramentum confecit, idest, æterno Patri gratias agendo, in agendis illi gratiarum actionibus obmutescimus: quam detestandam ingratitudinẽ hom. 26. in Matthæum per quã dolenter plorat Chrisostomus, dum inter alia multa ad hanc desidiam corrigendam valde idonea sic ista proloquitur. *Est quidem prorsus absurdum nos opere quidem ipso, beneficijs eius quotidie perfruẽtes, gratias ei nec sermone persoluere: & nobis cum rursus prosit ipsa confessio laudis: neque enim ille alicuius nostri eget, sed nos omnibus, quæ illius sunt indigemus, siquidẽ gratiarum actio, illi quidem nihil omnino addit, nos autem magis illi familiares facit.*

In ipsa huius panis consecratione admonemur agere gratias Deo.

Chrisost.

reddimur Dei familiares, dũ gratias illi pro acceptis rependimus.

Iuuat autem nunc ad huius annotationis calcem causam, & rationem inquirere, ob quam Christus Dominus in hoc diuino beneficio adeò se munificum exhibuerit, vt nõ solum in homines, verũ, & in insensibiles res beneficia, vt dictum est, contulerit: quam vt inquirere valeamus, vnum, alterumque sacrę scripturæ locum necesse est, vt prius mysticé ponderemus; & quia non doctus Paterfamilias, ideo nõ de nostro, sed de ipsius sacræ Scripturæ thesauro noua, & vetera proferamus.

Illum igitur locum ex nouo thesauro Lucæ 19. in quæstionẽ vertimus, in quo Christus Dominus pusillum Zachæum super arborem Sycomorum collocatum Abrahæ filium nuncupauit dicens. *Hodie salus domui huic facta est, eo quod, & ipse sit filius Abrahæ:* vertimus igitur in quæstionẽ, & dubium cur Christus Dominus Zachæum Abrahæ filium appellauerit, cum neque sãguine, neque origine aliquã cum Abrahamo cognationis rationem haberet, & ideo nõ solum eidem Zachæo, sed & domui eius salutẽ impartiretur.

Luc. 19.

Cur Christ⁹ Zachaũ publicanũ Abrahę filium appellauerit

Scimus viros doctissimos, sanctosq; Patres multas inuenisse similitudines, inter Abrahamũ, & Zachæum, vt iste illius filius appellaretur à Domino, nẽpe Diuum Ambros.

Inter Abrahã, & Zachæum multa similitudines.

Typus Bosirorum Episcopus. Fides causa similitudinis inter Abrahã, & Zacheum. Sycomorus in quã ascendit Zacheus: crucis typus. Strues lignorũ Isaac crucis typus.

Sanctum Ioan.Chrisost. & Sãctũ Titũ Bostrorum Episcopum super hunc Lucæ locũ, & per quã multos Patres alios,qui omnes in fide, & operibus Abrahæ hãc similitudinem reperierũt;sed in alio esse positã principaliter hanc Zachei ad Abrahamũ conuenientiã inueniet,qui Sycomorũ arborẽ, inquam Zacheus, vt Christum videre posset ascẽdit crucis typum gessisse cognouerit.quemadmodũ eiusdẽ crucis figurã gesĩit illa lignorum strues, super quam puer Isaac vnicus Abrahami filius sacrificandus ascendit, vt Petrus Chrisolog.serm.54.&noster venerabilisBeda in caput Lucæ 19. cognouerunt. *Terrena*,inquit Beda, *relinquat Zacheus*, *arborem crucis ascendat, Sycomorus namq; quæ est arbor folijs moro similis, sed altitudine præstans, ficus fatua dicitur, & eadẽ dominica crux, quæ credentes alit vt ficus, ab incredulis irridetur, vt fatua.*

Chrisol. Beda.

Sed deposita paulisper hac sycomori ad crucẽ similitudine,de veteri thesauro alteram proferamus ipsius crucis similitudinẽ,quã superius iam tetigimus,vt ex vna,alteraq; similitudine dubij solutionem, quã inquirimus auferamus, Genes.in c.22.legitur Abraha

Gen. 22.

mũ lignorũ struem cõstruxisse, filiũq;Isaac immolãdũ Deo super illã collocasse; quæ quidẽ lignorũ strues etiã, vt Sycomorus, crucisChristi typũ gessit,secũdũ omniũ Patrũ interpetrationem,& præsertim D. Chrisost.lib de immol. Isaac, qui tom.1.suorũ operum cõtinetur,quinimo, & ipse Isaac supra lignorũ struem collocatus, Christi in cruce positi figurã gessit, vt idem Chrisost. ibidem testatur,& P.August. sermon.de tempor.71.dicẽs. *Quod vero Isaac ligna detulit, & in hoc Christũ Dñm figurauit qui ad locum passionis crucem suam ipse portauit.*

Chrisost. Isaac. August.

Dum igitur Christus Zacheum vidit in Sycomoro, Isaac sibi visũ est videre in strue lignorũ,ideoq; eũ Abrahæ filium appellauit dicẽs;*Hodie salus domui huic facta est eo quod, & ipse sit filius Abrahæ*, quasi diceret. In te ó Zachee, Isaac Abrahami filium mihi videre videor,& quia vnus, & alter mei figuram geritis, dũ vterque crucis typum ascenditis, sicut ex eo, quia tot ante sæcula Abraham pasĩionis meæ cenam gessit,tot tantaq; beneficia in eũ, in eiusque domũ contuli, ita nũc quiaSycomorũ,quę crucis arborẽsignificat eiusdẽpasĩionis instrumẽ-

Causa cur eimodo ab quã Christus Zacheum, Abrahæ filiũ appellauit. Lucæ 19.

tum

tum ascendens tu ó Zachee eandem cenā represēntas, tibi, & domui tuæ salutem liberaliter impendo; nam vbicūq; passionis meæ signa comparēt, statim quicquid dedit Pater in manus libenter elargiri mihi persuadent.

Ostēditur causa cur Christus Dñs adeo se in hoc diuino Sacramento munificū exhibeat.

Iam igitur ratio, & causa patet, cur in hoc diuino eucharistię beneficio adeo se se Christus non solum suis fidelibus, sed rebus etiam inanimatis munificum præbuerit, prębeatque quotiescunque hoc diuinum Sacramentum, vel cōsecrando sanctificant, vel sumendo communicant, vt non solum in nos, verum etiam in nostra, etiāsi insensibilia sint, tanta beneficia conferat: quia nempe est diuinum hoc sacrificium non typus, sed expressum suæ passionis documētū, ad ipsius passionis recordationem specialiter institutū. *Qui enim author est operis, ipse testis est veritatis*, vt homil. 5. de Sācto paschate loquitur Emissenus Eusebius, ait enim Christus. *Hæc quotiescumque feceritis in mei memoriā facietis*. Quod itidem Paulus ad Corinthios capit. 11. obseruat dicens. *Quotiescunque māducabitis panem hunc, & Calicem bibetis, mortem Domini anuntiabitis donec veniat.*

Eucharistiæ sacrificiū Christi passionis expressum documētū

Emissen.

Ad Cor. 11.

Quid igitur mirum est, si quotiescunque conficitur, recipitur, & celebratur hoc diuinum Sacramentum adeo se se munificum Christus exhibeat, vt non solum nos, sed etiam nostra omnia omnium bonorum abundantia repleat, augeat, & amplificet, ab omnique inimicorum pensu, & tributo reddat immunia: quę enim nimia charitas eum ad passionem duxit, eadem eum ad passionis memoriam omnia omnibus ita liberaliter elargiri compulit, vt neque in exhibendis beneficijs insensibilia quæque relinquat, sed sine modo, modum benefaciendi transcendat. Vnde cōuenienter Bernardus sermon. in feria sexta hebdomadæ maioris. *Vere nimia charitas, quia mensuram excedit, & modum superat.*

Bernard. *Christi charitas modū non nouit.*

ANNOTATIO.

L.XXXXIII.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

Quod mediante hoc diuino beneficio non solū à miserabili seruitute liberentur fideles, sed & nobilitētur, & ex plebeis Reges fiāt, & Dij.

INTER omnia bona, quæ per realem cum Christo vnionem in Eucharistiç sumptione fideles assequi demõstrauimus, non vltimo loco ponẽdum est, quod omnes qui in eadẽ vnione participãt nobiles reddantur, regiaque nobilitate fulgeant, quamquã secundum sanguinis cognatione infimo sint loco nati. Qui mirabilis huius munificentissimi beneficij effectus homil. 45. in Ioannem à Patre Chrisost. inculcatur, dum ibi sic ait *Hic sanguis facit, vt imago in nobis regia floreat.* Et bene quidem, nam vt in Apolog. cap. 36. ait Tertulianus. *Qui anima micescentur nihil, de rei communicatione dubitant:* cumque Christus, qui secundũ vtrãq; naturam Rex est, per hanc sui corporis, & sanguinis cõmunicationem, nostris animis illabatur, cõmensales suos regia, non insignire dignitate nõ poterit: imó semper insignire cõsueuit; & vt verè Reges efficeremur, regnum nobis suo acquisiuit sanguine, & emit; nosque tamquam regium munus Patri suo omnium regum regi obtulit, vt 1. Apocalypsis loquitur noster Euãgelista dicens. *Primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ, dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum, & sacerdotes Deo, & Patri.* Vnde libr. 1. Pædagogi in capit. 6. de tanta nobilitate e iure optimo gloriatur Alexandrinus Clemens: omnesque, qui preciosissimo hoc sanguine sunt procreati de eadem nobilitate regia gloriari fas esse ait dicens. *Vnicuique ergo nostrum, qui infantes sumus licet Domino gloriari, & eloqui. Patre bono, aqué bono sanguine me glorior esse.*

Hanc regiam nobilitatem, quam fideles ab hoc diuino sanguine, & regali cibo consequũtur cum debitè accipiunt pio ore commemorans animã emisit Hieronymus. Nam vt in Epistola ad Damasum de morte eiusdem Hieronymi author est Eusebius, complicatis ante hunc diuinum cibum genuis, antequam illum sumeret dum moreretur exclamans dixit. *O esca sacratissima, quam verè comedens Deus efficitur: iuxta illud. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes.* Neque mirum est si moriendo loquatur, quod dum viueret prędicabat: eũdẽ enim nobilitandi effectũ de hoc diuino Sacramento sæpe sæpius inculcauit, & præsertim explicans illa Esaię verba in cap. 22.

Margin notes: Chrisost. *Fulget per Eucharistiam imago regia in fidelibus.* Tertul. *Christus secundum vtranque naturam Rex.* *Christ⁹ acquisiuit nobis regnũ sanguine suo, vt vere reges diceremur.* Apocal. *Omnibus fidelibus de regia nobilitate fas est gloriari.* Clemens Alexãdr. Hieron. apud Eusebium. Psalm. 81

Pone mensam contemplare in speculo, comedentes, & bibentes surgite principes: sic enim ibi ait. *Dicitur per prophetam ad omnes credentes, vt comedentes, & bibentes corpus, & sanguinē Christi vertantur in principes.* Neq; satis habuit Ioānes Chrisostomus ea, quæ iuxta hanc verita tem loco superius allegato protulerat, sed in eadem hom. vlterius prosequitur dicens. *Qui huius sanguinis sunt participes cum angelis, & archangelis, & supernis virtutibus cōmorantur, ipsam regiam Christi stolam induunt, spiritualibus armis muniuntur: sed nihil dixi, imò ipsum induti sunt regem*: hæc ille.

Hieron.

Chrisost.

Peruncha ristiæ sūptionē, regalē induūt fideles dignitatē, & cælicolæ fiunt.

Vnde fideles omnes, qui hunc diuinum cibum debitè cōmunicant, Reges esse quis non videt: & quia Christus, cui adunātur, Rex est, & quia ecclesia, cuius sunt filij propter ipsum sponsum regem, regina iureoptimo conclametur à psalmista dicente Psalm. 44. *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate*: quem locum de ecclesia, & de fidelibus á quibus coalescit, deque eius, eorumque regia dignitate à Christo Domino consecuta intellexit Ioanens Chrisostom. in expositione eiusdem Psalmi 44. vbi sic ait. *Quoniam*

Fideles reges sūt tam à patre Christo, quàm à matre ecclesia.

Psal. 44.

Chrisost. in Ps. 44.

A

Christus caput nostrum est, nos autem corpus, cum superius sedeat nostrum caput, nos quoque ipsius honoris participes fuimus, & stetimus: & statim de regina matre Ecclesia sic addit. *Ecclesiam hic quoque prædixit vates introducens simul sponsam, & reginam, & ideo dixit astitit regina à dextris tuis.* Reges ergo sunt fideles, regio, vt porē sanguine redēpti, & educati: nāq; vt Cathechisi 4. Hierosolomitanus Cyrillus obseruat. *Cōsāguinei efficimur Dei, quotiescūq; hūc sāguinē bibimus, eiusq; corpus in hoc Sacramento comedimus.*

Participant fideles honorē Christi, tāquam mēbra honorē capitis

B

Ecclesia regina.

Cyrilus.

C

Perpendat igitur quisque fidelis, quod si tantum est, & tanti habetur mortalē, Regem consanguinitatis, vel affinitatis agnitione attingere (iuxta illud Dauidicum 1. Regum ca. 16. *Quis ego sum, aut quæ generatio mea in Israel, vt fiam gener Regis,*) quo honoris gradu ponēdū sit ipsius immortalis Regis fieri cōsanguineū, & ab eodē tāquā Regē educari pasci, & enutriri? Nā si aduertimus in hac eucharistica mensa more regio cōmensalibus inseruitur, minysteriūq; exhibetur, in qua regales cibi apponuntur, regalesq; potus aureis, & argēteis cathinis, fialisq; própinatur, regalique modo, & *apparatu exhibentur.*

1. Regū cap. 6. *Dei consāguineū esse maximo honoris gradu ponendū.*

D

do integer, & incorruptus manet, & à fidelibus suis in panis, & vini sacramēto quotidie bibitur, & manducatur nunquam tamen deficit. Quod etiam eodem lib. Numeri, eodemque capite Dominus significauit cū præcepit ne panis ab eius altari aliquando deficeret. Circa quam legem, & Dei mensæ abundantiā sic loquitur Oleaster. *Non vult Dominus etiam ad momentum domum eius esse sine pane, ne cibus possit deficere his, qui seruiunt ei, vnde per Malachiam dicit. Afferte omnem decimam in domum thesauri, & sit cibus in domo mea.* Tunc addit idem Oleaster. *Quis tibi grato animo non seruiat Domine, qui ita ministros tuos curas, & nutris, vt neque ad horam finas mēsam tuam esse sine pane*

Num. 4

Oleaster

Malech.

Oleaster

In domo Dei nunquam deficit panis

Si denique administros aduertamus, quibus in hac mensa fidelibus inseruitur, eā protinus regalem, accubatoresq; eius reges esse cognoscemus. Nam vt ait Ambrosius angeli administrant, & assistunt huic mensæ. *Non dubites angelos assistere*, inquit, *quando Christus assistit, Christus immolatur*. (*Aonde está el Rey, está a Corte*) Ad quorum reuerentiam, & ministerij sedulitatē, qua ibi inseruiunt attēdere admonet Pater Chrisost. homil. super illa Isaiæ verba. *Vidi Dominum sedentem, &c.* quæ tom. 1. suorum operum continentur: vt incuriam, qua ad eandam mensam accedimus condemnet dicens. *Non cogitas, ipsum hic inuisibiter adesse Dominum, qui vniuscuiusque motum metitur, & conscientiæ rationem habet? Nō cogitas, quod angeli huic stupendæ assistunt mensæ, quantaque cum reuerentia eam circum uolant?* Neque mirum est angelos in hac mēsa hominibus inseruire, cum in eadem Christus Dominus eisdem accubatoribus inseruiat: ad cuius admirabilem animi promptitudinē, liberalitatéque, qua huius mensæ accubatoribus inseruit, aduertit Bernardus sermon. 54. in Cantica dicens. *Bonus minister, qui carnem suam in cibum, sanguinem in potum, animam ministrat in pretium* (Serue com a alma, & cō a vida) *bonus plane qui spiritu alacer, charitate feruēs, pietate deuotus, non solum salit in montibus, sed & transilit colles, idest superat, & vincit cæteros omnes ministros alacritate ministrandi.*

In Eucharistica mēsa ministrant angeli.

Ambr. vbi sup

Circū uolant angeli iuxta Eucharistiæ mēsa.

In Eucharistica mēsa Christus ipse ministrat

Bernard

Neque maxima quædam huius mensæ perogatiua tacēda est, quāCyprianus in serm. de Cæna Domini obseruauit, esse nempe in ea Christū Dominum nostrum pincernam

dicens. *Nobis itaque pro quibus sanguis Christi oblatus est in cruce, quos reconciliauit Deo, omnes excedens victimas, hoc sacrificiũ singulare, ipse Christus pincerna porrexit hoc populi.* Ex quibus omnibus supradictis Opuscul. 57. infert D. Thomas regiam huius mensæ accubantium nobilitatem dum ait. *Immensa diuinæ largitatis beneficia exhibita populo christiano inestimabilem ei conferunt dignitatem: non enim est, aut fuit aliquando natio tam gradis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut adest nobis Deus noster.*

Christus in Eucharistiæ mẽsa pincerna noster. Cyprian.

Dignitas fidelium huius mensæ accubãtium inædilimabilis.

Quod si ad huius mẽsæ ornatum animum applicamus, eam ex eo, vel maxime regalẽ esse iudicabimus: *Nam cænaculum grande, stratum*, ad hoc diuinum conuiuium celebrandum parari iubet inuiator, & autor, vt habetur c. 14. Marci, non propter inuitatorum cõditionem, erant enim adhuc pauperculi piscatores, & qui ad stratos accubitus nũquam accubare consueuerant, sed propter conuiuantium regales epulas, propter regalem cõuiuam, propter regale officium, & dignitatem, qua eos erat in signiturus: erãt enim ibi constituendi principes vniuersæ terræ: erant cum Deo Abraham ibi principes congregãdi: erant ad regale sacerdotiũ euehendi, necesse ac proinde erat, vt domus, mensaque in qua erant omnia hæc peragẽda omnibus adornaretur paramentis, & tanquam quæ dã regia aula esset domus illa, in qua munia regia exercebãtur, regesque creabantur Apostoli: ideoque cænaculum grande stratum, ad cuius ornatus mirabiles, & ingentia dona contuenda, & participanda nos prouocat S. Pater Hieron. ad Hedibiã quæst. numero 2. dicens. *Ascendamus cum Domino cænaculum grande stratum, atque mundatum, & ibi accipiamus ab eo calicem noui testamenti, ille namque conuiua est, & conuiuium.*

Sãtũ cænaculũ in gratia Eucharistiæ ornatum, & stratũ. Marc. 14

Sãcti Apostoli in cæna dominica sacerdotes, & principes ordinati.

Sanctum cænaculũ singulare regia.

Hieron. Hedib.

Vt autem hæc mẽsa in omnibus regia videatur, non desunt in ea suauissimi gratissimique odores, & qui in regali mensa, & nobili cremati, vel diffusi redolere consuescunt. Nam illud tus amoris igne crematur: & illud oleum sicut aqua effunditur, à quo deuotæ animæ attractæ, & illectæ decurrere consueuerunt, à cuius odoris olfatu Iudas exhorruit dicens. Marc. 14. *Vt quid perditio hæc vnguenti facta est*, quia per hãc de qua loquimur vnionem non erat Christo regi, neque ecclesiæ reginæ vni-

Mẽsa Eucharistiæ odorifera.

Quod nã sit tus, quod in Eucharistica mensa crematur.

Ab huius vnguẽtis redolentia exhorruit Iudas. Marc. 14

tus, neque vniendus, nec ex consequenti rex constituēdus, nam vt bene in hunc locum annotauit noster Venerabilis Beda: *Iudas nec Christo, nec disci pulis eius fideliter adhæsit*: quod mirificis verbis prosecutus est S. Pater Petrus Chrisologus serm. 23. dicens: *Ad mensam regis sine veste nuptiali Iudas intrauit cum indumento seruili ad regale sacerdotium accessit, inde à Christi cõuiuio excluditur, ideo à sacerdotis officio deturbatur: abijcere enim debet habitum seruitutis, qui se regem credit diuinitus cõsecratum, quia deformitas inuitati adinuitantis redundat iniuriam.*

Beda in capit. 14. Marc. Chrisol. *Cur Iudas à regali mensa deiectus. Vt quis in hac mensa rex cõstituatur, seruitutis habitũ debet abijcere.*

Sed iam iterum ad rem redeamus, & Patrem Ambros. lib. de Cain, & Abel; huius mensæ regiam dignitatem cõmendantem, audiamus; *Ne verearis*, inquit, *vt in conuiuio Ecclesiæ, aut grati odores, aut diuersi potus, aut dulces cibi, aut nobiles conuiuæ desint, aut decentes ministri. quid Christo nobilius, qui in conuiuio Ecclesiæ, & ministrat, & ministratur? istius conuiuæ accumbentis annecte te lateri, ac te Deo coniunge: ne fastidias mensam, quam Christus elegit.*

Ambros. libr. 1. de Abel, & Cain c. 6

Attende igitur ó christiane diligenter (vt diuinum te admonet oraculum prouerbiorum 23.) quando sederis cum principe, idest cum ad illum regalem, eucharisticumque cibum percipiendum accedis (nam de hac diuina mensa, & de hoc cibo diuino locum intellexit S. Ioannes Chrisost. in Psalmũ 22.) quæ apposita sunt ante faciem tuam, idest, tanti cibi puritatem, dignitatemque considera, præpondera, & reuerere, teque ex limo terræ eductum in peccatis cõceptum, nunc per hunc mysticę benedictionis panem ad tãtam dignitatem prouectum, te regem constitutũ, tibi Deũ cum Angelis suis appropinquantẽ agnosce. *Agnosce christiane dignitatem tuam*, vt te monet S. Leo Papa serm. 1. de Natiuitate, *& diuinæ consors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conuersatione redire.*

Christus in Ecclesia mensa ministrat & ministratur. Prou 23. Chrisost. LeoPapa

ANNOTATIO. L. XXXXIIII.

Circa eadem uerba contextus.

In finem dilexit.

Quod diuinum hoc eucharistiæ beneficiũ vitã conferat

EXIMIA Christi charitas, eiũsquemirifica dilectio, qua prosecutus est suos,

Eximia

Qui diuinum ea baptismate cibum appetunt, omnia appetunt bona, quia in illo bona omnia continentur. Vetiti cibi appetitus nos perdidit, & istius diuini cibi appetitu restauramur.

omnia in hoc munificentissimo beneficio aggregauit, quę mortales appetere cõsuescũt, vt ea appetendo, illum appeterent, in quo bona omnia cõtinentur: vt illud inde sequatur, quod sicut olim appetitus nos ab eius dilectione segregauit, ita nunc appetitus actione in eius iterum amorem vniamur: & quia quod magnopere inter omnia appetimus, est vitæ longitudo, inde in hoc diuino suæ carnis, & sanguinis alimento vitam inclusit, vt vel saltem sic nos ad illud exoptandũ inuitaret, ideoque, vt annotauit Pater Chrisost. homil. 46. in Ioan. Quotiescunque huius cibi, & potus mentionem fecit, semper vitæ meminit, dicẽs. *Siquis manducauerit viuet: qui manducat viuit: si non manducaueritis, non habebitis vitam. Vita vbique meminit*, inquit Chrisostom. *Nam eius trahimur cupiditate, & nihil suauius, quam non mori: etenim in veteri testamento longa vita, & multi dies promittebantur: nunc vero non simpliciter vita longitudo, sed vita sine fine promittitur*. Hæc Chryso. stomus.

Chrisost.

Cur Dñs mentionem cuius huius Sacramenti egit, fere vitæ meminit.

Hæc vitæ conferendæ proprietas huius diuini conuiuij, á comparatione reliquorum conuiuiorum clarissime comprobari potest, nam ex hoc mors aufugit, & vita pullulat; in reliquis autem conuiuijs mors dominatur, nam ad omnia conuiuia reliqua, quorum meminit sacra pagina alicuius fuit semper mors insecuta: ab hoc autem Christi conuiuio, in quo eius caro sub panis specie exhibetur in cibũ, eiusque sanguis propinatur in potum, tanquam á viuifico fõte vita dimanat, vt ipsius conuiuij author testificatur dicẽs Ioannis 6. *Qui manducat hunc panem viuit in æternum.* Fecit quidem die natalis sui Pharaò grande conuiuium pueris suis vt cap. 40. Geneseos sacra enarrat historia, quod quidem pistorum magistri mors infamauit. Fecit Absalon grande conuiuium fratribus suis, de quo ait Sacra pagina Regũ 2. cap. 13. quod fuerit, *quasi conuiuium regis*, hoc tamen cõuiuium mortiferum potius, quam viuificum potuit appellari siquidem Ammonis cæde fædatum est. Quasi ab epulis conuiuij Assueri Vasti reginæ expulsio, & Ammonis exitus pullularunt, vt refert Sacer contextus lib. Ester cap. 1. & 4. Inter conuiuandum oppressi sunt filij Iob, vt libr. eiusdem capit. 1. refert Sacra historia. Ex conuiuio Herodis

Aufugit mors ab eucharistico conuiuio ab eoq; vita pullulat.

Semper fere ab humanis conuiuijs mors resultat.

Dimanat vita ab hoc cibo, tanquam á proprio fonte.

Ioan. 6.

Gen. 40.

Regum 2. cap. 13.

Ester. 1. & 4.

Iob.

Sanctis-

Marci. 6.

Sanctisſimi Christi præcurſoris mors prodijt, vt Sanctus Euangeliſta Marcus teſtatur cap. 6. quod ideo contingit, quia iſtorum conuiuiorum epulæ humano more conditæ, & ad gulæ, voluptatique in ſeruiendum inuentæ, ad necem potius, quam ad vitam inferẽdam ſunt aptæ, quia ex mortuis auium, & animalium carnibus efficiuntur: iſtius autem regalis conuiuij epula ſaluiſera eſt, ſaluiferuſque potus, qui in illo propinatur, quia ſcilicet ex viua Christi carne, & ex eius ebulienti ſanguine cõficitur, in quo atteſtante Euãgeliſta Ioanne ſui Euangelij in cap. 1. vita eſſentialiter continetur. *In ipſo*, inquit, *vita erat: & vita erat lux hominũ.* Quod lib. 4. in eiuſdem Ioannis Euãgelium cap: 14. diſſerendo cõcludit Cyrillus dicens. *Vita ſecundum naturam ille eſt, qui ex viuo Patre genitus eſt: ſed non minus corpus quoque eius viuificat: coniunctum eſt enim ineffabiliter verbo Dei, à quo vniuerſa viuificantur: id circo corpus ſuum dicitur, & vnus cum eo, nempe poſt incarnationem, vnus eſt, & vnus manet abſque diuiſione vlla: præterquamquod Dei Patris verbum, & templum à Virgine ſumptum, idem natura non ſunt: non enim eiuſdem ſubſtãtiæ verbi Dei, eſt homo ei ſumptus, vnus tamen cum illo eſt coniunctione ineffabili, quoniam igitur ſaluatoris caro verbo Dei, quod naturaliter vita eſt, coniũcta eſt, ideo viuifica effecta eſt, & quando eam comedimus, tunc vitam habemus in nobis illi carni coniuncti, quæ vita effecta eſt.*

Cur à mũdi conuiuijs mori, ab illo autẽ vita prouenit.

Ioan. 1.

In Eucharistia vita eſſentialiter cotẽta.

Cyrilus. *Unde prouenit Eucharistico cibo, vt eſſentialiter vitam contineat.*

Verbũ Patris, & Christi caro non ſũt idẽ natura ſunt tamẽ ineffabiliter coniuncta.

Cum Christi carnem ſumimus, vitã manducamus.

Hanc etiã viuificandi proprietatem huius diuini cibi, ex ipſius Christi pollicentis verbis, mirabiliter diſſerendo loco ſuperius allegato infert Ioan. Chriſoſtom. dicens. *Quæramus quænam ſit hæc conſequentia, cum dixiſſet. Qui manducat meam carnem in me manet: non abſurde proſequitur dicens: Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: Si ergo in me manet, & ego viuo, qui me ſumit, & victurum perſpicuum eſt.*

Chriſoſt.

Ioan. 6

Non diſſimili argmentandi forma eandem viuificandi vim, & proprietatem, quæ in hoc diuino conſumatæ dilectionis edulio reperitur lib. 4. in Ioannem cap. 12. infert idẽ, quem ſuperius retulimus Alexandrinus Cyrillus in hunc modum. *Cum viuificans Dei filius in carne habitauerit, ad ſuum bonum eam, id eſt, ad vitam reformauit, & totus, vt ita dicã, toti ineffabili modo vnionis coniunctus*

Caro Christi, quia diuinitati vnita ideo viuificãs.

iunctus

iunctus, viuificantem ipsam effecit, & quia natura viuificans est, propterea participes hæc caro viuificat.

Ab eodem prorsus fundamento eandem illationem ca thechisi de hoc diuino Sacramento infert.. Nissenus Gregorius dum sic inflectit. *Coniunctio, quæ cum vita sit, vitæ particeps est.* Quæ quidẽ omnes tantorum Patrum illationes, quamquam abunde sufficiant ad hunc viuificandi effectum mirabilem, qui in hac sanctissima esca reperitur cõprobandum, cum ex terminis quasi per se notis, & á summa veritate prolatis construantur nempe ex eo, quod viuat sicut Pater: & ex eo quod per vnionis participationem nos in ipso maneamus: adhuc tamen, & sacræScripturæ locis, & sanctorum Patrum rationibus eandem veritatem amplius duximus roborandam.

Nissenus

Christus carnẽ viuificãtẽ esse quasi ãpricipijs per se notis potest ostẽdi

Ad illius igitur confirmationem mirabilis est locus ille Exodi in cap. 12. vbi legitur, quod dum Deus morti habenas laxauerit, vt in Ægyptoper omnes domos suæ potestatis imperium exerceret, grandesque strages efficeret, quæ cum per omnes Ægyptiorũ domos debaccharetur, vbi primum in Hebræorum superliminaribus diuini huius sanguinis vmbrã conspiciebat, statim ne vitæ iura abrumperet, quasi decurrẽdo saltabat, à vitæque vmbra fugiebat. Ex hoc enim sacræ scripturæ loco homil. 45. in Ioannem argumentatur Chrisostom. vt inferat, & ostendat hanc viuificandi vim, & excellẽtiam, quæ in hoc præstãtissimo cibo, & potu viuifico reperitur dicens. *Quod si figura huius sanguinis tantam habuit vim in medio Ægypti liminaribus aspersus, longe magis veritas: si vmbram vitæ ita mors horruit, quamtopere quæso ipsam formidabit veritatem?* Hæc Chrisostom.

Exod. 12

Fugiebat in Ægypto mors, à vitæ vmbra

Chrisost.

Ex eodemque sacræScripturæ loco intulerunt nonnulli alij patres hanc huius diuini cibi vitæ conferendæ proprietatem, & præcipuæ Haymon, ad eundem Exodi locũ dicẽs. *Si sanguis agni typici in medio Ægyptiorum, & in tanta vastatione, illæsos seruauit Iudæos, quorum postes fuerunt illo sanguine respersi: multo amplius saluabit, & viuificabit nos sanguis agni veri, Hoc est, Christi:* hæc ille; cui consonat Irenęus, qui libr. 4. contra hæreses capit. 32. sic ait. *Sacrificium quod Iudæi per inuidiam immolarunt, putantes se nomen eius, à terra abolere; nos causa salutis*

Haymon

Irineus

nostræ in ara sanctificata proponimus, scientes hoc solo remedio nobis vitam præstandam, mortemque effugandam.

Sed ipsam mortem nõ vmbram solum, sed & veritatem formidãtem intueamur apud Matthæum in capit. 9. dum Christus Dominus non solum suę potestatis imperio, verum & carnis huius viuificæ tactu mortuos suscitat, ad pristinasque vitæ operationes reducit; cum enim principis Synagogæ filiam suscitat, manum eius apprehẽdit, quasi suæ viuificæ carnis tactum vitæ per quam maxime causatiuum ei applicans, dicensque. *Puella tibi dico surge;* Quod itidem in suscitando in ciuitate Naim viduæ filio fecisse eundem seruatorem obseruauit Cyrillus lib. 4. in Ioannem cap. 14. dicens. *Et verbo, & carnis suæ tactu eum excitauit, vnã ab vno se Christo Dèo videlicet, atque homine operationem producens.* Tunc autem sic cõcludit Cyrillus: *quod si solo tactu suo corrupta redintegrantur, quomodo non viuemus, qui carnem illam gustamus, & manducamus?* & paucis interiectis sic à comparatione infert idem Cyrillus. *Si quis scintillam ignis in fæno aut palia occultauerit totum inde ignitum necessario fiet, sic verbũ Dei tãquam scintillam in naturam nostram immissum, totam inde inflammabit, atque ad vitam, interitu penitus destructo, reducet.* Hæc Cyrillus. Vnde bene Ignatius Martyr in Epistola, quam ad Ephesios scripsit hoc diuinum sacramentum, *medicamentum immortalitatis, & antidotum contra mortem*, appellauit.

(Christ° dominus carnis sua tactu mortuos suscitauit.)

(Matth. 9.)

(Lucæ 7.)

(Cyrillus)

(Idẽ ibidẽ)

(Idẽ ibidẽ)

(Verbũ diuinũ tãquã scintilla, quæ tota naturã humana, viuificata est)

(Irenæus Martyr. Eucharisticus cib° immortalitatis medicamẽtũ)

Conciné, & apposité certè in libr. de peccatorum meritis capit. 24. locutus est Sant. Pater Augustinus dum Sacramentum hoc, vitæ Sacramentum appellat, affirmatque idẽ Sacramentum antiquitus, *vitã*, anthonomasticè fuisse appellatum, præsertim à Carthaginiensium Ecclesia, apud quos idem erat, *vitam sumere*, atque *sumere eucharisticum panem.* Ad quem loquendi morẽ allusisse videtur Sãctus Pater Irenæus libr. 5. aduersus Hæreses, & multis alijs in locis dum, *beatam Virginem*, quæ hunc viuificum panem concepit, & peperit, *vitæ matrem*, appellauit, quasi innuens, & significans hanc viuificandi proprietatem, quam in hac christiiada carne, & sãguine dicimus reperiri. Et fortassis eadem intentione, & sensu in sacra Scriptura nominibus significatur hic diuinus

(Augúst. Sacramẽtũ Eucharistiæ, vitę Sacramẽtũ appellat Augustinus. Idẽ à Carthaginẽsibus, vitã ipsam appellatum.)

(Irenæus.)

(Beata Virgo cur vitæ mater appellata.)

Psalm.71 Esaię 3. Leuit 26.

Geneb.c Curbo- Eucharis tię Sacrā mentū sn praedictis nominib appelle- tur. Fulcitur vita eucharistico pane, tanquam senectus baculo.

cibus, quibus idem viuificandi effectus simul innuitur, psalmo nempe 71. appellatur diuinus iste cibus, *firmamentum*: Esaiæ 3. *robur panis*, & Leuitici 26. *baculus panis*, vt in expositione eiusdem Psalmi 71. obseruauit Genebrardus, & bene: nam omnia hæc vocabula significant hāc vim, & proprietatem, quæ in diuino hoc Eucharistię Sacramento reperitur ad vitam fulciendam, & sustentandam: sicut enim senectus baculo fulcitur, & sustentatur, ita & senescens vita nostra, iamque penitus ruitura sanctissimi huius panis alimento fulcitur, vt oratione 19. obseruauit Gregorius Nissenus, dū de proprio parente de cuius obitu in eadem agit, affirmat, quod cum iam senesceret, & pene decrepitus esset, sola Sācta Liturgia nutriretur, & robur acciperet etiam corporale.

Gregor. Nassianz

Eucharistiæ Sacramentum corporale etiam robur cōfert

Irenæus.

Eucharisticus cib nō solū ad vitā sustētādā optimus, sed & ad corpora suscitanda.

Mirificos huius diuini cibi effectus dum ponderat Irenæus libro quinto, contra Valentinum, illum non solum ad vitam propagandam conducere, verum etiam ad corpora post mortis interitum, ad vitam iterum reuocanda efficasissimum putat, dum sic ex comparatione ait. *Quem-*

A

admodum in grano frumenti vis quædam genitalis inest, qua iactum in terram, atque putrefactum germinat, sic prorsus ex corpore Christi, vis quædam veluti seminalis corporibus nostris accedit, qua etiam inpuluerem reddacta resurgent, & quodammodo renascantur, hæc Irenæus: Quo etiam fundamento vsus est Tertulianus in suo de Resurrectione carnis, vt corporum nostrorum resurrectionem astruat, comprobetque.

B

In Eucharistico pane vita semen, āque vita pullulat. Tertul.

Eandem etiam resurgendi, iterumque reuiuendi virtutem, & vim atque nostrorum corporum post resurrectionem pulchritudinem ab hoc diuino Sacramento promanare docet noster Rupertus dum illud Apocalypsis exponit. *Et dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit nisi qui accipit*: ita enim ibi commentatur. *Qui digne percipit hoc Sacramentum, sic resurget in nouissimo die, vt corpore nouo candorem habeat solidum, cādorem sempiternum, fitque corpus eius quasi calculus, idest, splēdida immutatione solidatum: de qua Apostolus prima Corinth. capit. 15. ait. Mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur, immutari enim sanctorum est tā-*

C

D

Fidelium corporum post resur. ectionem pulchritu. do & decor ab hoc eucharistico pane. Apocal. cap. 2.

Rupert.

Iusti corp post resurrectionem calculus cādid, & splendens.

1. Corin. capit. 15.

tum:

tum : idemque est ac si diceret vl. tra non moriemur impassibiles erimus. O inauditum ergo ex clamare fas est, diuinæ munificentiæ beneficium ! ó consummatæ dilectionis adinuen tio ! quid amplius faciendum restabat ad suam in suos dilectionem consummandam, & ostendendam, quam se ipsum ad eorum vitam conseruandã præbere in cibum, se seque ad esum viuificum inculcare dicens. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.*

Ioann. 6.

Ad tantæ eius dilectionis experimentum nos inuitat, Augustinus sermon. de verbis Apostoli 2. dicens. *Manducẽt ergo qui manducant, & bibant qui bibunt, esuriant, & sitiant, vitam manducent, vitam bibant, illud manducare refici est, illud bibere, quid est nisi viuere? manduca ergo vitam, bibe vitã, habebis vitam.*

August.

Idẽ est Eu charistiã sumere, atq; vitã ipsam mã ducare.

Accedant ergo nũc omnes Hæretici, accedant infideles, accedant Idolatræ omnes, qui pro Deo portenta venerãtur, & iam Deos suos portentosos, & falsos, semel ac ite rum mortuos agnoscant, neutiquamque potuisse á mortis iure, nectare suo, & ambrosia liberari, vel inuiti fateantur, cum præterquam in solo hoc suauissimo cibo hanc vegetãdi, alendique vim, & proprietatem minimè reperiri experimeto cognouerint. Ad idola igitur sua, vt sibi vitam præbeant frustra recurrant, quibus illud continget, quod olim idolatris Capharnaitarũ patribus, qui cum vitulum ex auro, argentoque conflatum venerarẽtur, & colerent, illum comminutum, & in minutissimos pulueres redactũ Moysi imperio bibere coacti sunt, & statim interierunt, vt patet ex sacrapagina Exodi cap. 32. de quo euentu optime ait Tertulianus ad hunc Exodi locũ dicens. *Deum lego, quem recipere iussi sunt comminutum, qui illum adorauerunt, vt morerentur; ille enim potatus, & comestus manifeste prodebat culpam, vt perirent: at vero Deus noster potatus, & comestus vitam porrigit.* Hæc Tertulianus. Iure er go optimo possunt, debẽtque christiani pleno ore exclamãdo asseuerare, & dicere. *Deus noster præ omnibus Dijs, neq; est alia natio tam grãdis, quæ habeat Deos appropinquãtes sibi sicut adest nobis Deus noster;* Si quidẽ se se ipsum nobis dat in eduliũ, vt viuamus, ipseque tanquam propriũ vitæ alimẽtũ se inculcat dicẽs Ioan. 6. *Qui mãducat*

Iudæorũ idola, non vitã, sed mortẽ cõferunt.

Exodi 32.

Tertul.

Ioan. 6.

meā carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam æternā, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Quæ quidem sola verba ab ipsa veritate prolata sufficiunt ad huius annotationis veritatem plenissimè fulciendam: Nam vt doctè ait Irænæus dū lib.4.aduersus Hæreses ex hac Christi seruatoris promissione hunc vitæ conferendæ effectum huius sanctissimi cibi concludit. *Hoc est verbum illius per quod lignum fructificat, per quod defluunt fontes, dat primo quidem fœnum spicam, deinde plenum triticum in spica.*

Irenæus

ANNOTATIO.

L.XXXXV.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

De qua nam vita sit intelligendus mirificus huius diuini cibi, potusque effectus.

(?¿?)

A

MAGNA olim inter patres circa præcedentis annotationis materiam opinionum dissentio fuit, nempe de quanam vita, de qua morte, de qua resurrectione intelligendus sit mirificus huius sanctissimi cibi, saluberrimique potus effectus. Quæ controuersia ex verbis Christi Domini hunc diuinum cibū pollicētis, eiusque effectus mirabiles declarantis ortum habuit: ait enim Ioannis sexto. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Et paucis interiectis, ita vlterius circa eandem materiam dicens prosequitur. *Nō sicut māducauerūt patres vestri māna, & mortui, sunt, qui māducat hunc panē viuet in æternum.* Quæ quidē dominica verba, de illa vita, morte, & resurrectione esse intelligenda, quæ in æternum erit, luce meridiana clarius apparet, vt ad hunc locum Ioannis optimè præter cætεros annotauit Euthimius dicens. *Sicut enim vera vita non est transitoria, sed æterna est, & verum esse non est transitorium, sed æternum: ita verus*

B

C

D

Unde orta dissensio circa vitam, quā confert iste diuinus cibus.

Ioan. 6.

Ioan. 6

Euthim.

Quasi vt a vua.

cibus

cibus ille est, qui viuificus viuificat in æternum, illos à quibus sumitur: vbi iam vides Euthimiũ cibi huius excellentiam, & veritatem ex effectu eiusdem cibi intulisse, népe ex vita æterna: qua de re adhuc clarius philosophatur noster venerabilis Beda, cum explicans eadem Christi verba de eadem vita, & morte æterna docet esse intelligenda, *quod illi mortui sunt*, inquit, Beda cap 6. in Ioan: *Ita vult intelligi, vt nõ viuant in æternum: nam temporaliter profectò, & hi moriuntur, qui Christum manducant, sed viuent in æternum, quia Christus est vita æterna.*

Beda.

Cum igitur, vt diximus, de qua nam vita, morte, & resurrectione Christi verba sint intelligenda manifestissimé appareat, ex eius verbis tamen occasionem arripiunt Sacramentarij, vt vel spiritualé tantum communicationem inferãt, vel infallibilem Christi veritatem exprobent, & labefactent: sic enim inferunt. Si soli qui manducant habent vitam æternam, ergo nullus ex his, qui Christũ tempore præcesserunt vitam æternam consequetur, neque in nouissimo die resurget: vlteriusque progrediendo iterũ inferũt: & si qui manducãt habẽt vitã æternã, vitam vtiq; æternã, & Iudas qui in probabaliori sententia manducauit proculdubio cõsequetur.

Heretici spiritualẽ tantũ communionẽ admittũt, & in quo fundẽtur.

Scio viros doctissimos ad has diluendas obiectiones diuersas solutiones intulisse (vt videre est apud Ioannem Maldonatum in hunc locum Ioan. vbi omnium patrum, expositorumque de hac re intelligentias aggregauit) quidam enim distingũt inter vitã metaphoricam, & propriã: quidam Christum Dominum in 1. loco de vita corporali fuisse locutum, affirmant: de vita vero æterna in 2. Cum ait. *Patres vestri manducauerunt manna, & mortui sunt*, ibi de morte temporali intelligunt, *qui manducat hunc panem viuet in æternum*: ibi de vita æterna nõ possunt non intelligere, & cætera, quæ apud eundem patrẽ posũt intueri. Nos vero ne tãtarũ opinionũ strepitũ cõcitemus, his omnib⁹ solutionibus prætermissis, & euangelico contextui inhærendo, dicimus Christum lociscitatis de vita beata, idest, in æternum cum eo, & apud eũ duratura, fuisse locutum, & itidem de morte æterna: cui, æternis tormentis mãcipati destinãtur: vt & contextu s verba indicãt, & patres superius allegati, intelligunt.

Maldon. in Ioan.

Doctorũ expositiones circa hac Christi verba.

Ioan. 6.

Ibidem.

Exponuntur Christi verba. Ioannis 6 qui mãducat hunc panẽ, &c.

Diluũtur hæretico-rũ funda menta.

Patres qui Christum præcesserũt in duplici sũt differẽtia

Quomodo autem diluendasint sacramentariorum imaginationes, vt pateat, aduertere necesse est illos, qui Christum tempore præcesserunt in duplici esse differentia: quidã namque fuerunt viri, vita, & pietate cõspicui, naturę, scriptæque legis per quã maxime obseruatores, Deum timẽtes, eiusque redemptionem inten sissimo cordis affectu, & credentes, & expectantes, quales

Prima differentia patres.

2. Differẽtia patres

fuerunt Abraham, Isaac, Iacob, Moyses, Aarõ, & perquã multi. Quidam vero fuerunt ingrati, idolatræ, murmuratores, quales fuerunt Capharnaitarum Patres, cum quibus Dominus loquebatur, & de quorum patribus mentionem faciebat cum Ioan. 6. diceret, *patres vestri mãducauerunt mãna, & mortui sunt*: quod vero ad hos allusisset Christus, præter quam quod, & præsens occasio, & morum similitudo clare demonstret, ita multi patres intelligendum senserunt, inter quos præcipui sunt Pater Cyril. & noster Rupertus in hunc Ioannis locum, quiquidem patres, ex morum similitudine inter Capharnaitas, & patres eorum, de quibus Dominus loquebatur id ostendunt. Nam quemadmodum Paulus ad Roman. cap.

Ioan. 6.

Cyrillus Rupert.

2. ex actione spiritus Dei filios Dei docet esse agnoscẽdos: *quicunque*, inquit, *Spiritu Dei agũtur, hi sunt filij Dei*, ita à cõtrario sensu, qui spiritu murmurationis, & litigationis incedunt, hi murmuratorum filij sunt, & habentur. Neque à patribus litigiosis, & murmuratoribus, alij filij, quam mur muratores poterant procreari, nam vt ait prouerbiũ, *mali corui, malum ouum, filho de mao, não pode ser bem.*

Ad Rom. 2.

Ex morũ actionib^o cognoscuntur filij, & patres.

Improbi filij à patrib^o sceleratis proueniũt fere.

Sed iam patres audiamus: *Patres vestri*, inquit Rupertus ad hunc Ioannis locum, *manducauerunt manna, & mortui sunt, patres inquam vestri, mali, patres malorum, murmuratores, patres murmuratorum: infideles, patres infidelium, quanuis omnes eandem escam spiritualiter manducauerint, & eundem potum spiritualem biberint, quẽ & boni, patres bonorum (quales fuerunt Moyses, & Aaron) mãducauerunt manna, & mortui sunt, imò cum essent mortui mala morte peccati, manducauerunt, & manducando non reuixerunt, illo saturati ad inferos descenderunt*: hos eosdem murmuratorũ patres affert Diuus Paulus in exemplum ad refrænandam murmurationem 1. Corinth. cap. 10. dicens. *Ne murmuretis, sicut Iudæi murmurauerunt,*

Rupert,

Malidini ne Eucharistię cibo saturati, non viuũt sed perniciosius interunt,

1. Corint. capit. 10.

uerunt, & perierunt ab exterminatore: igitur hunc murmurãdi morem, tanquam ius hæreditariũ à patribus adepti Capharnaitæ bene se illorum, qui in deserto perierunt, filios esse demonstrant, beneque atque illos ob murmurationem æterna morte damnandos esse, ait Christus Dñs si istũ cibũ debite non mãducauerint: *nam hæreditas trãsit ad hæredem cum honore, & onere:* *ego,* inquit Cyrillus in hunc Ioannis locũ, *apud Moysen scripturas sæpe mente reuoluens, quasi paternam hæreditatem murmurationem in Iudæis de rebus bonis comperio: murmurabant enim illi aduersus Deum in deserto, murmurant, & in hoc loco propter eãdem rationem.* Hęc Cyrillus.

Cyrillus

Murmuratio de rebus bonis Iudæorum hæreditas.

Itaque ex morum similitudine pessimorum, præsertim murmurationis bene inferunt patres, solũ intellexisse Christũ Capharnaitarum patres: quamquam enim similitudo filiationem non probet, si quo ad vultus lineamenta attendamus, morum tamen symbolizatio, perquam maxime probat; præsertim hæc murmurandi cõsuetudo de rebus bonis in Iudæis, quæ eis tanquã paternum, & hæreditarium ius competit. *En,* inquit Chrisostom. ser. 2. de passione, *quæ bona ad hæredes tuos trãsmittis, ecce o Iudæa currit per tui generis prosapiam nunquam expiandi vena facinoris, & cum crimine radicis tuæ, pullulant iniqua plantaria, &c.*

Ex morũ similitudine indicauit dominus de quibus patribus loquebatur.

Similitudo vultus nõ probat filiationẽ, & econtra morum similitudo.

Ex his tantorum Patrum dictis, & similitudinibus clare iam patet illic Christum Dominum de solis murmuratoribus Capharnaitarum patribus fuisse locutum, cum dixit, *Patres vestri manducauerunt manna & mortui sunt;* Missos iterim faciendo Abraham, Moysen, Aaron, reliquosque patres probatissimos, quos nos in priori distinctionis mẽbro collocauimus, quosq; etiã hic missos facimus in subsequentem annotationẽ, in qua nobis est discutiẽdum, de qua resurrectione Dominus loquatur, cum ait. *Ego resuscitabo eũ in nouissimo die,* & de qua mirificus huius cibi suscitandi effectus debeat intelligi. Ex his igitur, quæ dicta sunt, iam clare patet, non omnes, qui Christum antecesserunt æterna vita fuisse priuatos cũ Christi verba ad solos Capharnaitarum patres extendantur, id est, ad eos, qui manna beneficio abusi sunt, murmurantes, & aureos Deos, & argenteos sibi conciliarunt.

Ioan. 6.

Ibidem.

Non omnes patres qui Christum antecesserunt mortui, sunt in æternum.

Iam vero si id quod 2. loco

sacramẽtarij inferunt, nempe omnes, qui hunc diuinum cibum accipiunt habere vitam, neminem excludendo, si id inquã, quis dilutũ desiderat. Aduertat illũ terminũ indefinitũ, *qui*, in Christi enuntiatione appositam dum ait. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitã æternam,&c.* non comprehẽdere omnes communicantes, sed ad illos solum extendi, qui vt communicent, trahuntur á patre, qui veniunt ad Christum, qui credunt in illum, & qui sunt docibiles Dei, quæ termini indefiniti restrictio patet ex verbis Christi eadem occasione prolatis, in qua hoc diuinum sui corporis, & sanguinis beneficium pollicebatur, & de effectibus, qui in fidelibus erat operaturus, loquebatur: ibi enim prius exposuit, ad quos, terminus ille indefinitus, *qui*, extendebatur dum ait neminem venire ad hunc cibum vere accipiendum, nisi pater traxerit, nisi crediderit, & nisi fuerit præceptorum diuinorum custos, vt qui maxime integerrimus, ad obediendumque Deo parãtissimus, id enim valet esse Dei docibilem.

a Hereticorum inferentia omnino falsa.

Ioan.6. Quos Christi enũtiatio præsens cõprehendat.

Docibiles Dei, qui sint.

Patet adhuc clarius eadem eiudem termini restrictio, ex alio termino indefinito apud Paulũ 1. Epistola ad Corinth. cap. 11. vbi sic ait. *Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit nõ dijudicans corpus Domini*: vbi ille terminus, *qui*, clare demonstrat qui illo alio termino indifinito, *qui*, in enuntiatione dominica posito comprehendantur, nempe illi, qui manducãt, & bibũt digne, scelicet qui trahuntur à patre, qui vere veniunt ad Christum, qui credunt in illum, & qui sunt docibiles Dei: qui aliter enim manducant, non dicuntur mãducare hunc cibum licet dentibus premant, vt ait S. Pater August. tractatu 26. in Ioannem imo perpetuam sibi dãnationem vsurpant, vt loco superius allegato affirmat Apostolus dicens. *Iudicium sibi manducat, & bibit.*

Ad Corinth.c.11

Qui sunt, qui vere tunc asu...num ...bũ manducãt. Qui inde bue fumũt, non mãducãt, quan quo dentibus premant.

August.

Corinth.

Hunc eundem indefinitũ loquendi modum obseruauerunt patres dum de eodem viuificandi effectu, qui in hoc cibo, & potu mirabili reperitur sermonem fecerunt. Ita namque locutus est Pat. Ioan. Chrysost. Hom. 21. ad populum Antiochenum, vbi sic interrogat, & indifinite respondet, *quod nam illud poculum, quod huiusmodi viuificandi virtutem habet? pratiosus nempe*

Chrisost.

Christi

Christi sanguis si cum fiducia sumatur: ecce verba restrictiua, scilicet, *si cum fiducia sumatur*. Quem etiam restrictiuum loquendi modum Pater Augustin. serm. 2. de verbis Apostoli obseruauit, cum nos ad hũc diuinum effectum consequẽdũ inuitare conatur, ait enim. *Manduca vitam, bibe vitam, habebis vitã*, & statim restringit dicẽs. *Tunc autem hoc erit, idest, vita vnicuique erit corpus Christi, si quod in Sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritualiter manducetur, & spiritualiter bibatur.*

Ex quo iam luce meridiana clarius apparet non rectè intulisse sacramentarios, Iudã nempe nonnullosque ei similes ex eo, quod comedissent viuificum cibum, vitam æternam fuisse consequutos, nam vt omnia in eodẽ Iuda monstremus, non fuit in primis tractus à patre in hanc mensam, imó à Dęmone possessus, iam enim tunc Diabolus miserat in cor, vt Christum traderet: non venit ad Christum, imô contra Christum, vt eum persecutoribus traderet, non credidit in Christum, imò Diabolo fidem præbuit suggerenti: non erat docibilis Deo, imó Diaboli discipulus, qui ingratitudinem docens Christi proditionem misit in cor: nõ fuit igitur Iudas, neque reliqui ei simillimi in enunciatione dominica comprehensus, illos nanque tãtum hæc mensa admittit, & hic cib⁹ viuificat, qui ad illum accipiendum verè, & debitè præparantur, & præparati accedunt: & illis solum vitam hæc mensa communicat, qui ante realem communionem; exercent spiritualem & qui cibum, hunc verum, & verum hunc potum veré mãducant, & bibunt, qui enim aliter manducat, & bibit non vitam certe sibi comparat, sed iudicium manducat, & bibit non diiudicans corpus Domini, vt capit. 11. Epistolæ ad Corinthios Paulus obseruat, cuius mentem sermone de Cœna Domini, Cyprianus confirmans ait. *Interdominicæ mensæ conuiuas animalis homo non admittitur quicquid caro, & sãguis dictat ab hoc catu excluditur, nihil sapit, nihil prodest, quicquid humani sensus molitur subtilitas.*

Assignantur rationes, ob quas Iudas, vitã æternã cõsecutus nõ fuit, quã-quã hoedulium diuinũ cõmederit. Iudas non Christi, sed diaboli discipulus.

1. Ad Corint. c. 11

Cyprian.

ANNO-

ANNOTATIO.

L.XXXXVI.

Circa eadem uerba contextus.

In finem dilexit.

De qua nam resurrectione mirificus huius diuini cibi suscitandi effectus sit intelligēdus, & quos vera resurrectio comprehendat.

Vt alias; quas proteruiendo inferunt sacramentarij Hæretici illationes, ex eiusdem seruatoris verbis nēpe. *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum innouissimo die*, vt inquā falsas esse monstremus: scilicet falsum esse ex supradictis seruatoris verbis sequi: patres qui Christum præcesserunt, & hoc diuino cibo vsi non sūt non esse à Christo suscitādos, & vice versa omnes, qui comederūt esse resurrecturos, quod itidem falsissimum est si de vera resurrectione, siue gloriosa immutatione sermo sit. Et quod huic Christi veritati è regione opponitur, est quod secundum has istorum inferentias, & Christi sermonis intelligentias, corporum nostrorū suscitatio, & resurrectio, non huic mirifico cibo, sed Spiritus Sancti ministerio tribuenda videtur secundum illud Pauli ad Romanos 8. *Qui suscitauit Iesum à mortuis, suscitabit, & mortalia corpora nostra, propter inhabitantem spiritum in nobis.* Vt igitur omnes has inferentias diluamus aduertite: corporum resurrectionem vel sumi posse strictè, vel latè; laté namque sumitūr cum ad omnes, quotquot fuerunt, sunt, & erunt extenditur; omnes enim sunt ad vitam reuocandi, vt in vniuersali iudicio assistentes, propriam quis accipiat suarum remunerationē actionū, vt ipsemet Dominus Ioannis 5. proprio ore testatur dicens. *Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei.*

Strictè vero sumitur resurrectio dum illos solum comprehēdit, qui in veram vitam resurgent in æternum cum Christo permansuri, & victuri, quæquidem resurrectio vera, & propria est: Hanc resurrectionis distinctionem intulit ipsemet Dominus eodem Ioannis loco dicens. *Procedēt*

[Margin notes: Ioan. 6. — Falso inferūt hæretici ex Christi verbis probos patres, qui ex hoc diuino pane nō ederūt, nō esse in nouissimo die suscitādos. — Ad Rom. 8. — Corporū resurrectio duob[us] modis sumi potest, latè scilicet, & presse. — Ioan. 5. — Qui proprie resurgere dicūtur. — Quæ vera & propria resurrectio dicatur. — Ioan. 5.]

qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerũt in resurrectionem iudicij. Eandem quoque resurrectionis distinctionem 1. Corinth. ca. 15. attulit Paulus dicens. *Omnes quidem resurgemur, sed non omnes immutabimus.* Notãtér diximus illam esse propriam, & veram resurrectionẽ, qua sancti, & iusti resurgẽt in perpetuum cum Christo regnaturi, cum talis resurrectio sit ad beatam vitam possidẽdam, & de hac fuisse Christũ Dominum locutum docent omnes patres, & præsertim Diu. Augustinus tractatu 26. in Ioanem.

1. Corint cap. 15.

Augus.

Illius igitur prioris resurrectionis nempe late sumptę, idest, revnionis animarum ad corpora, pręcipua, & vniuersalis causa est Dei omnipotentia, & vox filij Dei ad cuius auditionem omnes tám boni, quám mali resurgent iudicandi: Resurrectionis vero stricte sumptæ, idest, immutationis corporũ beatorũ duplicẽ causã assignat Sanctius Episcop. Brixiensis repetit. 5. de verit. Eucharist. c. 1. alterã etorogeniã, alterã vero homogeniã: *Etorogenia, siue alterius generis quam caro excitãda, ipsa est Spiritus Sancti virtus, qui nobis donatur: Spiritus enim ille inhabitans intus alit, & fouet membra nostra, ad immortalitatem resurrectionis, etiam sine reali corporis Christi sumptione, dummodo eam non excludat cõtemptus, sed necessitas. Causa tandem immutationis sanctorum, & beatorum homogenia, idest, eiusdem ratsonis cum carne excitanda ipsa est caro Christi in eucharistica mensa suscepta, & carni nostræ per eucharistiam infusa, quæ caro propter diuinitatem, cum qua in persona filij Dei subsistit, vita, & resurectio corporis est, & corporeæ vitæ causa.* Hæc omnia Sãctius de homogenia, & etorogenia corporũ resurrectionis causa.

Vniuersalis, & late sumptæ resurrectionis causa præcipua.

Resurrectionis pressè sumptæ duplex causa, homogenia altera, altera Etorogenia.

Etorogenia Spiritus Sancti virtus.

Sanctius Episcop. Brixiẽsis

Causa immutationis, siue resurrectionis homogenia est Eucharisticus cibus

Ex his igitur, quæ dicta sunt per quam manifestè patet non voluisse Christum asseuerare solos illos esse suscitandos, qui carnem suam comederent; Non enim ibi loquebatur Dominus de vniuersali carnis resurrectione, & de eadem resurrectione late sũpta, qua omnes animæ ad corpora readunatæ iudicandæ resurgent, istius namque vniuersalis resurrectionis præcipua causa est Dei potentia, & ipsius Christi vox vt diximus, & ipse Dominus testatur Ioan. 5. qua tam qui Christum præcesserunt, quam qui post illũ fuerunt, ad vitam reuocabun-

De quãnã resurrectione locutus est Dominus

tur

tur, ideſt, ad reunionem ad corpora. Loquebatur tamen Dominus loco ſuperius allegato de reſurrectione ſtrictê ſupta, ideſt, de immutatione corporum ex corruptibilibus, ad incorruptibilia, ex paſſibilibus ad impaſſibilia, & huius immutationis, ſiue glorioſę reſurectionis cauſam homogeniam ſui corporis, & ſãguinis ſumptionem aſſignauit.

Ioan. 6.

Neque iam inferant ſacramẽtarij omnes quotquot hũc diuinum cibum ſuſcipiunt in melius immutari, ideſt, reſurrecturos eſſe ad beatitudinem perfruendam, cum, vt ſuperius annotauimus, terminus indefinitus, *Qui*, in dominica enuntiatione appoſitus illos ſolos comprehendat, qui vere diſpoſiti, & præparati hanc veram carnem mãducarunt, & hunc verum potum biberunt.

Occurritur hæreticorũ obiectioni.

Sed de patribus illis ſãctiſſimis, quos ſuperiori annotatione in 1. diſtinctionis membro collocauimus, quid cenſendum ſit, iam occaſio poſtulat, vt explicemus: nam quamquam ex his, quæ ſuperiori annotatione allata fũt appareat, illos non interijſſe imperpetuum, ſicut & Capharnaitarum patres: quanquam ſimul cum illis manna manducauerint,

Quid dicẽdum de patribus illis ſanctiſſimis, qui hunc diuinũ cibum non ſumpſerunt in hac vita.

A tamen adhuc nõ conſtat, quo modo ad reſurrectionem veram, & ſtricte ſumptam ſint aduocãdi, & immutandi, quãdoquidem hũc diuinum cibũ, ideſt, Chriſti corpus nõ ſumpſerũt, quod, vt monſtratũ eſt, cauſa eſt homogenia huiꝰ glorioſę immutationis, & quãquã dixiſſe ſufficeret illos excitandos, & aduocãdos eſſe ab Spi-B ritus Sancti virtute, quæ cauſa eterogenia eſt eiuſdẽ immutationis: ne tamen huius diuini munificentiſsimique Chriſti beneficij effectus, ad illos ſe ſe non extendiſſe dicamus, á quibus eadem caro, quæ viuificat, & immutat ſumpta eſt, nẽpe ſanctiſsimos illos Chriſ-C ti progenitores Abrahã, Iſaac Iacob, & Dauid, & quanquã etiam dicere ſufficiat illos ſi non per realem ſumptionem manducaſſe, ſaltem in voto ſumpſiſſe placet tamen patris noſtri Ruperti ſententiam in medium proferre: ait enim tunc SanctosPatriarchas hũc D viuificum cibum manducaſſe quando Chriſtus ad inferos deſcendit, eo tamen modo, quo fieri potuit, idque, ait Rupertus, voluiſſe Dominum ſignificare cum Oſeæ capit. 13. dixit. *Morſus tuus ero inferne.* (*Ate no proprio inferno me darei em comida*) Attendite autẽ

Quid circa illos dixiſſe ſufficeret.

Huius diuinę carnis effectꝰ ad illos etiã patres ſanctiſsimos extẽſus eſt, à quibus ea... caro ...upta eſt.

Hi ſaltem in voto ſumpſerunt, Eucharisticũ cibum.

Manducauerunt patres iſti ſanctiſsimi, non ſolum in voto, ſed ſuo modo, quãdo ad inferos deſcendit Chriſtus.

Oſeas 13

ſublime

sublimem de hac re nostri Ruperti mentem in expositione cap. 6. Euangelij Ioannis, vt enim modum assignet, quo Sancti Patres in sinu Abrahæ collocati hoc diuino cibo pasti sūt, alludit ad illū vehemētissimæ dilectionis morem, quē in morigerandis dilectis suis vehemens obseruat dilectio: cum enim dulcia poma solito tempore ver præbet, non solū affectuosus colonus filijs, qui adsunt impartitur, sed siqui desunt assueto more, vt illis impartiatur poma eminenter collocata reseruat (*Pendura frutos para os filhos absentes*) suauissimū igitur vitæ pomū, Pater amantissimis filijs præsētibus sub panis, vinique spe cie in mensa eucharistica intra militantis Ecclesiæ viridariū impartitur; illis verò, qui iam discesserant, & præsentes non erant, idem pomum in sublime collocare constituit, idest, in cruce, vt inde postea eductum absentibus filijs cibus esset. *In ligno crucis*, inquit Rupertus, *pendere voluit pater istum cibum, vt per passionē mortis, mortuorum simul, & viuorum cibus fieret, & vt suo quoque modo comederent eum, tā mortui, quam viui: decerptum quippe illum de arbore crucis manu Patris ipso dicente. Pater*

Christus in cruce, pomum eminēter collocatum.

Rupert⁹. Christus Dominus viuorum, & mortuorum cib⁹.

Lucæ 22.

A *in manus tuas cōmendo spiritum meum, comederunt illum animæ sanctorum, eo videlicet modo, quo, & angeli eundem comedunt, comederunt, inquam veram diuinitatem, & vere aperti sunt oculi eorum, & ex inde viderunt Deum, quem antea nemo vidit vnquam: corpora quoque illorum in monumentis tacentia*

Animæ sāctorū in sinu Abrahæ comederūt hūc cibū sicut eum in cælo comedunt Angeli.

B *virtute cibi huius, non caruerunt. Mox vt eodem ventre, quo tenebantur, & ipsa, receptum est corpus eius, nam virtute huius cibi factum est, vt multa ex ipsis resurgerent in testimonium futuræ resurrectionis.* Hæc omnia Rupertus.

C Ex his igitur, quæ in istis duabus annotationibus allata sunt non solum patet, quid ad proteruos sacramentarios dicendum sit: sed quanta fuerit Christi in suos, quamque consummata dilectio, quę tot aduentiones excogitauit, vt eos sibi adunaret, ex adunatis vi-

D tam largiretur æternam, carnem suam exhibendo in cibū, & sanguinem suum porrigendo in potum, vt duplici substantia totum cibaret hominē: Maximum enim, quod excogitari potest amoris signum est se ipsum ad mandūcandū tradere in edulium, idem donum, idem dator, idem conuiua, idemque factus conui-

uium, vt dum ad sumendum accederet Sanct. Pat. Hieronymus testatus est, de quo in Epistola ad Damasum refert Eusebius, quod dum moreretur, & ad liturgiam accipiendā preparatus flexis genibus staret, tanti beneficij magnitudinē admiratus proclamauerit dicens. *O signum dilectionis inopinabilis, vt idem sit donum, quod datū,* vt igitur tātæ huius dilectionis beneficij effectus, in nobis frustraneus nō sit, sicut in Iuda contigit, ita adhūc diuinū donū præparari debemus, vt in Christi enūtiatione superi⁹ allata cōprehēdamur nā (vt serm. de Eucharist. obseruat Laurēt. Iustin.) *nos procul dubio cælesti hoc dono facimus indignos, & illius priuamur effectu, si corde insipido manducamus.*

Hieron. apud Eusebium.

Laurent. Iustinian

ANNOTATIO L.XXXXVII.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

Effectus alter, & excellentia eiusdem beneficij, quo Christus prosecutus est suos innuitur, & comprobatur: vere nempe reficere, & satiare.

A Immoramur adhuc in assignando eximij huius beneficij quo Christus prosecutus est suos effectus mirabiles, excellētiasq; singulares, & si cui forsitan plusquā expedit in eadē materia immorari videamur audiat S. Pat. B Leonem, qui cū de eadē materia longissimū sermonem fecerit sic se serm. 10. de Passione ab hac calumnia liberare contendit dicens. *Non est liberum Sacerdoti in tanto diuinæ misericordiæ Sacramento, fidelibus populis subtrahere sermonis officium, cum ipsa materia ex eo,* C *quod est ineffabilis, fandi tribuat facultatē, nec possit deficere, quod dicatur, dum non potest satis esse, quod dicitur.*

LeoPapa

Huius diuini cibi excellentias reticere licitum non est.

Quanquā igitur multi videamur in enarrandis effectibus diuini huius Sacramenti corporis, & sanguinis Christi, nunquā tamē omnes quos cōtinet adæquatè, & perfecte va- D lebimus enarrare. Ad illū igitur iam cū bonagratia accedamus, quē ille ipsius gratiæ autor Christus Ioan. 6. cōmendauit dicens. *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus*, quę Christi seruatoris verba sic exponit, explicatque August. *Vere cibat, vere potat,* dicēs quod dū Christus Domi-

Ioan. 6.

August.

nus

Intulit Christus discrimen inter mānna,& hūc cibū,dū in nū Ioan. 6. verbis supraposi tis.

nus carnem suam non simpliciter cibum, & sanguinem suum non simpliciter potum appellauerit,sed illud vtrobiq; addiderit Synchategorema, *veré*, voluisse innuere differentiam, quæ inter cibum illum celeberrimum, Iudæorum populo in deserto antiquitus exhibitum, & hoc suę viuificæ carnis alimentum,sanguinisq; potum suauissimū reperitur: quin & inter eundem cibum, & typicum agnum, qui adūbrate in lege veteri cęnabatur, cum neque illud manna, neque figuratiuus agnus, verus cibus fuerit censendus, sed solus iste diuinus cibus, isteq; viuificus potus, qui vere cibat,& vere potat. Docetque idē Augustinus voluisse Christum ijsdem verbis indicare longe præstantissimum esse mirificum hunc suæ carnis cibum, viuificumque poculum hoc, quod de cælo descendit omnibus alijs cibis, quos delusor hic mundus agnouit, & ad saciatatem inferendam exquisiuit,& adinuenit: Et ideo in eo euentu, in quo Christus simul cum discipulis paschalis agni carnibus vescebatur, vt eos ad hunc substantificum potius cibum edendum inuitaret dixit: *Accipite, & manducate*,& item, *bibite ex hoc omnes:* Illud enim pronomē, *hoc*, energiam maximam continere suspicamur,nam illo voluit Christus suis indicare,lōge præstantius esse hunc cibum omnibus alijs cibis, & ipso quoque agno legali, quo actualiter vescebantur, quasi dicens. Definite iam vmbras manducare, & ex hoc potius cibo carnis meæ manducate, qui non vmbra est, sed in vmbra adumbratus, & promissum fuit, definite iam vesci futili,& inani cibo,& ex hoc vero, ac pleno vescimini, qui vere satiat,reficit, & delectat: ita vt illud pronomen, *hoc*, importet innuatque differentiam, quæ inter futiles, inanesque cibos, & hunc verum cibum reperitur. Fuisse autem illum agnum paschalem, quasi vacuum cibum ad præsētiam istius, quem Dominus pollicebatur, & actualiter præbebat, eiusq; nouitate veterasci, & exinaniri legalem agnum, quem edebāt, quēadmodum cum nouum frumentum aduenit, vetus dicimus euacuari, & exinaniri, obseruat Pater Ioannes Chrisost. homil. de proditore Iuda dicens. *fuit aliquando pascha Iudaicum, sed exceptum est, & euacuatum, pascha spiritalis aduentu; quam Christus tradidit*

Quo dnā fit discrimen,quod inter mūdanas epulas,& hūc cibum reperitur.

Exponitur. istius pronominis. Hoc, quo vsus est Christus,energia.

Quid innuat illud pronomē hoc quo hic vsus est Christus.

Matth. 26

nam cum mãducarent, & biberẽt dixit. Accipite, & comedite ex hoc omnes. Hic certè piè consi derandum est Christum Do minum nullam omisisse occa- sionem suæ in nos intimę dile ctionis mõstrandæ. in præsen- ti namque euentu se se vigilã- tem, sedulam, & affectuosam nutricem ostendit, quæ vbi primum tenellos suos noci- uis escis, & parum proficuis vescẽtes aspicit, statim eas, ab eorum ore amouere conten- dit, præbetque cibum melio- rem, & qui vberius alat, illos- que persuadet, vt isto potius, quam illo fragili vacuo, & fu- tili cibo, quo vescebantur, vti congaudeant: Sic Chris- tus Dominus suorum dilectio- ne promotus, dum eos fũtili, & parum proficuo cibo, agno nempe legali, vesci conspexit sicut affectuosa, & sedula nu- trix dixit. *Manducate, & bi- bite ex hoc omnes*: quasi dicẽs. Ab inani ó filioli mei, & fu- tili: adumbratoque cibo, qua- lis est agnus paschalis, absti- nete, qui veram vobis satie- tatem afferre non potest, & carne mea, tamquam pleno, electo, & super substantiali cibo, vtimini, qui quia verus ci bus est, vere cibat.

Christus nullã occa sionẽ omi sit suæ in nos dile- ctionis os tendendæ

Præbet se hic Christ. nutricẽ sedulã.

Sed iam ad principale in- tentum reuertamur; ad de- A monstrandum nempe huius diuini cibi plenitudinem, so- liditatem, & vim; quam vt in figura ostẽderet Dominus, & inculcaret cum capit. 2. Leuitici de sacrificijs ageret, quæ illi offerenda erant, & de tritico recenti, & nouo si- bi hostiam postulauit, dixit, secundum pagniniversionem. *Si appropinquare feceritis Min: B chah de primitijs Domino, spicã tostam igne, triticum contusum spicæ virentis plenæ offeretis sa- crificium primitiarum vestrarũ, & cæter.* In quibus certe ver- bis manifestissime indicauit Dominus quale futurum erat sacrificium, & Hostia, quæ postèa in altari crucis erat æ- C terno Patri offerenda, & in eucharistica mensa suis com- mensalibus diuidenda: con- flanda enim erat extritico il- lo qui de se ipso dixit. *Nisi granum frumenti cadens in ter- ra mortuum fuerit, ipsum solum manet*, eratque dilectionis ar- dore tostanda, erat Iudæo- D rum pedibus molienda, erat á plena spica educẽda, ex inte meratis, scilicet Mariæ visce- ribus, quæ plena gratia fuit, & ideo Hostia ista, siue pa- nis iste verè plenus, vere sa- tians, & vere abundans fuit, ideoque solus edentium ap- petitus vere satiat, & eorum

Leuit. 2.

Qualem nam hos- tiã postu- lat Deus.

In bacoi- blatione, & in eius soliditate & plenitu dine, adũ brat a fuit Eucharis tiæ pleni- tudo.

Ioan. 12.

Maria Virgo spi ca plena.

mentes

Oleast.

Leuit. 2.

mentes omnimodè implet, ac reficit. Hanc istius panis plenitudinem, & satiandi proprietatē eruit Oleaster ex verbo græco, quod in lege, siue in præcepto de panis oblatione appositum fuit: nempe, *Carmel ipsum Domino*, quamquam enim hoc nomen *Carmel*, varium habeat significandi modum, hic tamen *spicam*, & nō qualemcumque, sed *plenam*, & *selectam*, significare contēdit lusitanus interpres, vt ex eo appareat quanta sit eius panis qui figurabatur ad satiādū vis, & proprietas, siquidem nō in futili, & inani, sed in selecta, & plena spica figurabatur: Vnde in istius diuini cibi, & frumenti soliditate niti optimum esse docet Chrisost. tomus, vt stabiles simus, constantes, & fortes, sic enim, ait homil. 11. in cap. 3. Matthæi. *Si in frumenti istius soliditate permanseritis, etiamsi tribulatio irruat nihil dabit incommodi.* Hanc vberrimam satiandi proprietatem, quæ in hoc diuino cibo ex christiada carne cōfecto reperitur, optime probat versio quædam illorum verborum Canticorum 2. *Ego flos campi*, ita nāque vertit. *Ego flos satietatis* quasi innuat Christū esse florē a quo pullulat ipsa facietas:

Eucharisticus cibus etiam in figura plenus, & adimplet.

Chrisost.

In eucharistici panis soliditate fūdati, à nemine deijciūtur.

Cant. 2.

Christus facietatis flos.

A

vnde frumenti adeps iure vocatur, vt in expositione Psalmi 146. obseruauit Theodoretus dicens. *Omnium fructuum affluentiam, adipem frumenti vocauit psalmista, frumētum est triticum, adeps autem frumenti, pulcherrimus panis, scilicet eucharisticus.*

Eucharisticus panis, frumēti adeps. Theodor.

B

Hanc satiandi, & adimplendi differentiam, quæ inter hunc diuinum panem, & adumbratum, & typicum reperitur omnes ferePatres annotarunt, & præcipuè Cyprianus serm. de Cœna Dñi, P. nosterBeda, & Euthymius

Cyprian. Beda. Euthym.

C

ad cap. 6. Ioannis. *Panis iste angelorum*, inquit Cyprianus, *omne delectamentum habens, virtute mirifica omnibus, qui dignè, & deuotè sumunt, secundum suum desiderium sapit, & amplius, quam manna illud heremi implet, & satiat edentium appetitus*: Hæc Cyprianus: suffragatur Theophilatus exponens Christi verba

Omnium deuotorum desideria adimplet hic Eucharisticus cibus. Theoph.

D

Ioannis 6. *Caro mea vere est cibus*, vbi sic ait. *Vere cibus est ista caro, eo quod nō ad parum tempus duret, neque corrumpatur, sicut corruptibilis cibus, sed æternæ vitæ sit subsidium, & cæt.* His denique accedit Euthymius, qui dum eadem Christi verba ponderat nempe, *Caro mea vere est cibus, & sanguis*

Ioan. 6.

meus vere est potus, eundẽ hũc quem prosequimur sensum ab eisdem eruens, ait. *Hoc dixit Christus confirmãs, quod non ænigmatice, neque parabolice loqueretur: & verus cibus est, & vere cibus: cibus in re, cibus in effectu, verus cibus, & vere cibus, idem, & panis viuus, & vero viuificans.* Hæc Euthymius.

Eucharistia panis verus cibus verus in re, & in effectu, & ideo vere cibat. Est ne caro viua cibusque viuus.

Is igitur cibus, verus cibus est, non typicus, vt mãna, aut agnus paschalis: non parabolicus, vt Patris mandati, seu voluntatis executio, de quo Christus ait Ioannis 4. *Meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris*: non ænigmaticus, vt fauus Sansonis: non similitudinarius, vt cibus Sacramentariorum: non corrumpendus, vt dapes mundanorum: sed verus cibus, qui vere cibat, & propriè, & verus potus, qui propriè, & verè potat: quemadmodum enim, qui vel depicto, vel adũbrato cibo vti præsumit, non vere, sed ficte pascitur, & famelicus, vacuusque incedit: sic è contra, qui vero cibo alitur, veroque potu reficitur saturatus, refertus, potatusque manet.

Cibus Eucharisticus verus cibus est, & non typicus nec parabolic. Ioan. 4. *Non est cibus iste enigmaticus, nec similitudinalis, nec corruptibilis.*

Hanc eandem istius veri cibi satiandi proprietatẽ eruit actor incognitus ex illis verbis Psalm. 80. *Cibauit eos ex adi-* A *pe frumenti*, dicens. *Quid enim frumenti nomine nisi Christi corpus intelligitur, vnde de se ipso ait. Nisi granum frumenti cadẽs in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit multum fructum affert: fructum, scilicet nostræ redẽptionis. Illud frumentum habet corticem, & adipem, ita vt cortex* B *sit ipsa humanitas: adeps vero sit intus latens diuinitas, qua in hoc Sacramento satiamur, quia in ipsa nostra beatitudo consistit*, vnde prædicta verba Psalmi exponens Glossa dicit. *Cibauit eos ex adipe frumenti, idest, Sacramento corporis Christi*: vnde etiã de adipe sacramẽtali corporis C & sanguinis Christi, ipse suis pollicetur electis dicẽs. *Comedetis adipem in saturitatem, & bibebitis sanguinem in ebrietatẽ de victima, quã ego immolo vobis.* Quid enim est victima á Christo nobis immolata, nisi corpus suum, & sanguis, quæ in Cruce pro nobis obtulit Pa D tri? Ex qua comedimus adipem in saturitatem, dum corpus Christi digne sumendo eius gratijs replemur: & sanguinem in ebrietatẽ bibimus, dum per Christi sanguinem sumptum, eius replemur amore: vnde tandem magister in Glossa Psalmi 14. ait. *Ex adipe frumenti satiat te, idest, pane,*

Psalm. 80

Incogn. Ioan. 12.

Fructus ipsius frumẽti humana redẽptio.

Glossa Ordinaria

Quæ sit victima nobis à Christo immolata. Quando hæc victima in satietatem comeditur.

Magister

ne, qui de Cœlo deſcẽdit, qui adeps frumenti dicitur, quia carne clauſus in mundo, ſola fide cognitus eſt interius.

ANNOTATIO L. XXXXVIII.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

Idem iſtius diuini cibi ſatiandi, & adimplendi effectus à tẽporũ denominatione monſtratur.

Tẽpus legis gratię omnino plenum.

NON vacat certè myſterio appellaſſe Paulũ gratiæ tẽpus, tẽpus plenũ, ſeu plenitudinem temporis: ita enim varijs in locis loqui conſueuit Apoſtolus, & præſertim ad Galatas 4. & ad Epheſios 1. quem etiam loquẽdi modum mater Eccleſia obſeruat dum in hymno dominicæ Paſsionis ita canit.

Paulus ad Galat. 4. ad Eph. 1

Mater Eccleſia.

Quando venit ergo ſacri
Plenitudo temporis
Miſſus eſt ab arce Patris
Natus orbis Conditor.

Cur tẽpus gratiæ plenum tẽpus dicatur.

Neq; certè tẽpus gratiæ, tẽpus plenũ, vel plenitudo tẽ-

A porum (*tempo de enchentes*) incongrue appellatur ab Apoſtolo, ſed quaſi ſignificans, quod quemadmodum vacua futilia, & inania erant omnia, quæ in lege veteri exercebantur, ita & vacua fuiſſe tempora, quæ decurrebant: tempus autẽ, in quo gratia diffuſa eſt, & ſuperabundauit, vt loqui-

In lege vetere vacua tẽpora, & ſacrificia.

1. Ad Timot.

Tẽpus gratiæ plenũ dicitur à gratiæ plenitudine.

B tur idem Paulus, ex eiuſdem gratiæ abundantia, & affluentia plenum eſſe, appoſitèque nominari. Quemadmodum enim cum diſſolutis nimis nubium (vt ita loquamur) ianuis, dimiſſaque pluuiæ ingenti copia, flumina adimplentur, &

C creſcunt, extra limiteſque exiliunt, tempus plenitudinum nuncupamus (*tempo de cheas*) æuique decurſum à plenitudinibus diſtinguimus, & numeramus (*Contamos o tempo pellas cheas, dizendo desdo anno da chea grande*) ita tempus illud, in quoad aperto miſericordię ſinu ſuperabundans

Æui decurſus ab imbrium plenitudinibus, diſtinctus, & numeratus.

D diffuſa eſt copia gratiarum, temporum plenitudinem, vel tempus plenitudinum nominamus, & æui decurſum hac plenitudine diſtinguimus; fuit namq; gratiæ tempus, tẽpus plenitudinũ, quia ſuperabunde, & copioſè in eo gratia effuſa eſt, nam, vt loquitur Paulus ad Romanos in capite 5.

Tẽpus gratiæ plenitudinum tempus.

Ad Rom. 5.

superabundauit gratia: fuitque vt Psalmo 129. regius vates obseruat, *copiosa redemptio*, ac proinde innundãtia maxima, & plenitudo his temporibus successit (*foi o tempo da graça, tempo de enchentes, & enchimento de tempos*) quod quidem argumentum serm. 4. de Natiuitate Christi fusè nimis, & per quãdã deuotè prosequitur Guarricus dũ ibi eadem Pauli verba affert, & explicat, & inter multa alia deuotione, & eruditione plena sic proloquitur. *Nolo, vt hanc plenitudinem temporis requiras in copia bonorũ tẽporaliũ, sed æternorũ: nõ in prouẽtu agrorũ, sed cælorũ. Si cæli rorant desuper, & nubes pluunt iustum, si terra germinat saluatorẽ, & iustitia oritur simul, si denique oritur in diebus Domini, non solum iustitia, sed & abundantia pacis: feliciora tempora, & pleniora ne quæsieris.*

Ps. 129.

Guarric.

Veratem porũ plenitudo, non ex agrorũ fru ctuum abũdãtia sed ex tẽ(?) beneficijs

Nulla tẽpora, gratiæ tẽporibus feliciora.

Restat tandem, vt discutiamus á qua nam gratiæ operatione, tempus gratiæ plenum præcipue dicatur, cum totum sit multis plenitudinibus repletum. Sanctus igitur Pater Ioan. Chrisostom. in expositione cap. 1. Epistol. ad Ephesios á Christi operibus in nos collatis existimat accepisse tẽpus gratiæ, hanc plenitudinis denominationem, & ab eisdẽ

A quanã gratia abũdantia & effusione, præcipue dicatur, plenũ gratia tẽpus.

A Christi operibus illud plenum appellasse Paulũ testificatur dicens. *Plenitudinem, quæ operum est, per Christum fieri demõstrat Paulus*: ex qua tanti Patris interpretatione appositè loqui videbimus, si ab hoc potissimum opere de quo in præsenti nobis sermo est, nempe de B sanctissimæ Eucharistiæ institutione, & quod tãquam omnium suorum operum aggregatiuum vltima suæ vitæ periodo Christus exercuit, hanc denominationem tempus gratiæ sortitum fuisse affirmauerimus: cum præsertim, & á reliquis Christi operibus eandẽ C etiam denominationem eidẽ tempori prouenisse non denegemus. Nam si secundum PatrẽChrisost. ab operibus Christi hęc denominatio desumitur, nõ est cur á potiori eius opere non desumatur, á sui igitur corporis sub panis, & vini speciebus traditione, principalius, quam ab assumptione D nostri hanc plenitudinis denominationem gratiæ, tempori prouenisse existimamus: nam quamquam in natiuitate sua Christus Dominus aquas gratiarũ copiosissimè diffuderit, non tamen tunc omnia adimpleuit: imò tunc adimpletionis cæpit mysterium: omnia tamen consũmauit, & adimpleuit

Chrisost.

Eucharistia institutio, omniũ Dei operũ aggregatiuum.

Potius ab Eucharistiæ beneficio, quam ab Incarnatione, dicitur tẽpus gratia, plenum tẽpus.

pleuit in mortis confinio, vt ipse Lucæ in cap. 22. testatus est dicens. *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscū*: quasi diceret. Per totam meæ vitæ periodum, quasi iter ope rando faciens, nunc bene ope randi cursum impleui: transiui bene operando, nunc officium bene operādi adimpleo, ideo iam ab illo intimo operā di desiderio in hac hora quiesco, cum maius opus, quā hoc quod nunc operor operari nō deceat, nempe me ipsum exhibere in cibum, & sanguinē meum in lauacrum, in oblationem, in holocaustum, & denique in potum, quod longe maius opus est, quam quod exercui, dum vestram mihi naturam aggregaui. Ita enim circa opus hoc, & perfectissimum beneficium in suo de diligendo Deo philosophatur Augustinus dicens. *Merito dixerim hoc vnum omnibus alijs Christi præstare beneficijs, quippe qui cum magnum sit aliquē sua gratis alicui offere, multo magis certe est semetipsum impendere.* Hæc August. & optime quidem, naturæ etenim nostræ assumptio in ordinem ad hoc beneficiū facta est, ideo enim prius verbum caro factum est, vt posteá se nobis præberet in cibum: in natiuitate dat se nobis Christus in socium, in hac vero cœna se dat nobis in edulium, vt sancta Mater Ecclesia obseruat dicens.

Se nascens dedit socium,
Conuescens in edulium.

Vnde cum cibus per realē potius manducationem, quā per societatem adimpleat; à Christi potius reali comestione, quam ab eius societate, dicimur adimpleti, veramque plenitudinem cōsecuti. Neq; ab hac expositione, & mente dissentit Pater Garricus loco superius allegato, distinctionē enim ingerens inter tempus antiquum, & nouæ gratiæ tēpora sic ait. *Quis nisi ingratus plenitudinem neget temporis huius? quæ vnquam aurea ætas simile aliquid habuit huius plenitudini temporis, quando panis Angelorum omnem habens saporem suauitatis, & omne delectamentum apponitur hominibus?*

Hæc adimpletionis ratio, & fundamentum dilucidius adhuc, & verius percipiet, qui sublimiori intellectus actione, istius sacrosancti cibi figuram perpenderit. Iubebat namque lex Exodi in capite 22. vt typicus huius cibi agnus nō nisi in plenilunio ad edendum mactaretur, idest, decima quarta die primi mensis, quando Luna admodum plena erat, vt sic

[Marginal notes: Lucæ 22. — *Nullum opus maius Eucharistiæ institutione.* — August. — *Nemo plus dare potest, quam se ipsum dare.* — *Verbi Incarnatio facta est in ordine ad Eucharistiam.* — Ecclesia. — *Dat se Christus per Incarnationem in socium, & per Eucharistiā in cibum.* — Garric. — Exod. 12. — *Cur agnus typicus nō nisi in plenilunio ad edendum mactaretur.*]

iam in vmbra huius diuini cibi eius plenitudo, & abundās effectus monstraretur, & quia vbi primum vera satietas adueniebat, iam figurata discederet, vt in Glossa Ordinaria, cap. 23. Lucæ obseruatur, sic enim habet. *Iam adueniente veritate vmbra cessare debet, in cuius rei figura, defecit manna postquam comederunt filij Israel de frugibus terræ promissionis, nec vsi sunt vltra cibo illo.* Hæc in Glossa.

Glossa Ordin.

Discessit figura, adueniente figurato.

Circa vero legem de Lunæ plenitudine, placet nostrum doctissimum Rupertum afferre, qui semel, ac iterum ab eadem lunæ plenitudine hunc, de quo loquimur huius diuini cibi satiandi, & adimplédi effectum concludit dicens. *Cum primum occurrisset Luna plena agebatur hæc magna festiuitas; plena quippe Luna, plenitudinem temporis significat; quo iam multiplicata per posteras generationes Ecclesia, redemptionē de cælo mittendam apud inferos expectabat.* Et clarius adhùc hanc de qua loquimur plenitudinem ab hoc diuino Sacramento prouenisse docet idem Pater dum capit. 6. eiusdem Ioannis Euangelij exponit dicens. *Præparatis ergo esurientibus, patefactisque in plenitudine temporum cæli ianuis, dedit*

Rupert°.

Cur impletio plenilunio, festiuitas agni immolationis agebatur.

Rupert.

A *Pater hunc panem viuum, & verum, panem signatum, panem Angelorum.*

Ab hac igitur istius diuini cibi plenitudine, & satiandi adimplédiq; proprietate tēp°, gratię, tēpus plenū cōueniētissime appellatur: reliqua vero, quæ ante christi aduētū, & eucharistiæ institutionem præ-B cesserunt, tempora vacua fuerūt, quippequi solas vmbras, & figuras continebant, figurę autem, & vmbræ adimplere non valebant: quinimo, & ideo vacua tempora, quia vacua erāt eorum sacrificia inania, & vmbratica, quæ imple-C re, aut satiare quempiam minime poterant, quod fortassis indicare voluit Dominus dum Exodi in cap. 27. & 28. præcepit, vt altare holocaustorū non solidum, & plenum, sed vacuum, & inane fieret; ex hac enim figura, & vmbra abstulit Doctor Barradas hanc mentem, quam prosequimur D lib. 3. suæ concordię cap. 32. vbi sic ait. *Merito quidem inane, & vacuum erat Iudæorum altare, quoniam gratia vacuum erat, quam sacrificia illa vi sua minime efficiebant: at christianorum altare non inane est, aut vacuum, sed plenissimum, ac solidissimum, etenim stupēdum Sacramentum, ac sacrificium, quod*

Vacua tēpora illa, quia illorū sacrificia, vmbrę erant, quæ non adimplent.

Exodi 27 & 28.

Barradas

Christianorū altare solidū, quia solidū, & plenū est eorum sacrificium.

in illo offertur vi sua gratiam efficit, eamque copiosissimam. Circa quod argumentum multa habet Augustinus dum verba illa Psalmi 39. exponit. *Sacrificium, & oblationem noluisti*, vbi inter cætera docet euanuisse tanquam vmbras vacuas, vetera sacrificia, & adueniente hoc diuino sacrificio omnia fuisse impleta. *Perfectio*, inquit, *promissorum abstulit vmbras promittentes, promittebantur quibusdam signis, ablata sunt signa promittentia, quia exhibita est veritas promissa. In hoc corpore sumus, & hoc corpore adimplemur, quod accipimus nouimus, & qui non nostis, noueritis, & cum didiceritis non ad iudicium accipiatis, qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Perfectū enim est nobis corpus, perficiamur in corpore.* Ex his igitur, quæ allata sūt iam patet fuisse, tám vacua tempora, quám sacrificia veteris legis: fuisseque vmbras, quæ satietatem, & plenitudinem inferre non valebāt: valet tamen hic verus cibus, & potus verus, quia cum vere pleni sint, verā satietatem, veramque inferunt plenitudinem, vt ipsemet veritatis autor testatur dicens. *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.*

Psalm 39. Aug. Ioan. 6.

Et quanquam iam ex dictis pateat fuisse vacua, & vmbras tantum omnia veteris legis sacrificia, solumque hoc diuinum sacrificium omnimode plenum, & perfectum esse, ac proinde veram satietatem, & plenitudinem causare id ipsū adhuc clarius ex Iudæorum ritu, & cæremonijs apparebit. Nam circa legalis agni manducationem iubebat lex Exodi in cap. 12. vt in vnaquaque domo tot Iudæi conuenirent, quod ad vnius agni esum sufficerent, ne quid in posterum remaneret, sed statim agno absumpto, legalique cæna peracta, in recepta opinione ad vsualem transibant, in qua lauté, opiperèque manducabant, & bibebant, circa quod legis decretum Iudæos liceat interrogare. Si adhuc ó Iudæi integrum agnum comediſtis ad omnium, qui in vnaquaque domo conueniſtis esum sufficientem, cur iterum statim ad mensam manducaturi accumbitis? in promptu est ratio, quia scilicet, quanquā sufficiebatis vos ad illius esum, ille quia vmbra erat ad vestrā saturitatē sufficere nō valebat: nam ad edendam figuram, vel vmbram per quā pauci sufficiunt, nullorum autem saturitati, aut plenitudini

Exod. 12.

Quare Iudæi peracta mensa legali, statim ad vsualē trāsibant.

Agnus typicus nō satiabat, quia vmbra erat.

sufficit figura, vel vmbra(*Sobras não fartão.)* Si ergo vmbram comedebatis, si ficto cibo vtebamini, quomodo eratis adimplendi ? vacui certe permansistis : quia solis vmbris fuistis contenti, & illi vere refecti, pleni, saturatique sunt, qui non vmbratico agno vti cõgaudent, sed ipsammet Christi carnem sub panis specie manducant, quæ cum verus cibus sit quando vere, & realiter manducatur, vere reficit, vere satiat, & vere adimplet.

Iudæi sẽper vacui, & fame affecti, quia vmbris vescebantur.

Illud certe ridiculosum in agni manducatione Iudæis contingebat, quod Clemens Alexandrinus libr. 4. stromatum refert contigisse cuidam, qui ad nidorem carnis assæ homines alere nitebatur, quibus dumpretium exigit, pecuniæ vmbra per solutum est, itavt nidor carnis pecuniæ vmbra solueretur; sicque neq; carnis nidor esurientes satiauit, neque vmbra pecuniæ, pecunias inquirentes, exoptantesque adimpleuit. Sic certe Iudæis contingit dum veram Christi carnẽ respuunt, eiusq; vmbra lætantur, nidoreque solo refici congaudent : erat enim agnus ille assus vmbra, & nidor illius veri agni, qui charitate æstuans dilectionis ardore assatus est, ac proinde satietatem nõ inferebat ille, qui nidor erat, affert tamen iste, qui verus cibus, & verus agnus est, ad omniumque edentium saturitatem sufficit. Hãc mentem ex hac Iudæorum cęremonia abstulit S. Gaudentius Episcopus Brixiensis homilia in Cœna Domini dicẽs. *In vmbra illius legalis Paschæ, non vnus agnus occidebatur, sed plures, singuli enim occidebantur per domos, nam sufficere vnus non poterat vniuersis, quoniam figura erat, non proprietas, figura etenim nõ est veritas, sed immutatio veritatis: ergo in hac eucharistiæ veritate, in qua sumus, vnus pro omnibus immolatus est, & idem per singulas ecclesiarum domos in ministerio panis reficit immolatus, viuificat creditus, cõsecrantes sanctificat consecratus.* Hæc S. Gaudentius. Vnde iã clare patet omnia alia veteris legis sacrificia esse vacua, diminuta, & vmbras tan tum ac proinde neminem posse implete. Imó qui illis vescebãtur semper famelici debiles, & vacui, ac jejuni erant, vt ex eadẽ agni immolatione, & manducatione, quam retulimus infert Rodolphus Saxon in suo vita Christi 2. p. cap. 56. dum cum venerabili Beda aduertit ChristumDominum antea

Clemens Alexãd.

Nidor carnis, soluitur pecuniæ vmbra.

Iudæi lætãtur vmbra carnis Christi, & ipsam carnem despiciunt.

Integeritæ vnus sufficit, ad omnium satietatẽ.

S. Gaud.

Figura res, est illiꝰ immutatio.

Vnus idẽ que in omnibus nostra ecclesia altaribus sacrificium.

Iudæi sẽper vacui & jejuni, quia vescebantur vmbris.

Rodolph Saxon.

Beda.

A B C D

corporis

Cur Ecclesia mater jejuni præcipit, ut accedamus ad Eucharistiam, Christus vero post cœnam agni typici discipulis suis eandem eucharistiã administrauit.

corporis sui esũ discipulis tribuisse, quam paschalem agnũ manducassent, sed postea: cum tamẽ hodie mater Ecclesia jejunos hunc cibum diuinum cõmunicare iubeat. Ait igitur Rodolphus Saxon illos tunc jejunos esse, quia solas vmbras manducabãt, quæ jejunium frangere non valebãt. Ex quibus omnibus iã perquã manifeste patet á vacuis sacrificijs vacua nũcupari antiqua tẽpora, tẽpusq; gratiæ, tẽpus plenũ appositissimè appellari, quia in eo plenissimũ illud sacrificiũ aduenit, & substantificus iste cibus, vere plenus, vere reficiens, vere satians, quia vere cibus est, & vere cibus.

Umbra ieiunium nõ fragũt

Si autẽ adhuc ad hanc certissimã veritatẽ amplius corroborãdam aliud fulcimentũ exigitis, Patrẽ Ioan. Chrisost. hom. de proditore Iuda, quæ tom. 3. suorum operũ continetur attentẽ, & acuratè perlegite; sic enim ibi ait. *Ille agnus futuri agni fuit typus, & ille sãguis Dominici sanguinis monstrabat aduentum: ille agnus vmbra fuit, hic veritas: sed postquã Sol iustitiæ radiauit vmbra soluitur luce, & ideo in eadem mensa vtrumque pascha, & typi, & veritatis celebratũ est, nam sicut pictores pingendã tabulã vestigijs quibusdam adũbrare cõsueuerũt,*

Eucharistia vere cibus, & verus cibus.

Chrys.

Sole ecclesię radiante, synagogæ vmbræ euanuerunt.

A *& sic colorũ varietate perficere, ita & Christus fecit in mensa, & typum, & pascha descripsit, & dimissa vmbra, pascha veritatis ostendit.* Hæc Chrisost. Neque clarioribus verbis potest explicari, fuisse omnia veteris legis sacrificia vacuas vmbras, & depictas figuras, quæ adimplere non valebãt: plenitudinẽ vero, & adimpletionis

Synagogæ sacrificia picta, non vera.

B veritatẽ solũ in hoc diuino Sacramento reperiri. Circa quã veritatem docte percontatur Tertulianus dũ de huius Sacramẽti veritate differit, de eiusque satiandi, & adimplendi proprietate disputat. *Non omnia, inquit, igitur imagines sunt,*

C *sed & veritas: nõ omnia vmbra, sed & corpora: nã si omnia figura sunt, quid erit illud, cuius est figura?* ad quam interrogationẽ 3. p. q. 73. art. 1. respõdet D. Thom. dicẽs. *Sacramẽta veteris legis illud verũ sacrificiũ passionis Christi cõtinebãt solũ in figura, & ideo oportuit, vt sacrifi-*

Tertul.

D. Thom

D *ciũ nouæ legis aliquid plus haberet, vt scilicet contineret ipsum Christũ passum nõ solũ in significatione, & figura, sed in rei veritate.* Hæc D. Thom. cui suffragatur D. Dyonis. de ecclesiast. Hierarchia c. 3. dum hoc diuinum Sacramentũ aliorum sacramentorum perfectiuum, completiuumque appellat.

Sacramẽta veteris legis continebãt Christi passionem in figura, & Ecclesiæ sacrificiũ cõtinet ipsũ Christum passum in rei veritate.

D. Dion.

Bene igitur quod omnium est aliorũ sacramentorum cõpletiuum, tẽporib⁹ intulit plenitudinẽ, tẽpora adimpleuit, tẽporibusque denominationẽ dedit. Bene dimissis, vacuis futilibus, & adumbratis escis, quæ nec adimplere, nec satiare valebant, diuinus iste cibus accessit, qui quia vere cibus est, vere cibat, & quia omnimode plenus, est omnimodè satiat. Quæ omnia S. P. Ioan. Chrisost. hom. 83. in Matthæũ obseruauit, dũ causam reddidit, cur in eadem mensa Christus Dominus agnum vmbraticũ, & verum panem appo. suerit, ideque fecerit sub vesperũ. *Vt vndique*, inquit Chrisost. *discamus veterẽ legẽ Sãxisse, & nouã, & omnia, quæ in veteri sunt propter nouã fuisse adumbrata: hac igitur de causa veritati figurã adiũxit: vespera vero illa adimpletionis tẽporũ signũ erat, & quia iam ad consũmationem ipsam res peruenerat.*

Cur Christ⁹ in eadẽ mensa vmbraticum & verum cibũ apposuit, idque sub vesperum. Chrisost.

In hora passionis ad consũmationẽ peruenit redẽptionis negotium.

ANNOTATIO. L.XXXXIX.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

Idem satiandi effectus istius diuini cibi, potusq́; viuifici à mũdi epularum differentia commendatur.

A Isaacides ex legali mensa ad vsualẽ famelicos, sitiq; affectos trãsire mõstrauimus. Quippe qui vmbris vescebãtur: nũc autẽ & illos auscultate, qui sãctissimũ hũc panẽ, qui de Cœlo descendit, comedere obliuiscũtur, & ad mũ B danaconuiuia, dapesq; diuertũt: nam eorũ corda arida, macilẽtaq; fiunt, & ipsi tãquã fænũ excicati tabescũt, vt sibi cõtigisse fatetur S. Proph. Dauid, ex eo quod ad carnis cõuiuiũ aliquãdo diuerterit: vnde Ps. 110. clamãs, deploransque cõqueritur dicẽs. *Aruit cor meũ, quia oblitus sum comedere panẽ meum:* C nam de obliuione istius veri, & substãtifici panis locũ intellexit Aug. dũ eadẽ citati psalmi verba exposuit, & P. Bern. Homilia in cap. 19. Matthæi ad illa Petri verba. *Ecce nos reliquimus omnia.* Et iure optimo hanc Dauidici cordis ariditatem ab huius diuini cibi inopia prouenire docent Patres: D nam quanto magis quisquis se se ab hoc diuino alimento abstinet, mundanisque dapibus immergitur, eo amplius tabescit, eneruatur, & perit, & quo frequentius diuino isto alimẽto vtitur, eo amplius roboratur, ad plusque edendũ aptatur, vnde fit vt satietate refectus

Quales reddãtur fideles qui hoc diuino cibo vesci obliuiscũtur. Psalmist. Psal. 110. August. Bernard. Matth. 19

Quanto quis magis se ab hoc diuino cibo abdu. cit, tanto magis infirmatur.

fectus non fastidiat, imó ad amplius edendum inuitatus quotidie amplius edere, exoptet: vt Hugo Victorin ad cap. 5. Canticorū testatur dicens. *Esuriem habet dilecti suauitas, non satietatem, refectionem, non plenitudinem, nam Sapientia dixit. Qui edunt me adhuc esuriunt, & qui bibunt me adhuc sitiunt.*

Hugo.

Eucharisticus cibus non saturitatē, sed satietatē causat.

Ecclef.24

Hoc etiam argumentū deuotissime de more prosequitur nosterBernardus in expositione eiusdem Canticorū loci dicens. *Nunquid consummatio gaudij desiderij est cōsumptio? imò oleum magis est, namipsum vel. uti flamma incendit.*

Bernard

Gaudij cō summatio in eucharistia: eius desideriū non consumit, sed auget, & incitat.

Neque ad hanc mentē cōprobandam minus idonea sūt illa, quæ oratione de charitate habet Theodoret. tom. 1. suorum operum, tamen potius iuuabit audire S. P. nostrū Gregorium, inter mundanas epulas, & illum diuinum cibum distinguentem, sic enim Homil. 36. prosequitur. *Hoc dista re inter delitias corporis, & cordis solet, quod corporales delitiæ cum nonhabentur graue desideriū in se accendunt: Cum verò habitæ eduntur, comedentem protinus in fastidium per satietatem vertunt: at contra spirituales delitiæ cum non habentur in fastidio sunt, cum vero habentur in desiderio, tantoque à comedente amplius esuriuntur, quanto, & ab esuriente amplius comeduntur: in illis appetitus placet, experientia displicet: in istis appetitus vtilis est, & experientia magis placet: in illis appetitus saturitatem, saturitas autem fastidium generat: in istis vero appetitus saturitatem, saturitas autem appetitū parit: augēt enim spirituales epulæ, seu delitiæ desiderium in mente dum satiant, quia quāto magis earum sapor percipitur, eo amplius cognoscitur, quod audius ametur.* Et paucis interiectis *tanto amplius fastidij nostri morbus exaggerat, quāto magis se se esu superne dulcedinis animus elongat, & ex eo internas delitias non appetit, quia eas comedere lōge diu desiuit, fastidio ergo nostro tabescimus, & lōga inediæ peste fatigamur, & quia gustare intus nolumus, paratā dulcedinē amamus foris miseri famem nostrā* Hæc Pater Gregorius.

Theodor

Gregor.

Lato ostēditur discrimen, quod reperitur inter mundāna & cælestia gaudia.

Epulæ spirituales augēt desiderium dū satiāt, & cur.

Et optime quidē hæc sācti patris doctrina verificatur in illis, qui hūc substātificū cibū comedere obliuiscūtur, & ab hoc salutifero potu, de quo nobis sermo est, abstinere cōsuescūt, & ad mundanarū mensas epularū, quæ futiles, vacuæ, & inanes sunt diuertere conātur nam imbecilles sēper, debiles, famelici sitibūdique incedūt:

Quid illis contigat, qui spreto Eucharistico cibo, admundi escas diuertunt.

Tale nutrimentū, qualis cibus.

augmentum enim nutritionis ex nutrimenti vbertate depẽdet, vnde ex futuli, inaniq; ciborũ ſubſtãtia corporũ debilitas, fragilitaſque contingit. ſi enim craſſi ſunt, & nociui cibi, quibus corpus veſcitur, nõ ſolum nõ alunt, ſed tædio maximo afficiunt comedentes, quia natiuum caloré ita debilitant, & deprimunt, vt appetitus in deſideriũ edendi neutiquam impellatur, ſicque faſtidium pariunt intolerabile á quo tandẽ tandẽ conſumpti deficiunt, qui talibus epulis vti conſueuerunt.

A ciborũ malitia, eorũ tædium prouenit.

At é contra, qui electis cibis ſubſtantificiſque veſcũtur, non ſolũ fortes, validiq; incedunt, verũ etiã ſemper edendi appetitu incitantur, quia, ſcilicet taliũ ciborũ virtus non ſolũ alit, verũ etiã calorẽ natiuũ perquam maximẽ incitat, vt edendi appetitum ſæpius prouocet, quod in igne materiali certiſſimé cõprobatur, inquẽ ſi maximã lignorũ copiã inijcimus, quæ viridia ſint, & humore repleta, non ſolũ non accenditur, neq; ad cõburendũ aptatur, imó eadẽ lignorũ copia, & humore magis deprimitur, ſi vero ſicca ſint, & ad cõburẽdũ idonea, nõ ſolũ inualeſcit ignis, & augetur, verum etiam ad maiora, pluraque ligna cõburẽda incitatur. Nõ aliter certè ſi animæ igni natiuo, ideſt charitati, aptam materiã apponimus, verũ nẽpe eiuſdẽ animæ cibũ, ideſt, ſpirituales epulas, inter quas præcipua eſt precioſus iſte Euchariſticus cibus, dequo agimus: nõ ſolũ impinguatur, verũ etiã edẽdi appetitu incitata, eũdẽq; cibũ ſæpe exoptãs proclamat dicens. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* At vero ſi carnales epulas & indigeſtas, ideſt, futilia, & inania mundi gaudia eidẽ præbeamus, nõ ſolum marceſcet, & eneruabitur, verũ ita hebeteſcet, vt nihil valẽs amplius deguſtare tabeſcat, & pereat, vt loco ſuperius allegato philoſophatur Noſter Gregor.

Ab electis cibis virtute, eius deſideriũ.

Charitas, natiua animæ calor: eius cibus ſpirituales epulæ, & præcipue eucharisticus cibus.

Pſal. 16.

Cum igitur futilia, inania, aridaque ſint omnia, quibus cõmenſales ſuos mundus alere cõſueuit, faſtidioſi ſemper, famelici, ſitibundiq; incedunt, deficiũt in via, laxãtur in itinere, neq; ad propoſitã ſibi beatitudinis metam aliquãdo perueniunt.

Deficiũt in via ſalutis, qui ad mundi mẽſam ſe conferũt.

Sed iã quales illæ epulæ ſint quibus mundus ſuos alit cõuiuas, quamque futiles, & inanes á P. N. Bernardo addiſcamus, ita enim ait loco á nobis nuper adducto. *Nec amator pecuniæ dicit aliquando ſufficit, nec libidinoſus ſatiatur voluptate: ſic*

Bernard.

crudelis

crudelis quisque semper per sanguinem sitit, & ambitiosus, aut cupidus laudis humanæ adeptis dignitatum titulis, seu fauoribus nullum exinde capit omnino remedium, sed desiderio æstuat ampliori: minus autem inuenit requiem, qui sibi placere cupit, & suis, idest, quibusdam fatuis de se metipso testimonijs dicens: Manus mea excelsa: putās se aliquid esse cum nihil sit. Hæc eleganter Bernardus, ex quibus clarissime patet, quam vacua, & inania sint fercula, quibus mūdus sectatores suos alere cōsueuit.

Clarius adhuc id ipsum patet ex visione quadam, quam idem Pater se vidisse testatur ibidem, quinque nempe, viros, quos iure optimo insanos frænecticosque iudicauit; primus siquidem buccis tumentibus marinam manducabat arenam: Secundus sulphureo stans lacui exhalātem teterrimum, fætidissimumque gestiebat haurire vaporē: porro tertius fornaci imcumbens vehementer accensæ micātes scintillas hiantibus excipere faucibus lætabatur: Quartus supra pinnaculū templi residēs leuioris auræ spiritum aperto attrahebat ore, & siquominus influere videretur, flabello vētum sibi ipse ciebat, ac si totū speraret aerē deglutire: Quintus denique seorsum positus irridebat cæteros, ipseque ridendus, & maxime, proprias enim carnes incredibili quodā studio sugere laborabat, nunc manus, nūc brachium, nunc alias partes applicans ori. *Miseratus omnibus*, inquit Bernardus, *causamque miseriæ sciscitatus à singulis, vnā omnibus causam esse reperio validissimam vtique famem: tunc macillentissimas eorum fauces contemplatus, recordabar Prophetæ gementis miserabiliter, & dicentis. Aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum: quid hæc vobis, inquit prosunt? nō sunt naturales cibi, magis famem hæc prouocāt, quā extingūt, panis nāq̃ animæ Christus est, quia nimirū ad imaginē Dei facta anima rationalis, cæteris occupari poterit, repleri nō poterit, capacē Dei quidquid Deo minus est nō adimplet.* Hæc omnia P. noster Bernardus.

Ex quibus manifestius adhuc, quam excogitari potest huius cibi sanctissimi iste satiandi effectus comprobatur: si enim terrenis cibis non potest anima satiari, quia futiles & inanes sunt, & solo Deo satiatur, iam ergo caro Christi eius diuinitati coniuncta, & ineffabiliter vnita sufficientissimus

Marginalia: Bernard ibidem. — *Quinque cōuiuæ adducūtur, in quibus supradicta monstrantur. 1. Auri cupidus. 2. Carnis turpitudini deditus 3. Odio affectus 4. Vanæ gloriæ cupidus.* — *5. Inuidus* — Bernard — Psal. 110 — *Animæ panis Christus. Anima mūdanis rebus occupari poterit, sed non repleri.* — *Infertur ex dictis Eucharistici cibi satiandi effectus.*

superabundauit gratia: fuitque vt Psalmo 129. regius vates obseruat, *copiosa redemptio*, ac proinde innundãtia maxima, & plenitudo his temporibus successit (*foi o tempo da graça, tempo de enchentes, & enchimento de tempos*) quod quidem argumentum serm. 4. de Natiuitate Christi fusè nimis, & per quã deuotè prosequitur Guarricus dũ ibi eadem Pauli verba affert, & explicat, & inter multa alia deuotione, & eruditione plena sic proloquitur. *Nolo, vt hanc plenitudinem temporis requiras in copia bonorũ tẽporaliũ, sed æternorũ: nõ in prouẽtu agrorũ, sed cælorũ. Si cæli rorant desuper, & nubes pluunt iustum, si terra germinat saluatorẽ, & iustitia oritur simul, si denique oritur in diebus Domini, non solum iustitia, sed & abundantia pacis: feliciora tempora, & pleniora ne quæsieris.*

Ps. 129.

Guarric.

Veratem porũ plenitudo, non ex agrorũ fru ctuum abũdãtia sed ex cœli beneficijs

Nulla tẽpora, gratia tẽporibus feliciora.

Restat tandem, vt discutiamus á qua nam gratiæ operatione, tempus gratiæ plenum præcipue dicatur, cum totum sit multis plenitudinibus repletum. Sanctus igitur Pater Ioan. Chrisostom. in expositione cap. 1. Epistol. ad Ephesios á Christi operibus in nos collatis existimat accepisse tẽpus gratiæ, hanc plenitudinis denominationem, & ab eisdẽ

A quanã gratiæ abũdantia & effusione, præcipue dicatur, plenũ gratiæ tẽpus.

A Christi operibus illud plenum appellasse Paulũ testificatur dicens. *Plenitudinem, quæ operum est, per Christum fieri demõstrat Paulus*: ex qua tanti Patris interpretatione apposité loqui videbimus, si ab hoc potissimum opere de quo in præsenti nobis sermo est, nempe de B sanctissimæ Eucharistiæ institutione, & quod tãquam omnium suorum operum aggregatiuum vltima suæ vitæ periodo Christus exercuit, hanc denominationem tempus gratiæ sortitum fuisse affirmauerimus: cum præsertim, & á reliquis Christi operibus eandẽ C etiam denominationem eidẽ tempori prouenisse non denegemus. Nam si secundum PatrẽChrisost. ab operibus Christi hęc denominatio desumitur, nõ est cur á potiori eius opere non desumatur, á sui igitur corporis sub panis, & vini speciebus traditione, principalius, quam ab assumptione D nostri hanc plenitudinis denominationem gratiæ, tempori prouenisse existimamus: nam quamquam in natiuitate sua Christus Dominus aquas gratiarũ copiosissimè diffuderit, non tamen tunc omnia adimpleuit: imò tunc adimpletionis cæpit mysterium: omnia tamen consũmauit, & adim-

Chrisost.

Eucharistia institutio, omniũ Dei operũ aggregatiuum.

Potius ab Eucharistiæ beneficio, quam ab Incarnatione, dicitur tẽpus gratiæ, plenum tẽpus.

pleuit

Lucæ 22

pleuit in mortis confinio, vt ipse Lucæ in cap. 22. testatus est dicens. *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscũ*: quasi diceret. Per totam meæ vitæ periodum, quasi iter operando faciens, nunc bene operandi cursum impleui: transiui bene operando, nunc officium bene operãdi adimpleo, ideo iam ab illo intimo operãdi desiderio in hac hora quiesco, cum maius opus, quã hoc quod nunc operor operari nõ deceat, nempe me ipsum exhibere in cibum, & sanguinẽ meum in lauacrum, in oblationem, in holocaustum, & denique in potum, quod longe maius opus est, quam quod exercui, dum vestram mihi naturam aggregaui. Ita enim circa opus hoc, & perfectissimum beneficium in suo de diligendo Deo philosophatur Augustinus dicens. *Merito dixerim hoc vnum omnibus alijs Christi præstare beneficijs, quippe qui cum magnum sit aliquẽ sua gratis alicui offere, multo magis certe est semetipsum impendere.* Hæc August. & optime quidem, naturæ etenim nostræ assumptio in ordinem ad hoc beneficiũ facta est, ideo enim prius verbum caro factum est, vt posteá se nobis præberet in cibum: in natiuitate dat se nobis Christus in socium, in hac vero cœna se dat nobis in edulium, vt sancta Mater Ecclesia obseruat dicens.

Nullum opus maius Eucharistiæ institutione.

August. Nemo plus dare potest, quam se ipsum dare.

Verbi Incarnatio facta est in ordine ad Eucharistiam.

Ecclesia.

Se nascens dedit socium,
Conuescens in edulium.

Dat se Christus per Incarnationem in socium, & per Eucharistiã, in cibum.

Vnde cum cibus per realẽ potius manducationem, quã per societatem adimpleat; à Christi potius reali comestione, quam ab eius societate, dicimur adimpleti, veramque plenitudinem cõsecuti. Neq; ab hac expositione, & mente dissentit Pater Garricus loco superius allegato, distinctionẽ enim ingerens inter tempus antiquum, & nouæ gratiæ tẽpora sic ait. *Quis nisi ingratus plenitudinem neget temporis huius? quæ vnquam aurea ætas simile aliquid habuit huius plenitudini temporis, quando panis Angelorum omnem habens saporem suauitatis, & omne delectamentum apponitur hominibus?*

Garric.

Hæc adimpletionis ratio, & fundamentum dilucidius adhuc, & verius percipiet, qui sublimiori intellectus actione, istius sacrosancti cibi figuram perpenderit. Iubebat namque lex Exodi in capite 22., vt typicus huius cibi agnus nõ nisi in plenilunio ad edendum mactaretur, id est, decima quarta die primi mensis, quando Luna admodum plena erat, vt sic

Exod. 12.

Cur agnus typicus nõ nisi in plenilunio ad edendum mactaretur.

iam

iam in vmbra huius diuini cibi eius plenitudo, & abundās effectus monstraretur, & quia vbi primum vera satietas adueniebat, iam figurata discederet, vt in Glossa Ordinaria, cap.23. Lucæ obseruatur, sic enim habet. *Iam adueniente veritate vmbra cessare debet, in cuius rei figura, defecit manna postquam comederunt filij Israel de frugibus terræ promissionis, nec vsi sunt vltra cibo illo.* Hæc in Glossa.

Glossa Ordin.

Discessit figura, adueniente figurato.

Circa vero legem de Lunæ plenitudine, placet nostrum doctissimum Rupertum afferre, qui semel, ac iterum ab eadem lunæ plenitudine hunc, de quo loquimur huius diuini cibi satiandi, & adimplēdi effectum concludit dicens. *Cum primum occurrisset Luna plena agebatur hæc magna festiuitas; plena quippe Luna, plenitudinem temporis significat; quo iam multiplicata per posteras generationes Ecclesia, redemptionē de cælo mittendam apud inferos expectabat.* Et clarius adhùc hanc de qua loquimur plenitudinem ab hoc diuino Sacramento prouenisse docet idem Pater dum capit. 6. eiusdem Ioannis Euangelij exponit dicens. *Præparatis ergo esurientibus, patefactisque in plenitudine temporum cæli ianuis, dedit Pater hunc panem viuum, & verum, panem signatum, panem Angelorum.*

Rupert°.

Cur in plenilunio, festiuitas agni immolationis agebatur.

Rupert

Ab hac igitur istius diuini cibi plenitudine, & satiandi adimplēdiq; proprietate tēp°, gratię, tēpus plenū cōueniētissime appellatur: reliqua vero, quæ ante christi aduētū, & eucharistiæ institutionem præcesserunt, tempora vacua fuerūt, quippe qui solas vmbras, & figuras continebant, figurę autem, & vmbræ adimplere non valebant: quinimo, & ideo vacua tempora, quia vacua erāt eorum sacrificia inania, & vmbratica, quæ implere, aut satiare quempiam minime poterant, quod fortassis indicare voluit Dominus dum Exodi in cap. 27. & 28. præcepit, vt altare holocaustorū non solidum, & plenum, sed vacuum, & inane fieret; ex hac enim figura, & vmbra abstulit Doctor Barradas hanc mentem, quam prosequimur lib. 3. suæ concordię cap. 32. vbi sic ait. *Merito quidem inane, & vacuum erat Iudæorum altare, quoniam gratia vacuum erat, quam sacrificia illa vi sua minime efficiebant: at christianorum altare non inane est, aut vacuum, sed plenissimum, ac solidissimum, etenim stupēdum Sacramentum, ac sacrificium, quod*

Vacua tēpora illa, quia eorū sacrificia, vmbrę erant, quæ non adimplent. Exodi 27 & 28.

Barradas

Christianorū altare solidū, quia solidū, & plenū est eorum sacrificium.

in illo offertur vi sua gratiam efficit, eamque copiosissimam. Circa quod argumentum multa habet Augustinus dum verba illa Psalmi 39. exponit. *Sacrificium, & oblationem noluisti,* vbi inter cætera docet euanuisse tanquam vmbras vacuas, vetera sacrificia, & adueniente hoc diuino sacrificio omnia fuisse impleta. *Perfectio,* inquit, *promissorum abstulit vmbras promittentes, promittebantur quibusdam signis, ablata sunt signa promittentia, quia exhibita est veritas promissa. In hoc corpore sumus, & hoc corpore adimplemur, quod accipimus nouimus, & qui non nostis, noueritis, & cum didiceritis non ad iudicium accipiatis, qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Perfectū enim est nobis corp⁹, perficiamur in corpore.* Ex his igitur, quæ allata sūt iam patet fuisse, tám vacua tempora, quám sacrificia veteris legis: fuisseque vmbras, quæ satietatem, & plenitudinem inferre non valebāt: valet tamen hic verus cibus, & potus verus, quia cum vere pleni sint, verā satietatem, veramque inferunt plenitudinem, vt ipsemet veritatis autor testatur dicens. *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.*

Psalm 39.

August.

Ioan. 6.

A

Et quanquam iam ex dictis pateat fuisse vacua, & vmbras tantum omnia veteris legis sacrificia, solumque hoc diuinum sacrificium omnimode plenum, & perfectum esse, ac proinde veram satietatem, & plenitudinem causare id ipsū adhuc clarius ex Iudæorum ritu, & cæremonijs apparebit.

B

Nam circa legalis agni manducationem iubebat lex Exodi in cap. 12. vt in vna quaque domo tot Iudæi conuenirent, quod ad vnius agni esum sufficerent, ne quid in posterum remaneret, sed statim agno absumpto, legalique cæna peracta, in recepta opinione ad vsualem transibant, in qua lauté, opiperèque manducabant, & bibebant, circa quod legis decretum Iudæos liceat interrogare.

C

Si adhuc ó Iudæi integrum agnum comedistis ad omnium, qui in vnaquaque domo conuenistis esum sufficientem, cur iterum statim ad mensam manducaturi accumbitis? in promptu est ratio, quia scilicet, quanquā sufficiebatis vos ad illius esum, ille quia vmbra erat ad vestrā saturitaté sufficere nō valebat: nam ad edendam figuram, vel vmbram per quā pauci sufficiunt, nullorum autem saturitati, aut plenitudini

D

Exod. 12.

Quarelu dæi peracta mensa legali, statim ad vsualē trāsibant.

Agnus typicus nō satiabat, quia vmbra erat.

sufficit

sufficit figura, vel vmbra(*Sôbras não fartão.*) Si ergo vmbram comedebatis, si ficto cibo vtebamini, quomodo eratis adimplendi? vacui certe permansistis: quia solis vmbris fuistis contenti, & illi vere refecti, pleni, saturatique sunt, qui non vmbratico agno vti cõgaudent, sed ipsammet Christi carnem sub panis specie manducant, quæ cum verus cibus sit quando vere, & realiter manducatur, vere reficit, vere satiat, & vere adimplet.

Iudæi se pervacui, & fame affecti, quia vmbris vescebantur.

Illud certe ridiculosum in agni manducatione Iudæis contingebat, quod Clemens Alexandrinus libr. 4. stromatum refert contigisse cuidam, qui ad nidorem carnis assæ homines alere nitebatur, quibus dumpretium exigit, pecuniæ vmbra per solutum est, itavt nidor carnis pecuniæ vmbra solueretur; sicque neq; carnis nidor esurientes satiauit, neque vmbra pecuniæ, pecunias inquirentes, exoptantesque adimpleuit. Sic certe Iudæis contingit dum veram Christi carnẽ respuunt, eiusq; vmbra lætantur, nidoreque solo refici congaudent: erat enim agnus ille assus vmbra, & nidor illius veri agni, qui charitate æstuans dilectionis ardore assatus est, ac proinde satietatem nõ inferebat ille, qui nidor erat, affert tamen iste, qui verus cibus, & verus agnus est, ad omniumque edentium saturitatem sufficit. Hãc mentem ex hac Iudæorum ceremonia abstulit S. Gaudentius Episcopus Brixiensis homilia in Cœna Domini dicẽs. *In vmbra illius legalis Paschæ, non vnus agnus occidebatur, sed plures, singuli enim occidebantur per domos, nam sufficere vnus non poterat vniuersis, quoniam figura erat, non proprietas, figura etenim nõ est veritas, sed immutatio veritatis: ergo in hac eucharistiæ veritate, in qua sumus, vnus pro omnibus immolatus est, & idem per singulas ecclesiarum domos in ministerio panis reficit immolatus, viuificat creditus, cõsecrantes sanctificat consecratus.* Hæc S. Gaudentius. Vnde iã clare patet omnia alia veteris legis sacrificia esse vacua, diminuta, & vmbras tantum: ac proinde neminem posse implere. Imó qui illis vescebãtur semper famelici debiles, & vacui, ac jejuni erant, vt ex eadẽ agni immolatione, & manducatione, quam retulimus infert Rodolphus Saxon in suo vita Christi 2. p. cap. 56. dum cum venerabili Beda aduertit ChristumDominum antea

Clemens Alexãd.

Nidorem is, soluitur pecuniæ vmbra.

Iudæi lætarum vmbra carnis Christi, & ipsam carnem despiciunt.

In legegratiæ vnus sufficit, ad omnium saturitatẽ.

S. Gaud.

Figura rei, est illius immutatio.

Vnus idẽ que in omnibus nona ecce- sia altaribus sacrificium.

Iudæi semper vacui & jejuni, quia vescebantur vmbris.

Rodulph Saxon. Beda.

corporis

Cur Ecclesia mater jejunipræcipit, ut accedamus ad Eucharistiam, Christus vero post cœnam agni typici discipulis suis eandem eucharistiā administrauit.

corporis sui esū discipulis tribuisse, quam paschalem agnū manducassent, sed posteà: cum tamē hodie mater Ecclesia jejunos hunc cibum diuinum cōmunicare iubeat. Ait igitur Rodolphus Saxon illos tunc jejunos esse, quia solas vmbras manducabāt, quæ jejunium frangere non valebāt. Ex quibus omnibus iā perquā manifestè patet á vacuis sacrificijs vacua nūcupari antiqua tēpora, tēpusq; gratiæ, tēpus plenū appositissimè appellari, quia in eo plenissimū illud sacrificiū aduenit, & substantificus iste cibus, vere plenus, vere reficiens, vere satians, quia vere cibus est, & vere cibus.

Vmbra ieiunium nō fragūt

Si autē adhùc ad hanc certissimā veritatē amplius corroborādam aliud fulcimentū exigitis, Patrē Ioan. Chrisost. hom. de proditore Iuda, quæ tom. 3. suorum operū continetur attentè, & acuratè perlegite; sic enim ibi ait. *Ille agnus futuri agni fuit typus, & ille sāguis Dominici sanguinis monstrabat aduentum: ille agnus vmbra fuit, hic veritas: sed postquā Sol iustitiæ radiauit vmbra soluitur luce, & ideo in eadem mensa vtrumque pascha, & typi, & veritatis celebratū est, nam sicut pictores pingendā tabulā vestigijs quibusdam adūbrare cōsueuerut, & sic colorū varietate perficere, ita & Christus fecit in mensa, & typum, & pascha descripsit, & dimissa vmbra, pascha veritatis ostendit.* Hæc Chrisost. Neque clarioribus verbis potest explicari, fuisse omnia veteris legis sacrificia vacuas vmbras, & depictas figuras, quæ adimplere non valebāt: plenitudinē vero, & adimpletionis veritatē solū in hoc diuino Sacramento reperiri. Circa quā veritatem doctè percontatur Tertulianus dū de huius Sacramēti veritate differit, de eiusque satiandi, & adimplendi proprietate disputat. *Non omnia,* inquit, *igitur imagines sunt, sed & veritas: nō omnia vmbra, sed & corpora: nā si omnia figura sunt, quid erit illud, cuius est figura?* ad quam interrogationē 3. p. q. 73. art. 1. respōdet D. Thom. dicēs. *Sacramēta veteris legis illud verū sacrificiū passionis Christi cōtinebāt solū in figura, & ideo oportuit, vt sacrificiū nouæ legis aliquid plus haberet, vt scilicet contineret ipsum Christū passum nō solū in significatione, & figura, sed in rei veritate.* Hæc D. Thom. cui suffragatur D. Dyonis. de ecclesiast. Hierarchia c. 3. dum hoc diuinum Sacramentū aliorum sacramentorum perfectiuum, completiuumque appellat.

Eucharistia vere cibus, & verus cibus.

Chrys.

Sole ecclesiæ radiante, synagogæ vmbræ euanuerunt.

Synagogæ sacrificia picta, non vera.

Tertul.

D. Thom.

Sacramēta veteris legis continebāt Christi passionem in figura, & Ecclesiæ sacrificiū cōtinet ipsū Christum passum in rei veritate.

D. Dion.

Bene igitur quod omnium est aliorũ sacramentorum cõpletiuum, tẽporib⁹ intulit plenitudinẽ, tẽpora adimpleuit, tẽporibusque denominationẽ dedit. Bene dimissis, vacuis futilibus, & adumbratis escis, quæ nec adimplere, nec satiare valebant, diuinus iste cibus accessit, qui quia vere cibus est, vere cibat, & quia omnimode plenus, est omnimodè satiat. Quæ omnia S. P. Ioan. Chrisost. hom. 83. in Matthæũ obseruauit, dũ causam reddidit, cur in eadem mensa Christus Dominus agnum vmbraticũ, & verum panem apposuerit, idẽque fecerit sub vesperũ. *Vt vndique*, inquit Chrisost. *discamus veterẽ legẽ Saxisse, & nouã, & omnia, quæ in veteri sunt propter nouã fuisse adumbrata: hac igitur de causa veritati figurã adiũxit: vespera vero illa adimpletionis tẽporũ signũ erat, & quia iam ad cõsũmationem ipsam res peruenerat.*

Cur Christ⁹ in eadẽ mensa vmbraticum & verum cibũ apposuit, idque sub vesperum. Chrisost.

In hora passionis ad cõsũmationẽ peruenit redẽptionis negotium.

ANNOTATIO. L.XXXXIX.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

Idem satiandi effectus istius diuini cibi, potusq; viuifici à mũdi epularum differentia commendatur.

A

Isaacides ex legali mensa ad vsualẽ famelicos, sitiq; affectos trãsire mõstrauimus. Quippe qui vmbris vescebãtur: nũc autẽ & illos auscultate, qui sãctissimũ hũc panẽ, qui de Cœlo descendit, comedere obliuiscũtur, & ad mũdana cõuiuia, dapesq; diuertũt:

B

nam eorũ corda arida, macilẽtaq; fiunt, & ipsi tãquã fænũ excicati tabescũt, vt sibi cõtigisse fatetur S. Proph. Dauid, ex eo quod ad carnis cõuiuiũ aliquãdo diuerterit: vnde Ps. 110. clamãs, deploransque cõqueritur dicẽs. *Aruit cor meũ, quia oblitus sum comedere panẽ meum:*

C

nam de obliuione istius veri, & substãtifici panis locũ intellexit Aug. dũ eadẽ citati psalmi verba exposuit, & P. Bern. Homilia in cap. 19. Matthæi ad illa Petri verba. *Ecce nos reliquimus omnia.* Et iure optimo hanc Dauidici cordis ariditatem ab huius diuini cibi inopia prouenire docent Patres:

D

nam quanto magis quisquis se se ab hoc diuino alimento abstinet, mundanisque dapibus immergitur, eo amplius tabescit, eneruatur, & perit, & quo frequentius diuino isto alimẽto vtitur, eo amplius roboratur, ad plusque edendũ aptatur, vnde fit vt satietate re-

Quale redcãt fideles qui hoc diuino cibo vesci obliuiscũtur. Psalmist. Psal. 110.

August.

Bernard. Matth. 19

Quanto quis magis se ab hoc diuino cibo abdu cit, tanto magis infirmatur.

fectus

fectus non fastidiat, imó ad amplius edendum inuitatus quotidie amplius edere, exoptet: vt Hugo Victorin ad cap. 5. Canticorū testatur dicens. *Esuriem habet dilecti suauitas, non satietatem, refectionem, non plenitudinem, nam Sapientia dixit. Qui edunt me adhuc esuriunt, & qui bibunt me adhuc sitiunt.*

Hugo.

Eucharistica cibus non satu ritatē, sed satietatē causat.

Ecclef. 24

B Hoc etiam argumentū deuotissime de more prosequitur nosterBernardus in expositione eiusdem Canticorū loci dicens. *Nunquid consummatio gaudij desiderij est cōsumptio? imò oleum magis est, nam ipsum velati flamma incendit.*

Bernard

Gaudij cō summatio in eucharistia: eius desideriū non consumit, sed auget, & incitat.

C Neque ad hanc mentē cōprobandam minus idonea sūt illa, quæ oratione de charitate habet Theodoret. tom. 2. suorum operum, tamen potius iuuabit audire S. P. nostrū Gregorium, inter mundanas epulas, & illum diuinum cibum distinguentem, sic enim Homil. 36. prosequitur. *Hoc dista re inter delitias corporis, & cordis solet, quod corporales delitiæ cum nonhabentur graue desideriū in se accendunt: Cum verò habitæ eduntur, comedentem protinus infastidium per satietatem vertunt: at contra spirituales delitiæ cum non habentur in fastidio sunt, cum vero habentur in desi-*

Theodor

Gregor.

Late ostē ditur discrimen, quod reperitur inter mundāna & cælestia gaudia.

A *rio, tantoque à comedente amplius esuriuntur, quanto, & ab esuriente amplius comeduntur: in illis appetitus placet, experientia displicet: in istis appetitus vtilis est, & experientia magis placet: in illis appetitus saturitatem, saturitas autem fastidium generat: in istis vero appetitus saturitatem, saturitas autem appetitū parit: augēt enim spirituales epulæ, seu delitiæ desiderium in mente dum satiant, quia quāto magis earum sapor percipitur, eo amplius cognoscitur, quod auidius ametur.* Et paucis interiectis *tanto amplius fastidij nostri morbus exaggerat, quāto magis se se esu superno dulcedinis animus elongat, & ex eo internas delitias non appetit, quia eas comedere lōge diuq; desiuit, fastidio ergo nostro tabescimus, & lōga inediæ peste fatigamur, & quia gustare intus nolumus, paratā dulcedinē amamus foris miseri famem nostrā* Hæc Pater Gregorius.

Epulæ spirituales augēt desiderium dū satiāt, & cur.

D Et optime quidē hæc sācti patris doctrina verificatur in illis, qui hūc substātificū cibū comedere obliuiscūtur, & ab hoc salutifero potu, de quo nobis sermo est, abstinere cōsuescūt, & ad mundanarū mensas epularū, quæ futiles, vacuæ, & inanes sunt diuertere conātur nam imbecilles sēper, debiles, famelici sitibūdique incedūt:

Quid illis contigat, qui spreto Eucaristico cibo, ad mundi escas diuertunt.

Tale nutrimentū, qualis cibus.

crudelis quisque semper per sanguinem sitit, & ambitiosus, aut cupidus laudis humanæ adeptis dignitatum titulis, seu fauoribus nullum exinde capit omnino remedium, sed desiderio æstuat ampliori: minus autem inuenit requiem, qui sibi placere cupit, & suis, idest, quibusdam fatuis de se metipso testimonijs dicens: Manus mea excelsa: putãs se aliquid esse cum nihil sit. Hæc eleganter Bernardus, ex quibus clarissime patet, quam vacua, & inania sint fercula, quibus mũdus sectatores suos alere cõsueuit.

Clarius adhuc id ipsum patet ex visione quadam, quam idem Pater se vidisse testatur ibidem, quinque nempe, viros, quos iure optimo insanos frænetico sque iudicauit; primus siquidem buccis tumentibus marinam manducabat arenam: Secundus sulphureo stans lacui exhalãtem teterrimum, fætidissimumque gestiebat haurire vaporẽ: porro tertius fornaci imcumbens vehementer accensæ micãtes scintillas hiantibus excipere faucibus lætabatur: Quartus supra pinnaculũ templi residẽs leuioris auræ spiritum aperto attrahebat ore, & siquominus influere videretur, flabello vẽtum sibi ipse ciebat, ac si totũ

Bernard ibidem.

Quinque cõuiua adducũtur, in quibus supradicta monstrantur. 1. Auri cupidus. 2. Carnis turpitudini deditus 3. Odio affectus 4. Vanæ gloriæ cupidus.

A speraret aerẽ deglutire: Quintus denique seorsum positus irridebat cæteros, ipseque quoque ridendus, & maxime, proprias enim carnes incredibili quodã studio sugere laborabat, nunc manus, nũc brachium, nunc alias partes applicans ori. *Miseratus omnibus*, inquit Bernardus, B *causamque miseriæ sciscitatus à singulis, vnã omnibus causam esse reperio valdissimam vtique famem: tunc macillentissimas eorum fauces contemplatus, recordabar Prophetæ gementis miserabiliter, & dicentis. Aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum: quid hæc vobis, inquit prosunt?* C *nõ sunt naturales cibi; magis famem hæc prouocãt, quã extingũt, panis nãq; animæ Christus est, quia nimirũ ad imaginẽ Dei facta anima rationalis, cæteris occupari poterit, repleri nõ poterit, capacẽ Dei quidquid Deo minus est nõ adimplet.* Hæc omnia P. noster Bernardus.

D Ex quibus manifestius adhuc, quam excogitari potest huius cibi sanctissimi iste satiandi effectus comprobatur: si enim terrenis cibis non potest anima satiari, quia futiles & inanes sunt, & solo Deo satiatur, iam ergo caro Christi eius diuinitati coniuncta, & ineffabiliter vnita sufficientis-

5. Inuidus

Bernard

Psal. 110

Anima pa nis Christ⁹ Anima mũdanis rebus occupari potest, sed non repleri.

Infertur ex dictis Eucharistici cibi satiandi effectus.

ſimus erit cibus, ipſiuſque ſāguis aptiſsimus erit potus, qui bus verè, & propriè vnaqueq; anima ſatiata, potataque quieſcat, gaudeat, & augmentetur in vita gratiæ.

Sed quia adhuc de futilibus vacuis, & inanibus cibis quibus tres illi acerrimi exactores, de quibus ſuperius actum eſt conuiuas ſuos alere conſueſcunt ſtrictius, quam par eſt loquuti ſumus, de eadem materia lōgiorem ſermonem cōtexere non grauabimur eorū pollutæ mēſæ, mores deteſtādos, fugiendosque miniſtros cōmemorātes; ex quo etiā ſub ſtantifici, benedictiq; panis iſtius virtus mirifica, & Eccleſię ſanctiſsimæ Matris menſæ puritas longe clarius comprobetur.

Quales mūdi mēſa.

In mundi mēſa, mi niſtrant vanagloria, & auaritia.

Quales epulas ap ponat vana gloria.

Herod. *Heliogabal.* ad depictas eſcas inuitabat.

Conſtruit igitur onerosus exactor mundus conuiuis ſuis fictam, vacuamque menſam, in qua ad inſeruiendum, & miniſtrandum accumbentibus vanam gloriam, & auaritiam apponit; quarum prima ſolas vmbras, leues auras, depictaſque dapes illis apponit, qualiter Heliogabalus inuitatis ſuis apponere conſueuit, qui vt de illo refert Herodianus ad depictas in menſa dapes inuitabat, iubebatque inuitatis, vt maxillas mouerēt ac ſi ſolido, veroque cibo vterentur: quos enim dignitatū honores, quos magnificentiæ titulos, quām nobilitatis originem vana mūdi gloria mortaliū intellectui apponit, quibus non ſolum non reficitur, & quieſcit, ſed euaneſcit, & labitur? vana enim, & adumbrata fercula ſunt, quę mundi huius cōmmenſales ſubſtentare non valent, neque ad implendo augere, de quibus Sapiens proclamās ait. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*, vnde appoſitiſſimè loquutus eſt Paulus dum omnia, mundana vmbras, & figuras breuiſsimè trāſeuntes appellauit dicens. *Præterit figura huius mundi.*

Sapiēt. 1

Paulus Apoſtol. 1. Corint. capit. 7.

Iam vero ſi ad illas epulas attēdamus, quibus altera mūdi miniſtra, nempè auaritia ſectatores ſuos inuitat, & paſcit, quis non videt illas famē potius incutere, quam ſatietatem? quanquam enim, vt Bernardus aduertit ſemper auaritia clamet dicatque. *Affer, affer*, nunquam tamen quantum appetitui ſufficiat valet mundus miniſtrare, ſicque nō ſatiat, imó ad maiorem famē, eſuriemque prouocat. Et præterquā, quod non ſatient diuitiæ, quas auaritia acquirendo proponit, necem etiam commenſali-

Epulæ quibus auaritia ſuos alit conuiuas, famē potiꝰ, quā refectionē gignunt.

Auaritię epulæ mortifere.

Auarus hydropici instar.

mensalibus huius mundanæ mensæ semper inferre consueuerunt, nam ad instar hydropicorum, quò magis acquirūt auari, eo plus desiderant possidere, *crescit*, enim (vt loquitur Extraneus) *Amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit*: in cuius confirmationem illum Regis Midæ liceat afferre euentū, de quo Ouidius Metham. libr. 11. Is enim cum Silenum Bacchi nutricium domi suæ hospitio exciperet, à Baccho impetrasse fingitur, vt quidquid corpore contingat fuluum vertatur in aurum: ex quo factū fuit, vt dū lætus ad mēsā accubuerit omnia, quæ tangebat verterētur in aurū.

Ouuid.

Ouuid. Metam.

Lamina fulua, dapes, Cerealia dona rigebant.

Audiamus autem, quid ad famem sedandā illæ ciborū aureę figurę illi iuuare potuerūt

Ouuid.

Attonitus nouitate mali, diuesque miserque.
Effugere optat opes, & quę modo vouerat odit.

Optimèquidē ExternusPoeta quàquāfabulosè, quidenim misero esurienti adsedādā famē, hi figurati, & aurei cibi prodesse poterant? imò potius ésuriem amplius prouocātes miserabilem Midam in mortem deduxerunt, quemadmodum & illos omnes auaritia interficit, quos in hac, de qua loquimur, mundi mēsa fictè pascit:

Infertur ex dictis Eucharistica mensę alendi, & satiandi virtus.

vere tamē in eucharistica mēsa reficiuntur fideles, in qua Christus Dominus, qui transiens illis ministrat se ipsum apponit inferculū, & ad manducandum inuitans ait. *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.*

Discrimen maximum, maximamque differentiam, quæ inter inania mundi fercula, & substantificum Christi cibum reperitur ex eadem Midæ fabula, infert Pater Hieronymus dum illud celeberrimū conuiuium, quod Christus Dominus Lucæ 9. suis inuitatis ex quinque panibus duobusque piscibus præparauit mysticè exponit. *Conferant,* inquit, *Gentiles si placet, cum Christi beneficijs Deorum suorum beneficia, non facta, sed ficta: ferunt certe eorum fabulæ fuisse Regem quendam, qui quidquid tangebat aurum fiebat, quin etiā conuiuia ipsa feralia erant: nam & ipsa mantilia digitis apprehēsa riguerunt, & cibus in ore crepitabat, ac in gutture potus hærebat, nec penetrare facilis, nec redire. Digna beneficia votis, digna tāto munere peccatore, digna liberalitas conferente.* (Dado ruim, com seu dono se parece,) *Talia sunt Idolorum beneficia, vt cū videātur prodesse, plus noceant. At vero Christi munera*

Lucæ 9.

Hieron.

Ficta deorum beneficia.

Non prosunt, sed nocēt Idolorum munera.

Cypr. *Inuidia, malum ſine termino, & ſine.*

matrem ſæuit quomodo illos quibus inſeruit enutriet? ſe ipſam certe, ipſoſque ſæuiendo necabit: de hac optime etiam philoſophatur ſanctus Pater Cyprianus in ſuo de zello, & liuore dicens. *Mala cætera habent terminum, & quodcunque delictum ſui cōſūmatione finitur, inuidia vero terminum nō habet, ſed permanens malum, & ſine fine peccatum eſt, qantoque ille, cui inuidet ſucceſſu meliori profecerit, tanto inuidus in maius incendium liuoris ignibus inardeſcet.*

Inuidia aliorum profectu augmentatur.

Inuidia, quo magis reficitur eo magis infamem inducitur. Vera charitas reficit, & reficitur. Deſtribuit ſe vt reficiat cæteros.

Ex quibus tanti Patris verbis clarius quam deſiderari poteſt perſpicitur, nunquam poſſe alios vere reficere illam, quæ ſe ipſam dum reficere conatur in maius edendi deſiderium inducit: reficiet tamen inflamata charitas, dilectioque exima, quæ quia nō quæ ſunt ſua quærit, ſed vt proximorum vtilitati ſubueniat, ſe ipſam diſtribuere conſueſcit, hunc diuinum cibum ex proprijs carnibus cōficiēs, qui quia verus cibus eſt, & omnimode plenus vere cibat, & reficit.

Carnis mēſa, eius que conuiuæ, & dapes.

Ad tertiam iam tertij exactoris menſam accedamus, in qua faciat Deus, vt non ſolum nō accumbamus, neque epulemur, ſed ab eadem longiſsime fugientes, ipſius turpitudinē deteſtari, & operando, & ſcribendo valeamus. In ea igitur oneroſa caro (mediante luxuria, & voluptate, quas ſibi elegit, vt menſæ ſuæ hoſpitibus inſeruiant) leuiores adhuc, debilioreſque eſcas apponit, quibus ita adumbratè blanditur, vſque dum ad mortis vmbras deducat: prima namque, ideſt luxuria, necat dum fouet, ideoque admonet ſanctus Pater Hieronymus in expoſitione cap. 2. Micheæ, vt non facile credamus carnis blanditijs, ne virilis conſtantia, animique fortitudo, & vis illius illecebris edomita, emolleſcat.

Luxuria, & voluptas, carnis miniſtri.

Luxuria necat, dū fouet. Hieron. *Carnis blanditijs non credēdum.*

Quos tādē cibos voluptas ſuis ſectatorib⁹ apponat, ex ſimilitudine, ſiue experiētia oſtēdamus, per quā ſimilesenim ſunt illis, quibus dum veſceretur prodigus fame, maxima tabeſcebat, vnde merito ſanctus Pater Auguſt. tales eſcas fugiendas eſſe docet, ne indies in deterius immutemur nā dū ponderát filij prodigi euētum ſic ait. *Fugiamus carnis abominăda contagia, vitemus obſcæna animæ voluptatis incendia.*

Auguſt. *Voluptas omnino fugienda,*

Adumbrati igitur, futiles, depicti, rigidi, ſterileſque, ac rudes inimicorum cibi (ideſt, mundi, diaboli, & carnis) nec

adimplere

adimplere, nec satiare valent, imó ad necem inferendam conducunt, vndeprouenit, vt eorum conuiuæ famelici semper, vacui imbecillesque incedant, quippe qui vmbras, lapidesque rigidos vescantur.

Hanc ciborum pessimorũ ab hoc electo, suauissimoque cibo differentiam experiendo inuenit prodigus ipse, de quo superius agebamus, dum in se reuersus exclamans, dixit Lucæ 15. *Quãti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autẽ hic fame pereo.* Vere, inquit Ambrosius in hunc locum, *fame perit, qui magni patris familias Christi mensam abiecit.*

Luc. 15. *Qui Christi mẽsam abiecit, fame perit.*

Ambros.

Eandem etiam inter mũdana, & diuina huius Eucharistiæ mensæ fercula differentiam sermone de Cœna Domini sanctus P. Cyprianus apponit dicens. *In Christi mẽsa non ad laborata impensis, & arte conuiuia populi inuitantur, sed immortalitatis alimonia datur à communibus cibis differẽs, corporalis substantia retinens speciem, sed virtutis diuinæ inuisibili efficientia, probans adesse præsentiam.* Hæc ille. Prosequitur idem argumentum August. ser. 54. ex diuersis dicens. *Ad Christi nuptias inuitatur gentium multitudo, quæ*

Cyprian. *Differentia quæ reperitur inter Christi & mundi fercula.*

August.

A

accepit de mensa dominica non viles epulas, aut ignobiles potus, sed ipsius pastoris, ipsius occisi Christi carnem prælibauit, & sanguinem: occisus enim est ad nuptias suas ipse agnus innocens, occisus est adnuptias suas, & quoscunque inuitauit, de carne propria pauit.

Eucharistia mensa epularum excellẽtia

Christus agnus occisus ad has epulas ostẽditur.

B

Cum igitur Christus ipse sit, qui in hac Eucharistię mensa suos pascit conuiuas, illos certe verè reficit, & abũdantissimè pascit: est enim Christus Dominus substantificus ille panis, quem Ecclesia mater ab eodem Christo edocta ad proprios filios alendos expostulat, dum ait. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie:* namEcclesię matris petitionem de hoc diuino, & Eucharistico pane, intelligendam esse docent omnes feré Patres inter quos præcipui sunt Tertulianus. lib. de Oratione dominica. D. Cyprian. in expositione eiusdemDominicæ orationis, & lib. 4. Epistolarum, Epistola 6. D. August. libro de sermone Domini in monte cap. 12. Petrus Chrysolog. sermone 63. Latinus interpres dum ita vertit. Panẽ supersubstantialem da nobis hodie: quod etiam innuit paraphrasis Chaldaica dũ illud Psalm. 32. *Erit firmamentum in*

In Eucharistica mẽsa, Christus ipse in seruit, & alit.

C

In oratione dominica panis Eucharistiæ, panis quotidianus.

D

Tertul. Cyprian.

August.

S. Petrus Chrysol. Hieron.

summis

Paraphrasis Chaldaica.

summus montiū, ita legit, *erit sub stantificus panis in terra in capita montium*. Nec ab hac acceptione aborret Casianus Collatione 9. cap. 21. dum ita ait. *Supersubstantialis dicitur panis iste, quia super omnes substantias est, omnesque creaturas magnificentia, & sanctitate eius sublimitas excedit.* Vltimo tādem accedit P. Ambrosius libr. 5. de Sacramentis cap. 4. vbi hanc alendi virtutem, quam de hoc diuino cibo inculcare contēdimus indicans ita ait. *Ideo panis iste supersubstantialis appellatur quia scilicet animæ nostræ substantiam fulcit.*

Casianus. Eucharisticus panis cur supersubstantialis dictus.

P. Ambr.

Panis Eucharistiæ, animæ fulcimētum.

Quam etiam alendi substētādiq; vim, & proprietatem inculcans Regius vates Psal. 147. sic ait. *Ex adipe frumenti satiat te*, quę verba de hoc diuino pane Eucharistico docet sanctus Pater August. esse intelligenda dum eadem Dauidica verba exponit, quasi vates sanctissimus illis velit innuere maximam differētiam, & dissimilitudinem, quæ reperitur inter hunc substantialem cibum, & vacuos inanesque, quibus mundus, diabolus, & caro suos alunt conuiuas, quasi diceret, non te ó Christiane Deus tuus porcorum siliquis substētat, & alit, vt suos mundus, caro, & diabolus equinas alit, quibus siliquarum panes præbet, vt filio prodigo, dum iuitauit, exhibuit. Siliquę enim sunt futiles, & inanes ad stomachum potius obturandum, quam ad corpus substentandum aptæ. *Siliquarum panis*, inquit Pater Ambrosius in expositione cap. 15. Lucæ Euangelij, *inanis est, foris mollis, quo corpus nō reficitur, sed impletur, vt sit magis oneri, quam vsui*. panis iste certe potius esuriē prouocat, quam veram satietatem inducat, vt de eodem testatur Autor Glossæ ordinariæ ad eundem Lucæ locum dicens. *Cibus istorum non potest saturare, quia voluptas semper habet famem sui.*

Psalm.

Ostēditur iterum differētia quæ inter hunc substantificū cibum, & mundi epulas reperitur.

Mundi, diaboli, & carnis alimenta, siliquæ, quæ stomachum obturant, & corpus nō reficiunt, sed debilitant.

Ambros.

Autor Gloss.

Et è contra Christus Dominus ex adipe frumenti suos alit commensales, satiatque conuiuas, idest, ex tritici medula selectiori, & meliori, nēpe pane, siue cibo ex humanitate sua sacrosancta, & diuinitate cōfecto, qui perquam pinguis est, & regalis, & qui Regibus, idest, fidelibus vere sumentibus delitias præbet, quia cum ex apide sit selectus est, & tenerrimus, & cum vere cibus sit, vere cibat, de quo eleganter de more S. Pater Cyprianus in serm. de Cæna Domini sic ait. *Qui manducat*

Panis Eucharistiæ excelētia.

Cyprian.

Eucharisticus cib⁹, sitim, & famem omnino sedat.

ex hoc pane vltra non esurit, qui bibit ex hoc calice vltra nõ sitit, quoniam mysterij huius sic reficit gratia, vt cui tãta rei innotuerit plenitudo omnis cõsũmationi sine inuēto Christi baiulus ipsũ ferat in pectore, ipsũ gerat in mente.

Quod quidem de hoc substantifico pane de eiusque vbertate argumentum prosequitur etiã P. Bernar. serm. 10. in Cæna Domini qui tom. 2. suorum operum continetur dum causam reddit cur Dominus sub panis, & vini speciebus diuinũ hoc instituerit Sacramentum dicens. *Proponitur species panis, & vini, vt doceatur plenam, & perfectam esse refectionem in sumptione corporis, & sanguinis Christi.*

Bernard.

Neque ad substantificam diuini huius cibi, & potus virtutem inculcandam parum iuuabit attenta mẽtis actione suauitatem illam, & dulcedinem considerare, quam ex diuinitate illi cõiuncta, sortitur, quæ simul cum carne Christi eundem panem manducantibus, eundemque potum bibẽtibus exhibetur, vt seruator ipse testatur. Qui ad salutiferum huius diuinæ mensæ accubitum inuitans ait. *Comedi fauum meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo*, & tunc addit. *Comedite, & bibite, & inebriamini charissimi*: nam si sine melle fauum se ad comedendum præbuisse testaretur, solam sine diuinitate carnem nobis ad manducandum dedisse intelligerẽmus, & si solum vinum sine lactis mixtura ad potandum aptasse diceret, solum sanguinem sine eadem diuinitate nobis porrigere putaremus; dum autem vtrumque addidit, expressè innuit sub figura mellis, & lactis dulcedinem substantificam, & dulcem refectionẽ, quæ ex diuinitate prouenit huius mensæ cibo, & potui, ostenditque quam diuinus, & ad substentandum, reficiendũque aptus sit Eucharisticus cibus, Eucharisticusq; potus; conuenit enim, & conducit mellis metaphora ad significandam Christi diuinitatem, quia mel innatam semper annexam habet dulcedinẽ, quã omnibus ipsum tangentibus impartitur, & diuinitas adeo innatam anexam habet omnis cõsolationis, beatitudinis, atque felicitatis dulcedinem, vt illam participibus suis nõ possit nõ impertiri: isto igitur dulcissimo melle non vacuũ, sed plenũ fauũ, quod præbet Christ⁹, verũ cibum nominat quia carnem suam simul cum diuinitate exhibet in eduliũ,

Cantic 5

Cantic.

Traditur mysticus istius loci sensus.

Mel, & Lac diuinitatis symbolum.

Mel cum Christi diuinitatem significat. Innata mellis proprietas innatam diuinitatis dulcedinẽ significat.

in illa enim (vt loquitur Paulus) *inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.*

Paul. Apostol. ad Col. c. 2.

Quod vero simul cum sanguine eandem nobis diuinitatem exhibeat, testatur cum ait *Bibi vinum meum cum lacte meo*, vt optime ex eiusdē Christi Seruatoris verbis probat Alexandrinus Clemēs cap. 6. primi libr. Pædagog. vbi hoc idem argumentum prosequēs verbum, patris mamillam appositissimè nominat, quādoquidem per ipsum hominibus cōmunicata est diuinitas, quasi lac de corde, nam & lac sanguis est, sed cum perfectiori concoctione, cum puritate, & candore, vt ipse loquitur Alexandrinus.

Cantic. 5

Clemens Alex.

Verbum, patris mamilla, & tur. Lac, sanguinis efficū perfectiori concoctione.

Sed liceat nunc interrogare, quid ò Christiane agas dum dilectam Christo ouem, idest, animam tuam, quæ de selecto Christi mensæ cibo comedens, & de calice èius bibens creuit, peccādo iugulare non desistis? Non ne Dauidis peccatum ex eo maximé exagerat aggrauatque Nathan Propheta, quod Vriæ ouiculam, quæ de pane eius comedens, & de calice eius bibens creuerat, ad hospitem extraneum alendum, idest, ad carnis desiderium perficiendam sibi sumpserit laniandā? Quomodo ergo tu dilectam Christo animam tuam, quam ipse aluit huius diuinæ mensæ panem porrigens, & proprium calicem ad potandum præbens, occidis, trucidas, & dilanias, vt desiderijs carnalibus morigereris? Quomodo selectum panem exadipe frumenti confectum despicis, dū vel comedere obliuisceris, vel tantæ puritatis oblitus indigne comedis?

2. Reg. 12

Qui animam suā peccatis commaculat, adinstar Dauidis, ouem Christi pane altam iugula,

Attende igitur quæsumus, & obtestamur, quo pane pascaris, & quo calice inebrieris, ne dum panem vitæ indigne sumis non vitam sumas, sed interitum. Audi P. Ioannem Chrysost. homil. 4. de Pascha, tibi dicentem, audi prædicantem, audi suadentem: *Ad hoc*, inquit, *Christi conuiuium, qui solemni frequentia conuenistis, & cum Christi discipulis immolationem Agni paschalis facere festinatis, syncera quæso, & plena charitatis pectora diuinis exhibite misterijs, nulla sit in mente duplicitas, nec liuoris rubigine interior homo fuscetur: agnum comesturus agni innocentiam perferat, nec immaculatæ ouis membra, lupina malignitate transfūdat in viscera: qui sacratæ huius Cænæ indigne participatur accubitu, non cum Petro perueniet ad salutis portum, sed*

Ioann. Chrysost.

Qua præparatione & animi puritate, sint veri agni carnes edendæ.

Quæ pena mulcandi sint qui ad Eucharistiā mēsā accedunt indebite.

substi-

sustinebit cum Iuda sine reparatione naufragium.

ANNOTATIO C.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

Demonstratur mirificus impinguandi, & roborandi effectus qui in hoc diuino cibo reperitur.

MIRA sūt quæ de hoc diuino beneficio, quo Christus prosequutus est suos meditādo percipimus, & percipiendo meditamur: mirabiliora tamen, quæ dum percipimus experimur, non enim anima vitam solum, & satietatem illud communicando, accipit, verū ita omnium charismatū abūdantia impinguatur, vt cum Sancto Patriarcha Iacob opti moiure proclamet. *Asser pinguis panis*, nam de huius diuini panis vberi pinguedine locum intellexerunt Rupertus

Gen. 49

Rupert. Ambros.

A noster, & Sanctus P. Ambros. De qua etiam locutum fuisse Dominum existimamus, dum cap. 31. Ierem. celebre illud de Ecclesia protulit vaticiniū dicens. *Inebriabo animam sacerdotum pinguedine, & populus meus bonis meis adimplebitur*: nam cum eandem Ec-

Ierem. 31

B clesiæ vbertatem promiserit Dominus dixit. *Confluent ad bona Domini, super frumento, & vino, & oleo*, annectit interlinialis. *De quo conficitur panis Dei, & sanguis eius*: Vbi Lyranus non solum hunc di-

Ibidem.

Interlin.

Lyran.

C uinum cibum, vtcumque significari ait, sed cum hac simul impinguandi proprietate, quā habet innatā: nā nomine *olei*, quod ibi simul cū *pane*, apponitur, gratiæ pinguedinem, significari docet, qua animæ edentium in hac mensa impinguantur.

Eucharistia pinguedo per olenm significata.

D Hanc impinguandi virtutem huius substantifici panis multa ante sæcula prædixerat Sanctus Propheta Isayas c. 30. dicēs. *Et panis frugū terræ erit vberrimus, & pinguis*: Quæ Isayæ verba de hoc diuino cibo, & de eius impinguandi virtute Sanctus Pater Hieronymus intelligenda esse docet: quam etiam maxime commendari ait idem Hieronym. in illis verbis quæ haben-

Isayas. 30

Hieron.

Idem P. in ca. 15 Luc.

Vitulus saginatus quem pater, ad prodigi filij reuertentis ipsum occidi iussit, eucharisticum cibū figurauit.

habentur apud Lucam in ca. 15. quibus Pater misericors vitulum saginatum iubet adduci, vt famelicum, & esurientem filium reficiat, *Vitulus*, inquit Hieronymus, *saginatus, qui ad pænitentis filij immolatur salutē, ipse Saluator est, cui quotidie carne vescimur, & impinguamur.*

Ecclesia in officio eucharistię.

Vnde bene Sancta Mater Ecclesia dum nos ad hunc diuinum cibum celebrandum venerandumque inuitat, de illo canit, quod se manducantibus det spiritus pinguedinem.

Tertul.

In eucharistia vescitur corpus, & anima saginatur. Quibona consequātur animæ quę hunc cibum frequēter, & digne sumunt.

Hinc iam apparet, quam vera sit Tertuliani illa enunciatio, quam circa hunc istius diuini cibi effectum ponit in lib. de Resur. carnis, quæ ita habet. *Caro nostra corpore, & sanguine Christi vescitur, & anima de Deo saginatur*, & benè certè, & conuenienter loquitur Tertullianus, nam animæ, quæ hoc diuino cibo frequenter vtuntur, omnibus abundant virtutum charismatibus, virtutibusque pinguescunt: charitate namque perfusæ humectantur, humilitate crescunt, patientia superant; loquendo tacent verba bona eructantes, vt verbis deuotissimis in sermone de Cœna Domini, prosequutus est Sanct. P. Cyprianus dicēs.

Cyprian.

Esurientes, & sitientes cum hoc cibo saturati fuerint, vide quid agant, intellige quæ loquantur, quam sancti odoris sit quidquid illa eructat plenitudo, verbū bonū, mores compositos, affectus pudicos, sensus pacificos, illa interior synceritas vbique diffundit.

Vnde iam illud in huius cibi sumptione, & in mundanarum manducatione escarum, de quibus nuper actū est, nostris animis contingere conspicimus, quod agris quorum sterilitatem si leuare desideramus, & tamē lapides insuper inijcimus, & excolere negligimus, aquarumque irrigationē prohibemus, non solum non proficiēt, neq; fructus ferēt vberrimos, & pingues, sed tribulos, spinasq;, & nocētes herbas germinabunt: Si vero lapides amouentes pinguēsimum adhibeamus, aquisque irrigemus statim incrassati, & impinguati flores ferent pulcherrimos, è quibus proficui, saluberrimiquē fructus pullulabunt; ita prorsus animis nostris contingit, quandiu enim mundanis cibis, qui duri sunt, & lapidei vescuntur, replenturque, quādiu voluptatibus inseruiunt, quādiu æstuāt desiderijs inertes redduntur, aridæ macilētæq; sunt, neq; vllis virtutū floribus vestiūtur, & exornātur,

Animæ fidelium, sine hoc diuino cibo steriles, & infructiferæ.

 solaq;

Christi carne pastæ, & eius irrigatæ sanguine vireſcũt, & florent fidelium animæ.

ſolatq; proferũt ſpinas, ideſt peccata, & crimina fugienda: At vero vbi primũ cibo illo ſua uiſsimo, & pingui refficiuntur, & precioſiſsimo hoc ſanguine irrigantur, ſtatim charitate fulgent, pietate reſplēdēt, caſtitate relucent, jejuniſque præualent, orationibus eleuātur & omniũ virtutũ opullentia incraſſatæ pingueſcũt, quā animarũ per hunc cibũ opullēntiam, & vberem pinguedinē D. Thom. Opuſc. 57. breuiſsimis quibuſdā verbis expoſuit dum huius ſanctiſsimi cibi effectus mirabiles enumerans tradēſque dixit. *Virtutes augentur, & mens omnium ſpiritualium charismatum vbertate impinguatur.*

D. Tho.

Hanc huius diuini cibi impinguādi virtutē ex illis Pſalmiſtæ verbi, *Ex adipe frumenti ſatiat te*, intulit incognitus dicēs. *Dicitur anima adipe, & pinguedine repleri in Sacramento altaris, quoniam in eo totalis gratiæ pinguedo continetur, qua plane reficit nos Deus.* Neque minus euidentur cōprobatur eadem huius diuini impinguandi vis ex verbis Chriſti ſeruatoris eundem diuinũ cibum pollicentis, & inculcantis, ſic enim ait Ioan. in cap. 6. *Sāguis meus vere eſt potus*, quaſi in verbo potandi innuens vbertatē, & copiam gratiarum, quæ ab

Pſal 147

Incognit.

Ioan. 6

A hoc ſalubri fonte dimanat.

Colligitur etiam eadē eiuſdem cibi impiguandi vbertas, ex verbis Pauli Corint. 1. in 3. c. vbi lac, vt potũ nobis infantibus datum ait, quaſi dicat, quāquam ex parte veſtri, qui adhuc infātes eſtis affatim potare nō poſſitis, ſed guttatim,

Paul. Epiſtol. ad Corinth. cap. 3.

Illud verbũ potus, quo vſus eſt Dominus, diuini huius Sacramēti indicat affluētiā.

B & minutatim ipſum lac ſuggere, tanta tamen eſt matris Eccleſiæ vberũ vbertas, & affluentia, vt ipſum lac tāquam aquam vobis ad potandum exhibeat. Quæ autem ſint hæc vbera quibus Mater Eccleſia ſuos alit infantes, & adeo affluēter nutrit, & impimguat, percipient, qui illa Canticorũ

Quænam ſunt vbera quib⁹ mater Eccleſia alit fideles.

C verba ſpiritualiter pōderauerint. *Soror noſtra paruula eſt, & vbera non habet, &c.* Nam in principio ſtatim ſuæ educationis, & natiuitatis, vbera nō habebat Eccleſia, ideſt ſacraria ſacroſancta, quibus filios, quos per gratiam conceptura & patitura erat, aleret, nutriret, & impinguátet? At vero vbi primum diuino ſponſo

Cant. 8.

D Chriſto nupta eſt, quāquam adhuc paruula, ſtatim tamen illi de vberibus prouiſum eſt, ideſt, Sacroſancta habuit ſacraria in quibus hunc diuinum cibum, & prætioſiſſimũ lac, Chriſti ſcilicet, ſanguinē, obſeruat, à quibus infātes

Quando ſancta mater Eccleſia vbera habere cepit, quibus fideles aleret.

fideles

fideles lac affluētur suggim', quæ quidem sacraria vbera de Cœlo plena appositissime appellantur, ab eis enim aluntur omnes fideles, suggūtque Christi sanguinem, qui ad eorum animas reficiendas, & impinguandas aptisſimus eſt.

Sacraria Eucharistia, vbera de Cœlo plena.

Esse autem per lac, quod nobis ad potandum proponitur Christi sanguinem intelligendum docet Clemens Alexandrinus lib. 1. in ca. 6. Pędagogi dicens. *Nihil certe, quod melius nutriat, neque, quod sit dulcius, neque lacte candidius inueneris, est id ita omni ex parte spirituali alimento simile, quod est quidem dulce propter gratiā, nutriens autem tanquam vita: candidum, vt dies Christi, vnde sanguinē Verbi ostensum est, esse tanquā lac.* Hæc Clemens Alexandrin. Scio omnes fere patres, & istius loci expositores per sponsæ vbera, quibus carebat, antequam alloqueretur intellexisse sanctos Apostolos, & reliquos verbi Dei concionatores, per quos sancta mater Ecclesia, tanquā per vbera, doctrinę lac fidelibus præbet. Attamen per eadem vbera sacraria sacrosancta intelligi, á quibus hoc diuinum nutrimētum accipiunt ijdem fideles, non esse abs re cognoscent, qui Alexandrini verba superius adducta ponderauerint: nam si sanguis Christi lac fidelium infantium est, sacraria quibus ipse sanguis cū corpore per cōcomitantiam asseruatur, & á quibus eisdem fidelibus præbetur, vbera procul dubio sunt sanctæ matris Ecclesiæ. Iuuat Theodoreti, eiusdem Canticorum loci expositio: in qua non solum doctrinæ lactis meminit: sed soli di etiā cibi, qualis solus est ille, qui vere cibus est, & vere cibat, & qui in sanctis sacrarijs, tanquam in proprijs vberibus, siue armarijs seruat sancta mater Ecclesia, ad suorum fidelium nutrimentum. Hæc autem sunt Theodoreti verba. *Quando rex sororem nostrā, iā in sponsam est accepturus, quæ parua est, atque vberum expers, cum nec vim habeat prolificam, nec doctrina lac; aut solidum cibum possit, & gentibus sub ministrare, quid facto opus sit nobis est cogitandum.*

Christi sāguis, ecclesia matris lac.

Clemens Alexadr

Sācti Apostoli, & omnes verbi Dei cōcionatores Ecclesiæ Matris vbera.

Itē sacraria in quibus Christi corpus & sanguis seruatur, etiā eiusdē Matris Ecclesiæ vbera.

Theodor

Idem denique huius diuini beneficij impinguandi effectus clarisſime comprobatur in illis diuini sponsi verbis Cāticorum in cap. 5. *Comedite, & bibite, & inebriamini charissimi*, quibus verbis fit ad animas nostras ad actualem gratiæ participationem inuitatio, quę æqualiter cum habituali

Cantic. 5.

Inuitātur fideles ad actualem gratiæ participationem.

In Eucharistiæ sumptione, actualem, & habitualem gratiã cõsecuntur, qui debitè sumũt.

in hoc Sacramento communicatur ijs, qui ad illud debitè præparati accedũt: quæ actualis gratia congruentissimè exprimitur ebrietatis vocabulo, quo saturitas illa, absq; fastidio significatur, & deuotio illa, feruorq; spiritus cũ speciali suauitate, quibus fideliũ mẽtes impinguantur, de qua Psalm. 35. ait Regius Vates. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ.*

Gratia actualis animæ ebrietas. Psalm. 35

Esse autem hęc sponsi verba de hoc diuino ferculo saluberrimoque cõuiuio, de eiusq; impinguandi vi, & incrassandi virtute mirabili intelligenda, docent omnes fere Patres & pręsertim D. Dionys. Areopagita ca. 9. Gregorius Nicænus, Oratione 10. Psellus, & Paschasius Abbas in expositione eiusdem Canticorum loci; dicuntque verba ista, nẽpe, *comedite, & bibite, & inebriamini charissimi*, eadem prorsus esse cũ illis, quæ postea Christus Seruator proprio ore protulit, & habentur apud Matthæũ in ca. 26. apud Marcum cap. 14. Apud Lucam cap. 22. *Accipite, & manducate, hoc est corpus meum*, itidẽ accipiens calicẽ, *bibite ex hoc omnes, postquã verbum*, inquit Nicænus Gregor. *Siue sponsus sponsam suam illis verbis compellauit. Veni in hortum meum, tam deinde proximis sibi, idest, amicis, & charissimis suis mysteria Euangelica apponit, cum ait. Comedite, & bibite: nam ei, qui mysticas illas Euãgelij, voces intelligit, nullum apparebit discrimen inter hec loco posita verba, & institutam ibi discipulorum causa mysterij, celebrationem, etenim consimilibus, & isthinc, & illinc verbis sponsus vtitur, nempe, comedite, & bibite.* Hæc Nicænus Gregor.

D. Dion. Areodg. Gregor. Nicen. Pselus, & Paschas. Abbas.

Matth. Marc. Luc.

Gregor. Nicæn.

Cantic. 5.

Verba autẽ sequentia, de quibus nobis sermo est, nempe, *inebriamini charissimi*, docet etiam Diuus Dionysius, significare (vt iam supra diximus, pinguedinem, & vbertatem, quam qui ad hoc diuinum cõuiuium frequenter debitèque præparati accedunt, experiuntur; *Iuxta hanc sacri conuiuij expositionem*, inquit ille, *etiam ipse bonorum omnium autor Deus inebriari perhibetur amicos, & dilectos propter plenissimam, & quæ omnium intelligentiam superat, diuinæ epulationis perfectissimam, atque ineffabilem immensitatem.*

D. Dion.

A quo inebriãtur fideles in Eucharistia.

Sed siquis in verbo inebriandi, quovsus est spõsus adhãc vberẽ, plenitudinẽ significãdã intellectus pedem offenderit, quia scilicet inebriatio indigesta potius, & immoderata repletio, quã vbertatis pinguido reputatur. Legat P. Hier.

In ebriatio in malã partẽ, sũpta, idẽ est atque vini immoderata repletio. D. Hier.

Ierem. cap. 15. August.

illum Ieremiæ locū in c. 15. exponentē. *Inebriaui animā meam lapsam.* Videat, & P. August. lib. 1. quæst. in Gen. q. 144. Audiat quoque Theodoretū ad hunc quē retulimus Cāticorū locum, vbi ita cōmentatur. *Ista ebrietas tēperantiam, non autē intēperantiam parit: mēbra corroborat, nō autē dissoluit*: audiat etiā eundem, quē superius citauimus Aug. li. 5. de Agone Christiano in c. 6. vbi sic ait. *Hæc ebrietas non euertit mētem, sed rapit sensum: & obliuionem præstat omnium terrenalium.* Legat eundē Dionys. loco superius allegato, vbi sic consonāter ait. *Sicut nostro more indeteriorē partem ebrietas accipitur, estq; repletio immodica perquam mente, & sensu excedimus: ita & in Deo meliorē in partem accipiendo ebrietas nihil aliud est, quam bonorū omniū immensitas, quæ in isto cibo secundū causā præexistit.* Hæc Dionysius: quibus appositissime demonstrat hūc spiritus feruorē, mētis alienationem, & animi vberē pinguedinem, & vbertatē inebriationē appellari, per accōmodationē ad hominū ebrietatem, quæ est nimia cibi, & potus adimpletio.

Theodor. D. Aug. D. Dion.

Quæ sit corporis ebrietas.

Ebrietas in bonam partem acceptaquid sit.

Dulcem hanc, & salutiferā potus huius diuini pinguedinem, satietatem, ebrietatēque

A clarissime innuit Paulus ad Eph. 5. dicens. *Nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed replemini Spiritu Sancto*: quid enim aliud intendit Paulus, dum nō simpliciter dicit, *nolite inebriari vino*: sed statim addidit, *in quo est Luxuria*, nisi clarissimè profiteri esse alium potum lōgē meliorē isto sæculari vino à B quo detestandā ebrietas prouenit pullulantque peccatorū sētes: nam ab isto castimonia omniumque virtutū pinguedo proman at. Ne igitur aliquis existimaret se vberrimi suauissimique huius potus Epheseis austum, siue vsum interdicere verba illa: *In quo est* C *Luxuria*: tanquā differentiam apposuit. quasi innuens imó apertissime declarās esse aliū vinū cuius repletione ad Luxuriā nō prouocamur: sed admirabili iucūditate perfūdimur, spiritalique vbertate impingamur, Christi, nempe, sāguinem, qui in Eucharisticæ mēsæ edulio sub vini specie fideD libus propinatur, quod totum innuit Paulus dum sæculare vinum interdicēs dixit. *Vinum in quo est luxuria*: habent enim emphasim maximam verba illa, *in quo est luxuria*, illis enim non solū indicare voluit Paulus discrimē, quod inter vtrūque hūc potum reperitur, sed

Paul. 5. ad Ephes.

Ab huiꝰ diuini potus ebrietate castimonia promanat.

Dum Paulus vinū interdicit in quo luxuria est, istius salutiferi, potus inculcat excellētiā in quo castimonia ipsa includitur.

diuini huius excellentias á cõtrario sensũ propallare. Ideoque postquam sęcularevinum in quo est luxuria interdixit, istius statim meminit, á quo pinguedo virtutũ promanat, dicẽs., *sed adimplemini Spiritu Sãcto* · vnde apertissime patet Paulum ad hunc potum allu- sisse, illumque inculcasse tanquã proficuum, & salutare dũ alium luxiriosum appellauit.

Ne autem hanc distinctionem, quam inter hunc diuinum, & sæcularem illum potum, ex Pauli verbis intulimus nostram tãtum esse aliquibus fortasse videatur illam D. Cypriani authoritate corroborare laborauimus. Eandẽ namq; ingerit distinctionẽ in suo de operibus Cardinalibus diuini huius potus excellentiam v. bertatemque, á collocatione sæcularis vini commendans, & inculcans dicensque. *Hæc ebrietas non accendit, sed extinguit peccatum; in hoc vino non est luxuria, nec mouetur ad ludũ post hunc potum lasciuia: consupiuit obliuio cuncta carnis ludibria: mira sunt quæ sentit: inaudita quæ loquitur, cuius animam Agnus iste Paschalis in habitat, meri huius fortitudo hilaritate inexplicabili læteficat, & delectat.* Hæc Cyprianus.

D. Cypr.

Diuini potus effectus.

Quod etiam argumẽtum epistola 65. quæ est ad Ceciliũ prosequitur idem Pater dum ibi explicat illud Psalmi 22. *& calix meus inebrians quam præclarus est*, seu vt vertunt alij, *quam peroptimus est*, sic igitur ait Cypr. *Quia ebrietas Dominici calicis, & sanguinis non est talis: qualis ebrietas vini sæcularis, cum diceret spitus Sanctus in Psalm. Calix tuus inebrians: addidit, quam peroptimus est; quod scilicet calix Dominicus sic bibentes inebriet, vt sobrios faciat, vt mentes ad spiritualem Sapientiam dirigat; vt à sapore isto sæculari ad intellectum Dei vnusquisq; resipiscat, & quemadmodum vino isto communi mens soluitur, & anima relaxatur, & tristitia omnis exponitur: ita, epoto sanguine Domini, & poculo salutari exponatur memoria, veteris hominis, & fiet obliuio conuersationis pristinæ sæcularis; & mæstum pectus ac triste, quod prius peccatibus augentibus premebatur diuinæ indulgentiæ lætitia resoluatur.*

Psal. 22.

Cyprian

Diuini sanguinis potus excellentia.

Eandem hanc inter hunc diuinum potum, & sæculare vinum differentiam, colligit Ambros. libr. 5. de Sacramẽt. cap. 2. ex illis sponsæ verbis Canticorum in cap. 1. *Meliora sunt vbera tua vino*: dicens: *meliora sunt vbera eius vino, quia meliora sunt sacramenta*

Cantic. 1. Ambros.

eius

eius, super illud vinum, quod etsi suauitatem habet, lætitiam habet, iucunditatem habet, tamen in illo lætitia, & iucunditas sæcularis, in isto autem tuo potu, & in te iucunditas est spiritualis. Hæc ille, & elagantius adhuc cap. 3. eiusdem libri, eandem ingerit inter sæculare vinum, & hunc salutiferum potum distinctionem, vbi ex illis spōsi verbis, *Bibi vinum meum cū lacte meo*, sic eleganter infert. *Vides huiusmodi potus esse lætitiā, quæ nullius peccati sordibus polluatur, quotiescumque enim bibis, remissionem accipes peccatorum,* & *inebriaris spiritu, vnde,* & *Apostolus ait, Nolite inebriari vino, sed implemini spiritu Sancto: vino enim qui inebriatur vacillat,* & *titubat, hoc poculo, qui inebriatur radicatus in Christo est,* & *ideo præclara ebrietas, quæ sobrietatem mentis operatur.*

Cantic. 5. Ambros. vbi supr.

Prosequitur idem argumētū Laurentius Iustinianus ser. vnico de Eucharistia, dicens: *Semel pro te datum est pretium, sed poculum quotidie consecratur, tibiq; apponitur, vt bibas; bibas, inquam, vt inebrieris non vino, in quo est luxuria, sed amore, sed exultatione, sed iubilo: inebriat profecto calix iste sanguinis Domini ex toto corde diligentem, alienat à se, & copulat Christo, quē sumit: ipsum Dominum audi, dicentem per Prophetam. Et calix meus inebrians, quam præclarus est, fœcundum namque sapientia: fœcundum virtutibus, moribus redimitum, & sanctitate conspicuum reddit, cum dilectione bibentē.* Neque in hac materia despicienda sunt illa, quæ habet noster Paschasius lib. de Corp. & sang. Domini cap. 21. vbi eandem de qua agimus differentiam, quæ reperitur inter hunc, & sęcularis vini potum tradit, dicens: *Fælix fructus vbertatis, ex quo virginitas germinatur, nam in hoc nostri geminis vino castitas corrumpitur, & ab isto virgines procreantur.* Vltimo tandem loco audiendus est iterū Ambr. lib. 1. de Abel, & Caim cap. 5. vbi hanc inter sęcularis vini, & huius suauissimi potum differentiā ponit, & ad Pauli locum superius adductum, alludens, ait: *Hæc ebrietas pudicitiæ custos est: illa vini ebrietas fomes libidinis, quo per carnes vaporantur interna viscera, animus ignescit, caro exuritur.*

Laur. Iustin.

Psal. 22. *Qualē reddat bibentem tuus diuini sanguinis potus.*

Paschas.

Ambr.

Vinum, libidinis, fomes.

ANNO.

ANNOTATIO. CI.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

Demonstratur virtus, quæ ad animas fidelium roborandas in hoc diuino cibo reperitur.

EX hac vberi impinguādi virtute, & bonorum omnium opulētia, qua in hac Eucharistiæ mensa fideliū animas saginari monstrauimus: quasi consecutiuè resultat in eis fortitudo quædam, robur, & vis, qua non solùm inimicis valent resistere; sed illos etiam dimicando superare, & ad supernam vsque Hierusalem securè & feliciter peruenire: de quo quidem robore, vi, & fortitudine ab hoc diuino cibo prouento homilia 45. in Ioan. mentionem fecit Chrysost. dicens. *Ab illa igitur mensa surgamus, tanquam leones ignem aspirantes diabolo formidolosi.*

Chrys hom. 45. in Ioan *Cum ad communionem accedunt fideles, fiunt leone: diabolo formidolosi.*

Hanc eandem vim, robur, & virtutem in fideliū animis ad resistendum, & dimicandum contra iniquas inimicorum phalangas maximè inculcant reliqui Patres, docētque ab hoc diuino cibo illis prouenire; dùm animi integritatē illam, constantiamque inflexibilem, qua sancti Martyres, tyrannos & tormenta superabant, mortemque ipsam, dum in arenam descendebant, despicere consueuerant, huic diuino cibo attribuunt, asserentes ad omnia hæc tormenta, & subeunda, & superanda vires illis ex sacra synaxi prouenire, qua reficiebantur priusquam ad arenā descenderent.

Ab hoc Eucharistico pane, martyrū integritas constātia, & vis ad tormenta superāda.

Quemadmodum & Paschalius Abbas lib. de Corpore, & sang. Christi c. 10. fortitudinē illam, præparatumq; animum ad omnia pro Christo pericula subeunda, quo sancti Apostoli in medio inimicę ciuitatis ipsum Christum cruciaffixum prædicabāt, huic diuino cibo, simul & Spiritus Sancti virtuti tribuere non veretur.

Paschas. Abb. lib. de Corp. & sang. Christi c. 10.

Ab hoc diuino cibo, & ab Spiritus Sācti virtute, robur, & cōstantia Apostolorū.

Hunc etiam ad martyrum constantiam in passione roborandam istius sacrosancti cibi effectum mirabilem in quadā homilia de sancta Blandina Lugdunensi, in sancto Focino eiusdem ciuitatis Episcopo, & martyre inuictissimo comprobat S. Pater Eusebius Emissenus dicens. *Rapitur ad impiam quæstionem grandæuus senex, & plenus dierum Beatus P. Focinus Ecclesiæ huius Antistes, ac post Dominici corporis sacrificiū profanis tribunalibus nouam de se*

Euseb. Em iss. homil. de S. Balbina.

hostiam Christo oblaturus infertur: & senilis infirmitas per iniurias, & afflictiones furentium ministrorum: ita celerem sortitur exitum, vt nunc intelligeres ad tempus illud, soli martyrio reseruatum: & tandem concludit Emissenus dicens: *Corroborātur in Eucharistia piæ mentes.*

IdemEu. seb. *Corrobo rantur in Eucharistia piæ mētes,*

Et optimo quidem iure robur hoc, & fortitudo hęc huic diuino cibo tribuitur, quia cū verus sit cibus vere cibat, vere nutrit, vereque impinguat, & roborat. Vnde apud Isaiam in cap. 3. *robur panis* appositissimè nominatur; soletq; passim cibus fortium à Patribus appellari per figuram Methonymiam, eo quod scilicet reddat homines fortes, seu robustos ad pugnādum aduersus communes animæ inimicos: ita enim ab hoc fundamento eum appellat Hieronymus in expositione capitis 9. Zachariæ Prophetæ, dicens: *Electorum frumentū Christus Dominus est: de hoc tritico efficitur ille panis, qui de Cœlo descendit, & qui confirmat cor hominis, hunc panem comedunt, qui in Christo robusti sunt.*

Isai. 3. *Eucharistia robur panis, & cibus fortium,*

D. Hier.

Christus electorum frumentū

Hanc eandem, de qua loquimur, in animis fidelium ad hostes profligandos fortitudinem, ab hoc diuino cibo prouenire intelliget, qui ad eius saltem vmbram aspexerit: Sacra enim lib. 1. Regum in c. 4. narrat historia, quod quandiu Israelitæ, absenti testamēti arca (in qua manna huius sub-stantifici panis vmbra claudebatur) aduersus hostes bellū inirent, ab illis vulnerati, cęsique caderent. Cum verò eandem arcam præsentem intuerentur, hostes suos viriliter superarent. Si igitur vmbræ virtus, & superandi inhæsit fortitudo, quanto magis in ipsa veritate reperietur? Reperiuntur quidem experti, reperiuntur: & cum hoc diuino cibo muniuntur, tanquam fortissimis quibusdam tellis, loricisque cōtecti aduersus inferni phalangas in arenam descendunt, in cuius veritatis comprobationem S Patr. Ioan. Chrysostom. tāquam expertum testē iuuat adducere, qui Homil. 24. in 1. Pauli ad Corinth. sic ait: *Eucharistia animæ nostræ vis est; nerui mentis, fiduciæ vinculum, si hinc hoc sacrificio muniti migrabimus, maxima cum fiducia sanctum ascendemus vestibulum, tanquam aureis quibusdam armis vndique contecti.*

1. Reg. 4

Huius sacrosancti cibi figura vires Israelitis inferebat

Ioannes Chrys.

Eucharistia, animæ vis. Nerui mētis fiduciæ vinculū.

Nouit & hanc ad hostes superandos virtutem huic diuino cibo inesse Angelicus Doctor dum in Hymno quem in laudem tanti huius edulij cō-

posuit

posuit sic non minus congruenter quam deuotè decătauit.

D. Tho.

O salutaris hostia,
Quæ cœli pandis hostium
Bella premunt hostilia,
Da robur, fer auxilium.

Nouit Bernard. noster, seque in aduersitatibus, securum, & in tribulationibus fortem præ dicat, ex eo, quod si eis virtus ad illis resistendum deficiat, ab hoc diuino cibo se accepturũ securè confidat, sicque ait. *Cũ defecerit virtus mea non conturbabor, non deficiam, scio quid faciam. Calicem salutaris accipiam.*

Bernard in Cãtic

Neque solum ad inimicos superandos robur, & fortitudinem ab hoc diuino pane accipimus, verum & ad istius peregrinationis viæ, qua peregrinamur á Domino iter securè viriliterque conficiendum vires consequimur, quòd certè in illo Eliæ euentu, Regum 3 cap. 19. per quam maximè comprobatur, qui cum iam deficientibus viribus lapsus in cederet, neque ad accliuẽ mõtem valeret ascendere; præstito sibi ab Angelo pane, vires statim recepit mirabiles, *& in fortitudine cibi illius ambulauit vsque ad montẽ Dei Oreb.* Quẽ sacræ scripturæ locũ, Propheteq; euentum omnes ferè Patres intelligunt, exponuntque de vi, robore, & fortitudine,

Confert hoc diuinũ sacramentum vires ad iter in patriam conficiendũ.

3 Reg. 19

A

quam diuinus iste, & supersubstantialis panis ad gloriam consequendam fidelibus impartitur: & præsertim S. P. Hieronymus qui (vt in epistola de eius obitu ad Damasum refert Eusebius) dum idẽ gloriæ iter aggreditur, ægretitudine lapsus ab eodem humilissimè vires exposcens, sic complicatis genibus precabatur.

D. Hier. in epist. de eius obit. ad Damas. P. *Eucharistia nostræ Peregrinationis viaticum.*

B

O sacrum peregrinationis nostræ viaticum: quo de hoc nequam sæculo peruenitur ad cœlestis Hierusalem consortium? Patres nostri in deserto manna comedentes non peruenerunt ad terram promissionis, qui vero te comedit in fortitudine tui ambulabit vsque ad montem Dei Oreb. Hæc Hieronymus. Suffragatur S. P. Gregor. Nyssen. orat. 10. in Cant. qui dum nos ibi ad hunc diuinum panem edendum inuitat, sic ait. *Nostra ad hunc panẽ edendum præparatăda sunt corda, vt tali epula refecti, ad altiora in fortitudine illius transeamus.*

C

Greg. Nicæn. in orat. in Cãtic.

D

Si igitur istius cœlestis panis sola vmbra (vt visũm est in Elia, & in Arca) vires, fortitudinemque confert, quomodo verus & non typicus, aut adũbratus panis, qui verè cibus est, & verus cibus, vires non conferet, roburque fidelium animis; ad communes hostes debellandos, & ad cœlestem

patriam

patriam obtinendam non præbebit? Præbet certè, & verè præbet, ab illo enim omneno-strarum animarum fulcimentum dimanat, vt S. P. Ambr. lib. de Sacramētis testatur, dicens. *Iste panis est vita æterna, qui animarum nostrarum substātiam fulcit.*

D. Amb.

A

Neque sanctum P. Hieronymum de eodem argumēto iterū audire grauabit, qui dū illud Ezechielis in c. 4. exponeret. *Ecce ego conteram baculū panis,* obiter adducit illud Ps. 103. *& panis cor hominis confirmet*, intelligitque & explicat de robore, & fortitudine, quā verè, & debitè communicantes hunc diuinū cibum ab eo accipiunt, aitque. *Nihil vescētis animum ita roborat, quomodo panis vitæ, de quo scriptum est. Et panis cor hominis confirmat.*

B

Ezech. 4.

Psal. 103.

C

D. Hier.

Hæc autem fortitudo, robur, & vis, quæ ab hoc diuino substantificoq́; edulio prouenit, tanta est, vt non solū animas fulciat, verum & corpus ipsum roboret, vt oratione 19. de laudibus Patris sui expressè testatur Greg. Naz. de eodem Patre sene, & languido affirmans, quod cum iam ita senesceret, vt nullo alio cibo vesceretur, sola sancta Liturgia nutriretur, & robur acciperet, etiam corporale.

D

Grego. Naz.

Qui autē plura de hoc argumento desiderauerit, legat sanctum P. Laurentium Iustinianum ser. vnico de Eucharistia, in quo multa non minus pia, quàm proficua reperiet, quibus huius diuini cibi effectus mirabiles maximè cōprobantur.

Laur. Iustin.

ANNOTATIO CII.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

Inquiritur, redditurq́; causa cur iste impinguandi, & roborandi effectus istius diuini cibi in omnibus, qui illum comedunt pariter non resultet.

Qvanquam duarū antecedētium annotationū materia absq́; vlla sit dubitatione tenēda, nēpe ab hoc diuino cibo animas edentiū impinguari, ab eoque vires ad cōmunes inimicos superādos assumere, quia tamē multos, qui hoc diuino alimēto frequenter vtuntur, imbecilles, macilentos, & debiles incedere videmus, vnde hoc proueniat, siue à quo mirifici huius diuini cibi effectus impediantur necessarium duximus inquirendum.

Sanctos igitur Patres audiamus

mus, à quibus non solū huius miserandæ calamitatis causas accipiemus, verū & modū rationesq;, quibus tantum malū vitare valeamus, vt huius salutiferi cibi effectus mirabiles in omniū fideliū mētes animosq, refulrēt: neutiquā enim asseuerare fas erit maceriā, inertiāq, illā, qua multi, qui hoc diuino cibo frequenter vtūtur affecti sūt, ab illo aliqualiter dimanare: vt enim in suo de operibus Cardinalibus nō minus deuotè, quam doctè annotauit Cyprianus. *Sacramēta, quantū in se est, sine propria virtute esse non possunt, nec vllo modo ab eis diuina se absentat maiestas: sed quāuis ab indignis se sumi, vel cōtingi sacramēta permittant, nō possunt tamē spiritus esse participes, quorū infidelitas, vel indignitas tātæ sāctitudini cōtradicit. Ideoq; alijs sūt hæc munera, odor vitæ in vitā: alijs vero odor mortis in mortē, quia omnino iustū est, vt tāto priuētur beneficio, gratiæ contemptores: neque in indignis tantæ gratiæ puritas sibi facit mansionem.*

D. Cypr. in libr. de operibus Cardin.

Qui hoc diuino cibo vescūtur simul cum carnis illecebris non proficiūt, quia voluptatum impuritas illi sibi puritati contradicit.

Quando ægrotus aliquis stomachū crassis crudibusque humoribus repletū gerit, quāquā electissimis quibusq; cibis vescatur, nullum tamen nutrimēti incremētū accipit, quinimò cibos iterum statim eructando marcescit, paulatimq; eneruatur, & desidet, quod ab electis cibis, quibus vescitur certè nō prouenit; sed á cruditate, & malitia humorū, quibus repletus est. Quod itidē illis cōtigit, qui hunc electorū regale frumētū sæcularibus voluptatib⁹ repleti, & inuoluti comędere ausi sunt; qui ideò non solū nō impinguantur, neque robur accipiunt, verū etiā imbecilles redduntur & desides, quia videlicet *in illis* (vt loquitur Cypr.) *tantæ gratiæ puritas mansionem non facit*: quæ si tranquillū, & sedatum, ab omnique sæculi voluptate alienum, & purgatum animi sinum inuenisset, mirum in modum impinguaret, roboraretque edentiū animas: quia tamen māsionem in similibus non facit, ideó de illius participatione nihil accipiūt, vt serm. 2. de Resurrectione Domini, doctè & piè prosequitur Guarricus noster dicens, *Qui post acceptam gratiam ad vomitum suum reuertitur, diuitias quas deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus, vel certe panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidū intrinsecus: quia nimirum gratia percepta, in pœnam conscientiæ vertitur, cum sanguis testamenti, quo sanctificatus quis fuerat pollutus ducitur, & spiritui gratiæ contumelia irrogatur: hoc contemptu, & nausea*

Guarric.

Istius diuini cibi dulcedo in animis vitijs repletis, in fel vertitur.

diui-

diuitiæ deuoratæ euomuntur: ita vt de eo qui huiusmodi est, dicatur, non remansit quicquam de cibo eius: & propterea nihil remanebit de cibo illius, videat ne forte & ipsum terribilis ista perstringat sententia, qui cum per gratiā deuotionis repletus fuerit in bonis domus Dei, nihil prorsus ex illis retineat, vt memoriam abundātiæ suauitatis diuinæ nobis eructet, non saporem in sermonibus, tanquam gustum in faucibus, nō virtutem in moribus tanquam succum in visceribus: sed dum statim totum per ignauiam, vel scurrilia remouet, gratiam sibi in iram conuertat, prorsus in iram & iram terribilem, si in ipsum cadat, quod Scriptura ibidem contexuit dicens. Cum satiatus fuerit, artabitur. Hęc omnia Guarricus noster, & multa alia quibus clarisimè probat, demōstratque. Ideó nonnullos qui hoc pingui cibo vtuntur non impinguari, quia impediūtur á peccatorum humoribus, & á nociuis cogitationibus, quibus vel repleti sunt, cum mādu̅cant, vel statim post manducationem replentur. Vnde vt cum prouentu diuinū hūc cibum accipias, necessariū est, vt animi sinum prius expurges, non sinit enim improbus humor augmentū capere valetudinis, neque peccatū gra-

A

tiæ incrementa recipere, vndêoptimè consulit Iustinianus Laurentius serm. de Eucharistia dicens. *Nunquam cibum istum fastidies, si illum purgato corde percipies, mentis itaque receptaculum ab omni cogitatione, & affectione noxia munda, atq; cum humili deuotione Domini sacramenta manduca, tunc enim ex spirituali valetudine, ex diuina dulcedine resumendi profectum eius elicies, si ea purgato corde percipies.*

Laurent. Iustin.

B

Prosequitur idem argumētum P. Ioan. Chrys. hom. 28. in cap. 1. 1. epist. ad Cor. dicēs: *Magnum nefas est, quod homo hunc cibum tangat absurdis cupiditatibus impeditus. Unde Paulus ait, iudicium manducare, & bibere.* Tunc Paulū interrogat Chris. aitque, *Quid dicis ó Paule? dic quaso, tantorū bonorū causa, & quæ vitā exhibet mensa iudicium fit?* & statim pro Paulo respōdit Chrys. dicēs, *Minimè propter eius naturā, sed propter accedentis voluptatem:* ex quibus optimè clareq; percipitur causa, ob quā hic huius diuini cibi impinguādi, & roborādi effectus in omnibus pariter non resultet,

Ioannes Chrys.

Diuinum hunc cibū indignè tangere; grande nefas.

C

Quod omnibus sumentibus non proficiat cibus iste, nō ab illo, sed ab indebite sumentis impuritate prouenit.

D

Sed quia mens nostra plus euidentia, quam speculatione quiescit, hoc idē impedimentum in Iuda traditore ad ocu-

Iudas viscera euomuit, quia hunc diuinum cibũ impuré percepit.

lum mõſtremus, qui dũ auaritiæ repletus humore, cibum iſtum ſumpſit ſanctiſsimum, ſtatim á menſa euomendo receſſit, neq; á vomitãdo quieuit, donec ipſam animam vomitaret. Quod tractat. 26. in Ioannem doctè proſequitur Auguſt. dicens. *Effectus iſte impingandi, & in gratia augendi cõſequitur eos, qui cum debita pietate, & reuerentia Chriſti Corpus ſub Sacramento Eucharistiæ ſumpſerint: non enim buccella Dominica venenũ fuit Iudæ, & tamẽ accepit, & cũ accepit, crepuit medius, non quia malum accepit, ſed quia bonum, male malus accepit.*

Aug.

Quos cõſequatur huius diuini cibi impinguandi & roborãdi effectus

Ex quo iã clariſsime patet hunc im pinguandi, & roborandi huius Dominici cibi effectum, ex mala animæ aſſumẽtis valitudine impediri, vt etiam expreſſis verbis oſtendit Nicænus Gregor. dũ cauſam reddit cur idem manna quibuſdam delectamentum, quibuſdã vero nau ſeam afferebat. *Mirabilis* (inquit Nicęn. in vita Moyſis, & loquitur de vero pane, ideſt, de Chriſti corpore ſub panis ſpecie cõtento, non autẽ de mãna) *ſine agricultura panis varietate qualitatis ad ſuſcipientium habitudinẽ virtutem ſuam commutat.*

Gregor. Niſſen.

Manna in deſerto, quibuſdam, delectamẽtũ, quibuſdã vero nauſea, & tadium.

Duabus (ſi aduertimus) maxime de cauſis vnuſquiſque ægrotus optimã valetudinẽ, vires, roburq; nõ cõſequitur, vel ſcilicet, quia remedia non admittit: vel quia ſimul cũ pharmacis, & electis potionibus, cibiſq; á Doctore præſcriptis, venenoſa quæq; cruda, & nocẽtia ſimul commiſcet: neque á vetito cibo abſtinere proponit. Quod itidem illis contingit, qui interna animæ febri æſtuant, & ſpiritualiter (vt ita dicamus) infirmantur, quomodo namque vires recipiẽt, ſi prius remedia, quibus febris expellitur, non admittũt? ideſt, quomodo hoc ſãctiſſimo pharmaco, Chriſti nẽpe ſanguine, & hoc ſanctiſsimo cibo, ideſt, Chriſti carne, conualeſcẽt vires recipiẽt, & impingabũtur, roborabũturq;, ſi prius á peccatis animæ ſinum nõ euacuãt, ac extergũt? vbi venæ ſciſiones? vbi confeſsionis pharmaca? vbi cibi amaræ pænitẽtiæ potiones? hæc ſi deſũt quomodo ſalutaris Chriſti cibus, quomodo eius ſãguinis potio ſingularis ab eodẽ, tãquã noſtrarũ animarũ medico peritiſsimo præſcripto, ad optimam valetudinem conſequẽdam prodeſſe poterit? Dolẽter certè hãc periculoſã cæcitatẽ plorat Origenes dum ponderat illũ optimẽ Doctoris aphoriſmum ad Corinth. 1. in cap.

Corporalis valetudinis duo impedimenta.

Spiritualis valetudinis, duo etiam impedimenta.

11. *Pro-*

Origen. *Pauli aphorismus, de interna animi sanitate, mediante hoc cibo, cōsequenda.*

11. *Probet autem se ipsum homo & sic de pane illo edat, & de calice bibat:* *anima tua*, inquit, *ægrotat, & peccatorum langoribus vrgetur, & tu securus es,* & *contemnis gehennam; iudiciū Dei paruī pendis, & commonentem te Ecclesiam despicis, communicare non times corpus Christi accedens ad Eucharistiam quasi mundus, & purus, quasi nihil in te sit indignum, nec recordaris illius, quod scriptum est. Propter hoc multi infirmi, & imbecilles, idest, qui se metipsos non examinant.* Hæc Origines.

S. Basil. *Aphorismus à D. Basil. præscriptus, ad sanitatē salutē consequendam.*

Circa eundem Pauli aphorismum loquitur Magnus Basilius hom. 1. de Baptismo, regulamque præscribit huiusmodi infirmis dicens. *Oportet accedentem ad corpus, & sanguinem Domini, nō solum purum esse à quouis inquinamento carnis, & spiritus, sed vt ostendat in vita memoriam eius, qui pro nobis mortuus est, in eo, quod mortificatus peccato, mundo, ac sibi viuit Deo.*

Exod. 12. *Quid in lactucis agrestibus, cū quibus agnus typicē comedebatur significatū fuit.*

Huius curationis methodus fuit olim in lege præscripta, dum agnus huius diuini cibi typus cum agrestibus lactucis manducari iubebatur, amaritudo enim agrestium lactucarū, amaras pænitentiæ potiones, quas requirimus, ostendebat, vt Hom. 22.

A

S. P. Noster Gregor. obseruat dicens. *Lactucæ agrestes valde amaræ sunt ideoque carnes agni cū lactucis agrestibus sunt edēdæ, vt cū corpus Redemptoris accipimus, nos pro pecatis nostris cū fletibus affligamus, quatenus ipsa amaritudo pænitentiæ abstergat à mentis stomacho peruersa humorem vitæ.* Hæc ille.

P. Greg. *Cur cum agrestibus lactucis comedebatur agnus Paschalis.*

B

Egimus adhuc de priori impedimento propter quod hic impinguandi huius diuini cibi effectus in omnibus pariter non resultet, egimus, & de remedio tanto malo conuenienti, de amaris nempè potionibus; & de pænitentiæ pharmacis; restat nunc agere de secūdo, & de his, quæ ad animæ sanitatem maxime concernunt, necessarioque requiruntur, ad hūc impinguandi, & roborādi effectum cōsequendū, quēadmodū namq; ad corporis sanitatē cōsequendā, viresq; resumēdas sola amara potio, venæq; scissiones nō sufficiūt, sed necessario requiritur abstinētia á nociuis; ita adhūc roborādi effectum conseqnendū peccatorum expiatio, & amarus haustus non sufficit, si malæ operationis terminus non sequatur: Qui enim cum præscriptis á medico cibis venenosa fercula commiset perfectā valetudinē nō cōsequitur.

Agitur de secundo remedio, ad internam animæ valetudinē, per hūcdiuinū cibū consequenda.

C

D

Io. Chrysost.

Attendite autem, quæsumus, quomodo, & quibus verbis, peccatores, qui ita se gerunt, vt á nociuis non abstineant, id est, á flagitijs, & peccatis, Homil. 17. in epist. Pauli ad Hebræos alloquatur Chrys. *Dic mihi*, inquit, *si saluus factus es ab ægretudine magna, & longa, & iterum te illis mortificatoribus cibis tradas, nonne primũ laborem perdes? Sanctis hæc sancta concessa sunt.* Hæc Chrys. Idemque argumentum prosequitur homil. 5. in 1. ad Tim. epist. dicés, *Quoties morbi, quoties detrimenta, quoties luctus, calamitatesq́; contingunt, huius rei gratia fiunt, quod Paulus signanter expressit, dicens. Ideò inter nos multi infirmi, & imbecilles, &c.* Cui suffragatur Origenes loco superius allegato, dicens. *Quare multi infirmi, & imbecilles? Quoniam non se ipsos examinant, patiunturq́; quod febricitantes pati solent cum sanorum cibum comedunt, sibi metipsis inferentes interitum* (morrem porque não guardão a boca.) De quibus optimè Cyprianus serm. de Cęna Domini. *Si cum calice Christi, de calice Dæmoniorum communicant, contumelia est non religio.*

Idẽ Ioãnes.

1. ad Cor. c. 11.

Orig. vbi sup.

Cypr.

Vt igitur tanto malo obuiare valeamus ad Alexandrini Clementis doctrinam, quã lib. 1. Pædag. in c. 6. tradit, aduertere necesse est. Vbi per cõparationem ad simplicitatem stomachi infantis, qui solo puro, & simplici lacte nutritur, docet, quomodo hunc cibum diuinum proficuê accipiamus dicens. *Nutrimentum est lac Patris, quo solum aluntur infantuli, ipse vtique qui est dilectus, & alter noster, verbum effudit pro nobis suum sanguinem, salutem humanæ naturæ afferens; per quẽ qui in Deum credimus ad mãmillàm Patris, quæ curarum obliuionem inducit, nempe verbum, confugimus: ille autem solus, vt est consentaneũ, nobis lac dilectionis infantibus suppeditat. Ijque vere sunt beati, qui hanc lactant mãmillam: & ideo Petrus dicit. Deposito ergo omni vitio, & omni dolo, & simulatione, & inuidia, & detractione, tanquam nuper nati infantes verbale lac concupiscite, vt in ipso crescatis.*

Clem. Alex.

Incarnatum Verbum, Patris lac, & fidelium nutrimentum.

Verbum Patris mamilla curarũ obliuionẽ inducens.

Qui hanc in Eucharistia lactant mamillã, beati.

Petrus in epist.

Quid faciendum, vt lxint mãmillæ lac proficiat.

Vt autem ab alio fundamẽto monstremus, cur hic huius diuini cibi impinguandi, & roborandi effectus, in omnibus, qui illo vescuntur pariter non resultet: aduertendũ est, Christum Dominum, qui nobis sub panis specie porrigitur in hoc edulio, in multis S. Scripturæ locis, tam noui, quám veteris testamenti *petram*, siue *lapidem* nominari, & præsertim apud

Christus lapis, siue petra.

Isai. c. 51. Daniel. Psalmist. Paulus. Petrus.

Isaiam c. 51. apud Daniel. c. 2. apud Psalmist. Psal. 117. apud Paulum ad Ephes. 2. & 1. Corinth. c. 3. Apud Petrum 1. sua Canonica c. 2. & multis alijs locis. Quo supposito, quæsumus aduertatis, quam vehemens, quanque accensus ignis ad conterendos, decoquēdosque rigidos lapides requiratur, nam si tepidus fuerit ignis in quem lapis inijcitur, illum non solum non conteret, aut emolliet: verum ab eodem suffocabitur, & extinguetur. Quia igitur (vt ipse veritatis auctor Christus Matthæi. 24. testatur) *refrigescit charitas multorum*, tepidusque redditur feruor, & conscientiæ flāma, tepideque ad hunc lapidē pretiosum deglutiendū multi accedunt, ideó nō solum mel, & oleum, quo impinguentur de petra non sugunt, sed infirmi, & imbecilles reddūtur, & ab ipso lapide obruuntur, & suffocantur. Nō igitur prouenit ex parte huius diuini cibi, quod non inpinguentur, & augmentum, roburque accipiant omnes, qui communicāt, sed ex eorum prouenit spiritus frigiditate, & tepiditate. Vnde non minus salubriter, quam piè Homil. 24. in Epist. 2. Pauli ad Corinthios aduertit Chrysost. frigidam ad hāc mensam accessionem periculosissimam esse. Quia igitur multoties euenit, vt animalis homo non percipiat, quæ Dei sunt (vt 1. ad Corinth. c. 2. loquitur Paulus) sineque debito charitatis ardore ad hunc lapidem degluttiēdum accedat: ideo illud euenit, quod vaticinatum est. *Bestia, quæ tetigerit montem, lapidibus obruetur.* Quē locum de his, qui ad illum lapidem, indebitè accedunt, qui de monte sine manibus scisus est, intelligit idem Chrysostomus hom. 3. in epist. ad Ephes. dicens. *Vsque adeo censentur indigni montis illius ascensu, idest, sacra communione, vt lapidibus obruantur.* Quam fugiendam cęcitatem, frigidamque accessionem in expositione cap. 5. Euangelij Ioannis per quam maximé admiratur Rupertus nost. dicēs. *Maxima admiratione dignū est, quod panis viuus, & verus, & secundū se vitalis, atq; suauis secundum istos lapis, & petra sit, lapis vtique offensionis, & petra scandali, ita vt offendētes, in illam conquassentur, & eodem desuperueniente conterantur, & sic eodem quo ad vitam nutriri pane debuerant, tanquam duro lapide offensionis vsque ad mortem scandalizentur.*

Matt. 24. *Cur multi qui ad petramChristū in Eucharistia accedunt, mel ab eo non sugūt imò ab ipso obruūtur.*

Chrys.

Frigida ad Eucharistiæ mēsam accessio periculosa. Paul.

Deut. 19. Paul. Hebr. 12.

Chrys.

Rupert. in expos. c. 6. Ioan.

Christus in Eucharistia, Iudæis, petra scandali.

Id ipsum, quod nunc assignauimus impendimētum, nē

pe, charitatis frigiditaté eiusque tepetudinem, serm. de Cœna Domini asignat S. Pat. Cyprian. dum discrimen ingerit, inter illos qui vere, & vt fas est, hũc sacrosanctũ pané participant, & eos, qui indigne sumunt. *Qui verbo tenus,* inquit, *corde sicci, & mente aridi sacris participant donis, lambunt quidem lapidem, sed inde nec mel sugunt, nec oleũ, quia nec aliqua charitatis dulcedine, nec Spiritus Sancti pinguedine vegetantur, nec se iudicãt, sed sicut cibis cõmunibus irreuerenter sacris vtũtur muneribus, & in mensa Dominica iniusté se ingerunt, & impudenter, quibus melius erat mola asinaria collo alligata mergi in pelagus, quam illota conscient a de manu Domini buccellam accipere, qui vsque hodie verissimũ, & sãctissimũ corpus suum creat, sanctificat, & benedicit: & pie sumentibus diuidit.* Hæc Cyprianus.

Cyprian.

Qui corde sicci, & verbo tenus lapidẽ Christum in Eucharistia lambunt, ab illo mel nõ sugunt neque oleum extrahant.

Ex his ergo, quæ allata sũt iam patet ratio, & causa, cur nonnulli, qui hoc diuino cibo frequenter vtuntur pingues non reddantur, neque fortes, quemadmodũ illi, qui debito charitatis ardore feruidique manducãt. Isti enim quanquã petrã mãducẽt eo tamé vigẽt charitatis ardore, vt sugere valeãt mel de petra, aquãque de saxo durissimo, qua impingantur, & delectantur. Illi vero qui absque isto charitatis ardore frigidè, & indebite ad petram accedunt deglutiendam, non solum hanc pinguem dulcedinem nõ percipiunt, verum, & ab eodem lapide, conquassati obruuntur, & decidunt. Bestia enim quæ tangit mõtem lapidibus obruta conquassabitur.

Qui debito charitatis ardore, hunc diuinum cibũ accipiunt, de durissima petra mel sugunt, oleumque extrahant.

Deut. 19.

Huc expectat illud, quod Prouerbiorum 31. dicitur de anima iusti *panẽ otiosa nõ comedit*, nam qui cibo aliquo rigido, & multum substantiæ continente vescitur, si otiosus permanet, neque actione aliqua laboriosa exercertur (*Se não fas exercicio*) cibum non digerit, ac proinde periculum valetudinis incurrit: quæ igitur anima laboribus, & pietatatis operibus exercetur, hæc diuini huius cibi esu mirum in modum impinguatur: quæ vero hunc panem, qui valde substantificus est, otiosa comedit, marcescit, eneruatur, & tandem perit. In hunc enim sensum, hunc Prouerbiorum locum exponit Hieronymus dicens. *Panem otiosa non comedit anima, cum sacrificium Dominici corporis percipiens, studet imitari actu, quod in mysterio celebrat, multum solicita ne indigne* panem

Prou. 31.

Anima, quæ pietatis, & pœnitentia, ac misericordiæ operibus exercetur, eucharisticũ panẽ otiosa nõ comedit.

Aliter vero, quę vitijs vacat

Hieron. in expos. loc. Prouerb. 31.

panem Domini comedendo: & calicem bibendo, iudicium manducet, & bibat: sed vt patiēdo pro Christo, ac lacrimas fundendo, bonis quoque actibus insistendo, passionum ipsius exempla, quantum valet sequatur.

Neque tandem prætereundum duximus illud, quod omnes fere patres circa illum Cāticorum locum in capit. 5. de quo à nobis satisfusè superius actum est, annotaruut. *Comedite, & bibite; & inebriamini charissimi*, hunc, nempe sacrosāctum cibum dilectis tantum, ac sponsi charissimis præparari, & exhiberi, illosque tantūmodo ad eius esum inuitari, & non eos de quibus iure dici potest, quod eiusdem sponsi sint inimici. Quod præter cæteros annnotauit Pselus dum sic locum exposuit. *Quicunq; estis operibus fratres, seu amici mei, & proximi mei, corpus meum comedite, & sanguinem bibite meum.* Quod adhuc clarius noster Paschasius exposuit dicens. *Iste cibus non nisi solis amicis, & fratribus porrigitur, vnde sponsus adhortatur dicens. Comedite, & bibite, & inebriamini charissimi*, quam etiam expositionem amplectit Garricus Abbas, sicq; proloquitur, ser. 2. de Resurrection. *Inuitat ipse Agnus Pascalis solum amicos ad dilitias corporis, & sāguinis sui, ideoque ait inebriamini charissimi.*

Cantic. 5

Ad Eucharisticā me usam solum inuitantur dilecti amici, nam eius panis, amicorum est

Paschas.

Garric. Abbas.

A

B

C

D

Ad vberem igitur omniū bonorum abundantiā perfruendam, quæ ad huius diuini cibi esum consequitur, nō omnes inuitantur, neque ex consequenti omnes isto diuino cibo impinguantur, sed ij duntaxat qui charissimi sunt: quos ve sponsus ipse amores suos appellat, nam vbi communis legit. *Inebriamini charissimi*, vertunt septuaginta: *Inebriamini amores.*

Cant. 5.

Vnde iam licet colligere, quod si cibus iste amicorum tantum est, & intime diligentium, & dilectorum, quomodo, qui Christi conuiuātis inimici sunt, eiusq; legis frāgūt, & spernūtur, hoc diuino edulio vere reficientur, & impinguabuntur? quomodo si cibus fortium est, & charitate æstuantium, ex illo debiles æsfeminati, & tepidi, robur, pinguedinemque accipient? Si est cibus grādiū, quomodo illi, qui non euacuauerunt, quæ erant paruuli hoc diuino cibo augebuntur, & crescent?

Non recipiunt ab hoc diuino cibo improbi fortitudinē, neq; desides: quia cibus, & amicorū, & fortiū est.

Non percipiūt itē, qui nō euacuāt, quæ sunt paruuli, quia cibus grādium est.

Cum igitur homo se ipsū probauerit cum charitate viguerit, cum quæ sunt paruuli euacuauerit: Cū amicus Dei factus fuerit tunc hoc diuino

cibo mirabiliter impinguabitur tunc ab hoc esu robur accipiet: Comminãdo enim Dominus comminatus est: Esayæ 62. & interdicẽdo interdixit, vt ab huius mensæ esu abstinerẽt, qui amici nõ sunt. *Iurauit* testatur Esayas, *Dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ: Si dedero triticum vltra cibum inimicis tuis, & si biberint filij alieni vinum tuum in quo laborasti: qui congregant illud comedent, & laudabunt Dominum: & qui comportant illud bibẽt in atrijs sãctis meis.* Quẽ locum de hoc diuino cibo, & potu intellexit S. P. Hieronymus dum exposuit. Et Origenes hom. 13. in Leuiticum dũ ait. *Cibus iste Sanctus non est cõmunis omnium, neque cuiusq; indigni, sed Sanctorum.* Quin etiã & idem Hieronym. in expositione cap. 1. Epistol. ad Hebræos vbi sic ait. *Triticum, & vinum, corpus Christi, & sanguinem eius significabant, vnde illud Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus: hoc hodie non sumitur ab hæreticis, paganis, Iudæis, & inimicis, sed ab amicis, id est, à veris Ecclesiæ filijs, & amicis.*

Esay. 62. — *Eucharistica cibus solũ amicorũ est.* — Hieron. Orig. — Idẽ Hier — Ioan. 6. — *Est Ecclesiæ filiorũ propriũs (?) edit.*

Quod si qui sint amici; & charissimi, qui hoc diuino edulio, vere reficiuntur, & impinguantur, scire desideratis à patre Laurentio Iustinian. adiscite, ipse enim docet serm. de Eucharistia dicens. *Amici illi nũcupantur, qui diuini timoris lege constricti, cõditoris sui conantur optemperare mandatis, qui aliena non ambiunt, sobrie vtuntur cõcessis, miserentur cum hilaritate, atque cælestibus terrena postponunt: Charissimi vero sunt dicti, quia spreto sæculo, calcatis carnis illecebris, toto mentis annixu perfectionis itinera gradientes: cælestis sponsi castis fruuntur amplexibus: hi internis delitijs abundãtius locupletati, quam cæteri, charitatis dulcedine frequentissime debriantur dum sacramentali copula sponso suo sunt iuncti.*

Laurent. Iustin. — *Qui sint amici, qui hoc diuino cibo debitè sumẽtes impinguantur.* — *Qui item Charissimi sint.* — *Charissimi adhuc suauius percipiunt hoc cibo dulcedinẽ abũdãtiusque impinguãtur, quãm cæteri.*

Quam vehemens autem sit dilectio inter illos, qui veri sponsi Christi, veri amici sunt, & inter ipsum Christum sponsum, qui se in hoc edulio illis præbet in cibum, quamtũq; sit desiderium, tàm illius, quam illorum se se adinuicem cõmunicãdi, optime significat Pater Ambros. dum de vnoquoque illorum, ac de Christo illud Canticorum 1. *Osculetur me osculo oris sui*, exponit, aitque his verbis significari intimum desiderium, quod tam Christus, quã eius dilecti, ac charissimi habẽt ad mutuos amplexus, atq; oscula crebra adinuicem infigenda: *vis*, ait

Quãtum sit amicis desiderium inter Christũ, & fideles sese cõmunicandi, & vniendi. — Cani. 1.

Ambros.

Ambrosius, *hæc verba ad Christum aptare? nihil gratius, vis ad animā tuam? nihil iucūdius: videt te Christus, mundum esse ab omni peccato, quia delicta detersa sunt, ideo te Sacramentis cælestibus dignum iudicat, ideo inuitat ad cæleste conuiuium dicens. Osculetur me osculo oris sui: tunc anima tua vidēs se ab omnibs mūdatam esse peccatis, & dignam, qua ad altare possit accedere, tūc ait, osculetur me osculo oris sui, hoc est, osculum mihi Christus infigat.*

Amoris nuga, inter Christum, & animā instam.

ANNOTATIO

CIII.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

Illuminandi effectus, qui ab hoc diuino Sacramento procedit, demonstratur.

QVod vltimo tādem loco de huius munificentissimi beneficij excellētia, demōstrandum proponitur, est ille effectus, quem habet illuminandi fidelium mentes: qui

A quidem illuminandi effectus, si aliquibus sacræ scripturæ vmbris esset innuendus, illud erat maxime obseruandum, quod primis parentibus contigit, qui vbi primū vetitū pomum degustarunt, statim adapertis oculis suam nuditatem conspexerunt. ait enim scriptura:

B *Tulit mulier de fructu, & comedit, deditque viro suo, & comedit, & aperti sunt oculi amborum*: quod proculdubio (vt aduertit Oleaster) de oculis interioribus intelligendum est, cum corporeos adapertos iā antea habuissent: ait enī ibi sacer cōtextus, quia ex eo, quod viderit cōmunis mater, quod

Genes. 3

Oleaster

C bona esset arbor ad vescendū, fructū apprehenderit, ex quo iam sic licet inferre: si in illo vetito pomo per innatam à creatore virtutem ad illuminandum potentia fuit, quāto maiori cū ratione in hoc Christi carnis esu non vetito, sed

Per vetiti pomi manducationē adapertis sunt primorū parentum animæ oculi.

D inculcato eandem fideliū mētes illuminandi potentiam, & virtutem inesse fatendum est? cum præsertim idem Christi carnis esus à diuino oraculo, *panis vitæ, & intellectus*, nominetur: de hoc enim diuino pane locum intellexit Sanctus Pater noster Greg. Papa post multos.

Eccles. 5.

Lib. 1 Moral. c. 4.

Neque etiam erit abs re af-

1.Reg.14

firmare illam melis dulcedinē, quæ degustata á Ionatha, eius oculos statim adaperuit: hanc quoque illuminādi virtuté vmbratice significasse, quę in hoc dulcissimo cibo omne delectamentum in se habente reperitur, cum præsertim non defuerint Patres, qui hanc vmbram ad huius loci claritatem retulerint: quemadmodū etiam Clemēs Alexādrin. lib. 1. Pędagogi in cap. 6 ideo, ait, diuinum istum cibum lac appellari, quia scilicet ex lactis substantia butyrum cōficitur, quo multi vtuntur in lucerna ad claritatem in tenebris inducendam. *Sed, & multi*, inquit Alexandrinus Clemens, *adipe lactis, quod butyrum vocant, vtuntur ad lucernam multiplicem Verbi incarnati misericordiam per hoc ænigmatice, & aperte significantes, vt quod solum vere nutriat, augeat, & infantes illuminet.*

Alexād. Clemēs.

Cur Eucharistic° cibus lac appellatur.

Per lac verbi incarnati misericordia designatur.

Sed iuuat potius proximiorem figuram in medium proferre, imò potius miraculum, quo magnopere comprobatur hæc illuminandi vis, quæ in Christi carnis cibo, & in eius sanguinis potu reperitur, & experimēto comprobatur: illud nempe, quod Christus Dominus exercuit, dum cæcum á natiuitate curauit, cum

Ioan 9.

A ex propria saliua, & communi puluere collyrium ad eius oculos adaperiendos composuit, quo statim videndi potētia redintegratur in corpore, & fidei lumen refulget in locutione, dum illico coram omnium pharisęorū turba, Christum Prophetam à Deo missū

Cæcus à Christo puluere, & saliua illuminatus, tā corporis, quā animæ visum recepit.

B indubitanter appellauit. *Mente*, inquit Rupertus, *& corpore illuminatus, qualem potest illuminatori suo rependit gratiam, eligens magis cum illo inuidiam sustinere, quā ingrato silentio laudi, & gloriæ Dei damnum inferre.*

Rupert. *Pharisæorū minæ illū retardare nō potuerunt, quin Christo illuminatori suo gratias redderet.*

C Iā vero, quod in hoc Christi facto hic illuminandi effectus, qui in hoc diuino cibo inest declaretur, clarius adhuc quam desiderari potest; ostendit idem Rupertus eodem loco, vbi inter alia huic veritati maxime conducentia, sic ait. *Quid aliud nobis manifestatur in illo cæco per illud, quod expuens*

Idē ibidē

D *Dominus in terram lutum fecit, ex sputo, & liniuit eius oculos, nisi hoc spectabile, & gratiosum opus diuinæ gratiæ, quod verbū suum puluareæ naturæ hominis vnitum nobis gentibus ad lucem præparare voluit? tūc quippe quasi saliua puluis admixta est, & in vnum ex duabus rebus lutum factum est, quando Verbum, quod ex ore altissimi prodijt, carnem nos-*

Quod nā mysteriū contineat huius cęci illuminatio puluere & Christi saliua operata.

ram assumpsit, cui dictum est, puluis es, & in puluerem ibis, & ex vtroque factus est cibus viuificans, & illuminans: Hæc Rup.

Per lutum ex Christi saliua, & puluere cõfectũ Eucharistiæ mysteriũ significatũ fuit.

Neque solum, quia ex saliua, quæ á capiteprocedit, & ex luto factum est collyrium, ista cæci illuminatio, illuminationem illam significat, quæ à Christi carne à nobis sacramẽtaliter sumpta causatur: verũ etiam propter symbolicum curandi modum, quem hic, & illic Christus Dominus obseruauit: nam vtrobique per ea, quę oculorum veletudini per quam maxime cõtrariantur, & officiunt, illorũ medicinam operatus est (nempe per puluerem, & vinũ, tam enim pulueris in oculos immissio, quã vini potatio, oculorũ valetudini multum nocet, vt docent omnes in Medicina practici, & præsertim Paschasius lib. 1. de curãdis morbis internis c. 18. de optalmia.) Illic oris suæ saliuæ virtute lutũ sanctificãs, hinc eiusdẽ oris, verbis mirificis vini naturã transmutãs in sãguinẽ: vt sic nõ solũ in illuminatione, sed & in symbolico illuminãdi modo, illuminãtis potẽtia cognoscatur. Vnde dũ hãc, de qua loquimur, illuminationẽ, Rupert. extollit, & laudat, sic ait. *Æstimari certe nõ valet, quãtũ potentiæ, quãtũ pulchritudinis, quãtũ vtilitatis habeat huius cæci illuminatio: cũ omnes nos secundũ hanc imaginẽ exterioris illuminationis, intus per sanguinẽ Christi simus illuminati, & per hanc similitudinẽ nobis manifestẽtur, quæ ille in nobis operatus sit*. Hæc Rupertus.

Per illa, quæ officiũt oculis, cæco visũ restuit Christus, & per id, quod in-tis oculis nocet illuminat Cristus fidelium stellectus,

Paschas.

Ruper.

A

B

Eucharistici cibi collyrium discipulorũ in Emaus iter agentiũ oculis applicatũ illos statim illuminauit

Omissis tamen his omnibus, in quibus hic illuminãdi effectus adumbratur; ad illud iam accedamus; in quo in eodem Eucharistiæ pane idem effectus clarius reperitur, nẽpê ad illam panis fractionem, adquam discipulorum oculi, qui ad Emaus properabant, apperiuntur, vt Dominum, & Magistrum cognoscerẽt: quibus cum Dominus in itinere apparuerit, & ab eisdẽ neutiquam agnosceretur, vt agnoscerent suæ sanctissimæ carnis sub panis specie collyrium applicuit, & agnouerunt eum in fractione panis. Benedixit enim panem sacerdos in æternum, & mirifica suę benedictionis virtute, & oris sui verborum vi, in carnem suam cõuertẽs, & dans illis, statim eorum interni oculi aperiuntur, vt Magistrum agnoscerẽt. Ita nãq; docet Glosa Ord. ad hũc locũ Lucæ, vltra quã patrum sentẽtias ad eam veritatẽ magis corroborandam in mediũ afferre non grauabimur.

C

Lucæ 24.

D

Glos. Ordin.

S.P.Aug.

Primo igitur loco Patrem Augustin. audiamus eundem Lucę locum exponentem. *Nō clausis*, inquit, *oculis discipuli ambulabant, sed inerat aliquid, quo nō sinerētur cognoscere, quod videbant, quod scilicet caligo, & aliquis humor solet efficere: non quia Dominus non poterat transformare carnem suam, vt alia re vera esset carnis effigies, quam solebant intueri: quandoquidem & ante passionem transformatus est in monte, vt facies eius claresceret sicut Sol; sed non ita nunc factum est, non enim incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorum à Sathana fuisse, ne Christum agnoscerent, sed in tanto ab eodem Christo facta est permissio vsque dum ad Sacramentum panis venerint, vt veritate corporis eius participata remoueri intelligatur impedimētū inimici, vt Christus possit agnosci.* Hæc Sanctus P. Augustinus.

Mat. 17.

Nec minori verborum claritate id ipsum ostendit Haimon Episcopus, dum sic ait. *Nos quoque pro modulo nostro in fractione panis Dominum agnoscimus si mūdo corde, & casto corpore mysterium corporis, & sanguinis eius cum digna reuerentia sumimus.* Hæc ille: & adhuc clarius (si in hac materia clarius loqui potest) Episcopus

Haimōad eund. loc. Luc.

Quomodo devem° accipere hūc cibū, vt illuminemur.

A

Theophilatus, *quando permittit aperiuntur*, inquit, *oculi eorum, vt eum agnoscant: insinuatur autem in hoc, quod oculi eorū, qui benedictum panem assumunt, aperiuntur, vt conoscant illum; magnam enim, & indicibilē vim illuminandi habet caro Domini.*

Theoph.

Mirabilē, habet Christi caro illuminandi vim.

B

Non latuit certe hic mirabilis illuminandi effectus, qui in hoc cibo reperitur, Sanctum Patrē Cyprianū; nam in sermone de Cœna Domini, sic proloquitur. *Panis hic azymus, cibus syncerus, & verus est per speciem, & Sacramentum, nos tactu sanctificat, fide illuminat.*

S. Cypr.

C

Hic certe illuminandi effectus, de quo loquimur, adeo proprius est carni Christi, vt potius proprietatem ab eadē emanantem, quam effectum profluentem, seu consequentem appellandū esse, & habēdum sentiamus, potius enim, & proprius lux solis eius proprietas, quam effectus nominantur: cum igitur Christus verus iustitiæ Sol claritatis suæ lumen nostris animis infundit per proprietatē ab eius natura emanantē dicimus operari: quæ solis externos oculos illuminantis ad hūc diuinum solem comparatio ab Origene inculcatur hom. in cap. I. Genes. dum ait: *Sicut Sol illuminat*

Illuminādi vis, quæ in carne Christi est, peruenit ei illi propriissima.

D

Origen.

nat corpora nostra: ita à Christo illuminantur mētes nostræ, quid igitur mirū si Sol lucet, si lux illuminat? Est enim Christus, qui nobis in hoc diuino colyrio sumendus proponitur, nō solum Sol, verum etiam, *& lux vera, quæ illuminat omnem hominem*, vt testatur noster Euangelista. Si igitur tota illa Hierusalem cælestis, quæ ab eodem Ioanne in quadro posita describitur, luce non indiget, quia lucerna eius est agnus, quomodo fidelis anima, quę dum digne communicat, sedes Dei efficitur ab eodem agno, quem sumit non illuminabitur, vt á nullo alio lucem, claritatéq, expectet? Imô quē admodū tota illa ciuitas Hierusalem cælestis, solo agni fulgore clarescit, ita & tota nostra Hierusalē, idest Ecclesia, ab eodē agno, quem in sacrarijs asseruare consueuit, illuminatur, & fulget: Quod bene Sanct. Pater Chrysostomus indicauit, dū hunc diuinum cibū lucis fōtem nominauit, dicēs. *Hic cibus fōs lucis est diffūdēs radios veritatis.* (?)

Ioan. 1.

Apoc. 21

Tota Ecclesia militans illuminatur à Christo in Eucharistia.

Chrysost. homil 45 in Ioan.

Eucharistia, lucis fons.

A

ANNOTATIO CIIII.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

B

Ostenditur à quibus hic istius diuini cibi illuminandi effectus impediatur.

LICET materialis Sol indeficiente cursu orbem per gyrum illuminet, C incessabili cura lucis suæ radios in inferiorem hunc mundum imittere nunquam desinens; per quam multi tamen sunt dies adeo caligine obducti, vt naturalium causarū imperiti, tunc solem assuetam lucem non diffundere sibi facile persuadeant; cū tamen hoc D á sole minime proueniat, sed á condensatis vaporibus, crassisque nubibus, quę inter nos, & ipsius Solis radios mediant, & impediunt, ne Solis claritatem participemus: quod itidem, & in illuminatione iustitiæ Solis Christi cōtingit; multi enim sunt, qui ad hunc sanctissimū cibum accedūt, & ita obcæcati permanet, ac si hāc

Impeditur his illuminandi effectus, vel à terrenis desiderijs, vel ab incredulitate.

illuminandi virtutem, & proprietatem, hic cœlestis cibus non haberet: quod ab eo proculdubio non prouenit, sed à mundanis curis, solicitudinibusque, & terrenis desiderijs, quibus implicantur, quæ tanquam crassæ nubes huius claritatis lucem impediunt: vel prouenit hoc ab impietate, qua quidam ita obcæcantur, vt Solis huius splendorem nō aspiciant, vt homil. 1. in cap. 1. Gen. annotauit Origenes dicens. *Sicut Sol in corporeis oculis cœcos quanuis illustret, illi tamen recipere lumen non possunt; ita, & Christus mentibus nostris lucem suam præstat, sed ita demū nos illuminat, si non simus mentibus cæci, & si nequaquam cæcitas mentis nos impediat.*

Origen.

Et bene certe, ita enim terrenorum desideria oculos mētis obtundunt, vt neque Deū, neque se ipsos valeant homines cognoscere, quod in Iuda, vel maxime apparet, qui dum auaritiæ studuit, neque magistrum mirabiliter operantem, Deum esse cognouit, neque se ipsum traditorem conspexit, ideoque interrogat: *Num quid ego sum Rabbi?* quod optime annotauit Chrisostom. ser. 1. in Cœna Domini, dum ait. *O Iuda, cuius cupiditas sensum eripuit, & auaritia cordis oculos excæcauit, ita vt interroges vtrum ipse sis qui traditionis nefas conceperis.*

Obcæcant mētes desideria terrena.

Iudas terrena substātiæ desiderio obcæcatus, nec magistrum, neq; se ipsū cognouit.

Matth. 26

Chrisost.

A

Cæci certe sunt cæcoq; proditori similes, qui terrenis cōcupiscentijs inuoluti, ad tanti cibi puritatem audent accedere, vt serm. de Eucharistia Laurentius Iustinianus obseruat, dicens. *Iudicium sibi manducat iniquus, dum præsentē Domini maiestatem in Sacramento hoc ex incuria, seu mentis cæcitate non veneratur, & à reliquis cibis non distinguit.* Iudam imitatur huiusmodi, *qui præcepta Dominici corporis buccela, tanquam cæcus à cōspectu veri luminis se abscondendo fugit ad tenebras, quatenus conceptum perageret facinus.*

B

C

Laurent. Iustin.

Quibus in diuini cibi maiestatem nō veneratur cæcus est.

Iudæ cæcitatē imitatur, qui hunc diuinū cibū pollute percipit.

Hoc quoq; cæcitatis fūdamētū iterū prosequitur Orig. li. 3. in c. 3. Iob. dū sic ait. *Vere, nisi prius obscurauerit Diabolus corda hominū, nisi prius infuscauerit animas eorū, nisi prius obliuionem dederit timoris Dei, atq; terribilium iudiciorum eius: nunquam valebit peccatorum semen seminare in cordib⁹ eorū: postquā vero obscurauerit animam, & à Deo auerterit: tūc scilicet adomnia mala, ad impudicitiā, ad infidelitatem, tanquā eos, qui in tenebris sunt facile conuertit.*

Obcæcat diabolus mentis oculos, vt suggerat facinora.

D

Alterum autem cæcitatis huius fundamentum in Berē-

gario

Hæretici sacramētarij obcæcati ab infidelitatis vmbra, huiusdiuini panis illumināti virtutem experiri non potuerunt.

gario in Æcolampadio, & Lutero licet intueri, qui tantihuius cibi claritatem simul cum Capharnaitis non ferentes, non solum nō illuminati sunt, sed obcæcati; non quod illuminandi virtus defuerit in pane, sed quia incredulitatis vmbra in intellectu resideret, & ita infidelitatis tenebris implicati, dum solis claritatem curiosius, quam fas est scrutare cōtendunt, ab inaccessibili diuinæ claritatis luce opprimūtur; *nam scruator magestatis opprimetur à gloria.*

Prou 25

Quod etiam argumentum docte prosequitur Pater Cyprianus in sermon. de operibus Cardinalibus, vbi sic ait: *Cum in sole velit ponere oculos humana præsumptio, vim luminis non ferens, cæca est, non illuminata, & aspectui eius lippitudo inhæsit*: hæc Cyprian. & optime quidem; nam qui solem directo oculorum obtutu aspicere contendunt, nō solum non percipiunt, sed obcæcātur: vt tamen facilius percipiant, necesse est, vt christallinos oculos anteponant, quia dum ad christallum subtilitas claritatis alliditur, pupillam non ferit, sed illuminat. qui igitur diuini solis claritatem percipere gestiunt, christallum fidei anteponant; *carnalis*, enim *sensus* (vt idem Cyprian. docent) *ad intelligentiam tantæ profunditatis non penetrat, nisi fides accedat*, quod verbis expressis loquitur Ioannes Chrysost. homil. 24. in Matthæum, dum ait. *Quam periculosum est si quis attente in solem inspiciat; nam sol aciem eius obtundit: ita si quis curiosus in hoc mysterium intueatur, sensus eius obtenebrabitur, ideo ad fidem cōuolare oportet.*

Cypriani

Non aspicitur diuini solis splendor nisi interposito christallo fidei.

Cyp. ibid.

Ioan nes Chrisost.

Ad fidē recurrēdū est illis, qui huius diuini cibi splendorē percipere exoptant.

Vt clarius tamen appareat hanc cæcitatē, qua multi, qui hoc diuino cibo vtuntur, sunt affecti, non ab eo, sed aliunde prouenire: placet in medium afferre internæ nostræ cæcitatis causas tres, quas Lodulph' Saxon in suo vita Christi 1. p. cap. 85. inuenit: quæ omnes ab externæ cæcitatis causis per similitudinem deducūtur. Prima est pulueris in oculis imissio: 2. carnis nimia concupiscētia: 3. tumor superbiæ: hæ omnes externæ etiam illuminationi maxime nocent, cæcitatemque incutiūt, vt docēt omnes medici in sua schola salerna, quæ simul cū alijs hoc distico continentur,

Ludolph

Externæ cæcitatis causa tres à quibus per similitudinē ostenduntur internæ cæcitatis aliæ tres causæ.

Alea, vina, venus, puluis, vēt' faba, fum'
Ista nocent oculis, sed vigilare magis.

quid igitur oculis emulumenti afferre potest puluis in oculos conspersa? Quid veneris vsus? Quid superbiæ tumor?

iuuabit tamen maxime puluerem excutere, venerem sedare, superbiæque humorem cohibere. Quomodo ergo hæc illuminandi potentia, & vis, quæ in hoc sacro pane, siue Christi carne includitur illis proderit, qui terrena omnia, quæ vidēt appetētes, & in præcordijs ponentes animæ oculorom pupillas, auaritia obducunt? Experiuntur tamen huius Sacramenti illumināndi potentiam, & virtutem, qui excusso puluere, id est, terrena mundi substantia, euangelicā paupertatem, saltem in voto, & desiderio amplectētes, omnia præter hunc diuinum cibum fastidiunt, & aspernantur, de quibus loquitur Cyprianus in sermone de Cœna Domini, cum ait. *Vident hæc sacramenta pauperes spiritu, & hoc vno contenti ferculo, omnes mundi huius diuitias aspernantur.*

Qui huius diuini panis illuminandi effectū experiantur

Cyprian.

Quomodo qui veneri studētes virtutem intellectus debilitant, & eneruant, hanc poterunt lucē inaccessibilem cōprehendere? De quibus optime philosophatur Sanctus Pater noster Gregor. in 10. c. 1. Regum dū pactum illum, quē Naas de eruendo dextro oculo cum aduersarijs iniuit explicat, & exponit dicens. *Si cum* A *Naa pacem facimus carnem nostram oblectantes, pèr excrescentem concupiscentiam cordis cæcitate percutimur*: comprehēdent tamen casti, & mūdi, de quibus veritas ipsa ait. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

Gregor.

Reg. 1.

Matth. 5.

Quomodo illi, qui iracundiæ æstu fremunt, & superbię; B huius luminis claritate illuminabuntur? Quales erant superbi pharisæi, qui vt Diabolum patrem suum esse ostenderēt (nam eius filij á Christo Domino sunt reputati dum ait. C *Vos ex patre Diabolo estis*) patris superbiam sunt immitati, de quorum cæcitate loquitur Pater Chrisostemus dicens. *Quid aliud Iudæos obcæcauit in his mysterijs, nisi crassa ignorātia, & superbia, quæ plus menti, quam Dei omnipotentiæ tribuūt:* illuminantur tamen, qui de se vt par est humiliter sentientes D iracundia, & superbia non tumescunt, neque inflantur, sed humiliter postulant illuminari, qualiter postulabat sanctus Propheta Dauid dum diceret: *Illumina oculos meos, ne vnquā obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus; praualui aduersus eum.*

Chrysost. hom. 24. in 1. cap. Matth.

Psalm. 12

Ista igitur Christi caro, eiusque sanguis sub vini specie exhibitus illuminat ad illuminandum

nandum aptos, indignosque, non sui, sed eorum causa obcæcat, & perdit; quod doctè annotauit S. P. Ioan. Chrysost. hom. 3. de Cruce, & latrone, dū ab igne Babylonico istius sanctissimi Christi sanguinis excellentiā infert dicens: *Non est sanguis Christi deterior Babylonico igne, ille scit sanctorum in camino honorare corpora, & Chaldæos comburere, quanto magis sanguis Christi ille pretiosissimus sciet perdere incredulos, & saluare fideles; decuit enim splendorem Crucis obcæcare infideles, & illuminare credentes.*

Io. Chrysost.

Christi sanguis illuminat fideles, & obcæcat incredulos.

ANNOTATIO CV.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

Quod ad hos mirabiles istius diuini cibi effectus consequendos, conscientiæ puritas, carnisq́; mūditia per quam maximè requiratur.

VT omnes effectus mirabiles, virtutesque mirificas consequamur; quæ in hoc diuino beneficio, quo Christus prosecutus est suos

A continentur: omni prorsus puritate, mūditiaque necesse est fulgere: quam quidem puritatem, & munditiam ad hunc diuinum cibum requisitam, innumerabiles figuræ, multa ante sæcula indicarunt. Circa quod illud primum obseruandum nobis visum fuit, quod

Ad panem manducandū in scriptura sacra lotio præmittebatur.

B vbicunque de panis manducatione in veteri testamento actum est, semper lotio, vel mundatio postulatur, vt videre est in multis Scripturæ locis, præsertim Genes. cap. 18. vbi legitur quod dum Abraham hospites transeuntes ad panem degustandum inuitat,

Gen. 18.

C prius eorum pedes lauari destinat dicens. *Auferam pauxilū aquæ vt lauentur pedes vestri, & ponam buccellam panis, vt cōfortetur cor vestrum*: quod itidem actum est, dum S. Patriarcha Ioseph fratres suos ad cibandum inuitat, quorum pedes lauari iubet, antequam comedant: & hoc quidem maximè congruit cum facto Christi, qui prius fratrum, dilectorumque suorum pedes lauit,

Gen. 43.

D quam eis hunc diuinum cibū ad māducandum porrigeret. Item cum ad edendum postulat sanctus Dauid propositionis panes, antequam accipiat, de corporis munditia sciscitatur. Iam verò si ad illud ex-

Ioan. 13.

1. Reg. 21.

pressum huius sanctissimi panis prototypon attendamus, in eo adhuc clarius hanc munditiam ad edendum hunc diuinum cibum prærequiri agnoscemus: nam vt ex sacro contextu colligit Abulensis, antequã manna descenderet: mittebat Deus ventum, qui superficiẽ terræ purgaret: deinde descẽdebat pruina supra quam cadebat manna: quæ omnia Abulensis, & Lyranus ad puritatem, & ad munditiã, quæ in anima prærequiritur, antequam diuinum hunc cibum sumat pertinuisse docet.

Exod. 16. Abul. Lyran.

Hanc ad hunc diuinum cibum accipiendum puritatem omnino necessariam lib. de diuinis mysterijs maximè comẽdat S. P. Ephræm dicens, *Antequam hunc diuinum cibum vnusquisq; accipiat, se ipsum probet, ne sibi ipsi in iudicium fiat, & in augmentum peccati. Qui enim comederit, & biberit indigne, iudiciũ sibi manducat, & bibit, sicut scriptum est, Cælum, & terra, & mare, & omnia, quæ in eis sunt tremunt, ac se inclinant; tu autem impudenter accedis? Angeli tuũ dicum tremore ministrant, faciemq; obtegentes non audent respicere; at tu immundus cum sis, & impœnitens, ac impudens, non contremiscis? Hominibus quidem te rite Eucharistiam sumere, fidem facis, sed cordium scrutatori, quid dices? Declina igitur à malo frater, defle, & ablue vas tuum, quod peccatis cõtaminasti, firmumq; non amplius peccandi propositum habe, & sanaberis; Deus enim pœnitentiũ Deus est.*

S. P. Ephræm. 1. Cor. 11. *Angeli in Eucharistia mẽsæ ñ tremore ministrant.* Isai. 6.

La cymis ablueada est conscientia, vt hũc diuinum cibum debite sumat.

Hoc etiam de puritate ad eundem diuinum cibum proficuè degustandum argumentum luculentius adhuc prosequitur Nyssenus in vita Moysis, dum sic ait: *Non licuit Israelitis, nisi lotis, purgatis, & præparatis, manna vesci, & ideò prius mare transierunt, & amaritudine aquarum sedata potati sunt, postquã consumpserunt omnes cibos, quos ex Ægypto asportabant. Quid igitur hinc dicemus? Nisi quod oportebat fidei baptisma lauari omni virtute, omni euangelica doctrina, mundos, purosq; animos nostros facere: ita vt omnino alienigeni mores, & Ægyptiaca vita, vitiorum scilicet omnium turba nos deserat, & demum depurato, defæcatoq; animo cœlestem cibum esse accipiendum.* Hæc omnia Nyssenus.

Nyssen.

Ægyptũ, & eius mores sũt abducẽdi, vt hic diuinus cibus debite sumatur.

Neque obscurius hanc, de qua loquimur, munditiã significarunt veteris testamenti legislatores (vel vt melius dicamus, ipse Deus, dum idem manna non solùm in arca propitiatorij custodiri constituit,

sed

sed in auri vrna obseruari decernunt, vt repetit Apostolus Hebr. 9. Ex hac enim eidem manna reuerētia exhibita, infert S. Ioan. Chrysost. puritatem, quæ ad recipiendū hunc cibum in anima prærequiritur, dum sic infert. *Tantus māna honor delatus est, vt vase aureo reconderetur, & in arca propitiatorij poneretur: an non nos aurei, puri, & electi esse debemus, qui panem illum cœlestem, & vinum accipimus?*

Hebr. 9

Chryf.

Qualiter autem debeat excoli, & adornari anima, in quam tanquam in templum ad habitandum Christus ingreditur, multis valdeque pijs eloquijs sermone de Eucharistia prosequitur Iustinian. Laurentius, dicens. *Verum, quia in medio tui, & intra te ô Christiane intrare, & habitare desiderat Christus, spirituale ei construe templum, non de sectis marmoribus, nec quadratis lapidibus, neq; de parietibus pictis, sed de viuis, & fulgentibus virtutum gēmis, aureisq; laminis (id est nitidissimis moribus) quas rubigo non tāgat, nec denigret puluis, sed charitatis purget ignis, morum disciplina detergat, & virtutū varietas decoret: te ipsum denique exhibe pudicum, castum, in tribulationibus probatum, stabilem in fide, in longanimitate constantem, diligentem bonum, pacem sectantem, custodientem vnitatem, com patientem ex corde, ambulantem in spiritu, spernentem sæculum, cælestia anhelantem*; & cætera, quæ ibi habet Iustinian. Laurentius, quibus indiget vnaquæque fidelium anima, vt hunc diuinum cibum dignè percipiens, eius mirabiles effectus consequatur.

Laur. Iustin. ser. de Eucharist.

Quibus paramentis debet adornari anima, vt hunc diuinum cibū debite accipiat, eiusque effectus mirabiles participet.

A

B

Circa quam etiam puritatem, de qua loquimur; Origenem illam ex illis verbis cap. 7. Leuitici inferentem audiamus. *Omnis masculus de sacerdotali genere, in loco sancto vescetur his carnibus, quia sanctum sanctorum est: manducabunt*, inquit, *in loco sācto, id est in anima pura, neque enim conuenit vt anima non sancta, sancta suscipiat, sed cum purificauerit se ab omni inquinamento carnis, & morum, tunc locus sanctus effectus capiet panem illum, qui de cælo descendit*: & statim addit) *Ecce ista tibi proponūtur, vt cū acceperis panem mysticum, in loco mundo manduces eum, hoc est ne in anima contaminata, peccatisq; polluta Dominici corporis sacramenta percipias.* Hæc Origenes.

Leuit. 7.

Orig.

Quando anima fit locus mūdus, in quo digne recipiatur Christus.

C

D

Et quāquam ab omni omnino peccatorum labe alienū esse oporteat illū, qui ad hūc diuinum cibum suscipiendum

accedit,

accedit, vt mirificos eius fructus percipiat; carnis tamen munditiam præcipuè habere necessarium est, vt mundissimam Christi carnem sub panis specie occultatam labijs digne contingat, vt Rupertus noster in expositione cap. 2. Apoc. annotauit, dum verba illa exposuit. *Vincenti dabo manna absconditũ:* ita enĩ ibi cõmẽtatur. *In isto gradu vincere idẽ est, atq; fornicationis vitiũ primũ in semetipso per virtutẽ continentiæ: deinde in alijs per sciẽtiã destruere: qui autem hoc modo vincit, ille sacramentum corporis, & sanguinis Domini digne percipit: sicut è contrario, ille, qui vincere negligit accedens ad hoc sacramentum, iudicium sibi manducat, & bibit: & propterea fortasis Christus Dominus exhibiturus discipulis hoc sui corporis, & sanguinis sacramentum, calceos detrahi iubet, & pedes insuper ipsorum lauat, vt plenam vtriusque noxæ munditiam commendet.*

Quanquã ad Eucharistiã digne percipiendam ab omni labe debeamus purificari; maximè tamen à carnis turpitudine, & immũditia libere esse debemus.

Apoc. 2.

1. Cor. 11.

Exod. 12. Ioan. 13.

Eandem etiam conscientię puritatem ad hoc Eucharisticum cibum percipiendũ maximè necessariam homil. 1. de baptismo commendat S.P. Basilius Magnus, dicens. *Oportet accedentem ad corpus, & sanguinem Domini non solum purum esse à quouis inquinamento carnis, ac spiritus: sed vt ostendat in vita memoriam eius, qui pro nobis mortuus est, in eo, quod mortificatus sit peccato, & mundo: & viuat Deo.* Id ipsum de eadem puritate ad hunc diuinum cibum degustandum, argumentum sub exemplo serui mensã domini sui omni diligẽtia tergentis, & præparantis homil. 61. ad populum prosequitur P. Chrysost. dicens, *Non ne vides ministrum spongea, mensam circumlinientem, & expurgantẽ domum, & nouas tabellas ponentem? ita profecto & hic dum profertur sacrificium, & Christus immolatur, & ouis dominica mactatur.*

Bas. Magnus.

Qui Christi passionis memoriam ostẽdat in operibus.

Chrys. *Abstergẽda est, & præparanda conscientia, tã quã mensa, vt Eucharistiam accipiat.*

Omnibus istis tandẽ, quos retulimus, Patribus, nobisque ad hanc materiam absoluendam suffragatur S.P.N. Gregor. Magnus dum ait homil. 30. *Certe si domum nostram quisq; diues, aut præpotens amicus intraret, omni festinatione domus tota mũdaretur, ne quid fortaße eßet, quod oculos amici intrantis offenderet: tergat ergo sordes praui operis, qui Deo præparat domum mẽtis,* & cæt. De quia animi puritate, corporisque munditia, quæ ad debite accipiendum hunc cibum diuinum prærequiritur. Hæc dixisse sufficiat: si quis autẽ plura desiderauerit, legat P. Ioãnem Chrysost.

Grego. Magn. *Ad Eucharistiã percipiendam, necesse est cõscientiam præparare tanquã domum, in quã Rex ad habitandũ ingreditur.*

Chrys.

loco

Qui hoc diuino cibo vti solent virtutibus consummantur

loco allegato, vbi eum suauiter loquentem, doctè argumẽtantem, & hanc puritatem, mũditiamq; deuotissimé suggerentem exaudiet. A

Ex his, quæ hucusque allata sunt optime comprobatur necessarium esse, vt qui hoc diuino cibo vsuri sunt perfecti, & virtutibus consummati sint, quod (vt Clemens Alexandrin: lib. 1. Pædagogi c. 6. diligenter aduertit) Dominus edocere voluit, dum sanguinẽ suum non ad sugendum, sed ad potandum pollicetur, dicens Ioan. 6. *Sanguis meus vere est potus: Qui*, inquit Alexandrinus, *perfecti sunt, dicuntur bibere, infantes autem sugere: vnde Christus ait. Sanguis meus vere est potus:* in cuius mentis confirmationem adducit idẽ Clemens illud Pauli Corint. 1. c. 3. *Lac vobis potum dedi*, id est, *lac ad potandum exhibui vobis tanquam adultis, & non ad sugendum vt paruulis.* Ex quibus certè Pauli verbis, & ex Alexandrini interpretatione valde vtilis doctrina ad hoc argumẽtum comprobandũ educitur: nam paruulos nominat fideles, & infantes: & tamen non vt infantes sugere, sed vt viros perfectos, & cõsũmatos bibere præcipit: vt scilicet cognoscamus & puerorum synceritatem, & adultorum perfectionem necessariã nobis esse ad tantum cibum percipiẽdum: vnde Dominus ait. *Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum*: quam quidem mentem breuissimis quibusdam verbis innuit Alexãdrinus vbi supra, dicens, *Verbum potandi est signum, ac symbolum perfectæ participationis.*

Clem. Alex.

B

Ioan. 6.

Potare grandium est, sugere vero infantium. Alex. ibidem. 1. Cor. 3.

Ad Eucharistiam recte sumendum, & paruulorũ innocẽtiã, & grandium robur habere debemus. Matt. 18. Alex. vbi supra.

Hæc de hoc diuino beneficio à Christo in fideles collato dixisse sufficiat, vt ex eius magnitudine consũmata Christi dilectio aliqualiter percipiatur, nam si vt à principio dictum est ex munerum qualitate dilectionis vehementia, consũmatioq; infertur: quam fuerit Christi in nos consummata dilectio, ex hoc tanto munere, de quo vsque adhuc actum est, iam clarissimè infertur, vt optimè id ipsum infert Iustinianus Laurentius serm. de Eucharistia non longè á principio dicens. *Hinc Redemptoris Domini nostri Iesu charitatis patet sublimitas: nam ex impensis beneficijs, quotidianisq; muneribus ignitæ dilectionis ipsius agnoscitur vehementia. Dignare igitur, ò homo redire ad te, tacitaq; cogitatione perscrutari quãta tibi Deus tuus conditor, & redẽptor prærogauerit dona, quatenus ex ipsis intelligas, quo te*

C

D

amore

amore diligat, quo te te pietatis affectu amplexatur: hoc namque ex beneficiorum numero, & qualitate luculenter percipies.

ANNOTATIO CVI.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

De sexta consummatæ dilectionis proprietate, gratis nempe, & sine aliquo mercedis, seu præmij intuitu exhiberi.

POstquam Christi in homines dilectioné ex operum magnificentia, largaque exhibitione perfectisimá fuisse disusé satis monstrauimus, id ipsum ex sexta veræ cõsũmatæque dilectionis proprietate, ex gratuita népe exhibitione, iterum aggredimur comprobandum; nam vt apud vtriusque classis auctores est in confesso, qui vere amat, gratis amat: vera enim charitas, seu dilectio, mercenaria non est, neque a lucri odore mouetur, aut ad diligédum impellitur, sed ex se ipsa, & ex intima proprietate habet quod diligat: est namque beneuola quædã

Qui veré amat, gratis amat, vera dilectio non mouetur à lucri odore.

virtus, cuius actiones etiam beneuolæ, & gratuitæ esse debent: vnde beneficium, quod in aliquem amor, seu dilectio conferre facit, definitur, *beneuola actio gaudium tribuens capienti*: vt habetur in Iure Canonico cap. vnico de com. & in cap. ad audientiam de præscriptione: quam certe beneuolam actionem in aliquem exercere, idem esse monstrauimus, atque perfectum amorem, consummatamque charitatem in eum habere, cum (vt ex D. P. Greg. auctoritate sæpé dictum est) magnitudo amoris exhibitio fit operis.

Dilectionis definitio.

Beneficij definit io. Ius Canonicum.

D.Greg.

Optimè certe hanc, quam prosequimur consummatæ dilectionis proprietatem lib. 3. officiorũ ponderauit Ambrosius, dum per illam, tanquam per innatam proprietatem, ipsam dilectionem definiuit, dicens. *Virtus est dilectio, nõ quæstus, quia non pecunia paratur, sed gratia.* Hæc Ambrosius, cui ad Demetriadem scribens suffragatur Hieronymus, dicens. *In amicis non res quæritur, sed voluntas, quia & alterum ab amicis sæpe præbetur: alterum vero sola charitas tribuit: eadem velle, & eadem nolle firma amicitia est.* Neque minus ad rem loqui videtur S. P. Isidorus lib. 3. de summo bono, dum infi-

Ambr. *Definitur iterum dilectio.*

Hieron. *Quid ab amicis quærendũ est.*

Isidorus.

deles

delem dilectionem, & amicitiam illam vocat, quæ à muneribus procedit. *Non sunt*, inquit, *fideles in amicitia, quos munus, non gratia copulat dilectio, quæ munere gloriatur, eodem suspenso dissoluitur: illa vera est amicitia, quæ nihil quærit ex rebus amici, nisi solam beneuolētiā, scilicet, vt gratis amet amantē.* Hæc Sanctus Pater Isidorus.

Amicitia, quæ muneribus fulcitur, fidelis non est. Quæ sit amicitia vera.

Ad eandem etiam consūmatæ dilectionis proprietatē inculcandam maximè iuuabit S.P. nostrum Bernard. audire, qui quāquam optime semper in omnibus philosophetur: altius tamen circa dilectionis naturā, eiusque proprietates philosophari consueuit: sic igitur serm. 83. in Cantica, dilectionem, & amorem incusat, qui gratis non exercetur. *Suspectus*, inquit, *mihi est amor, cui aliquid adipiscendi spes suffragari videtur* (não sospeito bē de amor interesseiro) *infirmus, quia spe subtracta, aut extinguitur, aut minuitur: impurus, quia aliud cupit præter amantem*: concludit tandem Bernardus dicens: *Purus amor de spe vires non sumit.* Hæc ille.

Bern.

Amor, qui à lucro procedit, suspectus, infirmus, & impurus est.

Id ē ibid. *Purus amor qui sit.*

Et quanquam D. August. serm. 234. & in expositione Psalmi 43. & Pater Chrysost. homil. 23. in Genesim, hoc idē argumentum laté confirmēt;

Aug.

Chrys.

A placet tamen eiusdem Patris Bernardi aurea verba afferre, quæ habet in suo tractatu de diligendo Deo, vbi sic ait. *Affectus est dilectio, & non contractus neque acquiritur pacto, neque acquirit; sponte afficit, & spontaneum facit* (de graça afB feiçoa a quem ama: & de graça ama quem se affeiçoa) *verus amor se ipso cōtentus est, habet præmiū, sed id quod amatur.*

Bern.

Neque displicet ad hanc intensi amoris, seu consummatæ dilectionis proprietatē monstrandam illud celebre Symonidis dictum afferre, C quod in vita Periclidis refert Plutarchus: cuidā enim amico sibi munera offerenti respondisse ait, illud esse contra rationem veræ amicitiæ: purū enim amicum gratis, fictum vero pretio amicitiam colere: cui consonat Seneca libr. 6. de beneficijs cap. 12. vbi sic ait. *Qui ex mercede amicum colit, ne-* D *gotiator potius videtur, quam cultor.*

Plutarc.

Fictus amicus pretio amicitiam colit, verus autem gratis.

Seneca.

Sed istos externos autores cum bona venia demittamus: placet enim potius audire Sanctum Patrem Eusebium Emissenum, qui hom. 1. de natalitijs Apostolorum hoc ipsum argumentum con firmans, ait: *Non est certe vera dilectio, quæ temporales vtilita-*

Euseb. Emiss.

Bern. *Qui vere beneficus sit.*

tes attendit. Consonat Sanctus Pater Bernadus, dum serm. 16. in Cantica, bonum consummatumq; depingit amãtem, scilicet Christum Seruatorem, vbi sic ait: *Verus beneficus est dans affluenter, & non improperans.*

Ad hanc tandem perfectæ, consummatæque dilectionis proprietatem astruendam, illud Genes.cap.29.iuuat afferre, de quo Labaam, tanquam qui veram dilectionem non nouerat, quasi dubius consobrinum suum Iacob interrogabat dicens: *Num quid gratis seruies mihi?* Ex quibus verbis sancti iuuenis Iacob, Rachelem suam intime, consummateque diligentis animus ab omni alia præmij spe vacuus, & alienus demonstratur; nihil enim præmij ex dierum æstu, noctiumque gelu consequi exoptabat, præterquam Rachalem, quam intimé diligebat, dilectionis enim opera ipsius solo dilectionis obiecto præmiantur, neque aliã amplius recompensationẽ exoptant. Liberam hanc sancti iuuenis Iacob mentem, dilectionemque ab omni prorsus præmij spe nudam ab hoc sacræ scripturæ loco demonstrat Chrysostom. homil. 55. n Genes. eiusque amorem,

Gen. 29

Quod nã premium dilectioni sufficiat.

Chrys.

A tanquam perfectum comprobat, & confirmat. *Vide*, inquit, *quomodo ipse quidem petebat nihil; Labam autem mercedem apponit iusto.* Hæc Chrysostomus: vnde si Labam post duplicia septena, dilectæm Iacob Rachelem sine vlla terrenæ substantiæ portione libere tradiderit, cum solo baculo

B suo, & cum eadem Rachele sibi intime dilecta, adeò lætus ad propria remeasset, ac si ingentes opes attulisset.

Ex hoc certe Iacob euentu, Christi Ecclesiam suam intime diligentis eximia dilectio, per quammaximè comprobatur, qui post tot laboriosas actiones, post tot pænosos labores, nudus, & cum solo crucis baculo Iordanem transiuit, hilaris tamen, & lætus, quia Ecclesiam suam, quam consummaté diligebat, iam sibi in Ecclesiam copulauerat, quam per Isaiæ os cap. 52. alloquens, sic affatur, *Gratis venundati estis, & sine argento redemimini,* id est, quamquam vos absque pretio laboris sui inimicus antea possideret, modo tamen sine aliquo vestro labore, sed meo sanguine redempti estis, qui vos adeo intense diligo, vt non solum vestra mihi non exoptem, sed vobis mea om-

C

D

Isaiæ 52.

Exponitur locus Isaiæ.

Nihil nostrum exigit à nobis Christi dilectio præter nos ipsos.

nia

nia elargire desiderem, pretiosum enim sanguinem meũ in vestram redemptionẽ diffundere mea in vos dilectio compulit: á vobis autẽ nihil vestrum, præter vos expostulare decernit.

In opere redẽptionis de suo posuit pretium Christus, & de nostro assumpsit infirmũ, Isai. 52.

Nihil certè ex nostris exoptasse præter nos ipsos visus est Christus, siquidem in nostra redemptione exercenda de suo apposuit pretium, & de nostro solum sumpsit infirmum. Quanquam enim redemptos esse homines sine argento Isaias affirmet, non tamen absque ingenti pretio redemptionem nostrã Christus exercuit, sed ideo nobis gratuito facta dicitur, quia ad eius exequutionẽ, à nobis nihil exegit, ac postulauit, ideò autẽ pretiosa dicitur, quia eius sanguine executa, vnde bene in Glossa ordinaria ad hunc locum, *Redempti estis sine argento, id est nullo merito vestro, sed gratuito Dei beneficio, & sanguine filij eius.* Quod non minus copiose, quam breuiter tractatu 41. in Ioannem tetigit D. Augustinus dicens. *Absq; argento redimimini, id est sine pretio vestro, quia meo.* Quomodo igitur ille, quem amor consummatus, intensaque dilectio compulit, vt propria libenter elargiretur

Cur gratis redempti dicamur.

Cur pretiosa dicatur redẽptio nostra. Glossa ordin. ad c. 52. Isaiæ.

August.

A amando, aliena exoptando perquirat? amat certè Christus gratis, gratisque beneficia confert, quia gratis diligit, vt sermone 16. in Cantica deuotè nimis prosequitur Bernardus, dicens. *Beneficia sua mihi dedit, non vendidit, denique sine*

B *pœnitentia sunt dona eius, vtque quanto de illo benignius, tanto de me indignius sentire cogor. erubesce, & dole nihilominus ò anima mea, quoniam, & si illum non repetere, & non improperare decet: nos tamen omnino non decet ingratos, immemoresq; extitisse.* Quod certe argumentum deuotè nimis prosequitur Chrysostomus varijs in locis, &

C præsertim homilia 7. in cap. 3. epistolæ ad Ephesios, dicens, *Christi certe potissimum est vera dilectio, quia bene fit hominibus à quibus nihil captum est prioris beneficentiæ. Hanc itaque imitemur, & nos.* Hæc Diuus Chrysostomus: quod quidem si facimus, id

D est, si quemadmodum gratis á Christo diligimur, ita illum diligamus gratis, felices certè erimus, vt libro 2. de consolatione metro. 8. obseruat Boetius, dicens.

O felix hominum genus
Si vestros animos amor,
Quo cœlum regitur, regat.

Bern. *Christi in noscollata beneficia, gratis fuerunt exhibita, non munere. Illorum immemores esse nõ decet.*

Chrys.

Sola Christi vera, perfecta, & consummata dilectio est.

Boetius.

Incusa turno stra in Deo diligendi imperfectio.

Ex hac Christi in nos consummatæ dilectionis nobilissima proprietate dilectio nostra, amorque imperfectus per quam maximè incusatur, qui impurus est, & lucri cupidus, in omnibus enim nobis contigit, vt præmij odore, & lucri spe feramur in obiectum, vt in Hypparco attestatus est Plato, dicens, *Omnes homines lucrum amant, siue boni, siue mali sint*: de malis ergo prius Senecam audiamus, & postea id ipsum in diligendo Deo bonis, & sanctis viris contingere in sancto, & bono rege Dauide manifestissime demonstrabimus. *Ad mercedem* (inquit Seneca epistol. 11 .) *pysumus* (em auendo premio, todos somos afeiçoados) *ad misericordiam impy: honesta quandiu in illis aliqua spes inest sequimur: in contrarium transituri, si plus scelerata promittunt.* Quam etiam imperfectam in humana dilectione conditionem Ouidius testatur dicens:

Plato in Hyppar.

Omnes à lucri cdore ad diligēdum monemur.

Seneca.

Omnes homines ad ac ipsendū prōpti sunt. & ad exhibendū tardi.

Assignatur imperfectæ, seu simulata dilectionis cōditio.

Ipse decor recti facti, si præmia desint,
Non mouet, & gratis pænitet esse bonū.

Hanc hominum in Deo diligendo imperfectionem Psal. 118. de se ipso fatetur Regius vates cum ait: *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem*: quem locum dum Theodoretus exponit, ita conuenienter ait: *Metaphora est alibi pende* (de quem vende a peso) *qui stateram inclinat ad illam partē, ex qua lucrū videt.* Hæc Theodoretus.

Ps. 118.

Theod.

Sed vtinam, hac saltem imperfecta dilectione homines Deum diligerent, eiusque legē cœlestis mercedis intuitu plenissimè obseruarēt: at (flentes dicimus) magna certe est in Deo colendo, ac diligendo obliuio, tepida charitas, remissaque solicitudo, cum multis rationibus teneamur illū auidissime diligere, & præsertim quia nos prius gratis, & immerentes dilexit, vnde certè illum ex debito diligere tenemur; quia quāquam cum nos diligit, gratis diligit; nos cum eum diligimus, nunquam gratis diligimus, sed suam in nos prius collatam dilectionē diligendo persoluimus, vt hom. 34. in Gen. Chrysost. obseruat dicens, *Et ipse prior, & indignos, & toties lapsos tantam contulit beneficentiam: nos autem etiam si faciamus quæcunque facere poterimus, nihil magnum faciemus vt ei, qui nos tantis beneficys præuenit aliquid rependamus: nostra enī, si quæ sequūtur, retributiones quidē sunt, & debita: illius autem sunt gratiæ, & beneficia, & largitio-*

Nostra in Deo colēdo remissa solicitudo, tepidaque dilectio incusatur.

Deum ex debito diligere tenemur, multis rationibus, & præcipue, quia prius dilexit nos.

Cum diligimus Deū, debitum nostrum persoluimus

Chrys. Christi in nos amor ex mera gratia: noster autem in illum debitio retributio est.

gitionis magnitudo. Hæc igitur omnia cogitantes (concludit Chrysost.) *diligamus Christum, sicut ipsum dilexit Paulus, nullam præsentium rationem habeamus, sed perpetuum eius amorē anima nostræ insedentem seruemus.*

Chryſ.

ANNOTATIO CVII.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

De eadem consummata dilectionis proprietate gratis nempe exhiberi amplius disputatur.

AD perfectæ, & consummatæ dilectionis rationem, per quam maximè pertinere dicimus quod gratis, & sine aliquo præmij intuitu exerceatur, sed quia simile pronuntiatum illam satis difficilem quæstionē inuoluit: verū nempe licitum sit spe præmij Deum colere, eiusque mandata obseruare; nam qui Deū colit, ac diligit, eius mandata obseruat, iuxta illud Ioannis cap. 14. *Si quis diligit me sermonem meum seruabit:* quia vt homil. 73. in eundem Ioannem obseruat Chrysostomus, *Si diligimus, parere dilecto debemus:* vndè clarè colligitur quod, qui Dei præcepta non obseruant, eum non diligant, vt in suo de summo bono aduertit Sanctus Pater Isidorus dicēs, *Qui Dei præcepta contemnit, Deum non diligit; neque enim regem diligimus, si odio eius leges habemus.* Cum, inquam, quæstio hæc difficilis sit, & dogmatica, necessarium duximus de eadem dilectionis proprietate latius iterum disputare, inquirereque vtrum illi, qui non gratis, sed præmij intuitu, & spe Deum colunt, ac diligunt, veram, perfectáq; dilectionem in eum exerceāt. De qua materia agit D. Thomas 3. Sentent. distinct. 26. q. 2. art. 1. in responsione ad secundum argumentum, & 2. 2. quæst. 19. art. 4. ad tertium argum. & latius idem D. Thomas super epistolam ad Corint. cap. 3. lect. 2. Sacrosanctū Conc. Trident. sess. 6. cap. 11.

Ioan. 14.

Qui Deū diligit, eius mandata obseruat. Chryſ. Iſidorus

D. Thomas.

Non desunt igitur Patres, qui hunc modum diligendi Deum non approbent, veramque pietatem, & nostram erga Deum dilectionem in gratuito exercitio consistere existiment: nam Pater Augustinus serm. 234. circa hanc mate-

Aug.

In quo vera pietas consistat.

materiam, sic scribit: *Vera pietas in eo posita est, vt animus Deum gratis amet*; quod itidem in expositione Psalmi 43. iterum prosecutus est: in hanc etiam opinionem venit S. P. Ioan. Chrysostom. hom. 23. in Gen. vbi sic ait. *Quemadmodũ gehennam timere non debemus propter ignem illum inextinguibilem, & pœnas terribiles, & perpetuos cruciatus: sed quia offendimus tam bonum Dominum, & ab illius gratia sumus alieni: ita & ad regnum nobis festinãdum est, non nisi propter amorem in ipsum Deum, & vt eius gratia fruamur.*

Aug. in Psal 43.

Chrys.

Non est timenda infernι gehẽna propter eius cruciatus, sed propter Dei separationem.

Hoc idem argumẽtũ maximè corroboranr verba illa Ecclesiast. in cap. 2. *Qui timent Deũ replebuntur lege ipsius*, quæ quidẽ verba ita exponit Hugo Cardin. in hunc locum Ecclesiast. *Qui diligunt illum, non verbis tantum, sed operibus, & factis, replebuntur dilectione, & charitate, quæ est lex ipsius, iuxta illud Pauli ad Romanos cap. 13. Plenitudo legis est dilectio: & illud eiusdem ad Galatas 6. Alter alterius onera portare, & sic adimplebitis legem Christi.* Hæc Hugo: vnde idem est dicere repleri lege Dei illos, qui diligunt illũ, atque dicere, diligẽtibus Deũ, satis superque esse in suę dilectionis præmiũ ipsius legis obseruantiam, quæ nihil aliud est, quam nostræ in illum dilectionis executio, vt superius monstratum est.

Eccles. 2

Hug. Cardin.

Galat. 6

Deum diligere est ipsius legis executio.

Quanquam igitur Patres supra citati ita loquantur, est tamen nobis in hac materia caute loquendum, cum sit ipsa dogmatica, & iam á Concilio Tridentino loco superius allegato diffinitum sit licere spe alicuius præmij Deum colere, eiusque obseruare mandata: facilimè igitur rem absoluemus, materiamque istam dilucidabimus, si prius inter eos, qui Deum diligunt, eiusque mandata obseruant differentias aliquas constituamus.

Cõc. Trident.

Deum spe præmij colere, licitũ est.

Qui Deũ diligũt, in quadruplici sunt differentia.

Sunt igitur aliqui, qui ideo solum Deum colunt, eiusque mandata obseruant, vt bona temporalia, quę auidissimè cupiunt, facilius consequantur, solumque vile terrenorũm bonorũ lucrũ in suæ dilectionis obiectum sibi proponunt: qui negotiatores potius, quã cultores iure dicendi sunt, & appellandi, iureq; á Patribus improbi mercenarij appellãtur, & præsertim à D. Ambros. in expositione in c. 15. Lucæ, & à D. Bernardo. *Isti mercenarij*, inquit ille, *non rapiuntur ad contemplationem veritatis, quia solã propriam vtilitatem quærunt.*

Primus modus Deum diligendi.

Qui propter temporalia Deũ colunt, negociatores potius quã cultores dicendi sunt

Ambrof.

D. Bern.

In

In qua materia optime dictũ est á Theodoreto in expositione Psalmi 118. cum ait. Obseruatores legis propter mercedẽ esse pietatis, & dilectionis venditores. Hi certe illud á Cliente apud Senecam li.6. de beneficijs cap. 12. optime dictum non nouerunt. *Multũ à beneficio distat negotiatio.* Hos alloquens August. in expositione Psalmi 120. ad illa verba, *Dominus protectio tua super manum dexteram tuam,* sic ait: *Quid est nesciat sinistra tua, quod facit dextera tua? Idest quando facis opus bonum, propter vitam æternam fac, nam si opus bonum in terra propterea facis, vt terrena tibi cibum dent; scit sinistra tua, quod facit dextera tua, & miscuisti dexteram sinistræ: noli igitur facere, nisi propter vitam æternam.*

Cliens.

Ps. 120. August. *quid sit miscere dexteram cum sinistra, & quid scire dexteram quod facit sinistra.*

Quid autem de istorum in Deum dilectione sentiendum sit, non est cur in asseuerando fatigemur, cum sermo nobis sit de illis, qui Deum vere diligunt; ipsi vero se ipsos potius, propriasque vtilitates diligant, quã Deum; neque eorum dilectio aliquid amplius dilectionis habeat, quam nomen, quod sibi falso vsurpat, eademque, vel seueriori pœna mulctari debeat, atq; mulctari cõsuescunt mulieres, quæ furtiuæ dominationis appellationem sibi audacter attribuunt. In hos igitur serm. 1. de Apostolorũ natalitijs insurgẽs Emissenus, ait illos neque Dei, neq; proximorum amatores esse sentiendos, qui a turpe lucrum solum diligunt, dum propter illud solum Dei mandata obseruant. *Qui,* inquit, *propter vtilitates terrenas Deum diligunt, aut fratres, sic diligũt fratres ipsos, sicut diligunt equos suos: in ijs enim simul cum ipsis vtilitatibus deficit amor: At vero vera charitas nunquam deficit, &c.* quæ ibi habet Emissenus ad hanc veræ dilectionis proprietatem astruendam valde conducentia.

Qui p ropter terrena lucra Deũ colũt, sui potiꝰ, quã Dei cultores sunt.

Eorum in Deum dilectio, nomine tenꝰ dilectio est quin, & dilectionis nomen sibi falso vsurpat.

Est pœna grauis mulctanda dilectio quæstuosa.

Emissen.

Aliud autẽ amantium genus est, qui in suæ dilectionis erga Deum exhibitione, præter Dei cultũ, eiusque legis obseruantiam, bona etiam tẽporalia intendunt, vt tamen ad religiosam pietatem, & ad ipsius Dei seruitium expeditius exercendum conducũt: quod quidẽ peccaminosum nõ est, licet periculo nõ careat: cum temporalis mercedis amor, Dei amorem fere impediat, animumque ab illo potius separare, quam eum coniungere, & conglutinare cõsuescat, ac terrenis negotijs animum implicare soleat: sitque fere

Vera charitas nunquã deficit.

2. Deum diligendi modus.

terrena substantia pōdus, quo in terram deprimimur, & nō subsidium, quo in Cœlum sub leuemur, vt hom. 33. in Euangelia loquitur Pat. Gregor. vnde, & isti amatores ad perfectæ, consummatæque dilectionis exercitium non dum accedunt, quæ vt talis sit, gratis exhiberi necessarium est.

Terrena substantia pondus de primēs est Gregor.

Tertium diligentiū genus, eorum est, qui Deum diligunt intuitu mercedis æternæ, de terrenis præmijs nihil soliciti, sed solam beatitudinem, diuinique consortij fruitionem sibi obijcientes: quod quidem peccaminosum non est, neque illicitum: sed sanctum, & vere religiosum: quanuis enim vita æterna, & immortalis felicitas nostra non plus sit appetenda quam gloria, & honor Dei: vitiosum enim esset magis amare propriam felicitatem, quā Dei gloriam: hoc tamen cum Sancto Conc. Tridēt. religiosum esse fatemur, quia ipse amor, desiderium, & dilectio mercedis æternæ, quæ in Dei visione cōsistit, auellit animos nostros à rebus terrenis, purgat eos á prauis cupiditatibus, & illos cū ipso Deo cōiungit: & vix contigit, vt aliquis ardēter appetat videre Deum, nisi qui ardēter amat ipsum Deū. Hanc mercedē, pro omnibus

3. Deum diligendi modus.

Deū propter beatitudinē diligere sanctum, & religiosū est. Non tamē plus debemus appetere æternā felicitatē, quam Dei gloriā. Amor æternæ felicitatis auellit animū à terrenis desiderijs, purgat á prauis cupiditatibus, & Deo coniungit.

A suis derelictis Petrū appoluisse pensamus, cum Matth. 19. dixit. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis?*

Matth. 19

Sed neque de istis affirmādum est, quod perfectam illā in Deum dilectionē exerceāt, quę omninogratis exerceri ex B postulat, & omnimode perfecta, & consummata dicitur: quanquam enim SacrumCōcil. Trid. loco superius allegato, hunc Dei colendi modum tanquam licitum approbauerit: non ideo tamen eum tanquam perfectam, ac consūmatam dilectionem apposuit, sed C solum á peccaminosę actionis crimine vindicauit, vt ex ipsi[us] Concilij verbis clarissime percipitur, quæ ita habent. *Vnde constat Orthodoxæ religionis doctrinæ eos aduersari, qui dicunt, iustos peccare in omnibus operibus suis, si in illis suam ipsorum socordiam excitando, & se se ad currendum in stadio cohortando, D hoc vt imprimis glorificetur De[us], mercedē quoque intueantur æternam, cum scriptum sit, Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem.*

Verba Concil. Trid. sess. 6. c. 11

Ps. 118.

Hic certe inDeo diligendo & colendo modus, & via, optimus est, & in iustis viatoribus communior, quem præter

Cōmunior iustorū in via Deū colēdimodus.

Trident.

Trident. Concil. approbat Augustin. multis in locis, & præsertim serm. 16. de verbis Domini, dum illum ex intima cōiunctione, quæ est inter Deū, & eius beatificam visionem, quam iusti in ipso Deo diligēdo pro præmio sibi proponūt, argumentando demonstrat, dicens. *Nihil iusti quærunt in Deo, aut ab eo expectant, quod sit extra Deum, ac proinde nemo potest reperiri tam auarus, cui non abundanter sufficiat ipse Deus, ipse enim erit omnia in omnibus, sicut Paul. dixit 1. Corint. cap.15.* Hāc tandem dilectionem ad Paulinū scribens, approbat Hieronymus, dicens. *Vera illa est necessitudo, & Christi glutino copulata, quam nō vtilitas rei familiaris, non præsentia tantum corporum, sed Dei timor, & diuinarum scripturarum studia conciliant.*

Auguft. *Nemo tā sūcalestiū adeo auarus esse potest, cui Deus non sufficiat, & abūdet* Paul. 1 Corinth cap.15. Chryf. Hieron.

Vltimus tandem diligentium modus, illorum est, qui nullius mercedis intuitu Deū colunt, sed in diuino cultu, & in Dei dilectione solā sibi proponunt Dei gloriam, & honorem, nihil interim de propria felicitate cogitantes: hi certe excellentes cultores Dei sūt, & amatores perfectissimi, qualiter sanctam sponsam fuisse testatur locus ille Canticorum in cap.3. vbi ostenditur, quod postquam errabunda, & defessa in inquisitione deperditi sponsi sui fuerit, tunc affectuose dixerit. *Tenui eum, nec dimittam*: nam de hac veræ, cōsummatæq; dilectionis proprietate istam in non dimittendo sponso tenacitatem, locum interpretatur Bernardus serm. 50. in Cantica ostendens quātum Ecclesia in dilectionis perfectione synagogam antecelluerit: ista enim dum rerum omniū abūdantia affluebat, propter mercedem temporalem Deum coluisse visa est, at vero Ecclesia dum non benedictione, sed solius benedicētis possessione congaudet, nō propter mercedem, sed propter ipsum solum eum dilexisse demonstrauit, quod in Iacob, qui synagogæ figuram gessit, & in sponsa, quæ Ecclesia est, loco supra citato comprobat Bernard. dicens. *Sponsa nunc sponsum suum dimittere nō vult, & forte magis, quam Patriarcha Iacob id nō vult, quia nec pro benedictione quidem accepta dimisit eum, sicut ille: Nolo,* inquit, *benedictionem tuam, sed te; nec dimittam te etiamsi benedixeris mihi: quāuis deffessa, quāuis læsa, quamuis percussa, quamuis pallio spoliata, quamuis omnia mala passa, tenui eum, & non dimittam, quia nihil meum quæro, sed solum sponsum*

4. Deum diligendi modus.

Cant. 3

Bernrad.

Non vult anima ut si aliquid extra Deū vnde neq; ipsius Dei beneficiis acquiescit sed solo Deoquem vere diligit.

sponsum tenebo. Hæc Sanct. P. Bernardus, quibus clarissime cõfirmat hãc, de qua agimus cõsumatæ dilectionis proprietatem, nempé gratis, & sine præmij alicuius intuitu exerceri, vt in suæ consũmationis finem, & absolutionem peruenisse videatur. Quod Epist. ad Demetriadẽ deuote nimis prosequitur Hieronymus dicens. *Felix conscientia illa, in cuius corde præter amorem Christi nullus alius versatur amor, neque ad recordationem terrenæ substãtiæ aliquando suspirat.*

Hieron

In quo vera animæ felicitas posita sit.

Ad hanc certe perfectissimæ, consũmatæque dilectionis proprietatem confirmandam, & ad ostendendum possibilem esse adhuc in via, plusquam aureus nobis visus est locus quidam Chrysostomi in expositione illorum verborum cap. 9. Epist. ad Romanos vbi Sanct. Apostolus amore Christi sponsi sui impulsus, zeli igne agitatus sic ait. *Veritatem dico in Christo Iesu, non mentior, testimonium mihi præbente conscientia mea in Spiritu Sãcto, quoniam tristitia mihi est magna, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, &cæt.* Quod quidem vehemẽs, á Christo pro fratribus corporaliter separandi desiderium, quanquam Hieronymus in expositione eiusdẽ loci, solum dicat habuisse Paulum antequam ad Christum conuerteretur, postea vero minime; & quanquam Nazianzenus in Appologetico dicat Paulum pro fratribus Iudæis aliquid vltra, quam fas est ex optasse, tamen Sanct. Pat. Ioan. Chrisostomus aureã Pauli, consumatamque in Christum dilectionem ex eodem loco demonstrat, eiusque gratuitum in eũ amorem cõprobare conatur, dicens. *Quod si dicta hæc tanquam infirmiora te conturbant, rem considera, non solum, quod separatum se esse vellet: ac tunc demum quasi ea, quæ oculis cernuntur videbis illius magnitudinem dilectionis.* Aliquibusq; interiectis Pauli mẽtem adaperiẽs Chrisostomus, ita ait. *Propterea discrutior*, ait *Paulus, ac si diceret. Vellem ab eo choro separari, atque alienari, qui Christum circundant, non tamen ab ipsius amore: absit hoc, quandoquidem propter ipsius amorẽ hæc facio: sed & illa fruitione, & gloria priuari sustinuerim, vt ne Dominus meus conuitio afficiatur, maleque audiat, vt ne ex audiam eos, qui dicunt, quod res ipsæ ab illo promissæ, veluti scena factæ sunt, quod alijs promisit, & alijs dedit* (& post

Paul. ad Roman.

Hieron.

Nazianz.

Chrisost. cap. 9. Epistol. ad Roman.

Chrisost. ibidem.

pauca)

pauca) *ne igitur hæc, ait Paulus, de Domino meo efferantur, quanquam iniuste efferantur, & à Cælorum regno libens excidere, & ab illa arcana gloria: tum aduersa omnia tolerarem, maximam omnium existimans consolationē mihi adforet, si amplius non exaudiam conuitijs eum affici: cuius amore tantopere ardeo.* Concludit tandem Chrysostomus dicens. *Neque certe cura Paulo erat à Christo solum amari, sed & illum magnopere amare: hocque imprimis curabat, propter hoc ad hoc respeciebat solum, atque omnia facile ferebat: vnū enim per omnia considerabat, nēpe quomodo pulchrum hunc amorem impleret.* Clarius certe à Chrisostomo dici non potuit de Pauli dilectione, quod fuerit in Christum gratis exhibita, quam demonstrando illū velle ipsa beata visione priuari, dummodo per id dilectionem suam, Deo gratias exhibendo consummaret, eumque in finem diligeret, etiamsi nō ea, qua ipse nos dilexit perfectione, ea saltē, qua potuerit illū diligē do.

?¿?

ANNOTATIO CVIII.

Circa eadem verba contextus.

In finem dilexit.

Septima, & vltima consumatæ dilectionis proprietas inculcatur.

RESTAT tandem, vt de septima, & vltima amoris, seu cō summatæ dilectionis proprietate aliquid disputemus, de Zelotypia scilicet, qua ipsa dilectio agit erga personam, quam diligit, vt ab ea ostendamus, quam fuerit Christi in nos dilectio consūmata: in quo argumento parum im morabimur, quia id per quasi totum hoc opus nimis diffuse fuimus prosecuti, & præsertim annotatione 84. in qua causam inquisiuimus, ob quā Christus Dominus se se nobis exhibuerit in cibum, sanguinemque suum propinauerit in potum.

Est igitur, *Zelotypia*, secundum Chrysypum, *ægritudo animi ex eo prouenie(n)s, quod timeat ne adsit alter, quod cum nemine vellit habere commune.* Tam

Definitio Zelotypiæ secundum Chrysipū.

Zelotypia dilectionis propria.

igitur Zelotypia hæc consūmatæ dilectioni propria est, vt ab ipsa per quam maxime innotescat dilectio, vt quæst. 39. in Exodum Theodoretus obseruat dicens. *Zelus est amoris index*; & optime quidem ait Theodoretus, ab hac enim sibi innata proprietate habet amor, seu dilectio, quod celari

Theodor. *Zelus amoris index. Vnde habeat dilectio quod celari non possit*

B non possit; dum namque ob eam societatem in participando renuit, in suo Tantalo tragedia 8. Seneca aduertit, dicens. *Nec regna, socium ferre, nec tædæ sciunt*: dum, inquam, societatem renuit in sibi solum retinendo dilectum, magnopere cruciatur: dūque requiescere nō potest se ipsum prodit

Regna, & zelus societatem non admittūt

C Neque minus ad rem loqui videtur in hac materia idē Theodoretus, dum loco superius allegato illa Ezechielis verba in cap. 16. *Auferetur zelus meus à te*, exponens aduertit, ad extinctionem, scilicet dilectionis zelum extingui, & ad extinctionem zeli aboleri

Ezechiel. *Ad dilectionis extinctionē extinguitur zelus.*

D dilectionem (*quem não cia, naõ ama*) sic igitur citata verba exponit Theodoretus. *Cum te diligerem, vtebar zelo; vbi vero te repuli, zelum extinxi*: quā certe Theodoreti interpretationem, maxime confirmat modus ille, quem Deum erga Iudaicum populum, cum quo

Theodor.

Deus Iudaici populi olim vsus Zelotypus.

A illis verbis loquebatur, obseruasse videmus: nam dum antiquitus eum charissimum habuit, intimaque dilectione prosecutus fuit mirum in modū, (vt nostro more loquamur) anxiebatur quotiescunque illum meritricari, & ad idola diuertere conspiciebat; neque

B eius dilectio aliquam patiebatur repulsam, de qua non illico vltionem sumeret; at vero postquam ob immania eiusdem populi flagitia, detestandaque scelera dilectionem suam ab illo abstraxit, & auocauit, nūquā amplius Zelotypiæ specimen erga eundē prębuit, imò potius, ac si sua non sit

Cur Deus Iudaicis populis Zelotypum se nō prębeat vt olim.

C gens ista nefaria, eam ad agnos, & hircos diuertere impune patitur. Qua Dei (vt ita dicamus) obliuione, dum synagogæ filij non intime affliguntur, Deum factorem suū se minime diligere testificantur, qui enim intime diligit, intimeque diligi exoptat, diligentis se, suique dilecti repulsam

Vnde clare inferatur Iudaicum populum Deum nō dilexisse.

D non solum non patitur, sed & iam non quiescit, vsque dum in pristinam dilectionis gratiam reuocetur: at vero Iudæi dum se se á Deo repulsos conspiciunt, & reiectos, & tamen quiescunt, neque Zelotypico morbo feriuntur, cū gentilem populū loco sui Deo

Qui intime diligit intime diligi exoptat, nec eo blandiri patitur à dilecto.

charum

charum vident, se nunquam Deum dilexisse, nec in præsenti diligere clare testātur: nam (vt superius dictum est) *Zelotypia á dilectione proueniens est ægritudo animi, ex eo, quod timeat ne adsit alter.*

Hanc dilectionis proprietatem sub regis exemplo regno suo aliquid mali suspicantis, seque ideo vehementer vrgentis, & cruciantis in expositione cap. 2. Matth. apponit Chrisost. dicens. *Rex quidquid aduersus regnum suum putauerit, totum verum æstimat animus ei°, semperq́ suspectus est regni zelo repletus, dum omnia timet, omnia suspicatur, facile credit quidquid fuerit suspicatus, sicut vir Sizelet vxorem, aut vxor virum.*

Chrysost.

Fuisse autem in Christi pectore maximā erga suos, quos in finē dilexit, zelotypiam, prę terquam quod ipse multoties expresserit, Sancta sponsa testatur: dum Cant. in capit. 1. Botrum sibi sponsum factum esse proclamat, *botrus* enim (vt in expositione cap. 39. Ecclesiast. Hugo Cardinalis obseruat) idem sonat, atque *feruor zeli*, dum igitur sponsa, idest Ecclesia, sponsum suum Christū sibi botrum factum esse testatur, Zelotypiam maximam, quam in eam habet, magnopere exaggerat. Ex qua procul dubio dilectionis proprietate, sicut, & ex cæteris, de quibus á nobis nimis fuse actum est, iam clarissime patet, quā fuerit Christi erga suos intēsus amor, eximiaque, & consūmata dilectio, quam dum Euangelista noster voluit inculcare, satis habuit dicere, quod in finem dilexerit suos, idest, perfecte, atque consummate.

Cant. 1.

Hæc circa sacri Ioan. Contextus verba hucusque exposita dixisse sufficiat: ad expositionem nunc sequentiū verborum eiusdem Ioan. cap. pro peramus; quam tibi humanissime Lector nostra 2. annotationum pars, quam citissime, Deo iuuante, præsentabit.

FINIS.

INDEX RERVM, ET VERBORVM, QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

In quo C. primum columnam, & L. literam indicat.

A

dum

Dilectus,

Diligo, diligere.

Dissentio.

sint,

Israel.

quando

tendunt

Iudicium.

Iusti.

Maria Magdalena.

Martyres.

Mater.

Mores.

Munditia.

Mundus.

Mulier.

Prædicatio.

excede-

Cur

Tristitia.

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVÆ IN HOC VOLVMINE ADDVCVNTVR, ET EXPLICANTVR.

Non

Exulta-

Ex lib. Sapient.

Ex Hieremia.

pradicate

L A V S   D E O.